Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARII

# COLLEGII CONIMBRICENSIS

SOCIETATIS

IESV,

## IN TRES LIBROS DE ANIMA

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

HAC TERTIA EDITIONE, GRAECI contextus Latino è regione respondentis accessione auctiores & emendatiores, ob studiosorum Philosophiæ vsum, in Germania editi.

28112

Cum INDICE rerum præcipuarum.

I. E.
R. C.

Cum Gratia & Priuileg. Cæs. Maiest.

COLONIAE,

IMPENSIS LAZARI ZETZNERI.

clo. Ioc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# CLARISSIMO VIRO D.

## *NICOLAO REGNAVLD.*

*DOMINO A VAVDEMAR,*

I. C. in Prætorio Lugdunensi, consiliario Regio & in supremo Dombarum senatu senatori dignissimo.

HORATIVS CARDON S.

SI præclaris scriptoribus laudi datur, V. C. cùm quod ipsi assiduis vigilijs ac laboribus menti suæ præter cæteros condiderũt, id in conspectum omnium promere nõ dedignantur, consequẽs sanè fuerit, proximum ab his locum librarijs assignare, qui eiusmodi scripta ab iniuria temporis vendicant, & vt posteris integra consignent, nullis sumptibus parcũt. Non si is equidem sum, qui hac re, quidquam de re publica literaria, vnquam

præſumam promereri, idem tamen merendi ſtudio haud cuiquam facilè manus dederim. Nam & ſi alia cauſa, quam tu ipſe noſti, in Hiſpaniã me contulerim, ſemper tamen hæc animo meo reſedit cogitatio, vt nullum non lapidem mouerem, quò mihi quàm plura poſſem eruditorum virorũ ſcripta coaceruare, quæ reuerſus typis ſedulò committerem. Et ſanè non pauca collegi, nõnulla quidem manuſcripta & quæ nuſquã hactenus in lucem emerſerant, nonnulla etiam quæ nõ niſi in ipſomet Hiſpaniæ regno edita fuerant. In his curandis tuo tum cõſilio, tum auctoritate ac ope fretus. Eſt igitur quod eo nomine à ſtudioſis gratia referatur, eſt quod gloria, cuius vt memoria diutiùs permaneat incorrupta, cuilibet ipſorũ librorũ nomen tuum præponi par etiam fuerat, ni tu ab omni iactantię ſuſpicione alienus renuiſſes. Verùm ingratus videar ego, tuæq; inuidus laudi, ni tanti beneficij monumentũ aliquod extet. Itaq; ex hiſce libris qui mihi reſeruati fuerint ſelegi hos de Anima cõmentarios, à celeberrimo & tum literis, tum pietate florentiſsimo Collegio emiſſos. Libros inquam de Anima, qui potiſſima ratione, tuo nomine inſigniẽtur. Vel quòd, tu his ſtudijs, vt compertũ, plurimum delecteris, vel maximè, quòd hæc naturalis philoſophiæ portio reliquis partibus ſit præferenda ab eo, qui iudicis munere defungi-



defungitur, vt facis: cui nempe conuenientiſsimũ ſit, & ſui ipſius perſpectã penitùs habere naturã, vt ea duce animi ſui motus temperet, mores componat, collimet, atque ad rationis exercitium adaptet, quod & ipſamet ſchola ſui operis initio ſcitè admodum ac eleganter monet, atque etiam vt ad normam, quam eadem humana natura inſtruit, agnita volũtatis libertate, actiones humanas, quid iuſtum, quidque æquum ſit peracuta mentis acie dijudicet. Decuit etiam me tibi libros de Anima præ cæteris acceptos referre, me inquam, quem tu veluti denuò animaſti, ac ad hoc muneris capeſſendum informaſti, vires adieciſti, auxiſti, quæ omnia ſunt animæ munia. Quid igitur reſtat? niſi vt te obnixè rogitem, vt tua virtute, præſidio atque auctoritate ſuſcipias, tuearis, atque obfirmes, non quidem hos libros, qui ſatis ſuamet doctrina muniti ſunt: ſed me imbecillum adhuc & nouellulum clientulum tuum, vt ad alia, quæ reſtant, peragenda tutiùs & alacriùs incedam.

Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# LECTORI STVDIOSO
## LAZARVS ZETZNERVS.

*TV etiam, ſtudioſe Lector, longæ meæ indagationis fructus aliquos decerpe, & ſerto illo fragrantiſſimo, quem tibi Collegium Conimbricēſe dudum collegit, adÿce hunc alterum florem, non minùs odore ſuauiſſimum, quàm guſtu placidiſſimum, ac valetudini animi naturalibus præceptis tuendæ aptiſſimum. Forſitan in eo minutim reuoluendo plura reperias, quæ te ad ſalubriora remedia perueſtiganda incendant. Habet enim hanc cum cæteris vtilitatem, naturæ noſtræ cognitio, vt ad Creatoris notitiam ſenſim alliciat, atque diſponat, qui ipſe omnes actus puros longè ſupereminet. Hæc potiſſima aſſignetur ratio, cur te his Commētarijs diutiùs priuari non ſim paſſus, qui iam pridem apud Luſitanos editi ſint. Alios in Logica eiuſdem Scholæ Commentarios ſpero propediem me recepturum, quos tibi, DEO fauente, impertiar, ſi meo labore teſenſero delectari.*

*Vale.*

IVDI-

# IVDICIVM EORVM, QVI AD HOS COMMENTARIOS EX OFFICIO Sanctæ Inquiſitionis recognoſcendos conſtituti fuerunt.

*RECognoſcimus, atque accuratè expendimus hos curſus Conimbricenſis Commentarios in tres libros ARISTOTELIS de Anima, cum appoſito tractatu de Anima ſeparata, & nihil in eis inuenimus, quod à fide, ac vera Religione alienum ſit: imò verò eos eſſe cenſuimus, qui ob rerum tractandarum copiam, atque ſermonis præſtantiam, proſperos vbique gentium, humanæ & diuinæ Philoſophiæ ſucceſſus, literarum candidatis ſint allaturi. Quapropter immortalitati & typis commendandos exiſtimauimus.*

IOANNES CORREA.
F. LVDOVICVS de SOTTO MAIOR.
ANTONIVS de CASTELBRANCO.

# FACVLTAS SVPREMI SANCTAE Inquiſitionis Concilij.

*Excudantur hi Commentarij in tres libros ARISTOTELIS de Anima. 24. Septembris. 1592.*

ANTONIVS de MENDONCA.
IACOBVS de SOVSA.
MARCVS TEYXEIRA.

# FACVLTAS REGII SENATVS.

*Excudantur hi Commentarÿ, Oliſipone. 23. Decembr. 1595.*

HIERONYMVS PEREIRA.
DAMIANVS de AGVIAR.

# FACVLTAS ILLVSTRISS. AC REuerendiſs. Domini Alphonſi de Caſtelbranco Epiſcopi Conimbricenſis.

*Excudi poſſunt hi Commentarij, cùm nihil contineant, quod Chriſtianæ Religioni, ac honeſtis moribus repugnet. 6. Martÿ, 1598.*

D. ALPHONSVS EPISCOPVS COMES.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# PROOEMIVM IN TRES LIBROS ARISTOTELIS DE ANIMA.

*De vtilitate, ordine, materia subiecta, & partitione horum librorum.*

QVANTVM scientia de anima, ob certitudinem demonstrandi, & rerum, in quibus versatur, nobilitatem, inter alias Philosophiæ partes emineat: quam sit tum ad vitam probè instituendam, & moderandam; tum ad omnem veritatis cognitionem vtilis ex ijs, quæ Aristoteles mox docebit, conspicuum fiet. Sed idem, præsertim quod ad vtilitatem spectat, suaderi amplius, illustriúsque ex eo potest, quia vt celebris illa siue Chilonis, siue Phemonoæ, aut Thaletis, vel quicunque eius auctor fuerit, sententia foribus templi Delphici ab Amphictionibus inscripta commonebat, maximè cuiti quisque debet, vt se ipsum norit: nosse autem se nemo potest, nisi animi sui naturam, & dignitatem perspectam habeat. Quin verò, vt M. Tullius lib. 1. Tuscul. quæst. & Plotinus lib. 3. Enneadit 4. cap. 1. post Platonem in Alcibiade 1. censuerunt, non aliud Delphica illa inscriptio hortabatur, quàm vt animi naturam cognosceremus. Videlicet quia quisquis mentis suæ vim, & excellentiam spectandam sibi exhibuerit, intelliget non esse in his fluxebius 1 Saxis & caducis bonis immorandum; sed sempiterna, & diuina omni studio, & contentione quærenda: in quo præcipua veri, & legitimi Philosophi ornamenta consistūt. † Et item doctrina hæc magno vsui ijs, qui de communi vita & moribus disceptant, vt constat ex libro 1. Ethic. cap. 13. & ex lib. 6. cap. 1. Etenim oportet eos à Naturali accipere, quo pacto ratio summam animæ arcem teneat, vt inde appetendi & irascendi vim sibi subijciat, & insurgentes motus ad certam normam moderetur. Oportet etiam principium actionum, in quibus humanæ vitæ felicitas sita est; itémque partitionem facultatum, qua ad affectus & virtutes explicandas vtuntur, ab eodem mutuari. Huc pertinet illa Aristotelis commonitio in extremo capite libri 1. Ethic. sicuti Medici, qui remedia curandis corporibus adhibent, vt munere suo probè fungantur, in animorum cognitione multum operæ collocant: ita ac multò potiori ratione Philosopho ciuili, qui sanandis animi morbis studet, comperta esse debere, quæ ad animi scientiam spectant. Ad primā verò Philosophiam mirificè confert, quatenus ab intellectu nostro ad substantias intelligibiles, & à materia absolutas per analogiam quandam, similitudinémque peruehimur, & humana mens se supra se conuertens, à se ipsa ad diuinam naturam, à qua profecta est, reuocatur, & quicquid ipsa perfectionis habet, in Deo omnium perfectionum fonte inuenit, meliori tamen nota, omnique imperfectione subla-ta. † Denique communi ratione, ad omnem Philosophiæ partem opportuna est hæc de animo meditatio; quia cùm animus rationis consiliíque particeps (vt Trismegistus in Asclepio ait) sit veluti Orizon æternitatis, & temporis, atque intelligibilis, corporeæque naturæ nexus, ac confinium: vel, vti alij dixêre, totius mundi summa: * siquidem natura media extremas repræsentat, superiorem vt imago, inferiorem vt exemplar: fit vt animi doctrina veluti quoddam rerum diuinarum & humanarum scientiæ compendium existat, nosque ad omnem aliam veritatis notionem præparet. Ostendit quoque vberem huiusce contemplationis fructum, id quod D. Augustinus 2. de Ordine, cap. 8. asserit; nimirum duas esse præcipuas in Philosophia quæstiones; vnam de anima, alteram de Deo. Primam, efficere vt nos ipsos nouerimus; alteram

*Huius scientiæ vtilitas, quòd illius ope se ipsum quis probè norit.*

*Tullius. Plotinus. De hac sententia Laertius libro 1. Plin. lib. 7. cap. 32. Ma. crobius 1 Saturn. cap. 6. Xenoph. 4. Comm. Clement Alex. in Pædag.*

† *Quòd ad moralem disciplinam sit opportuna.*

*Item ad Metaphysicam.*

*Lege cap. 7. lib. 12. Metaphysic.*

† *Ad vnum esse philosophiam. D. Gregor. Nyss. lib. 1. de Hom. cap. 5. Plot. Enn. 4. lib. 6. cap. 3. D. Th. lib. 2. contra Gent. c. 68. & lib. 4. c. 55. Victorius lib. 3. de Immort. anim. cap. 2. Bessario lib. 2. contra calum. 7. Pic. in Heptaplo, c. 7.*

* *Animus nostes mediusque inter æternæ & caducæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



terare, vt originem nostram; illam nobis dul- A
ciorem, hãc chariorem esse: illam nos dignos
beata vita; hanc beatos reddere.

Certè animi considerationem magni es-
se momenti satis ostendunt tam Patrum,
quàm externorum etiam Philosophorum ea
de re scripta. Nam D. Dionysius cap. de Di-
uinis nominib. de anima scripsisse se memi-
nit D. Iustinus Philosophus & martyr eius-
dem argumenti librũ edidit, vt refert D. Hie-
ronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasti- B
cis; D. Augustinus librum vnum composuit
de Immortalitate animæ; alterum de Animæ
quantitate; quatuor de Anima & eius origi-
ne. D. Gregorius Nyssenus satis longam dis-
putationem à se cum sorore Macrina de Ani
ma & resurrectione habitam literis commen-
dauit. Tertullianus vnum de Anima librum
condidit. Iam verò Ethnici auctores multa
de eadem conscripsêre, Trismegistus, Plato, C
Theophrastus, Plotinus, Chalcidius, Proclus,
Iamblichus, Tullius, auctor operis de Sapien-
tia secundùm Aegyptios. Aristoteles etiam
præter hos tres libros, aliũ reliquit de Animæ
quæstionibus; sed iniuria temporis intercidit.

Porrò autem quanto studio hoc opus ab
Aristotele elaboratum, perfectumque sit, te-
statur ad eius proœmium Themistius hisce
verbis: Cùm pleraque omnia Aristotelis scri
pta, eiusmodi habeantur, vt demirari præ
stantiam eius facilè suppetat; nulla profectò D
commentatio est, in qua ille perinde ingenij
sui vim & sublimitatem ostenderit, atque in
ea, quæ rationem animæ continet: siue enim
multitudinem quæstionum, siue copiam re-
rum pulcherrimarum, siue doctrinæ subtili-
tatem quæras; eiusmodi sunt libri de Ani-
ma; vt vni illi homini omnia, quæ ad hoc ge-
nus pertinent; in numerato fuisse, constitis-
seque videantur.

*Themistij testimonij de præstantia librorum Aristotelis de anima.*

*Dubitatio de ordine horum librorũ inter cæteras Physiologiæ partes.*

Illud verò hoc loco in primis disquiren- E
dum occurrit, quod dissidentium interpre-
tum opinionibus agitatur; videlicet quem
hæc scientia inter cæteras Physiologiæ par-
tes, doctrinæ methodo, atque ordine, locum
vendicet. Sed, longiori disputatione omissa,
statuendum est cum Theophrasto apud The-
mistium lib. 3. huius operis, cap. 39. suæ para-
phrasis, & D. Thoma, quem recentiores ferè
sequũtur eam proximè sequi post libros Me-
teororum; atque antecedere totam discipli F
nam ad res animatas pertinentem. Namque
vt D. Thomas & Theophilus in proœmio hu-
iusce operis animaduertunt, sicuti Physiolo-
giæ totius exordium est Physica Auscultatio;
quia vniuersam Naturalium principiorum
explicationem continet: ita congruebat vt
initium commentationum de rebus anima-
tis, esset consideratio animæ, quæ rerum ani-
matarum commune principium est. Alexan-
der tamen Aphrodisiensis in suo primo de A-
nima, & Auerroes 4. Meteororum priore te-

*Aliorũ sententia.*

cêre tractationem de animalium partibus.
Primùm, quia contemplatio materiæ ante-
cedit contemplationem formæ; partes verò,
siue organa, sunt materia, subiectúmve ani-
mæ. Secundò, quia anima definitur per cor-
pus organicum: quare ne definitio ex ignо-
tis prodiatur, oportuit declaratũ id priùs
ab Aristotele fuisse. Hæc tamen argumenta
non concludunt. Nam esto partes organicæ *Refellitur.*
animalium, de quibus Aristoteles in libro de
Partibus animalium differit, haberent se ex B
parte materiæ, quatenus corporeas functio-
nes animæ in se recipiunt: dispositionesque
necessariæ sunt ad introductionem animæ,
vt suo loco exponemus. Licet item partes or-
ganicæ facilius cognoscantur, quàm anima,
cuius natura abdita est, & reconditа; nõ pro-
inde tamen de ijs priùs agendum fuit, sed de
anima potiùs; quia vt paulò antè significa-
uimus, monetque Aristoteles 1. capite libri 1.
Physic. & capite 1. & 3. lib. 1. de Partib. anima-
lium, post Platonem in Phædro, & Hippocra-
tem in lib. de Natura humana. In omni benè *Communio-*
instituta disciplina, ea tractanda priùs sunt, *ra prius erut*
quæ patent latius, ac magis communia haben *tractanda.*
tur, ne eadem sæpius repetere cogamur: ani-
ma verò latiùs patet, quàm partes animalũ,
cùm hæ animantibus duntaxat; illa omnibus
insit viuentibus. Nec materiæ consideratio
contemplationem formæ præit, si aliud do-
ctrinæ ratio postulet; anima verò nõ per cor-
pus organicum animalis, sed per corpus or-
ganicum viuentis in commune definitur.
Quod ante doctrinam de anima declarari ab
Aristotele haud necesse fuit; cùm ad animæ
definitionem percipiendam, distincta & ab-
soluta organici corporis notitia minimè re-
quiratur; sed confusa sufficiat, quæ facile po-
test comparari. Quin verò non minùs ad no-
titiam organici corporis, scientia animæ;
quàm ad animæ scientiam, organici corporis
cognitio exigitur; siquidem anima etiam in
definitione corporis organici adhiberur, cùm
definatur id, quod affectum est organis, ad
animæ functiones obeundas accommoda-
tis. Quo patet eiusmodi argumentum, si
quid momenti habeat, æqua vi in aduersarios
retorqueri posse.

Nunc quodnam horum librorum subie- *De subiecto*
ctum sit, expendamus. Venetus hoc loco, & *huius operis*
quidam alij è recentium Philosophorum co- *prima sen-*
tu non animam, sed corpus animatum esse *tentia.*
statuunt. Quod probant; primùm, quia hæc *1. Argum.*
doctrina pars quædam est Physiologiæ, ita o-
portet eius materiam talem esse, vt de ea to-
tius Physiologiæ subiectum tanquã de parte
inferiori ac minùs latè patenti enuntietur: li-
quet autem ens mobile de corpore animato,
non de anima eo pacto dici. Deinde quia vel *2. Argum.*
hic, vel nullibi Aristoteles de corpore anima-
to egit; nullibi egisse absurdum est; nec enim
à Philosopho tam præclara species entis na-

turalis



turalis silentio inuoluenda fuit. Egit ergo de A
illa in hoc opere; ac proinde corpus anima-
*3. Argum.* tum est illius subiectum. Tertiò, quia id sub-
iectum cuiusque disciplinæ est, cui primò, ac
per se conueniunt affectiones, quæ in ea tra-
ctantur: at nutriri, sentire, moueri, velle, in-
telligere, cæteræque eiusmodi affectiones, de
quibus in hisce libris differitur, non animæ,
sed corpori animato partim in cõmune, par-
tim per sua inferiora primùm ac per se com-
petunt, vt capite 4. primi libri, tex. 54. Aristo- B
teles inquit. Quare non videtur negandum
materiam huic operi subiectam esse corpus
*2. Sententia.* animatum. Verùm nobilissimi quique Peri-
*Apollinaris, Flandrię, Tolletus, Iauell. Thienensis.* patetici, Simplicius, Philoponus, Alexander,
Themistius, D. Thomas, M. Albertus, Aegi-
dius, Theophilus, Iandunus, Caietanus, Fer-
rariensis, & plerique alij ad hunc locum com
muni consensu aduersariam partem sequun-
tur, statuuntque horum librorum subiectum
*3. Ratio.* esse animam. Quod ex eo primùm suadetur, C
quia vt ex primo libro Posteriorum, capite 1.
& 9. colliges, id ità subiectum in qualibet
scientia constituitur, cuius definitio in ea in-
uestigatur, & traditur: in hoc verò opere non
corporis animati, sed animæ definitionem
quæsiuit, atque assignauit Aristoteles, vt ipse
in proœmio propositum sibi esse dixit, & in
libro de Sensu & sensili perfolutum à se fuis-
*2. Ratio.* se gloriatur. Deinde, quia si corpus anima-
tum esset huius disciplinæ subiectum, cùm in D
categoria substantiæ inferius, atque adeo no-
bilius sit animal, quàm corpus animatum; se-
queretur immeritò hanc scientiam propter
subiectæ materiæ præstantiam, maximeque
ob excellentiam animæ rationalis cæteris
Physiologię partibus ab Aristotele anteponi;
cũ ea potiùs, quæ de animantibus disserit, eo
*3. Ratio.* nomine præferenda esset. Postremò fauet
huic sententiæ ipsa operis inscriptio; nuncu-
pantur enim hi libri περὶ ψυχῆς, id est, de Ani- E
*Quid sentiendum sit.* ma. In hac dubitatione dicendum nobis vi-
derur, libros de Anima bifariam spectari pos-
se. Nimirum vel per se, ac separatim: vel vnà
cum ijs, qui parvorum Naturalium vocan-
tur, qui illorum quasi accessio quædam sunt.
Tum si priori modo spectentur, eorum subie
ctum esse animã; si posteriori, corpus anima
*Ita censuit Apollin. hoc loco quæst. 2. art. 2.* tum. Tres enim de Anima libri in scrutanda
explicandaque per se animæ natura potissi-
mum insumuntur, nec viuentium affectio-
nes & proprietates, nisi secundùm rationem F
originis suæ, & vt ab anima tanquam à fonte
manant, ac prout ad cognitionem illius ob-
seruant, expenduntur. At in opere paruo-
rum naturalium eædem, prout iam corpori
ciusque organis accommodantur, in consi-
*Respondetur argumentis primæ sententiæ.* derationem veniunt. Quo fit, vt eiusmodi o-
pus, & tres libri de Anima integram corporis
animati commentationem exhibeant. Ad-
uersariorum verò argumenta, quæ probare
nitebãtur libros de Anima, etiam per se sum-

ptos, habere pro subiecto corpus animatum
facilè soluuntur.

Ad primum negari debet, oportere to- *Ad 1. arg.*
tius disciplinæ subiectum de subiectis par-
tium affirmari: alioqui dicetur ens mobile
de sensu & sensibili, itemque de respiratio-
ne & de motu animalium, quas constat esse
peculiares materias quorundam opusculo-
rum Aristotelicæ physiologiæ. Similiter ne-
cessum foret, orationẽ Philosophorum, quæ
totius Logicę subiectum est, enuntiari de vo-
ce simplici, quæ est subiectum Categoriarũ.
Itaq; sat est subiecta partium cuiusque scien-
tiæ aliquo modo includi in subiecto totius;
nec sub illo directa serie contineri oportet.

Ad secundum, dicendum est, non omisi- *Ad 2. arg.*
sse Aristotelem corporis animati explicatio-
nem; sed eam, quoad animam, in tribus, qui
de ea inscribuntur, libris; quoad ipsum
corpus, quantum sat erat, in paruis naturali-
bus tradidisse.

Ad tertium, affectiones, de quibus in li- *Ad 3. arg.*
bris de Anima agitur, primò, ac per se conue-
nire animæ, vt earum fonti & originі: tameti
vt Aristoteles loco citato vult, non nisi de to-
to composito, vt de principe subiecto enun-
tientur. Si cui tamen visum fuerit, priorem *Occurritur*
sententiam, quæ licet à communi abhorreat, *rationibus &*
improbabilis tamen non est; respondeat ar- *sententiæ.*
gumentis in contrariam partem adductis;
quanquam Aristoteles hisce libris animę de- *1. Argum.*
finitionem tanto animo inuestigarit, ac tra-
diderit: in id tamen non animæ gratiâ præ-
cipuè incubuisse; sed propter corpus anima-
tum, ad quod, vt ad totius operis scopum, re-
spiciebat. Nec verò animæ facultates, quoad
suum principium duntaxat, sed vt totũ com-
positum, id est, corpus animatũ ornãt, expen-
disse. Item doctrinã de anima reliquis natu- *2. Argum.*
ralis philosophiæ partibus excellere, non vt
præcisè circa corpus animatum in commu-
ne versatur, sed quatenus disceptat de animo
rationali, qui cæteras physicæ considératio-
nis formas, naturæ dignitate vincit. Denique *3. Argum.*
inscribi hos libros de Anima, non vt à princi-
pali subiecto, sed vt à præcipua illius parte,
quæ proinde subiectum quo dici potest, sicu-
ti & corpus animatum, subiectum quod, vt
Philosophi quidam loquuntur.

Quod ad operis partitionem spectat, ea
sic habet: In primo libro disserit Aristoteles
de essentia animę, contra veterum placita; ex
propria verò sententia cap. 1. & 2. lib. 2. Tum re-
liqua parte eiusdem libri agit de potẽtijs ani-
mæ in commune, de facultatibus ad animam
vegetatricem spectantibus, & de sensibus ex-
ternis. De internis autem, tribus capitibus
libri tertij. De intellectu à quarto ad no-
num. Inde ad finem libri, de motu & quibus-
dam affectionibus, quæ animantibus vniuersum com-
petunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# QVAESTIO VNICA.

## *NVM INTELLECTIVAE animæ contemplatio ad Physiologiæ doctrinam pertineat, an non?*

## ARTICVLVS I.

### *VARIAE PHILOSOPHORUM sententiæ.*

*Prima sententia animæ humanæ considerationē mediam esse inter Physiolog. & metaphys. In prologo 2 dictionis primæ.*

HVic quæstioni nonnihil difficultatis peperit sententiarum varietas & discrepantia. Nam Philoponus primo de Ortu & interitu: Simplicius & Themistius initio Physicorum, quibus etiam videtur adstipulari Boesius in suo prologo ad Isagogen Porphyrij, animę considerationem, non physicam, sed Mathematicam esse autumāt: non quòd eam Mathematici negotij esse putent: sed quia sicuti res mathematicæ inter physicas & diuinas vtriusque naturæ interstitio & affinitate medię sunt: sic anima inter easdem medium tenet, cum sit intelligibilis & corporei mundi nexus, ac vinculum, vt antè exposuimus; proindeque eius consideratio ad mediam quandam disciplinam, quæ partim Naturalis, partim transnaturalis sit, videtur pertinere; siquidē eisdem modis res & scientiæ diuiduntur, vt constat ex 3 huius operis, cap. 8. text. 38.

*2. Sententia esse Metaph. Prima ratio ex auctoritate Aristotel.*

Alij eam contemplationem ad primum Philosophum delegant, innixi potissimùm auctoritate Aristotelis 1. de Partib. anim. cap. 1. vbi hanc quæstionem disertis verbis proposuit, cumque quæsijsset, num Philosophi naturalis esset de omni anima disputare; respondit, non esse: quia alioqui ageret Physiologus de intellectrici anima, & de intellectu, consideraretq; omnia intelligibilia; quādoquidem relatorum eadem est scientia: intellectus autem & id, quod sub intellectum cadit, relata sunt. Secundò, quia Physica contemplatio est solius naturæ: at intellectus natura non est. Tertiò, quia disputare de rebus à materia abstractis, vt de intellectu, alienum est ab instituto naturalis Philosophi, qui in rerum corporearum duntaxat peruestigationem incumbit.

*2. Ratio.*

*3 Ratio.*

*3. Sententia esse Physicam.*

Tertia opinio est Alexandri ad initium Meteororum, Auerrois 2. Physic. comm. 26. & 1. de Partib. animal. cap. 1. & 3 huius operis, comm. 17. & aliorum complurium, existimantium animæ scientiam ad Physiologum attinere, cùm Aristoteles in hoc opere, quod procul dubio pars quædam est naturalis Philosophiæ, non solùm de cæteris animæ partibus, sed etiam de intellectrici ex professo disseruerit.

## ARTICVLVS II.

### *TOTIVS QVAESTIONIS dissolutio.*

*Triplex animæ rationalis consideratio.*

VT propositæ quæstioni satisfiat, prænotandum est animum participem rationis tribus modo, prout vnitur corpori, & in eo functiones suas administrat: Altero, secundùm attributa, quæ ipsi à materia separato conueniunt, cuiusmodi sunt esse definitiuè in loco, recipere species ex influxu superni luminis, intelligere sine recursu ad phantasmata, aliaq; eiusmodi. Tertiò, quoad suam propriam naturam & essentiam.

*1. Conclusio.*

Hoc posito, sit prima conclusio: Nulla superiorum trium animæ considerationum pertinet ad aliquam vnam scientiam mediam inter naturalem & primam philosophiam.

*Eius probatio.*

Hæc conclusio suadetur; quia non datur medium illud philosophandi genus: cùm scientiæ contemplatrix perfectè diuidatur in naturalem, Metaphysicā & Mathematicas, vt in Physicæ auscultationis proœmio latè disseruimus. Nec vero vnquam Aristoteles eius mediæ disciplinæ in suis libris mentionem fecit. His non obstat, quòd anima corporei, & intelligibilis mundi confinium, & quasi nexus quidam sit. Non enim inter hæc extrema ita medium obtinet, vt aliquam mediam abstractionem vendicet, distinctam ab illis, quæ tripartitam contemplantis philosophiæ varietatē efficiunt; vt loco citato ostendimus.

*Non datur media abstractio inter phys. et metaphys.*

*2. Conclusio.*

Sit secunda conclusio: Prima animæ consideratio ad naturalem Philosophiam ex officio spectat. Hæc probatur, quia contemplatio ens naturale ad Physicum pertinet; cuiusmodi verò est meditari totum, & partes: at anima eo modo sumpta, est actu pars entis naturalis, nempe hominis. Item quia operationes, quas anima, dum in corpore est, administrat, pendent à materia; & prout connexionem cum ea habent, in consideratione cadunt, nō alterius artificis, quàm eius, qui de materia differit, id est, Physiologi.

*1. Confirmatio.*

*2. Confirmatio.*

*3. Conclusio.*

Sit tertia conclusio: Contemplatio animæ secundo modo sumptæ transcendit Physiologiæ fines, pertinetq; ad Metaphysicum. Ad huiusce conclusionis intelligentiam obseruandum est, cùm anima rationalis sit summa formarum in materia existentium, & prema formarum D. Dionysio 7. cap. de Diuinis nominibus, summum infimi attingat infimum supremi; transire eam, cùm à corpore abscedit, pro suo modo in statum substantiarum separatarum; secundùm eas videlicet affectiones, quarum suprà meminimus, nihil commercij cum materia habentes, qui status, vt docet D. Thomas 1. part. quæst. 79. art. 1. non est ei naturalis, sed præter naturam. Quo fit, vt disceptatio animæ rationalis eo modo sumptæ ad eandem

*Anima rationalis suprema formarum D. Dionys.*



eandem sciētiam pertinere debeat, ad quam mentes à materiæ contagione prorsus libe-

*3. Conclusio. Probatio.*

ræ. Hinc iam propositā conclusio ex eo ostenditur, quia perpendere ea, quæ re & ratione à materia abstrahuntur, ad solum primum Philosophum attinet: affectiones verò, quæ animæ competunt, præcisè vt extra materiam cohærēt, ita se habent, vt attendenti planum erit.

*4. Conclusio.*

Sit quarta conclusio: Scrutari propriam animæ naturam & essentiam, quæ erat tertia de animo meditatio, spectat ad naturalem

*Probatur 1.*

Philosophum. Huius conclusionis veritas ex eo conuincitur, quia anima ex sua ratione & natura, est forma corporis; vnde & essentiali definitione explicatur, cùm dicitur actus primus corporis organici; quò fit, vt ad sui cognitionē necessariò materiam requirat: quæ verò ita se habent, inter speculationis physicæ metas continentur, sicuti & materia ipsa, docente Aristotele 2. Physic. cap. 2. text. 22. eiusdem artificis esse materiam & formam contemplari; quia videlicet duo hæc mutuò se respiciunt, vt ex eodem libro & capite, tex.

*2.*

26. constat. Præterea stabilitur eadem conclusio ex eo, quia cùm homo sit pars subiecta enti mobili, cuius cognitionē Physicus profitetur, cumque hominis essentia cognosci nequeat, quin natura ipsius animæ, per quam in suo proprio gradu & specie constituitur, innotescat: fit inde vt ad naturalem Philosophum attineat animæ essentiam indagare. Huc pertinet, quòd definitio illa hominis passim celebrata, homo est animal constans corpore & animo rationis participe; à nullo alio præter quam à naturali Philosopho inuenta & tradita esse creditur.

*Dubitatio.*

Quærat tamen hic aliquis, num ea consideratio, qua anima vt quid immateriale, per se subsistens, intellectiuum, expenditur: quæ attributa sicuti sunt animæ intrinseca, ita ei tam in materia, quàm extra materiam competunt; num, inquam, eiusmodi consideratio physica sit, an potiùs metaphysica.

*Occurritur dubitationi.*

Cui dubitationi occurrendum est; si ea prædicata nō in tota sua amplitudine sumantur; sed restricta ad proprium & specificum gradum animæ rationalis, ita vt cum ea reciprocentur, nimirum tale immateriale, tale per se subsistens, tale intellectiuum; eam speculationem physicam esse; quandoquidem cognoscere propriam ac peculiarem animæ rationalis naturam ad Physiologiæ doctrinam pertinet, vt proximè statuimus. Si autem sumantur in commune, & vt tam animæ, quàm intelligentijs conueniunt, Metaphysicam esse: quia sicut substantiam, relationem & qualitatem, ac passiones entis, secundùm communes & generales conceptus speculari, Metaphysico incumbit, vt loco citato ostendimus, propterea quòd hæc, etsi ex parte in materia reperiantur, secundùm se tamen indifferentiam obtinent, vt in materia sint: ita cognoscere intellectiuum, per se subsistens, & immateriale, in commune, Metaphysici negotij est; quia esto etiam conueniant animæ rationali, cuius propriam & reciprocam essentiam cognoscere ad Physiologum spectat; secundùm se tamen indiscriminatim se habent ad animam, & ad intelligentias, quæ nullam habent cum materia coniunctionem.

## ARTICVLVS III.

### *EXPLICATIO RATIONVM, quæ superiùs dictis aduersari videbantur.*

*Quorūdam interpretatio loci Aristotelici de partibus animalium, pro 1. sent. 1. art.*

RELIQVVM est, vt respondeamus ad argumenta ex Aristotele desumpta in 1. de Partibus animalium, quæ animæ rationalis doctrinam primo Philosopho absolutè ascribere videntur. Alexandri sectatores opinantur quæstionem Aristotelis eo loco nō esse de anima duntaxat animantium; quia non dubitauit hanc in vniuersum à Naturali considerari: sed de anima, vt etiam intelligentias comprehendit; quæsijsseq; an sicuti Naturalis omnem animam contemplatur, quæ animantium est, ita etiam de animabus separatis disceptare queat. Itaque asserunt intellectum, quem Aristoteles à doctrina physica remouit, nō esse humanum, sed substantias separatas. Hæc explicatio non placet,

*Reijcitur.*

propterea quòd ex ipsa verborum serie planum videtur, de solis animalium formis Philosophum ibi differere. Itaque dicendum, decretum ab Aristotele illic esse, animam humanam non ex toto pertinere ad Philosophum naturalem; quia, vt paulò antè monuimus, spectat etiā ad Metaphysicum, tum

*Germana explicatio.*

secundùm statum, quem habet extra corpus; tum quoad gradum intellectiuum in commune spectatum. Rogabis tamen quam vim

*Dubitatio.*

habeat ratio illa: nimirum, Si Philosophus naturalis de intellectu ageret, atque adeò de intelligibili, futurum vt nulla alia disciplina præter physiologiam superesset: videtur enim huiusmodi consecutio nullius esse momenti: tum quia pari ratione sequeretur nullam esse philosophiam, præter primam, cùm hæc de intellectu & intelligibili disputet: tum quia ex eo quòd detur scientia, quæ de intelligibili agat, haud probè infertur reliquas scientias è medio tolli, cùm eandem rem alio atque alio modo spectatam diuersæ scientiæ tractare possint. Nam terram in rotundam figuram conglobatā esse demōstrat Physicus sicut & Mathematicus; hic ex rotūditate vmbræ, quæ intellectu terræ fit in Luna; ille ex æquali motu grauium ad centrū terræ. Non

*Quid nonnulli rebus dent.*

nulli, in quibus est Mirandulanus 18. lib. de singulari certamine, sect. 1. 4. & 7. occurrunt

Universidad de Deusto
Biblioteca



istiusmodi rationem probabilem esse dunta- A
xat, nec vt necessariam, sed vt speciem quan-
dam probabilitatis præ se ferentem ab Ari-
stotele adduci ad hominum ingenia exercen-
da, vt facere non infrequenter consueuit. Ve-
rum necesse non est ad huiusmodi asylum
confugere; aduertendumque ex Caietano
hoc loco bifariam scientias inter se diuidi
posse: Vno modo penes diuersitatem forma-
lium rationum; quo pacto philosophia con-
templatrix, 6. Metaphys. cap. 1. tex. 2. distribu- B
ta est ab Aristotele in Metaphysicam, natura-
lem & mathematicas disciplinas. Altero pe-
nes ipsarum rerum, quæ sciuntur diuersita-
tem: quomodo Mathematica à Naturali non
distinguitur; siquidem quantitas, quæ à Ma-
thematico consideratur, cadit etiam in con-
templationem naturalis Philosophi: dissidet
tamen Naturalis à Metaphysica; quia hæc
præcipuè circa res materiæ immunes; illa cir-
ca materiatas & sensibiles versatur. Hoc po- C
sito respondemus, si Philosophia naturalis de-
intellectu dissereret, futurum vt de omni re
meditaretur: ageret enim in primis de ijs,
quæ sub sensum cadunt, atq; adeò de quan-
titate, vt nunc re vera agit; consideraret item
res à materia abiunctas, quoniam eiusdem
est intellectum, siue animam intellectricem,
secundùm conceptum ipsi & intelligentijs
communem, (sic enim Aristoteles loco cita-
to animam humanam & intellectum accipit) D
& intelligentias, ac totum primæ philoso-
phiæ subiectum contemplari; cùm hæc om-
nia in eadem communi abstractione conue-
niant. Quare ex parte diuersitatis rerum ni-
hil iam naturalis Philosophus alijs discipli-
nis tractandum relinqueret; licet aliunde, id
est, spectata rationum formalium distinctio-
ne adhuc scientiarum diuersitas, saltem ex
parte seruaretur. diximus, saltem ex parte;
quia ex eo quòd Physica, intellectum in com E
mune contempletur, rectè sequitur eius ob-
iectum eandem sortiri à materia abstractio-
nem, quam primæ philosophiæ obiectum:
atque adeò has duas scientias in vnam ean-
demque recidere, etiam ex parte rationis
formalis. Quod tamen non sequitur respe-
ctu Mathematicæ & Physiologiæ: siquidem
quantitas Mathematica non eandem vendi-
cat abstractionem, quam intellectiuum in
commune, vt planum est.

*Duplex scientiæ diuidendæ modus penes rationes formales.*

*Penes materiæ diuersitatem.*

*Quid respondendum sit.*

*Defenditur argumentatio ex Arist. superiùs adducta.*

Ad id verò, quod opponebatur, non valere hãc consecutionem, Philosophia naturalis agit de intellectu & intelligibili, ergo nulla est scientia præter naturalem Philosophiam, quia alioqui hæc etiam valeret, Metaphysica considerat intellectum & intelligibile: igitur præter Metaphys. non est alia scientia. Occurrendum diuersam esse rationem. In priori enim illatione supponitur naturalem Philosophiam versari circa suum proprium obiectum, ac circa obiectũ materiale Mathematicæ, id est, quantitatem. Vnde si consideret intellectum secundùm communem eius notionem, similiterq; intelligibile; iam sibi vendicabit obiecta omnium partiũ triplicis Philosophiæ contemplari eis; in posteriori verò illatione prædicta hypothesis locum non habet, vt satis constat. Quare licet Metaphysica intellectum & intelligibile contempletur, nõ sequitur versari illam circa obiecta aliarum scientiarum contemplantium. Ad illud verò Aristotelis, id, quod contemplatur intellectum, contemplatur quoque intelligibile, quia relatorum eadem est scientia & consideratio. Respondendum erit, id, quod contemplatur intellectum, contemplari etiam intelligibile, non quouis modo, sed proue hæc se mutuò respiciunt, sibique respondent. Respondent autem sibi intellectus consideratus, vt est potentia formæ physicæ, id est, animæ rationalis; & intelligibile physicum. Item intelligibile Metaphysicum, & intellectus sumptus, vt est potentia substantiarum separatarũ, aut etiam quid commune intellectui humano, angelico & diuino. Quare prior consideratio asscribẽda erit Philosopho naturali, posterior Metaphysico. Quamuis hæc naturali Philosopho attribuẽda esset ex hypothesi, quam faciebat Aristoteles.

Ad secundam rationem ex eodem Aristotelico loco, dicendum intellectum, siue animam intellectricem secundùm illum communem conceptum, non esse naturam; alioqui etiam intelligentijs, in quibus ille cernitur, naturæ ratio conueniret. *Ad 2. rationem pro 2. Sent. 1. art.*

Ad tertium, patet solutio ex dictis: Nam anima sub prædicta consideratione est quidpiam absolutum à materia; atque adeò ad aliam disciplinam, videlicet ad primam Philosophiam spectans. *Ad 3. Anima rationalis sub quo conceptu non sit natura.*

ARISTO-



# ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ARISTOTELIS
## ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ DE ANIMA,
### ΤΟ Α. LIBER I.
### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α. CAPVT I.

ΩΝ καλὸν & τιμιον τὴν ἥδησιν ὑπολαμβάνοντες, μᾶλλον δ' ἑτέραν ἑτέρας ἢ κατ' ἀκρίβειαν, ἢ τῷ βελτίονι τι καὶ θαυμασιωτέραι εἶναι, δι' ἀμφότερα ταῦτα τὴν περὶ τῆς ψυχῆς ἱστορίαν εἰλόγως ἂν ἐν πρώτοις τιθείημεν. δοκεῖ γὰρ ἡ γνῶσις αὐτῆς ἀληθείας ὅπασαν ἡ πολλὴν εἰς τὰς περὶ φύσιν· ἡ γὰρ οἷον ἀρχὴ τῶν ζώων ἐστὶ τοῦτο τὸ μόριον ἡ ψυχὴ καὶ τὸ τοῦ ζῆν αἴτιον. ἐπιζητεῖται δὴ θεωρῆσαι καὶ γνῶναι τὸ τε φύσει αὐτῆς, & τίνα· ἐστὶν· ἔπειτα συμβεβηκότα περὶ αὐτῆς· ὧν τὰ μὲν ἴδιά ἐστι τῆς ψυχῆς, τὰ δὲ καὶ τοῖς ζώοις διὰ ταύτην ὑπάρχειν δοκεῖ. πάντη δὲ καὶ πάντως ἰσχυρῶς λαβεῖν περὶ αὐτῆς τοῦτο ἔργον ἐστίν· καὶ γὰρ ὄντι τοῦ ζητουμένου & πολλαὶ εἰσιν, λέγω δὲ τὸ περὶ τὸ εἶδος, & τί ἐστιν, πλὴν αὖ τούτου δόξειε μία τις εἶναι μέθοδος· καὶ πάντων οὕτως ἂν βουλόμεθα γνῶναι τὰ ὑπάρχοντα, ὥσπερ καὶ τῶν καθ' αὑτὰ συμβεβηκότων ἴδιόν ἐστι θεῖν. ὥστε ζητητέον ἐπὶ πάντων μὲν ἐν τῷ μιᾷ τοῦ τίνων· ἐν ᾧ μὲν οὖν μία καὶ κοινή τις μέθοδος· οὐδὲν τι πίπτει, ἐπὶ πολλῶν ὑπάρχει ζητεῖται τὸ πρᾶγμα· διὸ ἐν ἑκάστῳ δεήσει λαβεῖν τοῦτο ἐφαρμόττοντα, τί ἐστὶν ἡ ἀρχή· οἷον ἡ φανερὸν ἢ, πότερον ὁμοῦ ἕκαστα ἢ ἰδίᾳ ἕκαστα, ἢ καί τι ἄλλο μέθοδος· ἐπὶ δὲ πολλῶν οὐ δεῖ μακρὸν ἐγχειρεῖν καὶ πολύπλοκον, ἐκ τούτου δῆλα ζητεῖν· ἅπαντα δὲ ἁπλῶς ἀδύνατον ἄνευ τοῦ τί ἐστιν, οὐδὲ τὰ κατὰ συμβεβηκός.

CVM a omnem scientiam vem esse bonam arbitremur, ac honorabilem, b & aliam aliæ magis ex eo talem esse putemus, quia vel exactior c est, vel verum est earum, quæ magis præstabiles, magisque sunt admirabiles; scientiam animæ nimirum ob hæc vtraque non iniurix ponendam in primis esse censemus. Videtur autem d & ad veritatem omnem, ipsius animæ cognitio vehementer conferre, & maximè ad ipsius naturæ scientiam: est enim anima quasi principium animalium. e Contemplari autem f & cognoscere naturam eius, & substantiam quærimus; deinde ea, quæ circa ipsam accidunt, quorum quædam affectus ipsius esse proprij, quædam animalibus etiam per ipsam inesse competereque videntur. At vero g vnde quaque atque omnino difficillimum est, fidem aliquam de ipsa tandem accipere. Nam cùm hæc quæstio communis sit, etiam cum alijs rebus compluribus, de substantia dico, & quid est: vnus cuipiam fortasse modus, vna via quædam esse videtur, qua cognoscere quidnam sit vna quæque possumus rerum, quarum substantiam percipere volumus, perinde atque modus vnus est hisce, quo proprij rerum demonstrantur affectus. Quapropter quærendum est, quænam sit illa via, quis ille modus vnus, quo rerum substantiæ percipi possint. Quòd sine vno quidam atque communis sit ille modus, longè difficilior ipsa pertractatio sit. Oportebit enim de vnaquaque rerum accipere, quis ad vnamquamque modus accommodabitur. Si verò pateat illum demonstrationem, vel diuisionẽ, vel etiam quendam alium modum esse complures insuper difficultates, errores{que emergunt in ijs exquirendis, è quibus vnius{que conficienda est diffinitio: aliarum namque rerum alia principia sunt, vt numerorum, superficierum{que.

Text. 1.
Text. 2.
Text. 3.
Text. 4.
Text. 5.

h *Primum*

## CAPITIS PRIMI EXPLANATIO.

CVM a *omnem.*] Duo potissimùm sunt, quæ hominum animos ad perdiscendum promptiores reddunt, ac vehementer acuunt: scientiæ dignitas, & exacta methodus docendi. Dignitas scientiæ tribus continetur; certitudine, subiectæ materiæ, præstantia & vtilitate. Hæc omnia præfatur Aristoteles in hoc proœmio. Nec interim fuscepte rei difficultatem silentio inuoluit, tum quia hæc etiam auditorem excitat, ne torpescat otio, vt Græci interpretes admonent, tum ne quis in re ardua & recondita maiorem euidentiam poscat, quam par sit, & quàm rei natura patiatur, tum denique vt rudia & tarda ingenia ab ipso limine procul esse iubeat. Quod veteres Philosophiæ proceres vsque adeò ante oculos habuêre, vt propterea verborum breuitate, & ænigmatum inuolucris naturæ mysteria obtexerint; operæ pretium se facere existimantes, si ea ratione tardos minimeque ad audiendum instructos, à rerum abditarum & excellentium inquisitione remouerent. *Quæ scientiæ appetibilia excitent. Cur Philosophi de natura obscurè scripserint.*

b *Bonam ac honorabilem.*] Bonum & honorabile re conueniunt, ratione differunt, vt Simplicius annotauit. Nam idem, vt refertur ad appetitum, bonum vocatur: vt ad excellentiam, honorabile: appetimus enim bona; in honore habemus excellentia. Conuenit autem ratio boni omni scientiæ, quia bonum 1. Ethic. cap. 1. est quod omnia appetunt; omnibus autem hominibus ingenitum est scientiæ desiderium, 1. Metaphys. cap. 1. Competit quoque scientiæ ratio honorabilis: quia Munere scientiæ præstant excelluntque homines tum belluis, tum alijs inter se; quod 4. Politic. cap. 4. docet Aristoteles, dum scientiam inter species nobilitatis annumerat. Erit tamen qui obijciat, videri Aristotelem non sibi constare. Nam 1. Ethic. cap. 12. affirmat diuinis tantùm rebus deberi honorem; laudem autem virtuti & honestè factis. Hoc autem *Ratio boni & honorabilis. Vtraq; scientiæ competit. Obiectio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Dilutio.* autem loco etiam doctrinæ honorem exhibendum concedit. Sed occurrendum, aliter in Ethicis; aliter hîc honoré sumisse. In Ethicis enim loquitur de honore admodũ pressè, qui rebus nõ comparatè, sed simpliciter excellentibus quales diuinæ sunt, conuenit. Hic autem de eo, qui etiam rebus humanis accommodatur, prout inter se magis aut minùs eminent.

c *Quia vel exactior.*] In hunc modum ratiocinari videtur, scientia omnis præclarum quidpiam est, & in honore ac pretio habetur, eoque aliam alia præstabiliorem existimamus, quo in rebus & nobilioribus, & certioribus versatur: at vtrumque inter alias scientias doctrinæ de anima excellenter conuenit. Iure igitur eam inter primas collocabimus. Circa minorem propositionem, in qua Aristoteles scientiam de anima cum alijs comparat, dissidium est inter expositores, num ea collatio absolutè cum omnibus in vniuersum disciplinis, an cum Physiologiæ partibus duntaxat, intelligenda sit. Priorem explicationem sequuntur præter alios, Commentator, M. Albertus, & vterque Caietanus. Posteriorem approbat D. Thomas, Aegidius, Simplicius, Philoponus & Ferrariensis. Prior magis placet, cùm ex verbis Aristotelis nulla comparationis limitatio colligatur. Nec est laborandum, quod quidam faciunt interpretes, quo pacto hæc scientia reliquis hoc loco præferatur. Nec enim illam Aristoteles cæteris præfert, sed duntaxat inter nobiliores collocat. Quem verò locum tum dignitatis, tum doctrinæ ordine inter alias scientias obtineat, exposuimus in prœmio Physicorum.

*Duplex huiusce doctrinæ vtilitas.*

d *Videtur autem.*] Duplicem proponit vtilitatem huiusce doctrinæ; vnam communem, alteram peculiarem. Communis est, quòd plurimùm conducat ad omnem veritatem. Quo nomine putat Auerroes significari scientias contemplantes duntaxat, quarum finis est sola cognitio veritatis. Magis tamen placet interpretatio Simplicij, existimantis comprehendi tam contemplantes, quàm practicas. Nam & omnes veritatem spectant (vide 1. Topic. cap. 9. in definitione problematis vocabulum veritas practicam quoque amplectitur) esto, illæ non vltrà progrediantur, hæ ad opus & actionem vlteriùs contendant: & omnibus hæc disciplina vsui est tum ob eas rationes, quas in prœmio retulimus: tum quia agit de intellectu, à quo omnis notitia veritatis, atq; adeò omnis actus sciendi elicitur. Peculiaris autem vtilitas est, quòd hæc de anima disputatio multùm conferat ad naturam, id est, ad eam physiologæ partem, quæ de animantibus differit; quorum natura, hoc est, forma, est de anima, à qua omnes vitales actiones proficiscuntur.

*Communis.*

*Peculiaris.*

e *Quasi principium animalium. οἷον ἀρχὴ τῶν ζώων.*] Non appellat animã absolutè principium animantium, sed quasi principium ad discrimen, vt ait Simplicius, primi & infiniti principij à nullo dependentis, de quo lib. 7. & 8. Physicorum, & 12. primæ philosophiæ, vel potiùs, vt ait D. Thomas, quia particulam *οἷον*, id est, quasi, non diminutionis, aut similitudinis, sed ornatus gratiã, vt sæpe aliàs hoc loco vsurpauit.

*Aduerbium quasi, non semper minuit.*

f *Contemplari autem.*] Duo sibi perquirenda esse inquit in doctrina de anima Alterum, quod quidem ad definitionem pertinet, est essentia & substantia animæ: alterum, quod spectat ad rationem demonstrandi, sunt affectus, id est, potentiæ & operationes tum peculiares ipsi animæ, quæ nimirum in anima intellectiua inhærent, vt intellectus & contemplatio: tum communes cum corpore, id est, quę in organo materiali recipiuntur; licet ab anima, tanquam à fonte dimanent, vt vires sensitiuæ & actus sentiendi.

*Quid circa animam disserendum.*

g *At verò.*] Perdifficile esse, inquit, exploratum certumq; habere, quid de anima statuendum sit. In quo, vt Theophilus annotauit, Platonis imitatur modestiam, qui se non admodum exactos de mundo sermones aiebat allaturum: non vt ij qui omnia se scire profitebantur; nec etiam vt alij, qui sciri aliquid posse diffidebant, sed media inter confidentiam & desperationem incedẽs via. Ait ergo difficillimum esse aliquid de animæ natura statuere; quia in primis de ipsa methodo inuestigandæ definitionis, qua rei essentia declaratur, quæstio est, etsi communis alijs doctrinis. Est, inquam, ambigua quæstio, num ea methodus sit vna, vt est vna via, ratióque demonstrandi; an sint plures. Tum quia si vna sit, difficile est ab ea non deflectere: si plures, non erit minus laboriosum cuique rei propriam accommodare, cùm magni laboris sit, singularum rerum genera & differentias internosse. Porrò methodum inueniendæ definitionis statuit Plato in sophista diuisionem: Aristoteles secundo Posteriorum analyseos potissimùm compositionem: Hippocrates argumentationem. In qua re dijudicanda, nõ est cur hoc loco immoremur, cùm Dialectici negotij sit.

*Aristotelis inscribendo modestia.*

*Triplex inuestigandæ definitionis via.*

*Plato.*

*Aristoteles.*

*Hippocrat.*

h *Primum*

---

αὐτῶν τι ἴσως ἀναγκαῖον θιλῆσαι σε τῶν γενῶν, καὶ τί ἐστι· λέγω δὲ οἷον τὸ ποιόν τι, καὶ ὄντα, ἢ ποιόν, ἢ ποσόν, ἢ καί τις ἄλλη τῶν διαιρεθέντων κατηγοριῶν. ἔτι δὲ πότερον τῶν ὄντων ἕκαστον, ἢ μᾶλλον ἔστιν ἐπισκέψασθαι πρῶτον· δῆλον γὰρ οὐ ῥᾴδιον. ἐπειθεῖν δὲ, εἰ μεμιγμένα, ἢ ἀμιγῆ· καὶ πότερον ὁμοίως ἢ ἄπειρον

h *Primum autem fortasse necessarium est di-* Text. 6.
*uidere, atque accipere in quonam generum collocetur, quidquid sit anima; vtrum sit substantia, an in qualitate, aut in quantitate, vel in alio quodam prædicamentorum genere collocetur. Deinde pernestigandum est, vtrum eorum iubeas rationem, quæ*



ἄπειρον ἡ ψυχὴ, ἢ οὔ. ἐὰν δὲ μὴ ὁμοειδὲς, πότερον ἓν δεῖ διαφέρειν, ἢ γένει· νῦν μὲν γὰρ οἱ λέγοντες καὶ ζητοῦντες περὶ ψυχῆς περὶ ἀνθρωπίνης μόνης ἐοικασιν ἐπισκοπεῖν. ἀλλαθητέον δὲ, ὅπως μὴ λανθάνῃ, πότερον ἓν ἢ λόγῳ θεωρητέον ἐστὶ, καθάπερ ζῷον, ἢ οὐκ ἔστιν ἓν τῷ λόγῳ θεωρητέον. οἷον ἵππου, κυνὸς, ἀνθρώπου, θεοῦ· τὸ ζῷον τὸ κοινὸν, ἢ τι ἄλλο ἐστὶν, ὕστερον. ὁμοίως δὲ κἂν εἴ τι κοινὸν ἄλλο κυρίως ἐστίν. ἐπὶ δὲ μὴ πολλαὶ ψυχαὶ, ἀλλὰ μόρια, πότερον δεῖ ζητεῖν πρότερον τὴν ὅλην ψυχὴν, ἢ τὰ μόρια. χαλεπὸν δὲ καὶ τοῦτο διορίσαι πεῖα πίφυκεν ἕτερα ἀλλήλων, καὶ πότερον τὰ μόρια δεῖ ζητεῖν πρῶτον, ἢ τὰ ἐργαζόμενα αὐτῶν, οἷον τὸ νοεῖν, ἢ τὸν νοῦν· καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ τὸ αἰσθητικόν. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων· ἃ δὲ τὰ ἔργα πρότερον, μᾶλλον ἂν τις ἀπορήσειε, ἢ τι τὰ ὑποκείμενα πρότερον ζητητέον, οἷον τὸ αἰσθητὸν τοῦ αἰσθητικοῦ, καὶ τὸ νοητὸν τοῦ νοητικοῦ. ἐοικε δ' ἡ μὲν τοῦ τί ἐστι γνῶναι χρησίμως εἶναι πρὸς τὸ ζητεῖσθαι τὰς αἰτίας τῶν συμβεβηκότων τοῖς οὖσιν, ὥσπερ οὐ τοῖς μαθήμασι τὸ τί ἐστιν, ἢ τὸ κινεῖσθαι· ἢ τὸ γεωμετρικὸν ἢ ἐπινεῦσαι, ὅσα τὸ κυρτὸν ἢ κοῖλον ἔχοντι ἀνάγκη συμβαίνειν ἢ μὴ τοῦ σχοινίου μὴ μεμιγμένου πρὸς τὸ ἐπίπεδον τὸ ἴσον· ἐπεὶ καὶ χωρὶς ἀποδείξεως ἐνίοις ἂν τῶν συμβεβηκότων ἃ τοῖς οὖσιν, ἢ τῶν πολλῶν, τὸ δὲ πρὸς τὸ εἶναι ἀπορίαν ἔχει τὸ τί ἐστιν· ὅτι καὶ ὁπόσοι τῶν ἑτερίων μὴ συμβαίνει τὸ συμβεβηκότα γνωρίζειν, ἀλλὰ μικρὰ ἐπιφαίνεται περὶ αὐτῶν ἑκάστοις, δῆλον ὅτι ἀφαιροῦσιν εἰρωτῶντες καὶ κοινῶς ἁπάντες.

*Anima definitio ab ipsius effectis colligenda.*

quæ potentia sunt, an potiùs quidam sit actus, non enim parum interesse videtur. Considerandum est præterea si partibilis sit nècne; & vtrum eiusdem sit anima speciei omnis, nècne. Et si non sit eiusdem speciei, vtrum specie tantùm, an etiam genere differat. Nunc enim ij, qui dicunt, atque quærunt de anima, de humana tantùm quærere perscrutarique videntur. At cauẽdum est, ne nos præterea, vtrum vna sit eius ratio, vt animalis an vniuscuiusque sit alia ratio, vt equi, canis, hominis, Dei. 1 Animal autem vniuersale aut nihil est, aut posterius est: & quidquid itidem aliud communiter prædicatur. Præterea si non plures sint animæ sed partes, vtrum animam totam, an partes quærere priùs oporteat. Difficile autem est id quoque determinare, quænam ingnam partes à quibus diuersæ sint. Et vtrum ipsius partes, an ipsarum partium operationes priùs quærere perscrutarique oporteat; ceu intelligere an intellectiuum, & sentire, an sensitiuũ, & eodem modo de cæteris. Quòd si operationes sint exquirendæ priùs, rursus professo quispiam dubitabit, si opposita priùs sint inquirenda; vt sensibile priùs quàm sensitiuum, & intelligibile, quàm intellectiuum. k Non solùm autem ipsius quid est cognitio conferre videtur ad perspiciendas eorum causas, quæ substantijs accidunt, vt in Mathematicis disciplinis; interdum tamen vice versa ab effectis ad causa tum notionem incedimus, præsertim in Physiologia: habent enim accidentia magnum momentum ad cuiusque rei essentiam indagandam, atque inuestigandam; quia ex ijs, quæ accidunt vnicuique, si in nullam aliam rem cadere possint, vt ex effectis causæ adæquatis, cùm sint quasi expressæ illius similitudines, in quidditatiuam causæ notitiam deducimur, qua de re D. Thomas lib. 3. contra Gentes, cap. 49.

Text. 7.

Text. 8.

Text. 9.

Text. 10.

Text. 11.

*Vniuersale separatum nihil est.*

*Animæ definitio ab ipsius effectis colligenda.*

l *Quare patet.*] Quoniam vt ex effectis cognoscimus causas, ita ex causis effecta, & ex substantijs accidentia; colligit eas definitiones, ex quibus non per se cognoscuntur accidentia, aut

*Dialecticam interdum i. dem q̃d veri simile, quòd que ex causis remotis procedit.*

non habetur facilis coniectura ad ea cognoscenda, dialecticas esse, id est, non veras & proprias, sed verisimiles,& ex causis remotis tantùm, quales sunt illæ, quibus Dialectici in disputationibus sæpe vtuntur. Ita Græci & Latini interpretes hunc locum enarrant. Nam quòd Dialecticum interdum sumatur ab Aristotele, constat ex capite 20. & 25. libri 1. Posteriorum, & ex cap. 8. libri 2. eiusdem operis, & ex cap. 3. lib. 4. Physic. & ex cap. 11. lib. 7. primæ Philosophiæ, & 6. libri 2. de Generatione animalium.

---

Ἀπορίαν δ' ἔχει καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, πότερόν ἐστι πάντα κοινὰ καὶ τοῦ ἔχοντος, ἢ ἔστι τι καὶ τῆς ψυχῆς ἴδιον αὐτῆς· τοῦτο γὰρ λαβεῖν μὲν ἀναγκαῖον, οὐ ῥᾴδιον δέ. φαίνεται δὲ τῶν πλείστων οὐθὲν ἄνευ σώματος πάσχειν, οὐδὲ ποιεῖν, οἷον ὀργίζεσθαι, θαρρεῖν, ἐπιθυμεῖν, ὅλως αἰσθάνεσθαι. μάλιστα δ' ἔοικεν ἴδιον τὸ νοεῖν. εἰ δ' ἐστὶ καὶ τοῦτο φαντασία τις, ἢ μὴ ἄνευ φαντασίας, οὐκ ἐνδέχοιτ' ἂν οὐδὲ τοῦτο ἄνευ σώματος εἶναι. εἰ μὲν οὖν ἐστί τι τῶν τῆς ψυχῆς ἔργων ἢ παθημάτων ἴδιον, ἐνδέχοιτ' ἂν αὐτὴν χωρίζεσθαι· εἰ δὲ μηθέν ἐστιν ἴδιον αὐτῆς, οὐκ ἂν εἴη χωριστή. ἀλλὰ καθάπερ τῷ εὐθεῖ, ᾗ εὐθύ, πολλὰ συμβαίνει, οἷον ἅπτεσθαι τῆς χαλκῆς σφαίρας κατὰ στιγμήν· οὐ μέντοι γε ἅψεται τούτου χωρισθὲν τὸ εὐθύ. ἀχώριστον γάρ, εἴπερ ἀεὶ μετὰ σώματός τινός ἐστιν. ἔοικε δὲ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη πάντα εἶναι μετὰ σώματος, θυμός, πρᾳότης, φόβος, ἔλεος, θάρσος, ἔτι χαρά, καὶ τὸ φιλεῖν τε καὶ μισεῖν. ἅμα γὰρ τούτοις πάσχει τι τὸ σῶμα. μηνύει δὲ τό, ποτὲ μὲν ἰσχυρῶν καὶ ἐναργῶν παθημάτων συμβαινόντων μηδὲν παροξύνεσθαι, ἢ φοβεῖσθαι· ἐνίοτε δὲ καὶ ὑπὸ μικρῶν καὶ ἀμαυρῶν κινεῖσθαι, ὅταν ὀργᾷ τὸ σῶμα, καὶ οὕτως ἔχῃ, ὥσπερ ὅταν ὀργίζηται. ἔτι δὲ τοῦτο μᾶλλον φανερόν· μηθενὸς γὰρ φοβεροῦ συμβαίνοντος, ἐν τοῖς πάθεσι γίγνονται τοῖς τοῦ φοβουμένου. εἰ δ' οὕτως ἔχει, δῆλον, ὅτι τὰ πάθη λόγοι ἔνυλοί εἰσιν. ὥστε οἱ ὅροι τοιοῦτοι, οἷον τὸ ὀργίζεσθαι, κίνησίς τις τοῦ τοιουδὶ σώματος, ἢ μέρους, ἢ δυνάμεως ὑπὸ τοῦδε, καὶ ἕνεκα τοῦδε. καὶ διὰ ταῦτα ἤδη φυσικοῦ τὸ θεωρῆσαι περὶ ψυχῆς, ἢ πάσης, ἢ τῆς τοιαύτης.

διαφε-

m *Est etiam de affectibus animæ dubitatio, vtrum omnes communes sint cum eo, quod habet animam; an sit & ipsius animæ proprius aliquis, hoc enim ipsum accipere quidem necessarium est; non tamē accipi facilè potest. Atque plurimi sunt, quorum sine corpore nullum aut agere, aut pati videtur, vt irasci, confidere, cupere, omninò sentire. Maximè autem ipsum intelligere, proprio simile est. Quòd si hoc etiam imaginatio sit quædam, aut sine imaginatione non sit, nec illud esse sine corpore poterit. Si igitur operationem animæ, vel affectuum aliquis proprius sit ipsius, fieri potest, vt ipsa anima separetur. Sin verò nullus sit eius proprius; non separabilis est. sed & de ipsa* n *perinde atque de recto, cui multa quidem, vt rectum est, competunt veluti punct⁀o pilam aeneam tangere, nō tamen ipsum, inquam, separatum tanget; est enim inseparabile, quippe cùm semper al quo cum corpore sit.* o *Videntur autem & omnes affectus animæ cum corpore esse; ira, mansuetudo, timor, misericordia, confidentia, gaudium, odium denique, atque amor: nam vnà cum his ipsum corpus aliquid patitur. Quod quidem ita esse ex eo patet: interdum enim non irascuntur, neque timent: etiam si se vehementes ipsis manifestaque causa offerant; interdum à paruis quibusdam mouentur, atque exiguis, si feruet, concitaturque corpus & perinde se habet, atque cùm afficitur ira. Hoc magis ex eo patet; quia nonnulli nulla re penitùs accidente, quæ quidem possit terrere, nullòque imminente periculo, vt ij, qui metuunt, perturbantur, ac afficiuntur timore. Quæ si ita sint, patet affectus rationes esse materiales:* p *quare & diffinitiones ipsorum tales sunt. Irasci namque motus quidam talis est corporis, aut partis, aut potentiæ ab hoc huius gratia. Idcircò naturalis est de anima vel omni, vel tali considerare.* Text.12. Text.13. Text.14. Text.15.

q *Diuersè*

---

*Quæstio de animæ intellectiuæ independentia à corpore difficilis, sed vtilis.*

m *Est etiam de affectibus.*] Quæstionem mouet, cuius explicatum difficile esse inquit, sed tamen ad huius operis institutum valde vtilem & opportunum; ex eo enim pendent fundamenta disputationis de animorum immortalitate: videlicet vtrum anima intellectiua habeat operationem propriam, & à corpore independentem: si enim habet, vtique extra materiam cohærere poterit, proindeque immortalis censebitur: alioqui verò caduca, & internecioni obnoxia: Siquidem natura nullam formam otiosam & operationis expertem in mundi vniuersitate esse patitur.

*1. Obiectio cōtra Aristot. 2. Obiectio.* Quidam hunc Aristotelis locum in reprehensionem vocarunt, ac primùm id, quod dixit, si anima operationem propriam vendicat, posse eam separari. Nam oculus propriam habet actionem; nempe actum videndi, nec tamen vt à corpore separetur fieri potest. Deinde quia modus ille argumentandi, si anima vendicat propriam operationem, potest esse extra corpus; si non vendicat, non potest; vitiosus est, & contra regulas ab ipso Aristotele præscriptas; siquidem ex antecedentis destructione procedit ad tollendum consequens: cùm potiùs deberet, sumpto opposito consequentis, tollere, demolirique antecedens. *Dilutio 1.* Priori obiectioni omissis aliorum solutionibus, occurrit hoc loco Simplicius & Philoponus, visionem non sic esse propriam oculo, quasi à corpore non pendeat, de quo propriæ operationis modo loquitur Aristoteles. Caietanus verò inquit, eam hic tantùm censeri, propriam actionem, quæ formis per se,

non



non autem partibus integrantibus accommodatur. Ad posteriorem obiectionem respondent Commentator, Aegidius, Thienensis & Apollinaris illum argumētandi modum, rectè concludere in terminis reciprocantibus, cuiusmodi sunt formam habere propriam operationem, & esse à materia separabilem. Facilior est interpretatio Philoponi, Simplicij, Sancti Thomæ, Caietani & aliorum aientium, non argumentari Aristotelem ijs verbis; sed simplici tantùm assertione affirmare si anima propriam sortiatur operationem posse à corpore abiungi; alioqui non posse. *Dilutio 2.*

n *Perinde atque de recto.*] Si nulla inquit animæ propria est operatio, non est anima separabilis à corpore: sed quæ illi tribuuntur, sic tribui intelliguntur, vt multa rebus Mathematicis quasi seiunctis à materia accommodantur, quæ tamen non sunt sine materia. Dicimus enim, verbi causa, rectum tangere sphæram puncto, at tactus non potest à corpore abiungi: sic ergo & de anima dicentur operationes, cùm tamen non sint absque corpore, si absque illo agere nihil valet. *Si anima sine corpore nō operatur, sine corpore esse nequit.*

o *Videntur autem.*] Ostendit iram, cupiditatem, cæterosque eiusmodi affectus, seu passiones, communes esse animæ cum corpore. Omnis, inquit, operatio, ad quam corporis temperamentum operatur, non solius animæ est, sed etiam corporis; atqui passiones ita sese habent; non ergo solius animæ sunt, sed animæ & corpori communes. Assumptionem confirmat: quia quosdam videmus leui de causa irasci, vt cholericos, quibus mox circa cor sanguis efferuescit: alios vix ad iram commoueri, etiam graui oblata occasione, vt eos, qui phlegmate abundant. Item quosdam vel minima causa timoris, expauescere, vt melancholicos; alios non item, vt quibus sanguinea complexio est. Hoc autem ex eo prouenit, quia in his actionibus magnam sibi partem vendicat corporis affectio. Qua de re Aristoteles copiosè in libro de Physiognomia, & 2. de Partibus animalium, capite 4. Galenus in libro, qui inscribitur, Quòd mores animi corporis temperamentum sequantur. Illud tamen certum est, & perspicuum, licet corporum temperaturæ ad eiusmodi affectus inclinent, in cuiusque potestate esse, accedente diuini numinis ope, ducem sequi rationem, & insurgentes motus ratione cohibere, ac totius statum ad virtutem & probos mores componere, vt alibi ex professo disseruimus. *Passiones animæ cū corpore sunt cōmunes. Qui citò irascantur. Qui tardè. Qui facilè timeant. Qui difficile. Aristoteles, Galenus.*

p *Quare definitiones.*] Ex superioribus duo consectaria deducit. Alterum est, affectus animæ cum corpore communes per materiam esse definiendos: sicut enim ex materia habēt esse, & eam in suo conceptu includunt, ita per eandem appositè innotescunt. Vnde ira rectè definitur vltionis, ex illata iniuria appetitio, cum feruore sanguinis in corde. Alterum est, Philosophi esse de anima disserere, aut de omni, aut de tali. Adiecit verò, aut de tali, siue, vt quidam interpretantur, propter intelligentias, quæ animæ cœlorum dicuntur, quarum consideratio physicæ metam excedit: vel propter animam rationalem, cuius contemplatio non ex toto ad Physiologiam pertinet, vt fuit à nobis superiùs declaratum. Huius secundi consectarij ea ratio est, quia ex modo definiendi cuiusque rei colligitur ad quam scientiam quæque pertineat; siquidem definitio est principium; & diuersitas principiorum, scientiæ diuersitatem arguit. cùm igitur ea, quæ definiuntur per materiam, spectent ad Physicum; & forma definiatur per materiam, atque adeò & anima, quæ forma quædam est, consequens fit, vt animæ contemplatio ad Physiologum spectet. *1. Consectarium. Ira quid. 2. Consectarium. Ratio proximi consectarij.*

Verba illa, *ab hoc huius gratia*, notant causam efficientem & finalem, poniturque iræ finis pro forma: quia forma plerunque in finem incidit, ideoque infra dicitur poni forma in definitione domus, cùm adhibetur, cuius gratia, id est, finis. *Forma & finis sæpe coincidunt.*

---

διαφερόντως δ' ὁρίσαιτο ὁ φυσικός τε καὶ διαλεκτικὸς ἕκαστον αὐτῶν, οἷον ὀργὴ τί ἐστιν· ὁ μὲν γὰρ, ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως, ἤ τι τοιοῦτον· ὁ δέ, ζέσιν τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος, ἢ θερμοῦ. τούτων δέ, ὁ μὲν τὴν ὕλην ἀποδίδωσιν, ὁ δὲ τὸ εἶδος, καὶ τὸν λόγον. ὁ μὲν γὰρ λόγος, εἶδος τοῦ πράγματος· ἀνάγκη δ' εἶναι τοῦτον ὕλῃ τοιᾳδί, εἰ ἔσται· ὥσπερ οἰκίας, ὁ μὲν λόγος τοιοῦτος, ὅτι σκέπασμα κωλυτικὸν φθορᾶς ὑπ' ἀνέμων, καὶ ὄμβρων, καὶ καυμάτων· ὁ δὲ φήσει λίθους, καὶ ξύλα· ἕτερος δ', ἐν τούτοις τὸ εἶδος, ἕνεκα τωνδί. τίς οὖν ὁ φυσικὸς τούτων; πότερον ὁ περὶ τὴν ὕλην, τὸν δὲ λόγον ἀγνοῶν, ἢ ὁ περὶ τὸν λόγον μόνον; ἢ μᾶλλον ὁ ἐξ ἀμφοῖν; ἐκείνων δέ, τίς ἑκάτερος; ἢ οὐκ ἔστι τις ὁ περὶ τὰ πάθη τῆς ὕλης τὰ μὴ χωριστὰ μηδ' ᾗ χωριστά, ἀλλ' ὁ φυσικὸς περὶ ἅπανθ' ὅσα τοῦ τοιουδὶ σώματος, καὶ τῆς τοιαύτης ὕλης ἔργα, καὶ πάθη· ὅσα δὲ μὴ τοιαῦτα, ἄλλος· καὶ περὶ τινῶν μὲν τεχνίτης, ἐὰν

τύχῃ

q *Diuersè autem modo Naturalis & disserendi artifex vnumquodque ipsorum diffiniet. Nam alter iram appetitionē esse dicet doloris vicissim aduersario inferendi, aut aliquid tale. Alter sanguinis aut caloris eius, qui circa cor est, feruorem ebullitionémve. Atque alter materiam, alter formam hoc pacto reddit & rationem. Hæc enim est ratio rei, quam necesse est, si fuerit, in tali materia esse: sic enim & domus assignari diffinitio solet. Nam quidam talem eius rationem assignat, esse dicēs tegumentum, quod quidem prohibere, propulsareq; potest incommoditates eas, quæ tum à ventis, tum ab imbribus, tum etiam ab æstu fieri euenireq; solent. Quidam dicit, lapides esse lateres atq; ligna. At alius, formam in hisce ponit, horum dicendo gratia. Quis igitur istorū est Naturalis? is ne qui materiam assignat, & rationem ignorat, an is, qui* Text.16.



*solam*

τέχνη, οἷον τέκτων, ἢ ἰατρός. τῶν δὲ μὴ χωριστῶν μὲν, ᾗ δὲ μὴ τοιούτου σώματος πάθη καὶ ἐξ ἀφαιρέσεως, ὁ μαθηματικός. ᾗ δὲ κεχωρισμένα, ὁ πρῶτος φιλόσοφος· ἀλλ' ἐπανιτέον ὅθεν ὁ λόγος. ἐλέγομεν δ' ὅτι τὰ πάθη τῆς ψυχῆς ἀχώριστα τῆς φυσικῆς ὕλης τῶν ζώων, ᾗ γε τοιαῦθ' ὑπάρχει, θυμὸς καὶ φόβος, καὶ οὐχ ὥσπερ γραμμὴ καὶ ἐπίπεδον.

Κεφά-

*solam rationem reddit, & materiam ipsam omittit? an is potius, qui vtramque complectitur? At illorum vterque quis est. At enim constat neminem esse, qui circa materiæ versetur affectus non separabiles, & vt nō separabiles sunt præter ipsum Philosophum Naturalem. Etenim Naturalis circa omnia ea versatur, quæ talis corporis, talisq; materiei sunt operationes atque effectus: circa autem ea, quæ talia non sunt, non Naturalis, sed alius solet versari. Atque de nonnullis quidem considerat, si forte fuerit artifex; faber, inquam, vel medicus.* r *De his autem, quæ separabilia quidem non sunt, attamen non vt affectus corporis talis, sed abstractione sumuntur, Mathematicus: At ea, quæ sunt separata, & vt talia sunt, ipse primus Philosophus contemplatur. Sed eò redeundum est, vnde nostra defluxit oratio. Dicebamus autem affectus animæ esse inseparabiles ab animalium naturali materia, vt tales sunt; & non vt separatur linea, superficiesque, sic iram & metum à subiecta sibi materia separari.* Text.17. Text.18.

CAP.

---

*Qua ratione definire soleat Physiologus.* q *Diuerso autem modo.*] Digressione quadam nō aliena ab instituto distinguit modum definiendi in Physiologia, Medicina, Dialectica, Mathematica & Metaphysica. Physiologia & Medicina eodem pacto definiunt, nisi quòd illa totam entis naturalis amplitudinem comprehendit: hæc sola corpora sanitati morbisq; obnoxia. Docet ergo Aristoteles Physiologum definire ex materia: Dialecticum ex forma, vt Iræ & domus definitiones ostendunt. Verùm quòd hi artifices non ita definiant, probabit aliquis in hunc modum: Physiologus non solùm materiam considerat, sed etiam formam; imò & in formæ contemplationem maiori studio incumbit, cùm illa multò nobilioris notæ sit, quàm materia: igitur non ex sola materia, sed ex forma etiam definiet. Quin & ita esse ex toto Physiologiæ discursu liquidò constat. Præterea, Dialecticus paratus est ad disputandum probabiliter de quacumque re, neque eius facultas ad hoc, aut illud definiendi genus contrahitur. Non igitur ex sola forma, sed pro re nata, & vt se ratio probabilis obtulerit, ita definiet ex materia, ex forma, ex vtroque, ex omnibus causarum generibus. Ad hæc (quidquid velit Themistius cap.9. & Auerroes comm.17) dicendum est, non esse mentem Aristotelis Physiologum haud definire etiam per formam, cùm paulò pòst doceat eum per materiam formamque definire: id enim indicant verba illa (an potiùs qui vtraque complectitur) sed tantummodo voluisse discrimen ponere inter Physiologum & Dialecticum, quòd cùm ille per materiam, etsi non per eam duntaxat, definire soleat; hic per formam definiat. Verùm & hoc non ita est accipiendum, quasi Dialecticus non assumat etiam in definitionibus alia causarum genera; sed quia cùm probabilia faciliaque consectetur, & forma notior sit quàm materia, frequentius per formam definit. Alij volunt, cùm Aristoteles ait Dialecticum per formam definire, nomine formæ significare quæ communia sunt, neque definitam aliquam materiam respiciunt. Quæ expositio probabilis est: non tamen illa, quam affert M. Albertus tract.1. cap.7. Apollinaris quæst.9. Iandunus quæst.12. Ferrariensis quæst.5. videlicet formæ appellatione intelligi hoc loco genus & differentiam. Etenim verò definitio, quæ sic traditur, exacta est; non autem vana & adumbrata, quales dixit Aristoteles, esse Dialecticas, quæ formam continent.

*Qua Medicus.* *Qua Dialecticus.* *Non videri physiologum definire per solam materiam.* *Neque Dialecticum per solam formam.* *Physiologus definit p materiam, sed non solam.* *Dialecticus definit p formam frequētius, quia notior est.*

*Qua ratione Mathematicus definiat.* r *De his autem.*] Mathematicus considerat, quæ sunt in materia subiecta sensibus, non tamen prout ita existunt: sed abstrahendo illa à tali materia, quam proinde in definitionibus nequaquam adhibebit. Primus autem Philosophus, quia considerat quæ re ipsa extra materiam sunt, multò minùs eam ad definiendum asciscet. Hæc de definiendi methodo & ratione eo consilio Aristoteles in hunc locum attulit, vt constet quam viam in quærenda assignandaque ea, quam meditatur, animæ definitione, sequi debet. *Qua Metaphysicus.*

---

*IN RELIQVAM PARTEM HVIVS LIBRI.*

*De animæ natura dissidium.* IN reliquo primi huius libri progressu more suo recenset Aristoteles veterum, qui de anima scripserunt, opiniones, easque prolixa disputatione refellit, priusquam certi aliquid ex propria sententia statuat. Porrò tam atrox fuit ea de re certamen, vt nullum diurnius, neq. maius in scholis Philosophorum extitisse videatur. Omissis igitur eorum opinione, qui nihil omnino esse animam, totumq; hoc nomē inane, ac frustra animantes appellari dixerunt, cuius dogmatis mentionem facit M. Tullius 1. Tuscul. quæst. lib. reliquorum philosophorum placita in tres sectas reduci possunt, vt ex cap.2. & 5. huius libri, & ex cap.9. tertij colligitur. Harum prima animi naturam ex motu inuestigabat. Secunda, ex cognitione, propterea quod res animatæ hisce duobus ab inanimis videntur distingui. Tertia, ex ratione incorporei, quòd crederent oportere animam quidpiam subtile esse, & expers molis, vt sese in totum corpus infundat, ac per omnes eius partes meet.

*Animam nihil esse quidā putarunt.* *Tres philosophorum Sectæ de anima.*



*1 Secta. Anima quid Democrito.* In prima secta numerantur, præter alios Democritus, Pythagoræi, Anaxagoras, Plato, & Alcmæon. Democritus, apud quē nihil est, quod nō atomorum turba conficiat, credidit animā esse quid concursu fortuito conflatum ex corpusculis insectilibus, & rotundis; quæ perenni motu agitantur, proindeq; apposita esse videntur, vt alias quoq; res subinde rapiant, & commoueant. Pythagoræi à Democriti placitis nō admodum alieni fuerunt. Ex ijs enim alij corpora indiuidua, quæ in aëre continua conuersione voluuntur; alij motricem eorum causam, animam arbitrati sunt: Anaxagoras mentem, quæ primò mouit omnia, animam censuit; licet enim animam & mentem differre putarit, vtraq; tamen, vt eadem natura vtitur. Itaque animam fontem, & originem omnis motus prædicauit. Plato in Phædro, & 10. lib. de legibus animam definijt id, quod se ipsum mouet, siue substantiam, quæ cieret alia, nec aliena vi, sed propria agitaret. Postremo Alcmæon ex motu, animi vim indagauit, siquidem ideò animam immortalem esse sibi persuasit, quod videret corpora cœlestia, quæ perenni motu circumaguntur, immortalia esse.

*Quid Pythagorais.* *Quid Anaxagoræ.* *Quid Platoni.* *Quid Alcmæoni.*

A Ad secundam sectam pertinēt qui cùm nihil, nisi per suum simile, cognosci posse existimarent, & animam cognoscendi principium statuerent, vt de rerū principijs opinabantur, ita de animæ natura iudicarunt. Plato igitur præter id, quod paulò ante de eius placito asseruimus, quia rerum principia numeros fecit, animam quoq; ex numeris compositam in Timæo pronuntiauit; quam compositionem non physicam, sed symbolicam intelli- B gere oportet, vt suo loco dicemus. Heraclitus verò, qui ignem rerum naturalium principiū fecit, animam exhalationem calidam esse voluit. Diogenes, & qui ex aëre omnia composuere, aërem; Thales humorem. Critias sanguinem, Empedocles harmoniam quandā, & temperaturam elementorum. *2. Secta.* *Heracliti placitum de anim.* *Thaletis.* *Critiæ.*

Inter philosophos tertiæ sectæ, qui ex incorporeo siue tenui, animæ naturam scrutati sunt, censentur tum ex superioribus non- C nulli, vt Democritus, & Heraclitus, qui non illam tantùm, sed hanc etiā viam secuti fuere: tum Hippocrates, qui dixit animam esse spiritū tenuem per corpus omne dispersum: & Zeno, qui eam vocauit concretum corpori spiritum; de quibus omnibus latè scripsit M. Tullius 1. Tusculanarum quæst. Auicenna 6. Natur. parte prima, capite 2. Plutarchus quarto de placitis capite secundo, & tertio. Plotinus libro septimo Enneadis quartę. Ma- D crobius in primo libro de somnio Scipionis. Diuus Nemesius in libro de natura hominis capite secundo. Theodoretus libro de natura hominis. Diuus Gregorius Nyssenus in disputatione de anima & resurrectione. Tertullianus in suo libro de anima. Lactantius in libro de opificio Dei, cap.17. D. Iustinus in paranæsi. Abulensis paradoxo quinto, cap.51. *3. Secta.* *Aliter etiā Democritus, & Heraclitus ex anima censuerunt.* *Hippocr.* *Zeno.* *Tullius.* *Auicen.* *Plutar.* *Plotin.* *Macrob.* *D. Neme.* *Theodor.* *D. Gre. Nys.* *Tertull.* *Lactant.* *Iustinus.* *Abulen.*

---

ΚΕΦ. β.

Ἐπισκοποῦντας δὲ περὶ ψυχῆς ἀναγκαῖον ἅμα διαποροῦντας περὶ ὧν εὐπορεῖν δεῖ, προελθόντας τὰς τῶν προτέρων δόξας συμπαραλαμβάνειν ὅσοι τι περὶ αὐτῆς ἀπεφήναντο, ὅπως τὰ μὲν εἰρημένα καλῶς λάβωμεν· εἰ δέ τι μὴ καλῶς, τοῦτ' εὐλαβηθῶμεν. ἀρχὴ δὲ τῆς ζητήσεως, προθέσθαι τὰ μάλιστα δοκοῦνθ' ὑπάρχειν αὐτῇ κατὰ φύσιν. τὸ ἔμψυχον δὴ τοῦ ἀψύχου δυοῖν μάλιστα διαφέρειν δοκεῖ, κινήσει τε καὶ τῷ αἰσθάνεσθαι. παρειλήφαμεν δὲ καὶ παρὰ τῶν προγενεστέρων σχεδὸν δύο ταῦτα περὶ ψυχῆς· φασὶ γὰρ ἔνιοι, καὶ μάλιστα, καὶ πρώτως ψυχὴν εἶναι τὸ κινοῦν. οἰηθέντες δὲ τὸ μὴ κινούμενον αὐτὸ μὴ ἐνδέχεσθαι κινεῖν ἕτερον, τῶν κινουμένων τι τὴν ψυχὴν ὑπέλαβον εἶναι. ὅθεν Δημόκριτος μὲν, πῦρ τι καὶ θερμόν φησιν αὐτὴν εἶναι. ἀπείρων γὰρ ὄντων σχημάτων, καὶ ἀτόμων, τὰ σφαιροειδῆ πῦρ καὶ ψυχὴν λέγει, οἷον ἐν τῷ ἀέρι τὰ καλούμενα ξύσματα, ἃ φαίνεται ἐν ταῖς διὰ τῶν θυρίδων ἀκτῖσιν, ὧν τὴν πανσπερμίαν, στοιχεῖα λέγει τῆς ὅλης φύσεως. ὁμοίως δὲ καὶ Λεύκιππος. τούτων δὲ τὰ σφαιροειδῆ ψυχὴν, διὰ τὸ μάλι-

στα

CAPVT II.

*VErum enim verò necesse est considerantes de anima, & de his dubitātes ac ambigentes, quæ nos oportet procedentes inuenire atq; percipere in medium eorum antiquorum afferamus opiniones, qui de anima tractarunt aliquid atq; dixerunt, vt ea quidem accipiamus, quæ bene sunt dicta, ab his autem caueamus, quæ non bene, rectéq; dicta fuere. Initium autem inquisitionis hoc erit profectò congruum, si prius posuerimus ea, quæ maximè videntur animæ competere suapte natura. Animatum itaq; duobus his ab inanimato maximè differre videtur, motu ac sensu. A maioribus etiam nostris hęc duo fere de anima accepimus. Inquiunt enim nonnulli, animam id esse, quod maximè primòq; mouet, atq; existimantes fieri non posse, vt id aliud quidquam moueat, quod nō mouetur, animam vnum quid eorum esse putarunt, quæ motu cientur. Quocirca Democritus ignem atq; calorem ipsam censuit esse. Nam cùm sint infinitæ figuræ ac indiuiduæ* Text.19. Text.20.



corpora

Universidad de Deusto
Biblioteca



corpora rotunda, dicit ignem & animam esse. Hæc individua corpora similia corpusculis ijs esse, quæ in aere ferri videntur, in ipsis, inquam, radijs, qui per fenestram ingrediuntur, & rerum elementa generandarum, seminaq; totius esse naturæ dixit. Eadem & Leucippus ille censebat. Horum igitur corporum ea, quæ sunt rotunda ignem ac animam asserunt esse, propterea quòd maximè omnium figuræ tales totum corpus ingredi, pereirareq; possunt, atq; cætera mouere, cum mouentur & ipsæ, arbitrantur enim animam id esse, quod motum animalibus præbet. Quapropter & respirationem Text.21.
viuendi rationem atq; causam esse putant. Nam eo quòd continet contrahente corpora, comprimente, ac extrudente figuras eas, quæ præbent animalibus motum, quia nec ipsæ vnquam quiescũt, succurrunt, auxiliumq; respiratione fieri dicunt, ingredientibus alijs figuris similibus, quæ quidem egredi prohibent ipsas, quæ animalibus insunt, id repellendo quod contrahit, atque premit, & consque viuere animalia quæque id facere possunt. Videtur autem & id, quod à nonnullis Pythagoricis dicitur eandem habere sententiam. Quidam Text.22.
enim ipsorum ea corpuscula, quæ agitantur in aëre, quidam id quod illa mouet ac agitat, animam esse dixerunt, propterea quòd continuè moueri videntur, etiamsi nullus ventus penitus afflet. Eadem ferunturq; ij, qui dicunt animam id esse, quod seipsum agitat motu. Etenim omnes ij motum videntur putasse maxime proprium esse animæ, & alia quidem vniuersa per animam, hanc autem à se ipsa moueri. Quia nihil videbant mouere, quod non mouearur & ipsum. Similiter & Anaxagoras id, Text.23.
quod mouet, animam esse dicit, & si quis alius censuit vniuersum, mentem mouisse, non tamen perinde omnibus atq; Democritus. Is enim animam & intellectum simpliciter idem esse putauit. Etenim id, quod videtur, verum esse dicebat. Quocirca recte dixisse inquit Homerum, Hectora iacere alia sapientem. Non igitur vt potentia quadam circa veritatem vitiur mente, ac intellectu, sed idem esse animam dicit & intellectum. Anaxagoras autem Text.24.
minus de ipsis explanat, multis enim in locis, boni reliq; mentem causam esse dicit, alibi autem animam ipsam mentem esse asserit. Nam animalibus vniuersis tam parvis, quam magnis tam præstabilibus, quàm minus eisdem præstabilibus mentem inesse dicit. At ea mens tamen & intellectus, cui prudentia tribuitur, non vniuersis similiter animalibus, quin etiam neque cunctis hominibus inesse videtur. Omnes igitur ij, qui ad animantis re- Text.25.
spexere motum maxime motiuum, animam esse putarunt. At qui cognitionem animaduerterunt ipsius, ac sensum, quibus res cognoscit & sentit, ij dicit animam ipsam principia rerum esse. Atqui plura principia faciunt hæc ipsa, qui verò vnum id ipsum animã esse censent. Empedocles enim ex elementis quidẽ vniuersis ipsam constare censet, tamẽ & vnumquodq; istorum animam esse putat. Dicit enim, Text.26.

Terram namq; terra, lympha cognoscimus vndam:
Aetheraq; æthere, sane ignis dignoscitur igne,
Sic & amore amor ac tristi discordia lite.

Eodem & Plato modo, animam in Timæo ex elementis constare censet. Simili namque eius quoque sententia cognoscitur similes & res ipsæ ex principijs sunt. Similiter determinatum est ab eodem, & in hisce quæ de Philosophia dicuntur, animal quidem ipsum ex ipsius vnius idea formauit, & ex longitudine prima



prima, & latitudine profunditateve constare, cætera verò simili modo. Insuper & alio pacto, intellectum quidem, esse vnum ipsum, ipsa verò duo, scientiam. Est enim ipsa tanquã ad vnum processio. Superficiei præterea numerum, opinionem: solidi sensum, nam numeri quidem, formæ ipsæ ut principia dicebantur, sunt autẽ ex elementis. Res verò partim intellectu, partim scientia, partim opinione, partim sensu dijudicantur ac discernũntur, atq; hi numeri formæ sunt rerũ. Cùm autem anima motuum & cognitionis sit, quidam virumq; complexi sunt, atq; animam numerum esse seipsum mouentem asseruerũt. Omnes tamen de principijs, quæ ex quo sunt, inter sese dissentire videntur. Atq; maxime quidem ij, qui corporea putant esse, ab his dissentiunt, qui incorporea ponunt, minus autem ab his, qui composuerunt, & ex virisque principia rerum assignauerunt. Dissentiunt etiam & de Text.29.
multitudine eorundem. quidam enim vnum, quidam plura principia dicunt esse. ... Atque vt de principijs senserũt, sic de anima etiam determinauerunt. Non enim absq; ratione in primorũ natura mouendi causam collocare. Quapropter, ignis quibusdã esse videtur, is enim subtilissimarum est partiũ & longè magis, quàm elementa cætera incorporea, mouetur insuper & cætera primo omnes. Democritus autẽ & subtilitate dixit eum assignauit, cur esse istorum virumq; dixit enim, animã quidem mentem; idem esse. Hoc aũt ex ipsis primis atq; indiuisibilibus corporibus esse. Atq; ob Text.30.
parvitatem quidem subtilitatem mouere, ob figuram verò moueri. Figuram autem omnium mobilissimam, figuram rotundam asserit, talemq; esse intellectum, et ignem. At Anaxagoras videtur quidem aliud animam, aliud intellectum mentem vocare, quemadmodum & antea diximus, verumtamen vtriusq; perinde atque vna natura. Verum mentem principium maxime omniũ ponit. Solam namq; verum omniũ ipsam, simplicem & non mistam & puram esse, synceramq; dixit. Atq; eidem principio hæc viraq; tribuit, cognitionẽ, inquam, & motũ: dicens vniuersum mentẽ mouisse. Thales etiam videtur ex hijsce, quæ tradita memoriæ sunt: motiuũ quoddam animam ipsam esse putasse. Siquidem dixit Magnetem habere animam: quia mouet, trahitq; ferrum. Diogenes autem sicut & alij quidã, aërem ipsam censuit esse, hũc subtilissimæ substãtiæ rerumq; principiũ putans. Idcirco: cognoscere atq; mouere, animam dixit, hoc quidem cognoscere, quia primum est & ex hoc ipso cætera constant: hoc aũt esse motiuum, quo subtilissimum est. Heraclitus quoq; principium ait animam esse, quippe cũ exhalationẽ esse, ex qua cætera dicit cõstare: & maxime incorporeũ esse & semper fluere dicat: atq; id quod mouetur eo quòd motu ciesum cognosci cõstat. Moueri aũt res vniuersas: et ipse et alij complures arbitrabantur. Simili modo & Alcmæon de anima putasse videtur. Dicit enim immortalem esse, eo, quia similis ipsis immortalibus est. Quod quidem ideo dixit ipsi competere; quia semper mouentur. Mouentur enim & res omnes diuinæ continuè semper: luna inquam, Sol, Stellæ, totumq; cælum. Quidam & magis importuni, animam aquam esse dixerunt, vt Hippo: qui quidem ad hanc sententiam ratione seminis videtur esse compulsus, quia omnium semen humidum est: etenim redarguit eos, qui sanguinem animam esse asserunt, quia semen sanguis non est: Hoc autem primum

Universidad de Deusto Biblioteca



πάντων ὑγρά· καὶ γὰρ ἐλέγχει τοὺς αἷμα φάσκοντας τὴν ψυχήν, ὅτι ἡ γονὴ οὐχ αἷμα· ταύτην δ' εἶναι τὴν πρώτην ψυχήν. ἕτεροι δ' αἷμα, καθάπερ Κριτίας, τὸ αἰσθάνεσθαι τῆς ψυχῆς οἰκειότατον ὑπολαμβάνοντες. τοῦτο δ' ὑπάρχειν διὰ τὴν τοῦ αἵματος φύσιν· πάντα γὰρ τὰ στοιχεῖα κριτὴν εἴληφε, πλὴν τῆς γῆς· ταύτην δ' οὐδεὶς ἀποπέφανται, πλὴν εἴ τις αὐτὴν εἴρηκεν ἐκ πάντων εἶναι τῶν στοιχείων, ἢ πάντα. ὁρίζονται δὲ πάντες τὴν ψυχὴν τρισίν, ὡς εἰπεῖν, κινήσει, αἰσθήσει, τῷ ἀσωμάτῳ. τούτων δ' ἕκαστον ἀνάγεται πρὸς τὰς ἀρχάς. διὸ καὶ οἱ τῷ γινώσκειν ὁριζόμενοι αὐτήν, ἢ στοιχεῖον, ἢ ἐκ τῶν στοιχείων ποιοῦσι, λέγοντες παραπλησίως ἀλλήλοις, πλὴν ἑνός· φασὶ γὰρ γινώσκεσθαι καὶ τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ· ἐπεὶ γὰρ ἡ ψυχὴ πάντα γινώσκει, συνιστᾶσιν αὐτὴν ἐκ πασῶν τῶν ἀρχῶν. ὅσοι μὲν οὖν μίαν τινὰ λέγουσιν αἰτίαν, καὶ στοιχεῖον ἕν, καὶ τὴν ψυχὴν ἓν τιθέασιν, οἷον πῦρ, ἢ ἀέρα· οἱ δὲ πλείους λέγοντες τὰς ἀρχάς, καὶ τὴν ψυχὴν πλείω λέγουσιν. Ἀναξαγόρας δὲ μόνος ἀπαθῆ φησιν εἶναι τὸν νοῦν καὶ κοινὸν οὐθὲν οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἔχειν. τοιοῦτος δ' ὤν, πῶς γνωρίζει, καὶ διὰ τίν' αἰτίαν, οὔτ' ἐκεῖνος εἴρηκεν, οὔτ' ἐκ τῶν εἰρημένων συμφανές ἐστιν. ὅσοι δ' ἐναντιώσεις ποιοῦσιν ἐν ταῖς ἀρχαῖς, καὶ τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν ἐναντίων συνιστᾶσιν· οἱ δὲ θάτερον τῶν ἐναντίων, οἷον θερμὸν, ἢ ψυχρόν, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο, καὶ τὴν ψυχὴν ὁμοίως ἕν τι τούτων εἶναι τιθέασι. διὸ καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκολουθοῦσιν, οἱ μὲν τὸ θερμὸν λέγοντες, ὅτι διὰ τοῦτο καὶ τὸ ζῆν ὠνόμασται· οἱ δὲ τὸ ψυχρόν, διὰ τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν κατάψυξιν καλεῖσθαι ψυχήν. τὰ μὲν οὖν παραδεδομένα περὶ ψυχῆς, καὶ δι' ἃς αἰτίας λέγουσιν οὕτω, ταῦτ' ἐστίν.

mam animam esse dicit. Sunt & qui sanguinem ipsam esse dixerunt, vt Critias, sentire ipsum maxime proprium animæ esse putantes. Quod quidem competere propter naturam sanguinis, crediderunt. Nam omnia elementa præter terram indicem habuerunt. Hanc autem nemo tribuit animę, nisi quis ipsam dixerit ex omnibus elementis constare aut omnia esse. Vt igitur in summam omnia Text.33. redigamus, tribus his omnes animam motu, sensu, incorporeoq; diffiniunt, quorum vnumquodq; reducitur ad principia rerum, vt patuit. Quapropter & ij, qui cognitione diffiniunt animam, aut elementum, aut ex elementis faciunt ipsam, similiter omnes præter vnum, dicentes. Inquiunt enim simile sibi cognosci, atq; cùm vniuersa cognoscat, ac percipiat anima, ex vniuersis rerum principijs ipsam constare dicunt. Quibus igitur placuit vnā Text.34. causam elementumq; vnum ponere rerum, ij animam etiam vnum, velut ignem, aut aërem esse ponunt. Qui verò plura rebus principia tribuunt, ij plura quoq; dicunt animam esse. Solus aūt Anaxagoras mentē passione vacare dicit, & nihil prorsus cum cæteris habere commune. Verùm cum talis sit, quo nam pacto cognoscat, & quam ob causam neq; ille dixit, neq; ex dictis percipi potest. At verò, qui contrarietates in principijs faciunt, ij consiciunt animam etiam ex contrarijs. Qui verò Text.35. tantum alterum ponunt contrariorum, calidum, inquam, aut frigidum aut aliquid aliud huiuscemodi, ij similiter & animā vnum istarum asserunt esse. Quapropter, & nomina ipsa sequuntur. Nam ij, qui calidum esse dicunt inde inquiūt ipsum viuere dictum nominatumq; fuisse, & ij rursus, qui frigidum esse censent, animam inde nuncupatā ob respirationē & refrigerationē asserūt esse. Hæc igitur sunt, quæ de anima tradita sunt à maioribus nostris, & hæ sunt causæ ob quas illi talia de ipsa dixerunt.

---

## ΚΕΦ. Γ.

Ἐπισκεπτέον δὲ πρῶτον μὲν περὶ κινήσεως· ἴσως γὰρ οὐ μόνον ψεῦδός ἐστι τὸ τὴν οὐσίαν αὐτῆς τοιαύτην εἶναι, οἵαν φασὶν οἱ λέγοντες ψυχὴν εἶναι τὸ κινοῦν αὑτό, ἢ δυνάμενον κινεῖν, ἀλλ' ἕν τι τῶν ἀδυνάτων, τὸ ὑπάρχειν αὐτῇ κίνησιν. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἀναγκαῖον τὸ κινοῦν καὶ αὐτὸ κινεῖσθαι, πρότερον εἴρηται. διχῶς δὲ κινουμένου παντός· ἢ γὰρ καθ' ἕτερον, ἢ καθ' αὑτό· καθ' ἕτερον δὲ λέγομεν, ὅσα κινεῖται τῷ ἐν κινουμένῳ εἶναι, οἷον πλωτῆρες· οὐ γὰρ ὁμοίως κινοῦνται τῷ πλοίῳ· τὸ μὲν γὰρ καθ' αὑτὸ κινεῖται, οἱ δὲ τῷ ἐν κινουμένῳ εἶναι. δῆλον δ' ἐπὶ τῶν μορίων· οἰκεία μὲν γάρ ἐστι κίνησις ποδῶν βάδισις· αὕτη δὲ καὶ ἀνθρώπων· οὐχ ὑπάρχει δὲ τοῖς πλωτῆρσι τότε. διχῶς δὲ οὖν λεγομένου τοῦ κινεῖσθαι, νῦν ἐπισκοποῦμεν περὶ τῆς ψυχῆς, εἰ καθ' αὑτὴν κινεῖται, καὶ μετέχει κινήσεως. τεσσάρων δὲ κινήσεων οὐσῶν, φορᾶς, ἀλλοιώσεως, φθίσεως, αὐξήσεως, ἢ μίαν τούτων κινοῖτ' ἄν, ἢ πλείους, ἢ πάσας. εἰ δὲ κινεῖται μὴ κατὰ συμβεβηκός, φύσει ἂν ὑπάρχοι κίνησις αὐτῇ. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τόπος·

## CAPVT III.

Considerandum est autem primū de motu. Text.36. Nam fortasse nō solum falsum est substantiam animæ talem esse, qualem ij dicūt, qui animam id asserunt esse quod se ipsum mouet, aut mouere potest, sed etiam vnū id esse quoddam videtur eorum, quæ nequeunt esse, motum inquam ipsi inesse atq; competere. Non necessarium igitur esse id omne moueri, quod mouet: olim iā diximus & probauimus. Cum autem omne quod motu cie- Text.37. tur dupliciter moueatur, aut enim per aliud aut per se mouetur. Per aliud autem id omne moueri dicimus: quod est in eo, quod motu cietur, vt nauigantes. Hi namq; non perinde atq; nauis mouentur. Hæc enim per se mouetur, illi motu cientur, quia sunt in eo, quod motu cietur. Quod quidē ita esse patet in partibus. Motus enim proprius pedū est ambulatio, qua mouentur & homines. Tunc autem hisce motus non inest, vt patet, in nauigantibus. Cū igitur id quod mouetur, vt diximus, bi- Text.38. fariam dicatur moueri, consideremus tunc oportet de anima, si per se moueatur, motusq; particeps sit. Cum igitur quatuor sint motus, latio, alteratio, accretio, atq; decretio, aut istorū vno, aut pluribus, aut omnibus, vt patet, mouebitur. Quod si nō per accidens moueatur: natura sanè motus inerit ipsi. At si hoc Text.39.





πᾶσαι γὰρ αἱ λεχθεῖσαι κινήσεις ἐν τόπῳ. εἰ δ' ἐστὶν ἡ οὐσία τῆς ψυχῆς τὸ κινεῖν ἑαυτήν, οὐ κατὰ συμβεβηκὸς τὸ κινεῖσθαι αὐτῇ ὑπάρξει, ὥσπερ τῷ λευκῷ, ἢ τῷ τριπήχει· κινεῖται γὰρ καὶ ταῦτα, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· ᾧ γὰρ ὑπάρχουσιν, ἐκεῖνο κινεῖται τὸ σῶμα. διὸ καὶ οὐκ ἔστι τόπος αὐτῶν. τῆς δὲ ψυχῆς ἔσται, εἴπερ φύσει κινήσεως μετέχει. ἔτι δ', εἰ φύσει κινεῖται, κἂν βίᾳ κινηθείη· κἂν εἰ βίᾳ, καὶ φύσει. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει καὶ περὶ ἠρεμίας· εἰς ὃ γὰρ κινεῖται φύσει, καὶ ἠρεμεῖ ἐν τούτῳ φύσει. ὁμοίως δὲ καὶ εἰς ὃ κινεῖται βίᾳ, καὶ ἠρεμεῖ ἐν τούτῳ βίᾳ. ποῖαι δὲ βίαιοι τῆς ψυχῆς κινήσεις ἔσονται καὶ ἠρεμίαι, οὐδὲ πλάττειν βουλομένοις ῥᾴδιον ἀποδοῦναι. ἔτι δ', εἰ μὲν ἄνω κινήσεται, πῦρ ἔσται· εἰ δὲ κάτω, γῆ. τούτων γὰρ τῶν σωμάτων αἱ κινήσεις αὗται. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν μεταξύ. ἔτι δ', ἐπεὶ φαίνεται κινοῦσα τὸ σῶμα, ταύτας εὔλογον κινεῖν τὰς κινήσεις ἃς καὶ αὐτὴ κινεῖται. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἀντιστρέψασιν εἰπεῖν ἀληθές, ὅτι ἣν τὸ σῶμα κινεῖται, ταύτην καὶ αὐτή. τὸ δὲ σῶμα κινεῖται φορᾷ· ὥστε καὶ ἡ ψυχὴ μεταβάλλοι ἂν κατὰ τὸ σῶμα καὶ αὐτή, ἢ ὅλη, ἢ κατὰ μόρια μεθισταμένη. εἰ δὲ τοῦτ' ἐνδέχεται, καὶ ἐξελθοῦσαν εἰσιέναι πάλιν ἐνδέχοιτ' ἄν· τούτῳ δ' ἕποιτ' ἂν τὸ ἀνίστασθαι τὰ τεθνεῶτα τῶν ζῴων. τὴν δὲ κατὰ συμβεβηκὸς κίνησιν, κἂν ὑφ' ἑτέρου κινοῖτο· ὠσθείη γὰρ ἂν βίᾳ τὸ ζῷον. οὐ δεῖ δὲ ᾧ τὸ ὑφ' ἑαυτοῦ κινεῖσθαι ἐν τῇ οὐσίᾳ, τοῦτο ὑπ' ἄλλου κινεῖσθαι, πλὴν εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός· ὥσπερ οὐδὲ τὸ καθ' αὑτὸ ἀγαθόν, ἢ δι' αὑτό, τὸ μὲν δι' ἄλλο εἶναι, τὸ δ' ἑτέρου ἕνεκα. τὴν δὲ ψυχὴν μάλιστα φαίη τις ἂν ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν κινεῖσθαι, εἴπερ κινεῖται. ἀλλὰ μὴν καὶ εἰ κινεῖ γε αὐτὴ ἑαυτήν, καὶ αὐτὴ κινοῖτ' ἄν· ὥστ' εἰ πᾶσα κίνησις ἔκστασίς ἐστι τοῦ κινουμένου ᾗ κινεῖται, καὶ ἡ ψυχὴ ἐξίσταιτ' ἂν ἐκ τῆς οὐσίας, εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς αὑτὴν κινεῖ, ἀλλ' ἔστιν ἡ κίνησις τῆς οὐσίας αὐτῆς καθ' αὑτήν. ἔνιοι δὲ καὶ κινεῖν φασι τὴν ψυχὴν τὸ σῶμα ἐν ᾧ ἐστιν, ὡς αὐτὴ κινεῖται, οἷον Δημόκριτος, παραπλησίως λέγων Φιλίππῳ τῷ κωμῳδοδιδασκάλῳ· φησὶ γὰρ τὸν Δαίδαλον κινουμένην ποιῆσαι τὴν ξυλίνην Ἀφροδίτην, ἐγχέαντα ἄργυρον χυτόν. ὁμοίως δὲ καὶ Δημόκριτος λέγει· κινουμένας γάρ φησι τὰς ἀδιαιρέτους σφαίρας, διὰ τὸ πεφυκέναι μηδέποτε μένειν, συνεφέλκειν καὶ κινεῖν τὸ σῶμα πᾶν. ἡμεῖς δ' ἐρωτήσομεν, εἰ καὶ ἠρεμίαν ποιεῖ τοῦτ' αὐτό. πῶς δὲ ποιήσει, χαλεπόν, ἢ καὶ ἀδύνατον, εἰπεῖν. ὅλως δ' οὐχ οὕτω φαίνεται κινεῖν ἡ ψυχὴ τὸ ζῷον, ἀλλὰ διὰ προαιρέσεώς τινος καὶ νοήσεως. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὁ Τίμαιος φυσιολογεῖ τὴν ψυχὴν κινεῖν τὸ σῶμα· τῷ γὰρ κινεῖσθαι αὐτήν, καὶ τὸ σῶμα κινεῖν, διὰ τὸ συμπεπλέχθαι πρὸς αὐτό. συνεστῶσαν γὰρ ἐκ τῶν στοιχείων, καὶ μεμερισμένην κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς ἀριθμούς, ὅπως αἴσθησίν τε σύμφυτον ἁρμονίας ἔχῃ, καὶ τὸ πᾶν φέρηται συμφώνους φοράς, τὴν εὐθυωρίαν εἰς κύκλον κατέκαμψε· καὶ διελὼν ἐκ τοῦ ἑνὸς δύο κύκλους διχῇ συνημμένους, πάλιν τὸν ἕνα διεῖλεν εἰς ἑπτὰ κύκλους, ὡς οὔσας τὰς τοῦ οὐρανοῦ φορὰς, τὰς τῆς ψυχῆς κινήσεις.

sit: locus etiam eidem idem competet. Omnes enim iam dicti motus in loco sunt. Quod si substantia sit animæ seipsam motu ciere, non per accidens inerit ipsi motus, vt inest albedini aut tricubito. Mouentur enim & ipsa, verum per accidens. Quippe cum corpus id moueatur, cui res tales insunt. Quapropter & locus nullus ipsorum est, at erit animæ sine cōtrouersia locus, si natura motus particeps est. Præterea si natura motu cietur, vi Text.40. quoq; moueri potest & si vi mouetur & natura moueri potest. Eodem modo, de quiete quoq; dicere possumus. In hoc enim natura rei quiescere solet, in quod suapte natura mouetur. In hoc pari modo vi plane quiescit, in quod vi pulsa mouetur. Atqui motus erunt animæ violenti quietesve, neq; si fingere volumus, assignare facile possumus. At verò si sursum mouebitur, ignis erit, deorsum, terra. Hisce namq; corporibus hi motus competunt. Eadem est & de medijs corporibus ratio. Præterea cū videa- Text.41. tur anima corpus mouere, rationi consentaneū est ijs motibus ipsum mouere, quibus et ipsa mouetur. Quod si id sit, cōuertendo verè quoq; dicere possumus, eo ipsam motu cieri, quo mouetur & corpus. At latione corpus mouetur. Quare mutabitur & anima perinde atq; corpus, & aut tota aut partibus locū mutabit. Quòd si id fieri potest, fieri quoque potest, vt aggressa, rursus corpus ingrediatur. Ex quo fiet, vt animalium ea, quæ mortem obierunt, resurgāt. At enim motu per accidēs ab alio quoq; Text.42. mouebitur. Animal enim vi pelli potest. Non autē oportet cuius in substantia inest à se ipso moueri: id ab alio motu cieri, nisi per accidens, quemadmodum neq; quod per se, vel propter se bonum est, id per aliud oportet aut gratia cuiuspiam esse. Ani- Text.43. mam aūt si mouetur: à sensibilibus maximè quispiam dicet moueri. At verò si mouet se ipsam anima & ipsa quoq; mouetur. Quare cum omnis motus exitus atque remotio sit eius quod motu cietur ea ratione qua motum subit, anima nimirum ex substantia dimouetur & exit, nisi se ipsam per accidens moueat, at motus, vt inquiūt, substantia est ipsius per se. Quidam autem asserunt animam id Text.44. corpus in quo est eodem mouere modo, quo & ipsa mouetur, vt Democritus, qui quidem perinde atq; Philippus Comicus dicit. Ille namq; Dædalum ait, ligneam venerem confecisse, quæ motu mouebatur argenti viui, quod in illam infudit. Et Democritus pari modo pilas indiuisibiles secū trahere corpus totum, atq; mouere dicit, ex eo quia nunquam ipsæ quiescunt suapte natura, desinuntq; moueri. Nos autem ipsum interrogabimus, si quietum etiā id ipsum faciat vnquā. Atq; quonam pacto quietum faciet, difficile est dictu; vel potius dici nō potest. Omnino autem anima non sic mouere videtur animal, vt inquiunt ipsi, sed electione quadam, intellectionéue. Eodem aūt modo Timæus etiam ani- Text.45. mā corpus mouere dicit. Mouere enim ipsam ex eo censet atq; asserit corpus, quia mouetur: propterea quod ad ipsum connexa est. Ipse enim dicit ex elementis eam constitutam, numerisq; distinctam sonoris, vt insitum sonoritatis atq; concentus habeat sensum, & vt vniuersum feratur consonis lationibus rectitudinem corgit, atque reflexit in circulum & cum vnum in duos diuisisset circulos duobus in punctis coniūctos, rursum vnū in septē orbes diuisit, quoniā lationes ipsius cæli motiones sunt animæ, quib. ipsa

Universidad de Deusto
Biblioteca



κινήσεις. αρξωνται μὲν οὖν, αὐ ηρεμοῦσι τὰ λίαν, τῷ ψυχῷ μεγεθος εἶναι· τῶν δὲ τὰ σωματα, δῆλον ὅτι τοιοῦτόν τινα εἶναι βούλεται, οἷον παν· ἐφ' ὃ ἡ καλουμένη νοῦς· ἅ γὰρ δὲ οἷόν τε ἡ αἰσθητικὴ, οὐδ' οἷον ἡ ἐπιθυμητικὴ. τούτων γὰρ ἡ κίνησις, ἡ κυκλοφορία. ὃ δὴ νοῦς ἂν ηρεμοῦσι ἐνέργειαν, ὅταν ηρεμοῦσι ἡ νόησις· ἡ δὲ νόησις, τὰ νοήματα. πῶς δὲ τῷ ἐφεξῆς ἐν, ἀς ἀόριστος, ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ μεγεθος. διὸ ἐφ' ὃ ἂν νοῦς ἔχῃ ἐνέργειαν, ἀλλ' ἔστι ἀμερὴς, ἡ ἐν ὡς μεγεθός τι ἐνέργειαν· ὥστε δὲ καὶ νοήσεις μεγεθος ἂν ὁτιοῦν τῶν ἀμερῶν ἔσονται, ἐὰν δὲ καὶ τὰ μεγεθη ἀμερῆ, καὶ τὰ ἀμερῆ μεγεθη· ἀναγκαῖον δὲ τὸν νοῦν ἔσεσθαι τὸν κύκλον τοῦτον. νοῦς μὲν γὰρ νόησις, νόημα· κύκλος δ', ἀφ' ὃ φορά· ἐν οὖν ἡ νόησις ἀφ' ὃ φορά· καὶ νοῦς ἂν εἴη ὁ κύκλος, ἢ ἡ τοιαύτη ἐνέργεια νόησις, αὕτη δὲ δὴ ἡ νοήσις· δῆλον δ', ὅταν ἀΐδιος ἡ ἀφορά. τῶν μὲν γὰρ πεπερασμένων ἡ στερουμένων τέλους, ἐν τούτοις συμβαίνει καὶ τοῦτο τὸ λόγῳ, καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν περὶ ψυχῆς· σωφάλλεται γὰρ ἡ πλείστη δόξα



σῶμα τῶν ψυχῶν, ὑφ' ὧν ἀφορισθέντες ἀφ' ὧν αἴτιοι, ἢ πᾶς ἐχειν τὸ σῶμα. καὶ τι δεῖ τὸν μὲν τοῦτο ἀναγκαῖον εἶναι· ἀφ' τῶν γὰρ κρατεῖν, τὸ μὲν πάσχειν, τὸ δὲ ποιεῖν· ἢ τὸ μὲν κινεῖσθαι, τὸ δὲ κινεῖν. τοῦτο δ' οὐκέτι ὑπάρχει ἄνευ ἁφῆς· ἁφὴ δὲ ἁπάντων ἐστὶν ἐν τοῖς ἁπτοῖς. εἰ δὲ μόνον ἐπιχέοιτο λεκτέον, πῶς ἡ ψυχὴ ἀφῆ τὸ δεξόμενον σῶμα· ἢ ἔτι ἀπορώτερόν ἐστιν, ὥσπερ ἐν ὑδρίᾳ πολλοὺς καὶ τοὺς πυκνοτέρους μυθεύουσι τῶν τυχόντων ψυχῶν ἂν τὸ τυχὸν σῶμα· δοκεῖ δὲ ἐκφεύγειν ἰδίαν ἔχειν ἁφὴν ἡ μεθόριον. παραπλήσιον δ' λέγουσιν, ὥσπερ οἱ τὴν φύσιν τῶν πυκτευόντων ἂν αὐλοὺς ἐνδύειν. δεῖ δὲ τῶν ἁφὴν τοῖς ἔχουσι, τῶν δ' ψυχῶν τὸ σύμπαν.

*in eo: & tamen nihil prorsus determinant quæ ob causam, vt quomodo sese habēte corpore, quod tamē necessarium esse videtur. Nam ob propinquitatē, hoc quidem agit, illud patitur: & hoc rursus mo-* Text.52.
*uetur, illud autem mouet, quorum nihil sane quibusuis inter sese competit. At illi dicere quidem* Text.53.
*quæ quid sit ipsa anima enituntur: de susceptino verò corpore nihil penitus dicūt, atq; determināt, perinde quasi fieri posse, vt quæuis anima sine vllo discrimine quodlibet corpus ingrediatur, vt Pythagoricorum fabulæ dicunt: animantis enim cuiusque, propriam speciem habere, formamq; videtur. Perinde igitur dicunt, atq; si quispiam artem fabrilem sistulas ingredi dicat. Etenim ars quidem instrumentis, anima verò, corpore vtatur oportet.*

## ΚΕΦ. δ.

## CAPVT IV.

ΚΑΤ' ἀλλὰ δή τις δόξειε ποιοῦσθαι περὶ ψυχῆς, πλείους μὲν ποιᾶς, ἐξ ὑπαρχῆς κεῖται τὰ λεγόμενα, λέγεις δ' αὐ ἐξ ὧν ὡς διαλεκτικὰ καὶ τῆς ἐν κοινῷ γινομένους λόγοις· ἀρμονίαν γάρ τινα αὐτὴν εἶναι καὶ συγκρᾶσιν λέγουσι· καὶ γὰρ τὸ σῶμα συγκεῖσθαι ἐξ ἐναντίων ἐστὶν, καὶ τινὶ λόγῳ ἁρμοττόμενα τὰ μὲν ἀλλήλοις τὰ στοιχεῖα, τὴν δ' ψυχὴν ἁρμονίαν εἶναι τούτων ἐναντίων ἐστὶν ἁρμονίας, ψυχῇ δ' οὐδὲν ἐνδέχεται τῶν τοιούτων ὑπάρχειν, μᾶλλον δ' οὐκ ἁρμόττει τὸ ἐφαρμόζειν. ἐπὶ δ' ἁλλήλοις μὲν τὰ ἀρμονίαν, ἢ λόγον ἔχοντα ἁρμονίας, ἔστιν ἕτερα τῶν μερῶν, ἐν τοῖς ὅλοις κεῖται ἐν τῷ σώματι αὐτῶν, καθάπερ καὶ τὸ σωματοειδὲς ὂν, ὅτι μάλιστα συγκεῖσθαι λεκτέον δ' ἐν τοῖς τῶν μεριζομένων λόγοι· οὐδέτερον δ' ἐν τοῖς λόγοις· ἢ σωμάτων τῶν μερῶν ἕκαστον ἐστὶ λόγος τις καὶ μῖξις τῶν μερῶν, ἐν πολλαχῶς· τὸν δὲ καὶ τοῦτον ἀναλύσεις ἔχει τὸν αὐτὸν πρόπον, ἢ ἐν τῷ αὐτῷ ἐστὶν, ἢ τὸ αὐθεντικὸν, ἢ ἀρετὴ τινὸς, μᾶλλον δ' ἀπόπον, ἢ τὸν λόγον τὸ μίξιν εἶναι τῶν στοιχείων, καθ' ἣν μίγνυται, ἐν καθ' ἣν οὐσίαν. συμβαίνει δὲ πολλὰς τὰ ψυχὰς ἔχειν, ἐν πᾶν τὸ ἐμψυχὸν, ἐπεὶ πᾶσα μὲν οὐκ ἔστι τοιαύτη μεριζομένη· ἀλλ' ἡ μῖξις λόγος, ἁρμονία ἐ ψυχή· ἀπὸ τούτου δ' ἂν τις τάχ' ἂν ἐπ' ἐκ Ἐμπεδοκλέους· τινὰς γὰρ ὧν ἕκαστον μέρος λέγειν φησὶν ἡ ψυχή, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν ἡ ἐκ τούτων· τίς μᾶλλον· ἐπ' ἡ ἀπλῶς· ἢ ἐν τῷ λόγῳ· ἐ τοῦτο ποιεῖ ἐκ τῶν ἐκ τούτων ἐστὶν ἕκαστον· ἐ δ' ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἡ μίξις· τί ἐστι ὁ φιλόνεικος

*ESt autem & alia quædam opinio de anima* Text.54.
*tradita, probabilis quidem compluribus, & nulla earum inferior, quæ de ipsa dicuntur, reprobata tamen & hisce rationibus, quæ in communibus sermonibus fiunt. Animam enim harmoniam quandam inquiunt esse, harmoniam namq; temperationem esse compositionemq; contrariorū dicunt, & corpus ex cōtrarijs compositum esse. Ve-* Text.55.
*rum enim harmonia quidem vario quadam eorū est, quæ sunt permista, vel etiam compositio. Anima autem neutrum istorum esse potest, vt patet. Præterea harmonia non est mouere, animæ autem id omnes maximè tribuunt. Accommodatius au-* Text.56.
*tem harmonia de sanitate, atq; omnino de virtutibus corporis, quam de anima dici potest, atq; manifestissimum id erit profectò, si quispiam operationes atq; affectus animæ in aliquam harmoniā reducere conetur, accommodare namq; perdifficile est. Præterea in duo respicientes harmoniam di-* Text.57.
*cere consueuimus, & proprūssimè quidem earum magnitudinum compositionem, quæ motū habent, positionēmve eū adeo sint coniunctæ, vt nihil eiusdē generis inter sese susciperе possint. Hinc autem & verum rationem mistarū. At nempe profectò modo consentaneum est rationi, harmoniam animam appellare. Neq; partium corporis compositio, facilis est admodum inquisitionis; complures namq;* Text.58.
*compositiones sunt, vt patet, et variæ partium. Cuius igitur, aut quonam pacto intellectum, aut etiā sensilium, aut appetitiuū, compositionem esse putare oportet. Similiter absurdum est sanè, mistionisque rationem animā esse putare: non enim elementorum mistio rationem habet eandem in carne, & osse, cæteriq; corporis partibus. Fiet igitur vt complures habeat animas per totumq; corpus, si partes quidē vniuersæ corporu ex elementis consteti permistis, ratio verò mistionis harmonia sit* Text.59.
*vt inquiunt, animaq; id etiam quispiā & ab Empedocle non iniuriā petet: Vnamquamq; namque partium aliqua ratione dicit esse cōfectam. Verum igitur ratio ipsa sit anima, an potius sit aliquid aliud anima, & ipsis membris aduenias. Præterea vtrum cuiusuis mistionis sine vllo discrimine causa sit ipsa concordia, an cuius quæ ratio conficitur? Et hæc vtrum sit ipsa anima, an aliquid diuersum à ratione. Hæc igitur tales dubitationes habere videntur. Verum si anima diuersum à mistione sit, vt dixi-* Text.60.
*mus, cur vna cum ratione carnis & cæterarum etiam animalis partium tollitur? Insuper si non vna quæque partium animam habeat, si non sit anima ratio mistionis, quid est quo decedente corrum-*



*admodum & dici solet et complures plane consentiunt. Causa præterea qua cælum conuertitur, non videtur ex dictis illis emergere. Neq; enim anima substantia causa est cōuersionis, sed per accidens hoc modo mouetur, nec etiam corpus sed anima corpori potius causa est motionis. At verò neq; quia dicitur ita melius esse: & tamen oportebat ideo Deum animā in orbe versari fecere, quia melius est ipsi moueri, quā stare, & hoc pacto moueri, quàm alio modo. Verū enim cū huiusmodi consideratio magis alijs accōmodetur.* Text.51.
*sum sermonibus, eam nunc omittamus. Illud aūt absurdū euenire videtur: tam huic sententiæ, quàm etiā compluribus alijs, quæ dicūtur de anima. Etenim coniūgunt quidē animā cum corpore, ponunq; ipsam*

*in eo:*

Universidad de Deusto Biblioteca



ρειται τῆς ψυχῆς ἀπολιπούσης; ὅτι μὲν οὖν οὔθ' ἁρμονίαν οἷόν τε εἶναι τὴν ψυχὴν, οὔτε κύκλῳ περιφέρεσθαι, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ κινεῖσθαι, καθάπερ εἴπομεν, ἔστι, καὶ κινεῖν ἑαυτήν. οἷον κινεῖσθαι μὲν ἐν ᾧ ἐστι, τοῦτο δὲ κινεῖσθαι ὑπὸ τῆς ψυχῆς· ἄλλως δ' οὐχ οἷόν τε κινεῖσθαι κατὰ τόπον αὐτήν. εὐλογώτερον δ' ἀπορήσειεν ἄν τις περὶ αὐτῆς, ὡς κινουμένης, εἰς τὰ τοιαῦτα ἀποβλέψας· φαμὲν γὰρ τὴν ψυχὴν λυπεῖσθαι, χαίρειν, θαρρεῖν, φοβεῖσθαι, ἔτι δὲ ὀργίζεσθαί τε καὶ αἰσθάνεσθαι, διανοεῖσθαι· ταῦτα δὲ πάντα κινήσεις εἶναι δοκοῦσιν. ὅθεν οἰηθείη τις ἂν αὐτὴν κινεῖσθαι· τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἀναγκαῖον. εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ λυπεῖσθαι, ἢ χαίρειν, ἢ διανοεῖσθαι κινήσεις εἰσί, καὶ ἕκαστον κινεῖσθαί τι τούτων· τὸ δὲ κινεῖσθαί ἐστιν ὑπὸ τῆς ψυχῆς, οἷον τὸ ὀργίζεσθαι, ἢ φοβεῖσθαι, τὸ τὴν καρδίαν ὡδὶ κινεῖσθαι, τὸ δὲ διανοεῖσθαι, ἢ τοιοῦτον ἴσως, ἢ ἕτερόν τι. τούτων δὲ συμβαίνει, τὰ μὲν κατὰ φορὰν τινῶν κινουμένων, τὰ δὲ κατὰ ἀλλοίωσιν. ποῖα δὲ καὶ πῶς, ἕτερός ἐστι λόγος. τὸ δὲ λέγειν ὀργίζεσθαι τὴν ψυχὴν, ὅμοιον κἂν εἴ τις λέγοι τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν, ἢ οἰκοδομεῖν· βέλτιον γὰρ ἴσως μὴ λέγειν τὴν ψυχὴν ἐλεεῖν, ἢ μανθάνειν, ἢ διανοεῖσθαι, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον τῇ ψυχῇ. τοῦτο δὲ μὴ ὡς ἐν ἐκείνῃ τῆς κινήσεως οὔσης· ἀλλ' ὁτὲ μὲν μέχρι ἐκείνης, ὁτὲ δ' ἀπ' ἐκείνης· οἷον, ἡ μὲν αἴσθησις ἀπὸ τωνδί, ἡ δ' ἀνάμνησις ἀπ' ἐκείνης, ἐπὶ τὰς ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις κινήσεις ἢ μονάς. ὁ δὲ νοῦς ἔοικεν ἐγγίνεσθαι, οὐσία τις οὖσα, καὶ οὐ φθείρεσθαι. μάλιστα γὰρ ἐφθείρετ' ἂν ὑπὸ τῆς ἐν τῷ γήρᾳ ἀμαυρώσεως. νῦν δ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν αἰσθητηρίων συμβαίνει· εἰ γὰρ λάβοι ὁ πρεσβύτης ὄμμα τοιονδί, βλέποι ἂν, ὥσπερ καὶ ὁ νέος. ὥστε τὸ γῆρας οὐ τῷ τὴν ψυχήν τι πεπονθέναι, ἀλλ' ἐν ᾧ, καθάπερ ἐν μέθαις καὶ νόσοις. καὶ τὸ νοεῖν δὴ καὶ τὸ θεωρεῖν μαραίνεται, ἄλλου τινὸς ἔσω φθειρομένου· αὐτὸ δὲ ἀπαθές ἐστι. τὸ δὲ διανοεῖσθαι, καὶ φιλεῖν, ἢ μισεῖν, οὐκ ἔστιν ἐκείνου πάθη, ἀλλὰ τουδὶ τοῦ ἔχοντος ἐκεῖνο, ᾗ ἐκεῖνο ἔχει. διὸ καὶ τούτου φθειρομένου, οὔτε μνημονεύει, οὔτε φιλεῖ· οὐ γὰρ ἐκείνου ἦν, ἀλλὰ τοῦ κοινοῦ, ὃ ἀπόλωλεν· ὁ δὲ νοῦς ἴσως θειότερόν τι καὶ ἀπαθές ἐστιν. ὅτι μὲν οὖν οὐχ οἷόν τε κινεῖσθαι τὴν ψυχὴν, φανερὸν ἐκ τούτων. εἰ δ' ὅλως μὴ κινεῖται, δῆλον ὡς οὐδ' ὑφ' ἑαυτῆς. πολὺ δὲ τῶν εἰρημένων ἀλογώτατον, τὸ λέγειν ἀριθμὸν εἶναι τὴν ψυχὴν κινοῦνθ' ἑαυτόν. ὑπάρχει γὰρ αὐτοῖς ἀδύνατα, πρῶτα μὲν τὰ ἐκ τοῦ κινεῖσθαι συμβαίνοντα· ἴδια δ' ἐκ τοῦ λέγειν αὐτὴν ἀριθμόν. πῶς γὰρ χρὴ νοῆσαι μονάδα κινουμένην, καὶ ὑπὸ τίνος, καὶ πῶς, ἀμερῆ καὶ ἀδιάφορον οὖσαν; ᾗ γάρ ἐστι κινητικὴ καὶ κινητή, διαφέρειν δεῖ. ἔτι δ' ἐπεί φασι κινηθεῖσαν γραμμὴν ἐπίπεδον ποιεῖν, στιγμὴν δὲ γραμμήν· καὶ αἱ τῶν μονάδων κινήσεις, γραμμαὶ ἔσονται· ἡ γὰρ στιγμὴ, μονάς ἐστι θέσιν ἔχουσα· ὁ δ' ἀριθμὸς τῆς ψυχῆς, ἤδη πού ἐστι, καὶ θέσιν ἔχει. ἔτι δ' ἀριθμοῦ μὲν ἐὰν ἀφέλῃ τις ἀριθμὸν ἢ μονάδα, λείπεται ἄλλος ἀριθμός· τὰ δὲ φυτὰ, καὶ τῶν ζῴων πολλὰ διαιρούμενα, ζῇ, καὶ δοκεῖ τὴν αὐτὴν ψυχὴν ἔχειν τῷ εἴδει. δόξειε δ' ἂν οὐδὲν διαφέρειν, μονάδας λέγειν,

Text.61. pitur anima? Ex his igitur quæ dicta sunt, patet animam nec harmoniam esse posse, nec orbe versari, per accidens tamen (vt diximus) moueri potest, et seipsam mouere. Text.62. Mouetur namq; corpus, in quo est, mouetur aũt vt patet ab anima; alio verò modo fieri nequit, vt ipsa moueatur motu ad locũ accommodato. At enim rectius de hæc ipsa quispiã ad talia respiciens dubitabit, putabitq; ipsam moueri. Dolere namq; dicimus animã, gaudere, confidere, timere, insuper irasci, sentire, ratiocinari, quæ quidem omnia motus esse videtur. Text.63. Quapropter, ipsam quispiam existimabit moueri. Verũ, id non necessariũ est. Nam etsi quàm maximè dolere vel gaudere, vel ratiocinari motus sunt, vel potiùs moueri, tamẽ ipsum moueri ab anima est. Irasci namq; aut timere, est hoc modo moueri cor. Ratiocinari autẽ, aut tale forsitan est, aut etiam aliud. Atq; quædã ipsorum fiunt, cùm aliqua latione mouentur, quædam cum aliqua alterantur. Text.64. Quænã verò sint illa, & quomodo fiant: alia ratio est. Dicere aũt animã irasci vel timere: simile est atq; si quispiam animã texere dicat, vel ædificare. Nam melius est fortasse dicere, nõ animam, sed hominẽ anima misereri, vel discere, vel ratiocinari, idq; non quia motus in illa sit: sed quia nonnunquã quidem vsq; ad illã, nonnunquã verò ab illa, veluti sensus quidẽ ex hisce, recordatio autẽ ab illa ad eos motus vel status, qui sunt in ipsorum sensuum instrumentis. Text.65. Intellectus aũt aduenire videtur & substantia quædã esse, ac nõ corrumpi. Nam ab ea maxime, quæ in senectute fit obfuscatione, corrumperetur, nunc autem perinde fit, atq; in sensuum instrumẽtis. Etenim si senex talem acciperet oculum, videret sicut & iuuenis. Quare senectus nõ est, quia anima quicquã est passa, sed quia id, in quo est, aliquid passum est, quemadmodum in ebrietatibus & morbis fieri solet. Text.66. Et ipsum igitur intelligere ac cõtemplari marcescit, quia aliud quoddam intus corrumpitur. Ipsum aũt passione vacat. Ratiocinari verò & amare, aut odisse, non sunt illius affectus, sed huiusce quod habet illud, ea ratione qua illud habet. Quapropter, et hoc corrupto, nec recordatur, nec amat. Nõ enim erãt illius, sed ipsius cõmunis, quod quidem periit. Intellectus aũt diuinũ quid est fortasse, passioneq; vacat. Text.67. Esse igitur impossibile moueri animam, perspicuum iam ex dictis euasit. Quod si omnino non motu cietur, patet nec à se ipsa motu cieri. Atqui numerum animam esse dicere se ipsum motu cientem: multo longius quàm ea, quæ dicta sunt, à ratione distare videtur. Nam iis, qui id asserunt, ea primum impossibilia, quæ emergunt ex motu, deinde propria quædam, ex eo quia dicunt ipsam numerum esse, eueniũt. Quo namq; modo vnitatẽ moueri intelligere oportet, & à quo, & quonam pacto, cum impartibilis sit, & nullam habeat differentiam? Text.68. Si enim motiua sit atq; mobilis, diuersam esse oportet. Præterea cum lineam quidem motione superficiẽ facere dicant, punctũ aũt lineã: vnitatum etiã motus erũt cõtinuæ lineæ. Text.69. Puncti enim vnitas est positionẽ habens. Atq; numerus animæ, iam alicubi est, positionemq; habet. Præterea si quis à numero numerũ, vel vnitatẽ abstulerit, alius relinquitur numerus. Atqui plantæ multaq; animaliũ viuunt diuisa, & eandem animæ specie videtur habere. Atq; nihil referre videbitur, vnitates dicantur,



ἢ σωμάτια μικρά. καὶ γὰρ ἐκ τῶν Δημοκρίτου σφαιρίων, ἐὰν γένωνται στιγμαὶ, μόνον δὲ μένῃ τὸ ποσὸν, ἔσται τι ἐν αὐτῷ τὸ μὲν κινοῦν, τὸ δὲ κινούμενον, ὥσπερ ἐν τῷ συνεχεῖ· οὐ γὰρ διὰ τὸ μεγέθει διαφέρειν ἢ μικρότητι, τοῦτο συμβαίνει τὸ λεχθὲν, ἀλλ' ὅτι ποσόν· διὸ ἀναγκαῖον εἶναί τι τὸ κινῆσον τὰς μονάδας. εἰ δ' ἐν τῷ ζῴῳ τὸ κινοῦν ἡ ψυχὴ, καὶ ἐν τῷ ἀριθμῷ· ὥστε οὐ τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ τὸ κινοῦν μόνον. ἐνδέχεται δὲ πῶς μονάδα ταύτην εἶναι; δεῖ γὰρ ὑπάρχειν αὐτῇ διαφορὰν πρὸς τὰς ἄλλας· στιγμῆς δὲ μοναδικῆς τίς ἂν εἴη διαφορὰ, πλὴν θέσις; εἰ μὲν οὖν εἰσιν ἕτεραι αἱ ἐν τῷ σώματι μονάδες, καὶ αἱ στιγμαὶ, ἐν τῷ αὐτῷ ἔσονται αἱ μονάδες· καθέξει γὰρ χώραν στιγμῆς. καίτοι τί κωλύει ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι, εἰ δύο, καὶ ἀπείρους; ὧν γὰρ ὁ τόπος ἀδιαίρετος, καὶ αὐτά. εἰ δ' αἱ ἐν τῷ σώματι στιγμαὶ εἰσὶν ὁ ἀριθμὸς ὁ τῆς ψυχῆς, ἢ εἰ ὁ ἐκ τῶν ἐν τῷ σώματι στιγμῶν ἀριθμὸς ἡ ψυχὴ, διὰ τί οὐ πάντα ψυχὴν ἔχει τὰ σώματα; στιγμαὶ γὰρ ἐν ἅπασι δοκοῦσιν εἶναι, καὶ ἄπειροι. ἔτι δὲ πῶς οἷόν τε χωρίζεσθαι τὰς ψυχὰς, καὶ ἀπολύεσθαι τῶν σωμάτων, εἴγε μὴ διαιροῦνται αἱ γραμμαὶ εἰς τὰς στιγμάς;

dicantur, an corpuscula parua. Etenim si puncta fiant ex Democriti pilulis, modò maneat quantitas, erit in ipsis aliud quidem quod mouet, aliud autem quod mouetur; sicut in magnitudine. Non enim quia magnitudine differunt, aut paruitate, id quod dictum est, accidit; sed quia subeũt quantitatem. Quocirca necesse est aliquid esse, quod ipsas vnitates mouebit: quòd si id, quod in animali mouet, anima est, & id, quod in numero mouet, anima est. Text.70. Quare anima non est id, quod mouet, atque mouetur; sed id, quod mouet duntaxat. At verò qui fieri potest, vt hæc vnitas sit? oportet enim ipsius ad cæteras aliquam differentiam esse, at vnici puncti, quænam præter positionem esse differentia potest? si igitur vnitates punctáve, quæ sunt in corpore, diuersa sunt ab vnitatibus animæ, atque punctis erunt ipsæ vnitates in eodem profecto loco. Punctum enim animæ locum occupabit puncti corporis. Atqui quid obstabit ac prohibebit, vt si duo puncta sunt simul in eodem loco, & plura sint duobus ac infinita. Quorum enim locus indiuisibilis est, & ipsa indiuisibilia sunt. Text.71. Sin verò ea puncta, quæ sunt in corpore sint ipse numerus animæ; vel si numerus, qui ex punctis constat, quæ sunt in corpore sit ipsa anima, cur non omnia corpora animam habent? nam in cunctis puncta esse videntur, & etiam infinita. Insuper qui fieri potest, vt separentur, ac absoluantur à corporibus ipsa puncta? Siquidem lineæ non diuiduntur in puncta.

---

## ΚΕΦ. Ε.

Συμβαίνει δὲ, καθάπερ εἴπομεν, τῇ μὲν ταὐτὸ λέγειν τοῖς σῶμά τι λεπτομερὲς αὐτὴν τιθεῖσι, τῇ δ', ὥσπερ Δημόκριτος κινεῖσθαί φησιν ὑπὸ τῆς ψυχῆς, ἴδιον τὸ ἄτοπον. εἴπερ γάρ ἐστιν ἡ ψυχὴ ἐν παντὶ τῷ αἰσθανομένῳ σώματι, ἀναγκαῖον ἐν τῷ αὐτῷ δύο εἶναι σώματα, εἰ σῶμά τι ἡ ψυχή. τοῖς δ' ἀριθμὸν λέγουσιν, ἐν τῇ μιᾷ στιγμῇ πολλὰς στιγμάς, ἢ πᾶν σῶμα ψυχὴν ἔχειν, εἰ μὴ διαφέρων τις ἀριθμὸς ἐγγίνεται, καὶ ἄλλος τις τῶν ὑπαρχουσῶν ἐν τῷ σώματι στιγμῶν. συμβαίνει τε κινεῖσθαι τὸ ζῷον ὑπὸ τοῦ ἀριθμοῦ, καθάπερ καὶ Δημόκριτον ἔφαμεν αὐτὸ κινεῖν· τί γὰρ διαφέρει σφαίρας λέγειν μικρὰς, ἢ μονάδας μεγάλας, ἢ ὅλως μονάδας φερομένας; ἀμφοτέρως γὰρ ἀναγκαῖον κινεῖν τὸ ζῷον, τῷ κινεῖσθαι ταύτας. τοῖς δὲ συμπλέξασιν εἰς τὸ αὐτὸ κίνησιν καὶ ἀριθμὸν, ταῦτά τε συμβαίνει, καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα· οὐ γὰρ μόνον ὁρισμὸν ψυχῆς ἀδύνατον τοιοῦτον εἶναι, ἀλλὰ καὶ συμβεβηκός. δῆλον δ', εἴ τις ἐπιχειρήσειεν ἐκ τοῦ λόγου τούτου τὰ πάθη καὶ τὰ ἔργα τῆς ψυχῆς ἀποδιδόναι, οἷον λογισμοὺς, αἰσθήσεις, ἡδονὰς, λύπας, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· ὥσπερ γὰρ εἴπομεν πρότερον, οὐδὲ μαντεύσασθαι ῥᾴδιον ἐξ αὐτῶν. τριῶν δὲ τρόπων παραδεδομένων, καθ' οὓς ὁρίζονται τὴν ψυχὴν, οἱ μὲν τὸ κινητικώτατον ἀπεφήναντο, τῷ κινεῖν ἑαυτό· οἱ δὲ σῶμα τὸ λεπτομερέστατον, ἢ τὸ ἀσωματώτατον τῶν ἄλλων. ταῦτα δὲ τίνας ἀπορίας τε καὶ ὑπεναντιώσεις ἔχει.

## CAP V.

Text.72. FIT autem, vti diximus, vt partim idem ij dicant, quod illi, qui corpus quoddam subtilium partium animam esse dixerunt, partim proprium ipsos comitetur absurdum, corpus ab anima perinde moueri, atque Democritus asserebat. Nam cùm anima sit in omni corpore sentiente, necesse est in eodem duo corpora esse, si anima corpus aliquod esse ponatur. Et horum etiam sententia, qui animam numerum esse censent, fit vt in vno puncto multa sint puncta, aut omne corpus habeat animam, si non numerus quisquam alius atq; diuersus à punctis ipsius corporis superueniat. Fit etiam, vt animal à numero perinde moueatur, atque Democritum diximus id ipsum moueri censere. Text.73. Quid enim interest, paruæ pilæ dicantur, an vnitates magnæ, vel vnitates omnino quæ agitantur motu? vtroque namque modo necesse est ipsas ex eo mouere animal, quia ipsæ motu cientur. Text.74. His igitur, qui motum ac numerum in assignanda anima coniunxerunt, hæc dicta sunt absurda, & alia huiuscemodi multa eueniunt: est enim impossibile non solùm diffinitionem animæ talem esse, sed etiam accidens. Quod quidem patet, si quis ex hac ratione operationes, atque affectus animæ conabitur assignare, cogitationes, inquam, sensus, voluptates, dolores, & cætera istiusmodi. Text.75. Nam, vt priùs diximus, neque vaticinari ex ipsis facile possumus. Tribus autem traditis modis, quibus antiqui diffiniunt animam, duos iam reprobauimus, & quas habet vtraque sententia dubitationes contrarietatesq; penè diximus; & ea, inquam, quæ maximè motiuum ipsam esse ex eo ponit, quia se ipsam mouet, & ea, quæ corpus ipsam subtilissimarum partium, aut magis quàm cætera incorporeum esse censet. Restat igitur tertius modus, atque sententia, quæ ipsam asserit ex elementis constare, quam quidem deinceps considere-

ἐπεὶ διεληλύθαμεν σχεδόν. λοιπὸν δ' ἐπισκέψασθαι, πῶς λέγεται τὸ ἐκ τῶν στοιχείων αὐτὴν εἶναι. λέγουσι μὲν γὰρ, ἵν' αἰσθάνηταί τε τῶν ὄντων, καὶ ἕκαστον γνωρίζῃ. ἀναγκαῖον δὲ συμβαίνειν πολλὰ καὶ ἀδύνατα τῷ λόγῳ· τιθέασι γὰρ γνωρίζειν τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἰ τὴν ψυχὴν τὰ πράγματα τιθέντες. οὐκ ἔστι δὲ μόνα ταῦτα, πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα. μᾶλλον δ' ἴσως, ἄπειρα τὸν ἀριθμὸν, τὰ ἐκ τούτων. ἐξ ὧν μὲν οὖν ἐστιν ἕκαστον τούτων, ἔστω γινώσκειν τὴν ψυχὴν καὶ αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ τὸ σύνολον τίνι γνωριεῖ, ἢ αἰσθήσεται, οἷον, τί θεὸς, ἢ ἄνθρωπος, ἢ σὰρξ, ἢ ὀστοῦν· ὁμοίως δὲ καὶ ὁτιοῦν ἄλλο τῶν συνθέτων· οὐ γὰρ ὁπωσοῦν ἔχοντα τὰ στοιχεῖα τούτων ἕκαστον, ἀλλὰ λόγῳ τινὶ καὶ συνθέσει, καθάπερ φησὶ καὶ Ἐμπεδοκλῆς τὸ ὀστοῦν·

Ἡ δὲ χθὼν ἐπίηρος ἐν εὐστέρνοις χοάνοισι,
Τὰς δύο τῶν ὀκτὼ μερέων λάχε νήστιδος αἴγλης,
Τέσσαρα δ' Ἡφαίστοιο, τὰ δ' ὀστέα λευκὰ γένοντο.

οὐθὲν οὖν ὄφελος ἐνεῖναι τὰ στοιχεῖα ἐν τῇ ψυχῇ, εἰ μὴ καὶ οἱ λόγοι ἐνέσονται, καὶ ἡ σύνθεσις· γνωριεῖ γὰρ ἕκαστον τὸ ὅμοιον· τὸ δ' ὀστοῦν ἢ τὸν ἄνθρωπον οὐθὲν, εἰ μὴ καὶ ταῦτ' ἐνέσται. τοῦτο δ' ὅτι ἀδύνατον, οὐθὲν δεῖ λέγειν· τίς γὰρ ἂν ἀπορήσειεν, εἰ ἔνεστιν ἐν τῇ ψυχῇ λίθος, ἢ ἄνθρωπος; ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ μὴ ἀγαθόν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἔτι δὲ, πολλαχῶς λεγομένου τοῦ ὄντος· σημαίνει γὰρ τὸ μὲν τόδε τι, τὸ δὲ ποσὸν, ἢ ποιὸν, ἢ καί τινα ἄλλην τῶν διαιρεθεισῶν κατηγοριῶν, πότερον ἐξ ἁπάντων ἔσται ἡ ψυχὴ, ἢ οὔ, ἀλλ' οὐ δοκεῖ κοινὰ πάντων εἶναι στοιχεῖα· ἆρ' οὖν ὅσα τῶν οὐσιῶν, ἐκ τούτων μόνον; πῶς οὖν γινώσκει καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον; ἢ φήσουσιν ἑκάστου γένους εἶναι στοιχεῖα καὶ ἀρχὰς ἰδίας, ἐξ ὧν τὴν ψυχὴν συνεστάναι; ἔσται ἄρα καὶ ποσὸν, καὶ ποιὸν, καὶ οὐσία. ἀλλ' ἀδύνατον ἐκ τῶν τοῦ ποσοῦ στοιχείων οὐσίαν εἶναι, καὶ μὴ ποσόν. τοῖς δὴ λέγουσιν ἐκ πάντων ταῦτά τε καὶ τοιαῦθ' ἕτερα συμβαίνει. ἄτοπον δὲ καὶ τὸ φάναι μὲν ἀπαθὲς εἶναι τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου· αἰσθάνεσθαι δὲ τὸ ὅμοιον τοῦ ὁμοίου, καὶ γινώσκειν τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον. τὸ δ' αἰσθάνεσθαι πάσχειν τι καὶ κινεῖσθαι τιθέασιν· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ νοεῖν τε καὶ γινώσκειν. πολλὰς δ' ἀπορίας καὶ δυσχερείας ἔχοντος τοῦ λέγειν, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς, ὡς τοῖς σωματικοῖς στοιχείοις ἕκαστα γνωρίζεται καὶ πρὸς τὸ ὅμοιον, μαρτυρεῖ τὸ νῦν λεχθέν· ὅσα γὰρ ἔνεστιν ἐν τοῖς τῶν ζῴων σώμασιν, ἁπλῶς γῆς, οἷον ὀστᾶ, νεῦρα, τρίχες, οὐθενὸς αἰσθάνεσθαι δοκεῖ· ὥστ' οὐδὲ τῶν ὁμοίων· καίτοι προσῆκεν. ἔτι δ' ἑκάστῃ τῶν ἀρχῶν ἄγνοια πλείων ἢ σύνεσις ὑπάρξει. γνώσεται μὲν γὰρ ἓν ἕκαστον, πολλὰ δ' ἀγνοήσει· πάντα γὰρ τἆλλα. συμβαίνει δ' Ἐμπεδοκλεῖ γε καὶ ἀφρονέστατον εἶναι τὸν θεόν. μόνος γὰρ τῶν στοιχείων ἓν οὐ γνωριεῖ τὸ νεῖκος· τὰ δὲ θνητὰ πάντα· ἐκ πάντων γὰρ ἕκαστον. ὅλως δὲ διὰ τίν' αἰτίαν οὐχ ἅπαντα ψυχὴν ἔχει τὰ ὄντα; ἐπειδὴ πᾶν ἢ στοιχεῖον, ἢ ἐκ στοιχείου ἑνὸς, ἢ πλειόνων, ἢ πάντων· ἀναγκαῖον

γὰρ

mus oportet. Atque patet ob hoc ex elementis animam constare quosdam dixisse, vt sentiat ea, quæ sunt, & rerum vnamquamque cognoscat. At hāc sententiam multa profectò comitantur absurda, atque eorum quamplurima, quæ fieri nequeunt. Asserunt enim simile cognoscere simile, quasi animas res ipsas esse ponentes. Verum non elementa sunt solùm, vt patet: sed præterea multa sunt etiam alia, quin potiùs infinita fortasse numero, quæ constant ex ipsis, ac componuntur. Sit igitur ea cognoscere, sentireq; animam, ex quibus illorum vnumquodque componitur, at totum ipsum compositum, quo cognoscet quæso, vel sentiet, vt quid sit Deus, vel homo, vel os, vel caro, & cæterorum compositorum vnumquodque similiter; non enim vnūquodque istorum est ipsa elementa, quouis sese habentia modo, sine vllo discrimine, sed ex ipsis vnumquodque conficitur ratione quadam, compositioneve, quemadmodum & Empedocles os ex elementis constare censet. Dicit enim: Text.76. Text.77.

Cœperat ante duas tellus iustissima vasis,
Aeris ac fontis partes, Vulcanus & ipse
Quatuor ex octo adiunxit: queis candida magna.
Vis fœcundaque naturæ confecerat ossa.

Nil igitur elementa prosunt, si sint in anima, nisi rationes etiam insint, & compositio. Vnumquodque enim cognoscet simile, os autem aut hominem non cognoscet profectò, nisi ipsa etiam insint. Hoc autem non opus est vnum eorum esse dicere, quæ fieri nequeunt. Quis enim ambiget vnquam: si lapis, vel homo, vel equus insit in anima, & bonum similiter & non bonum, & de cæteris identidem rebus. Præterea cùm id, quod est, multipliciter dici soleat (quoddam enim substantiam: quoddam quantitatem, aut qualitatem, aut aliquod aliud enumeratorum iam prædicamentorum significat) vtrum ex vniuersis, an non ex vniuersis anima constet? At non videntur communia omnium esse elementa. Ex hiscéne igitur solis constat, quæ substantiarum sunt elementa? At quonam pacto cæterorum etiam vnumquodque cognoscit? An dicent vniuscuiusque generis elementa atque propria principia esse, ex quibus anima constat? Erit igitur ipsa & quantitas, & qualitas, & substantia. At fieri nequit, vt ex quantitatis elementis substantia sit, non quantitas. Eos igitur, qui censent animam ex vniuersis constare, hæc & huiuscemodi alia comitantur. Absurdum est etiam, simile quidem à simili non pati dicere: simile verò sentire simile, similique cognoscere simile putare, atq; asserere. Deinde sentire pati quoddam esse, motumque ponere, & intelligere similiter & cognoscere. Atqui multas dubitationes ac difficultates Empedoclis habere sententiam (corporeis inquam elementis, & sibi similibus cognosci res singulas) testatur id, quod experientia latè patet. Partium enim animalium corporum ea, quæ sunt simpliciter terræ, vt ossa, nerui, pili nihil sentire videntur. Quare neque similia sibi? At oportebat tamen. Præterea cuique principiorum maior ignoratio quàm cognitio inerit nimirum. Vnumquodque enim cognoscet vnum, multa autem ignorabit. Cætera namque omnia. Fit etiam Empedoclis eadem sententia, vt Deus sit amentissimus; quippe cùm ipse solus vnum elementorum non comprehendat, ipsam discordiam inquam: mortalia verò cuncta cognoscat, cùm ex vniuersis singula constent. Præterea dicat oportet omnino, quam ob causam non habent animam omnia: cùm omne quod est, aut sit elementum, aut ex elemento vno, vel pluribus, vel omnibus constet. Necesse est enim Text.78. Text.79. Text.80. Text.81.

omne



γὰρ ἐστιν ἕν τι γινώσκειν, ἢ τινὰ, ἢ πάντα. ἀπορήσειε δ' ἄν τις καὶ τί ποτ' ἐστὶ τὸ ἑνοποιοῦν αὐτά. ὕλῃ γὰρ ἔοικε τά γε στοιχεῖα· κυριώτατον γὰρ ἐκεῖνο τὸ συνέχον, ὅ τι ποτ' ἐστί· τῆς δὲ ψυχῆς εἶναί τι κρεῖττον καὶ ἄρχον, ἀδύνατον· ἀδυνατώτερον δ' ἔτι τοῦ νοῦ· εὔλογον γὰρ τοῦτον εἶναι προγενέστατον καὶ κύριον κατὰ φύσιν. τὰ δὲ στοιχεῖά φασι πρῶτα τῶν ὄντων εἶναι. πάντες δὲ καὶ οἱ διὰ τὸ γνωρίζειν καὶ αἰσθάνεσθαι τὴν ψυχὴν τὰ ὄντα, ἐκ τῶν στοιχείων λέγοντες αὐτὴν, καὶ οἱ τὸ κινητικώτατον, οὐ περὶ πάσης λέγουσι ψυχῆς. οὔτε γὰρ τὰ αἰσθανόμενα πάντα κινητικά· φαίνεται γὰρ εἶναί τινα μόνιμα τῶν ζῴων κατὰ τόπον. καίτοι δοκεῖ γε ταύτην μόνην τῶν κινήσεων κινεῖν ἡ ψυχὴ τὸ ζῷον. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσοι τὸν νοῦν καὶ τὸ αἰσθητικὸν ἐκ τῶν στοιχείων ποιοῦσι· φαίνεται γὰρ τά τε φυτὰ ζῆν, οὐ μετέχοντα φορᾶς, οὐδ' αἰσθήσεως, καὶ τῶν ζῴων πολλὰ διάνοιαν οὐκ ἔχειν. εἰ δέ τις καὶ ταῦτα παραχωρήσειε, καὶ θείη τὸν νοῦν μέρος τι τῆς ψυχῆς, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ αἰσθητικὸν, οὐδ' ἂν οὕτω λέγοιεν καθόλου περὶ πάσης ψυχῆς, οὐδὲ περὶ ὅλης, οὐδὲ μιᾶς. τοῦτο δὲ πέπονθε καὶ ὁ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς καλουμένοις ἔπεσι λόγος· φησὶ γὰρ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ ὅλου εἰσιέναι, ἀναπνεόντων φερομένην ὑπὸ τῶν ἀνέμων· οὐχ οἷόν τε δὲ τοῖς φυτοῖς τοῦτο συμβαίνειν, οὐδὲ τῶν ζῴων ἐνίοις, εἴπερ μὴ πάντα ἀναπνέουσι. τοῦτο δὲ λέληθε τοὺς οὕτως ὑπειληφότας. εἴπερ δεῖ τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων ποιεῖν, οὐθὲν δεῖ ἐξ ἁπάντων· ἱκανὸν γὰρ θάτερον μέρος τῆς ἐναντιώσεως, ἑαυτό τε κρίνειν, καὶ τὸ ἀντικείμενον. καὶ γὰρ τῷ εὐθεῖ καὶ αὐτὸ καὶ τὸ καμπύλον γινώσκομεν· κριτὴς γὰρ ἀμφοῖν ὁ κανών. τὸ δὲ καμπύλον οὔθ' ἑαυτοῦ, οὔτε τοῦ εὐθέος. καὶ ἐν τῷ ὅλῳ δέ τινες αὐτὴν μεμῖχθαί φασιν· ὅθεν ἴσως καὶ Θαλῆς ᾠήθη πάντα πλήρη θεῶν εἶναι. τοῦτο δ' ἔχει τινὰς ἀπορίας· διὰ τίνα μὲν γὰρ αἰτίαν ἐν τῷ ἀέρι, ἢ ἐν τῷ πυρὶ οὖσα ἡ ψυχὴ, οὐ ποιεῖ ζῷον, ἐν δὲ τοῖς μικτοῖς, καὶ ταῦτα βελτίων ἐν τούτοις εἶναι δοκοῦσα; ἐπιζητήσειε γὰρ ἄν τις, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν ἡ ἐν τῷ ἀέρι ψυχὴ, τῆς ἐν τοῖς ζῴοις βελτίων ἐστὶ καὶ ἀθανατωτέρα. συμβαίνει δ' ἀμφοτέρως ἄτοπον καὶ παράλογον· καὶ γὰρ τὸ λέγειν ζῷον τὸ πῦρ, ἢ τὸν ἀέρα, τῶν παραλογωτέρων ἐστί· καὶ τὸ μὴ λέγειν ζῷα, ψυχῆς ἐνούσης, ἄτοπον. ὑπολαβεῖν δ' ἐοίκασι τὴν ψυχὴν εἶναι ἐν τούτοις, ὅτι τὸ ὅλον τοῖς μορίοις ὁμοειδές. ὥστ' ἀναγκαῖον αὐτοῖς λέγειν καὶ τὴν ψυχὴν ὁμοειδῆ τοῖς μορίοις εἶναι, εἰ τῷ ἀπολαμβάνεσθαί τι τοῦ περιέχοντος ἐν τοῖς ζῴοις ἔμψυχα τὰ ζῷα γίνεται. εἰ δ' ὁ μὲν ἀὴρ διασπώμενος ὁμοειδής, ἡ δὲ ψυχὴ ἀνομοιομερής, τὸ μέν τι αὐτῆς ὑπάρξει, τὸ δ' οὐχ ὑπάρξει. ἀναγκαῖον οὖν αὐτὴν ἢ ὁμοιομερῆ εἶναι, ἢ μὴ ἐνυπάρχειν ἐν ὁτῳοῦν μορίῳ τοῦ παντός. φανερὸν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς οὔτε τὸ γινώσκειν ὑπάρχει τῇ ψυχῇ διὰ τὸ ἐκ τῶν στοιχείων εἶναι, οὔτε τὸ κινεῖσθαι αὐτὴν καλῶς, οὐδ' ἀληθῶς λέγεται. ἐπεὶ δὲ τὸ γινώσκειν ψυχῆς ἐστι, καὶ τὸ αἰσθάνεσθαί τε, καὶ δοξάζειν· ἔτι δὲ τὸ ἐπιθυμεῖν, καὶ βουλεύεσθαι, καὶ ὅλως

ὀρέξεις·

omne quod est, aut vnum quid, aut quædam, aut vniuersa cognoscere. Dubitabit etiam non iniuria quispiam, quidnam id sit, quod ipsa continet, atque vnit: elementa namque materiei similia sunt. Atque præstabilissimum id esse patet, quod continet, quidquid id tandem sit. At neque est quicquam præstabilius anima, quod quidem dominetur, & magis etiam intellectu. Maximè enim rationi consonum est, hunc omnia præcessisse, & præstantissimum omnium, & natura dominum esse. Illi autem elementa ea quæ sunt, præcedere censent. At enim nemo prorsus de omni anima dixit, nec eorū qui censent ipsam ex elementis ideò constare, quia sentit cognoscitque ea quæ sunt, nec etiam eorum, qui maximè motiuum ipsam asserunt esse. Non enim omnia mouentur, quæ sentiunt. Sunt enim animalia nonnulla, quæ non mouentur loco, & tamen hoc solo motu anima videtur animal agitare. Similiter & eorum, qui tam sensitiuum quàm intellectiuum ex elementis conficiunt, nemo animam omnem complectitur. Viuere namque videntur plantæ, at expertes sunt tamen & lationis & sensus. Animalium quoque complura sunt, quæ mente rationeque vacant. Quòd si quis & hæc illis concesserit, intellectiuumque partem esse posuerit animæ, & identidem sensitiuum, neque sic de omni anima, neque de vlla toti dicere videbuntur. In hoc eodem errore videtur esse, & ea sententia, quæ carminibus Orphicis fertur: dicit enim Orpheus animam ferri ventis, & ex toto ingredi respiratione. Id autem nequit ipsis accidere plantis, neque quibusdam itidem animalium, quippe cùm haud vniuersa respirent. Quod quidem eos præteriit, qui ita de anima censuere. At verò si conficere animam ex elementis oporteat, non ex vniuersis continuo conficienda esse videtur. Altera namq; pars contrarietatis, sufficiens est se ipsam oppositamque discernere: recto enim, & ipsum rectum, vt patet, & obliquum cognoscimus: regula namque index est vtriusque: at obliquum nec sui planè, nec recti. Sunt & qui in toto vniuerso permistam ipsam inquiunt esse. Quocirca forsitam & Thales omnia plena deorum esse putauit. Hoc autem dubitationes habet nonnullas. Quam enim ob causam anima in aere quidem vel igne si inest, non facit animal, in mistis autem facit: præsertim cùm in illis videatur esse præstantior? Quæret etiam quispiam, quam ob causam anima ea, quæ est in aere, præstabilior est, ac immortalior ea, quæ in animalibus inest. Vtrobique autem emergit quoddam absurdum, & rationis egrediēs metas: nam ignem aut aerem animal esse dicere, rationis egreditur fines, & asserere rursus animalia non esse, si insit in ipsis anima, perabsurdum est sanè. Videntur autem ideò putasse in his animam esse, quia totum & partes eiusdem sunt speciei. Quare necesse est ipsos & animam & partes eiusdem esse dicere speciei, si animalia ex eo fiunt animantia, quia in ipsis aliqua pars continentis recipitur. Quòd si aer quidam discerptus eiusdem est speciei, anima autem est dissimilium partium, patet aliam ipsis partem inesse, aliam non inesse. Necesse est igitur ipsam aut similium esse partium, aut non in quacumque totius inesse parte. Patet igitur ex dictis, neque cognitionem ex eo competere animæ, quia constet ex elementis, neque rectè vereque dici motum eidem inesse. At quoniam cognoscere, sentire, opinari, insuper cupere, deliberare, & omnino appetitiones ipsius animæ sunt, motus etiam animalium loco ab anima fit, & insuper accretio, status atque decretio, quæret vtique quispiam, Text.82. Text.83. Text.84. Text.85. Text.86. Text.87. Text.88. Text.89.

vtrum

Universidad de Deusto
Biblioteca



ἀλλοίωσις γίνεται ἢ κατὰ τόπον κίνησις τῆς ζώσης ὑπὸ ψυχῆς· ἔτι δὲ αὔξησίς τε, καὶ ἀκμὴ, καὶ φθίσις, ὑπόταν ὅλη τῇ ψυχῇ τύπτων ἐκφανῶς ὑπάρχῃ, & πάσῃ τούτῳ τε, καὶ αὐτὸ αὐξόμεθα, καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστῳ ποιεῖμέν τι καὶ πάσχομεν, ἢ μορίοις ἑτέροις ἕτερα. καὶ τὰ ζῷα δὲ πότερον ἓν πᾶν τούτων ἐστὶν ἕν, ἢ & ἓν πλείονα, ἢ & ἓν πᾶσιν, ἢ καὶ ἄλλό τι ἄτοπον. λέγεται δὲ πᾶσι μεμερίσθαι αὐτῶν εἶναι, καὶ ἄλογα μὲν τοῖς, ἄλογα δὲ ἐπιψυχίαν. τί οὖν δὴ ποτε σωτηρίᾳ τῷ ψυχῇ, εἰ μεμερισμένον πέφυκεν; ἢ γὰρ δὴ γε τὸ σῶμα· δοκεῖ γὰρ τοὐναντίον μᾶλλον ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα σωτηρίᾳ. ἐξελθοῦσης δὲ ἀμφοτέρως καὶ σήπεται. εἰ δὲ ἕτερόν ἐστι μέλος αὐτῷ πεφυκὸς, οὐδὲν μᾶλλον ἂν εἴη ἡ ψυχή. διόπερ ἀπορήσειε μᾶλλον κἀκεῖνο ζητῶν, πότερον ἓν, ἢ πολυμερές· εἰ μὲν γὰρ ἀδύνατον, ἀφεὶς τὸ σῶμα ἐκεῖνο ζητητέον· εἰ δὲ ἐνδέχεται, ἀλλὰ μεμερίσθω πάλιν ὁ λόγος ζητητέος, τί τὸ σωτηρίᾳ ἐστίν· καὶ ὅτου δὴ πεφύκασιν ἐπὶ τὸ ἄπειρον. διαπορήσειε δ' ἄν τις καὶ τῶν μορίων αὐτῆς, εἴτε δυνάμεσιν ἔχει ἑκάστοις ἐν τῷ σώματι· ἢ γὰρ ὅλη ψυχὴ πᾶσι τὸ σῶμα σωτηρίᾳ, καθάπερ καὶ τῶν μορίων ἑκάστου τῷ σώματι. τοῦτο δὲ ἔοικεν ἀδυνάτῳ· ποῖον γὰρ μόριον, ἢ πῶς ἐν νῷ σωτηρίᾳ, χαλεπὸν καὶ πλάσαι. φαίνεται δὲ καὶ τὰ φυτὰ διαιρούμενα ζῆν· & τῶν ζώων ἔνια τοῖς εὐτόμοις, ὡς τῷ αὐτῷ ἔχοντα ψυχὴν τὴν εἶδει, ἀλλ' οὐ κατὰ μέγεθος, ἐκ πρώτου γὰρ τῶν μορίων αἰσθητὸν ἔχει, καὶ κινεῖται κατὰ τόπον ἐπί τινα χρόνον· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἔχουσιν ὥστε σώζειν τῷ φύσει· ἀλλ' οὐδὲν οὐκ ἐκπίπτει τῶν μορίων ἐπεισιόντα συνυπάρχειν τὸ μόριον τῆς ψυχῆς. καὶ ἐμφυῆ ἐστιν ἀλλήλοις, καὶ τῇ ὅλῃ· ἀλλήλων μὲν, ὅτι ἀχωρίστως ἔνεστι· τῆς δὲ ὅλης ψυχῆς, ὡς διαιρετὸς οὔσης. ἔοικε δὲ καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς ἀρχὴ ψυχῆς τις εἶναι. μόνην γὰρ ταύτην ἡμιτελῆ καὶ ζῶσι καὶ φυτά. καὶ αὕτη μὲν κατὰ τόπον κίνησιν τοῖς εἰδοποιὸν ἀρχὴν· αὐξησιν δὲ καὶ φθίσιν ἔχει.

virum horum vnumquodque toti animæ competat, & nos intelligamus & sentiamus, & meneamur, cæterorumque vnumquodque agamus, patiamurque tota, an alijs alia partibus? Ipsum præterea vincre: virum in horum aliquo vno, an in pluribus, an in omnibus consistat, an sit eius alia quædam etiam causa. Atque sunt, qui dicunt i- Text.90.
psam esse partibilem, norũq; alia eius parte intelligere, alia cupere censent. Quid igitur ipsam continet animam, si partibilis sit & non corpus, quippe cùm contrà potius videatur corpus anima continere. Quapropter & egressa, dissoluitur corpus, Text.91.
atque putrescit. Si igitur aliquid aliud ipsam contineat, vnamque faciat, illud erit potissimùm anima. At oportebit de illo etiam quærere: Virum vnum an multarũ sit partium? Atque si sit vnum, cur & animam continuò non dicimus vnum esse? Sin partibile, rursus ratio quæret quidnam sit illud, quod illud etiam cõtinet: atque hoc pacto fiet in infinitum abitio. Dubitabit etiam quispiam de partibus eius, quam vnaquæque potentiam in corpore habeat. Nam si anima tota totum contineat Text.92.
corpus, oportet & vnamquamque etiam partem aliquam partem corporis continere. Id autem esse non posse videtur, quam enim partium corporis intellectus, aut quo continebit pacto fingere quoque difficillimum est. Videmus autem & plantas di- Text.93.
uisas viuere, & animalium insectorum nonnulla, viporè animam, & si non numero, tamen specie eandem habentia. Itaque partium viraque & sensum habet, & per aliquod tempus loco mouetur. Nec absurdum est, si non perdurant. Instrumen- Text.94.
ta namque non habent, vt naturam conseruent: sed nihilominus omnes in vtraque partium insunt animæ partes. Atque animæ partes eadem sub
specie collocantur: & etiam tota: illæ quidem, quia non separabiles sunt, tota autem anima, quia in- Text.95.
diuisibilis est. Videtur autem & id principium quodinest in plantis, anima quædam esse. Hæc enim sola communis est & plantis & animalibus. Atque hæc quidem à sentiendi principio separatur, sine ausem ipsa nihil est prorsus quod habeat sensum.

IN

IN
# SECVNDVM LIBRVM ARISTOTELIS DE ANIMA,
## PROOEMIVM.

PROFLIGATIS *superiore libro veterum Philosophorum de Anima sententijs; aggreditur iam ad explicandum quid ipse ea de re sentiat. Id quod partim in hoc libro, partim in tertio accuratè præstat. Distribuitur autem hic liber in quatuor partes. Prima disserit de Animæ natura, déque eius essentia, capitibus primo & secundo. Altera capite tertio, de Communi & primaria facultatum animæ partitione. Tertia, de Vegetatricis animæ viribus & functionibus, capite quarto. Vltima, de Potentijs & functionibus animæ sensitiuæ, à quinto capite ad extremum.*

---

# ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΤΟ Β. ΚΕΦ. Α.
# ARISTOTELIS DE ANIMA, LIBER II. CAPVT I.

ΤΑ μὲν δὴ τῶν ἔνδοξα τῶν περὶ τὴν ψυχὴν οἰκείως ἔχει τοῖς ἐπὶ μέρους ἀπορήσασι περὶ αὐτῆς· ἴδιον δὲ τὸ ἐπιζητεῖν τὸ τί ἐστιν, οἷον τὸ ὅλον τί ἐστιν· εἰ γὰρ ἔστι τι τὸ μέρος, τοῦτο ζητητέον τί ἐστιν, καὶ τί τὸ ὅλον. ἐπεὶ δὲ τὸ ὅλον λέγεται πλεοναχῶς, τῶν εἰρημένων τρόπων· ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν τῷ ὅλῳ τὰ μέρη μάλιστ' ἂν δόξειε τὴν οὐσίαν ἔχειν, καὶ ἐν τούτοις ἐνίοις ἡ ὕλη· καὶ ἔστιν ἡ μὲν τοιαύτη ὅλη, ἡ δὲ τοιάδε, οἷον ἡ μὲν ἀνομοιομερὴς, ἡ δὲ ὁμοιομερὴς· οἷον ἴσως μὲν ἡ τοῦ ἀνδρὸς, ἡ δὲ τοῦ ξύλου καὶ ἡ τοῦ ζώου καὶ τοῦ φυτοῦ· τούτου γὰρ τῶν ἄλλων ἀρχαί. τῶν

Dicimus itaque genus vnum quod- Text.2.
dam eorum, quæ sunt ipsam substantiam esse. Atque huius aliud vt materiam, quod quidem per se non est hoc aliquid, aliud formam & speciem, qua quidem iam hoc aliquid dicitur, & tertium id, quod ex istis constat, atque componitur. Est autem materia quidem potentia, forma verò actus, atque perfectio, b quæ quidem bifariam dicitur,
quædam enim est vt scientia, quædam vt contemplatio. c Maximè autem corpora videntur esse substan- Text.3.
tiæ, & ipsorum ea magis, quæ naturalia sunt; hæc enim cæterorum principia sunt.

d Natura-

---

## CAPITIS PRIMI EXPLANATIO.

*Dicimus itaque.*] Quoniam ad inueniendam cuiusque rei definitionem plurimùm conducit res in partes suas distribuere, vt ex lib. 2. posteriorũ Analyticæ, cap. 14. constat, explicaturus Aristoteles quidnam anima sit, diuisiones quasdam præmittit; Prima, quam non *Diuisio en-*
tam explicuit, quam innuit, est entis in substantiam; & in ea, quæ cæteris categorijs continen- *tis.*
tur, quæ lib. 5. Metaph. cap. 7. fusiùs explicatur. Secunda est substantiæ in materiam, formam,

d & ex

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Diuisio substantiæ.*

*Materia nō est hoc aliquid.*

*Quæ substantia hoc loco diuidatur.*

*Diuisio est in primum & secundū.*

*Auerrois et Caietani sententia circa actus diuisionem.*

*Approbatur D. Thomæ & aliorum sententia de diuisione actus.*

*Forma constituis hoc aliquid.*

& ex his compositum, quæ etiam traditur lib. 7. Metaph. cap. 3 10. 13 alijsque in locis. Monet verò materiam secundum se non esse hoc aliquid, id est, vt explicat Albertus, non esse quid perfectum, neq; item ad certam speciem vocare, cùm sit pura potentia, & ex se ad quemlibet actum indiscriminatim se habeat. Formam verò, cùm sit actus, & entelechia habere vim constituendi hoc aliquid. Vnde fit vt res à suis formis speciem, & nomen, & perfectionis gradus, ac distinctionem accipere dicantur. Aduerte in secunda diuisione non distribui ab Aristotele substantiam prædicamentalem, vt annotarunt Aegidius & M. Albertus, quia in ea partes substantiæ appellantur, quæ in categoria locum non habent, tum etiam quia non connumerantur intelligentiæ, quæ in eadem categoria locum obtinent. Nec item dispertiri substantiam in tota suæ significationis amplitudine, quia diminuta esset ea dissectio: sed diuidi substantiam physicam duntaxat; siue completa sit, siue incompleta, quo pacto diuisum analogum quidpiam est, vt satis liquet; quandoquidem ad totum, & eius partes physicas nihil vniuocum dari potest.

b *Quæ quidem bifariam.*] Subijcit tertiam diuisionem; scilicet, forma, siue actus vel est actu primus, vel secundus, quæ variè ab interpretibus explicatur. Auerroes, quem sequitur Caietanus, putat diuidi in ea solam formam substantialem, quæ secundæ partitionis membrum fuit; ita vt eadem substãti alis forma dicatur actus primus, dum est in otio; actus verò secundus, dum in opus incumbit. Verisimilior est, ac magis recepta interpretatio Simplicij, Themistij, Philoponi, D. Thomæ, & aliorum aientium, diuidi actum generatim sumptum in actum primum, qui principium est operandi, & in actum secundum, qui est ipsa operatio; quomodo scientia, quæ est habitus, à quo contemplatio egreditur, dicitur actus primus; ipsa verò contemplatio actus secundus; itemque omnes formæ substantiales, & primariæ qualitates corporum simplicium, omnesq; potentiæ & habitus, qui sunt fontes & principia actionum, nuncupantur actus primi; operationes verò ab his ortæ, actus secundi.

c *Maximè autem corpora.*] Aegidius & Caietanus D. Thomam sequuti, censent diuidi hoc loco ab Aristotele substantiam generatim sumptam in substãtiam corpoream & incorpoream: non quidem expressè, sed tacitè & obscurè: cùm enim dicat corpora maximè videri substantias; alias esse innuit corporeæ molis expertes, quæ nobilioris & excellentioris naturæ sunt; etsi in nostram cognitionem minùs cadant. Auerroes, Themistius & Philoponus credunt, nullam hîc nouam tradi partitionem: & quidem meritò, cùm noua hæc diuisio non videatur ad rem attinere: aiunt igitur comparare hîc Aristotelem inter se membra secundæ diuisionis superiùs assignatæ, docereq; corpora, id est, substantias, ex materia & forma concretas perfectiores esse, quam materiam & formam. Confert deinde corpora naturalia cum artificiosis, aiens naturalia magis esse substantias: arte facta enim formam, quæ accidens quoddam est, ab arte obtinent; materiam, quæ substantia est, à natura: quo fit, vt naturæ beneficio ex parte materiæ rationem substantiæ vendicent, & vt naturalia magis sint substantiæ, cùm id cuius merito ac beneficio quodque tale est, magis tale sit.

*Nullam hîc nouam tradi partitionem substantiæ.*

*Corporũ naturalium & artificiosorũ comparatio.*

d *Natura-*

---

τῶν ) φυσικῶν, τὰ μὲν ἀεὶ ζωὴν, τὰ ) δὲν ἐνδέχεται ζωὴν δὲ λέγομεν τὴν διὰ αὑτῆς τροφὴν τε, καὶ αὔξησιν, καὶ φθίσιν. ὥστε πᾶν τὸ κατὰ φύσιν μετέχον ζωῆς, φατέον εἶναι οὐσίαν ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν δὲ τοιοῦτον ὡς σύνθετον, ἐνταῦθα δὲ ἐστὶ καὶ σῶμα τοιοῦτον. ζῶον μὲν γὰρ, ἐπεὶ καὶ τὸ σῶμα ψυχὴ, ἢ μέρος ἐστὶ τοῦ ἔμψυχον εἶναι τὸ σῶμα· μέρος ) δὲ τοιοῦτον λέγω τὸ ὑλικὸν· καὶ ὡς κατὰ τὸ αὐτὸ ψυχὴ καὶ σῶμα ἐστὶν, ὡς τὸ εἶναι σιμὸν καὶ ἡ σιμότης· καὶ ὁ ἄνθρωπος ζῶον ἐστὶ τοιοῦτον ἔμψυχον ἐστὶ· σύνθετον ἄρα τοιοῦτον σῶμα· σύνθετον δὲ λέγω τὸ ἐκ τοῦδε καὶ τοῦδε (ἢ μᾶλλον ἐπὶ πάντων, ἢ ) ἐκ τῆς ὕλης. ) φανερὸν οὖν ὅτι ἡ ψυχὴ οὐσία ἐστὶν ὡς εἶδος τοῦ ὄντος σώματος τοιούτου. ὄντος δὲ τοῦ λεγομένου ἐκ τοιᾶσδε ὕλης· ὕλη δὲ τὸ ἐνδεχόμενον ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν· ἀναλογεῖ δ' ἡ ῥηθεῖσα τοῦ σώματος ἕξις· ἔστι γὰρ τοιοῦτον ὁποῖον ἔνιοι τῶν φυσικῶν σώματα καὶ στοιχεῖα λέγουσιν, οἷον πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· διὸ καὶ ἡ ψυχὴ οὐσία ἐστὶ καὶ εἶδος τοῦ τοιοῦδε σώματος. ἐπεὶ δὲ τὸ λέγεσθαι τὸ μὲν οὕτως ἐστὶν ὡς τὸ ἐπιστητὸν, ὡς δὲ τὸ ἐπιστήμη, ἢ τὸ ἐπιστημονικόν· ἐν ἅπασι δὲ τούτοις ἐστὶ δῆλον ὅτι ἐνεργείᾳ· ἡ ἄρα ψυχὴ ἐστὶν ὡς ἐπιστήμη· ἑκάστῳ γὰρ ὑπάρχουσι τούτων, ὅταν ἐνεργῶσιν, ἢ μάλιστα κατὰ τὴν αἴσθησιν· ἐνέργεια δὲ τὸ ἐνεργεῖν ἐστὶ μᾶλλον· διὸ τὸ αἰσθάνεσθαι ὑπάρξαι ἔοικε τῷ λέγεσθαι ὡς ἐπὶ τοῦ ὄντος κινήσει· τοῦτο γὰρ μάλιστα ἴδιον φαίνεται τοῦ ἐνεργείᾳ εἶναι τὸ κινεῖσθαι· διὸ καὶ τὸ αἰσθητικὸν ἐνδεχόμενον ἐστὶν εἶναι τοιοῦτον οἷόν ἐστιν ἐνεργοῦν. ἐνέργεια δὲ τὰ αἰσθητὰ ἤδη τοιαῦτα· λέγω δὲ οἷον τὸ κεκινημένον ἐνεργείᾳ, ἐκ τοῦ δυνάμει κεκινημένου· διὸ πάσχει μὲν οὐθὲν ἡ αἴσθησις, ἀλλοιοῦται δὲ καὶ ἔστιν ἡ τοιαύτη κίνησις. ἔοικε δὲ καὶ ἡ νόησις ὑπὸ τοῦ νοητοῦ τοιαύτη τις εἶναι· ἀπαθὲς γάρ τι εἶναι τὸ νοητικὸν, καὶ δεκτικὸν τοῦ εἴδους, καὶ δυνάμει τοιοῦτον ὁποῖον τὸ νοητὸν ἐνεργείᾳ· καὶ πάσχειν μὲν οὐθὲν ἢ οὕτως ἢ ἄλλως τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλ' ἔστιν ὡς καὶ τὸ νοητὸν αὐτὸ ἑαυτῷ· ἐν τοῖς ἀπούσι γὰρ ὑπάρχει τὰ νοητὰ καὶ ἡ ὕλη τὰ γὰρ εἴδη ἐν τῷ νοητικῷ· ἀλλ' ἔστιν ἡ ὕλη ἐν ᾧ ἐνδέχεται ἕκαστον τῶν νοητῶν εἶναι· ἐπὶ δὲ τῶν ἐχόντων ὕλην τὸ νοητὸν ἕκαστον, ὁμοίως ἐστὶ τοῖς ἄνευ ὕλης ἐνδεχομένοις· ἐνέργεια δὲ τὰ νοητὰ ἤδη τοιαῦτα· ἐπὶ δὲ τῶν ἐχόντων ὕλην ὁμοίως ἐστὶ τοῖς ἄνευ ὕλης ἐνδεχομένοις.

d *Naturalium verò corporum quædam habent vitam, quædam non habent, sed ex vitam. Vitam autem dicimus, nutritionem, accretionem, atque decretionem, quæ quidem per id idem fit, quod vivere dicitur. Quare corpus omne naturale percipere vitæ substantia est, & ita substantia, vt composita.* e *Atque cùm tale etiam sit corpus, id est,* Text. 4. *habens vitam: corpus profectò nō erit anima, corpus namque non subit rationem eorum, quæ sunt in subiecto; sed vt subiectum potiùs est, & materies. Necesse est igitur animam substantiam esse perinde atque formam corporis naturalis potentia vitam habentis: Substantia verò actus est, & perfectio: talis igitur corporis est perfectio atq; actus.*

f *Sed cùm perfectio atque actus bifariam dicatur, vt diximus (quidam enim est vt scientia, quidam vt contemplatio) patet animam actum esse perinde atq; scientiam. Nam ex eo quia anima est, & somnus est & vigilia, atq; vigilia quidem contemplationi, somnus autem scientiæ operationi vacanti similis est. Alterum autem alteram in eodem, scientia nimirum, contemplationem generatione præcedit. Quapropter anima primus est actus perfectionis corporis naturalis potentia vitam habentis.* g *& talis planè, vt partes ipsius sint instrumenta. Instrumento verò pars quæq; planè rerum instrumenta siue conuenientia sint; quamuis videantur penitùs simplices esse: vtin*

Text. 6.

*cu-*

---

d *Naturalium verò corporum.*] Assignat quartam diuisionem, qua substantiam corporatam diuidit in viuentem, & in eam, quæ ita caret. Docet autem ea vinere, quæ ab insito principio augmentum, accrescunt, aut decrescunt. Quo loco aduertendum est, vitam dupliciter sumi. Vno modo pro vita substantiali; altero pro accidentaria. Vita substãtialis est id, à quo, vt è fonte vitales actiones dimanant, vt in homine anima rationalis. Accidentaria sunt ipsæ actiones vitæ, vt nutritio, accretio. Cùm igitur hoc loco vinere dicuntur ea, quæ aluntur, &c. Explicatur ratio vitæ substantialis per ipsius effectum, & operationem. Non recensuit autem in præsentia Aristoteles cæteras vitæ munia, cuiusmodi sunt, sentire, intelligere, & appetere: quia ab ijs tantùm, quæ essent omnium communia, ac notissima, auspicandum fuit, vt ita communis omnium animatum definitio aptiùs colligeretur. Ex hac porrò vltima diuisione infert corpora viuentia esse substantias ex materia & forma compositas; siquidem omne corpus naturale hisce partibus constat, omne autem corpus viuens, corpus naturale est.

*Substantia corporea distributio.*

*Vita duplex.*

*Quæ hic explicetur.*

*Corpus viuens completur materiam & formam.*

e *Atque cùm tale etiam.*] Vt colligat animæ definitionem, probat in primis animam esse actum, quia anima aut corpus est vitæ particeps, aut ipsius actus. Non est autem corpus. Erit igitur actus & forma corporis. Maior propositio ex superiùs dictis patet; ostensum est enim corpus viuens è duabus partibus esse concretum, anima nempe, quæ est pura potentia, & materia, quæ est actus & entelechia. Minor ex eo suadetur: quia corpus non est in subiecto: sed ipsum potiùs est materia & subiectum, in quo inest anima. Erit igitur anima actus, & forma corporis vitæ principis, &c.

*Probatur anima esse actus.*

f *Sed cùm perfectio.*] Probat animam esse actum primum. Nam cùm duplex sit actus, videlicet primus & secundus, vt ex dictis patet, oportet animam actum primum esse, cùm ab ea interdum fit vigilia, id est, operatio vitæ; interdum somnus, hoc est, cessatio ab operatione. Sed mérito quispiam dubitauerit, qua ratione dicatur anima interdum feriari, cùm actum nutriẽdi nunquam intermittat; siquidem omne viuens dum viuit nutritur. Huic dubitationi varie responderi solet; nimirum etsi anima à nutriendi operatione non conquiescat; interrumpere tamen aliarũ functiones; vel cessare ab opere, non quidem se ipsa, sed suapte natura cessare posse: quia qua anima est, nõ repugnat ei separari aliquando ab actu secundo; esto quà talis, seu prout nutritiua est, nunquam non operetur.

*De hac vet. lib. de Ortu & interitu, cap. 5. q. 10.*

*Probatur anima esse actus primus. Anima vt interdum feriatur.*

g *Et talis planè.*] Argumento à minori ostendit animam esse actum corporis organici, id est habentis instrumenta ad functiones vitæ obeundas. Anima plantæ est actus corporis organici: igitur & reliquæ animæ. Consecutio liquet: si enim plantalis, seu vegetatiua anima, quæ in infimo gradu consistit, subiectum habet organis instructum, vtique anima sentiens & intelligens, quæ nobilioris notæ sunt, id obtinebunt. Nam quo forma perfectior est, eo subiectum ornatius requirit. Assumptum patet, quia videmus in arboribus radices, truncos, fibras, medullas, & quasi venas, quæ tametsi primo aspectu, ac sensuum iudicio non tam facilè quis deprehendat esse organa, sicut in animalibus os, gulam, ventriculum, hepar, cor, aliaque huiusmodi, propterea quod stirpium corpora simplicia esse videantur; reuera tamen organica censeri debent. Quod etiam ex diuersis illiusmodi partium officijs intelligi potest. Nam radices tanquam os è terra succum & alimentum capiunt, trahuntq;; fibræ venarũ vice funguntur, similiterq; cæteræ præscripta sibi munia exequuntur, simulq; & toti famulantur, & mutuam sibi præstant operam. Qua de re pluribus disserit Theophr. lib. 1. de Hist. plant. cap. 4 7. & 14 & Plin. lib. 17. cap. 34.

*Materia plãtarum organis præsita non homogenea.*

*Theophr. Plinius.*

---

οἷόν τε εἶναι τὸν αὐτὸν τρόπον. ἡ δὲ τροφὴ ἐστὶ φυσικὴ ἀφὴ ὑπὸ φυσικοῦ ὑγροῦ. ἡ δὲ τροφὴ ἐστὶ πᾶσα ἐπ' ἀκρον ψυχὴ δυνάμει οὖσα, καὶ πᾶσα ἀνάγκη τὸ φυόμενον καὶ τρεφόμενον ἔχειν ψυχὴν· ἐπεὶ καὶ ἡ αὔξησις τοῦτο ἐν τοῖς φυτοῖς ἐστὶν· ἐκ γὰρ τούτου ἡ τροφὴ καὶ ἡ γενεσις. ἔστι δὲ τὰ ἐν τοῖς φυτοῖς μόρια ἀλλήλων ἀναγκαῖα, εἴτε τὰ ὅμοια σπερματικὰ ἐστὶ τοιαῦτα, τὰ δὲ ἀνόμοια

*instrumentorum artis naturale corpus esset, seu securis: sinu namque substantiæ ipsius esset, vt patet secundis rationibus: quæ esset anima, quæ separata, non esset viterius vt patet secundis, nisi nomine tantùm.*

*An ex anima & corpore vnum fiat quærendum non est.*

Cap. 9. q. 11.

h *Iccirco non quærere.*] Ex dictis consectarium quoddam infert, videlicet, quærendam non esse aliam causam cur ex corpore & anima vnum fiat. Nam cùm corpus sit materia ipsa, ac pura potentia, forma verò substantialis sit actus, quem materia primò respicit; pura autem potentia & actus

Universidad de Deusto
Biblioteca



& actus generis eiusdem, id est, substantialis suopte ingenio in vnam coëant naturam, vt nullo aliunde quæsito vinculo, aut nexu, ex his vnum fiat. De hac ipsa re dubitationem mouet Aristoteles, eamque eodem pacto diluit 8. Metaph. cap. 6. text. 15. nisi quòd illic non de sola anima & corpore, vt hic, sed de forma & materia generatim quærit. Lege, si placet, quæ hac de re 1. Physic. lib. disseruimus.

*Anima ad corpus sicuti forma artificiosa ad subiectum.*

*Item sicuti aspectus ad oculum.*

*Oculus sine aspectu est æquinoctio oculus.*

i *Et perinde ant.*] Duplici exemplo, quorum vnum ab arte, alterum à natura desumptum est, probat animam esse actum substantialem, à quo vt à prima ratione essendi, animatum corpus dicatur. Primum est huiusmodi; vt se habet forma rei artificiatæ verbi gratia forma securis ad securim; ita proportione quadam anima ad corpus animatum: atqui si securis compositum physicum esset, eius figura esset forma substantialis ipsius, vnde ratio securis potissimùm sumeretur: Ea namque posita cohæret, constatque securis, ea pereunte dissoluitur. Igitur anima erit forma substantialis corporis animati. Posterius exemplum est huiusmodi: Si oculus esset animal (sumit verò oculum prout est quid ea potentia videndi, & organo constitutum) eius anima esset aspectus, quia posito aspectu verè ac propriè oculus dicitur, ablato non nisi æquiuoce, ac solo nomine, vt sculptus, aut pictus: sed quam rationem haberet tunc aspectus ad oculum, eandem nunc obtinet anima ad totum corpus animatum: ergo anima est propria forma corporis animati. Proxima hæc assumptio ex eo vim habet, quia sicuti videndi facultas ita materiam oculi informat, vt ex vtroque fiat oculus, à quo videndi actio oritur; sic ex anima & organico corpore animatum constat, quod est in potentia ad functiones vitæ administrandas.

---

*At nunc est securis, nõ enim talis corporis substantia ratio; est ipsa anima: sed naturalis, vt diximus, talis, quod in se motus principium insitũ habet. Atq; id quod dictum est in paruis etiam* Text. 9
*inspicere licet. Nam si oculus esset animal, eius anima visus ipse nimirum esset: hæc est enim, vt patet, oculi substantia, quæ sese habet vt ratio. Oculus autem est materies visus, qui cùm defecerit, non vlteriùs erit oculus, nisi nomine tantùm, & perinde atq; lapideus, vel etiam depictus. Id igitur quod de parte dictum est, ad totum corpus viuens accommodare oportet: est enim hic profectò rationum similitudo. Nam vt pars sese habet ad partem, sic totus sensus ad totum sensitiuum corpus, vt talis est* Text. 10
*rationi.* k *Non est autẽ id potentia viuens, quod abiecit animam, eaq; vacat: sed id, quod ipsam habet. Semen verò fructus ve id nimirum est, quod potest tale corpus euadere. Vt igitur incisio visioque sic est vigilia actus: & vt visus rursus instrumentisque vsus, sic est anima actus, corpus autem est id, quod vt diximus, est potentia viuens. Verùm vt pupilla visusq; oculus est; sic anima & corpus est animal.* l *Animam igitur non separabilem esse à* Text. 11
*corpore, vel partes ipsius nonnullas, si partibilis sit, non obscurum esse videtur. Corporis namque partium pates aliquas animæ partium actum esse. Nihil tamen vetat, vt aliquæ partium sint separabiles: anima, propterea quòd corporis nullius sint actus. At obscurum est, nec dum patet, si penitus corporis nulla anima sit actus, vt gubernator actus est nauis. Hoc igitur pacto vniuersaliter de anima determinatum, descriptumve sit.* CAP.

---

*Corpus organicum potentia vitam habere quo pacto intelligendum.*

k *Non est autem id potentia viuens.*] Explanat quo modo corpus, cuius actus est anima, vitam habere potentia dicatur; aitque non sic corpus rei viuentis potestate vitam habere, quasi anima careat, cum tamen possidere aptum sit, vt semen, sed ita vt actu animam contineat, sit verò in promptu ad eas operationes exercendas, in quibus accidentaria vita consistit.

*Animam igitur non separabilem esse à corpore.*

l *Animam igitur non separabilem esse à corpore.*] Quia anima corporis actum definierat, posset ex eo quispiam fortasse opinari, animam neutiquam esse à corpore separabilem. Occurrit igitur, manifestum id quidem esse, quoad aliquas animæ partes, quæ nimirum ita sunt actus corporis, vt materiæ prorsus addictæ, affixæque sint, nihil tamen obstare, quominùs aliquæ ita sint à materia liberæ, vt extra illam cohærere valeant. Porrò quid Aristoteles nomine partium significarit, progressu exponemus. Subijcit deinde nondum ex dictis constare num anima ita sese habeat ad corpus vt gubernator ad nauim, quod Plato censuit, an non.

QVAE-



## QVAESTIO I.

### *RECTE NE ARISTOTELES animam definierit; an non.*

### ARTICVLVS I.

### *ENODATVR PERIPATETICA animæ definitio.*

*Animæ definitio.*

*Eius enucleatio.*

EX ijs, quæ Arist. proximo capite docuit, hæc animæ definitio habetur, Anima est actus primus substantialis, corporis organici, potentia vitam habẽtis. Quæ membratim sic explicanda erit. Dicitur anima, actus ἐντελέχεια, ita late accepto vocabulo vt tam actus substantiales, quàm accidentarios comprehendat sicut annotauimus in contextu. Ponitur ergo actus ad excludenda materiam primã; quæ est pura potentia; & quæcumq; non sunt simpliciter actus, vt composita tam naturalia, quàm artificialia. Primus, ad reijciendos actus secundos præcipuè operationes, vt Themistius hoc in lib. ca. 4. & M. Albertus tract. 1. c. 2. animaduertũt. Substantialis, ad remouendos actus primos accidentarios, vt potentias respectu suorum actuum. Corporis, ad excludendas, tum substantias separatas, quæ corporibus non assident: tum etiam mentes cœlestium orbium motrices, quæ non sunt actus corporũ cœlestium, quasi ea propriè informẽt: etsi eis assideãt, quanquã secus arbitrati fuerint nonnulli, quos alibi confutauimus. Cæterum cùm multifariam corpus vsurpetur, dissidium inter expositores est, quonam modo hic sumatur. Sunt qui opinentur accipi pro composito ex materia & anima, non quidem secundum omnes gradus, sed duntaxat secundum gradum corporeitatis; cũ quo adhuc materia manet in potentia ad vlteriores, vt ad gradum vegetatiuũ & sensitiuũ. Huius acceptionis meminit D. Thom. hoc loc. & in 1. sent. dist. 25. q. 1. art. 1. ad 2. Capreolus in 4. distinct. 10. q. 1 art. 3 ad arg. Scoti, Cajet. 1. part. q. 76. art. 4. Ferrarien. lib. 4. cõtra gent. c. 64. & hoc in lib. q. 2. alijq; non pauci. Potestq; hæc explicatio suaderi auctoritate Aristotelis, qui superiori cap. text. 9. docuit corpus ita esse potentia viuens, vt tamen non vacet anima, sed ipsam habeat. Quare sumit Aristoteles corpus, vt est quidpiam ex materia prima, & anima coalescens; ita tamen vt anima nõ sumatur secundũ gradum sibi proprium, ac reciprocum: alioqui idem in toti ipsius definitione poneretur. Alij arbitrantur accipi corpus ab Aristotele prout significat materiam primam connotando organa apta ad actiones vitæ obeundas. Ex horum numero est Argentinas in 4. dist. 13. q. 1. art. 1. Gregorius in 2. distinctione 16. qua. 2. alijq; recentiores.

*Quid nomine corporis hic intelligatur.*

*Themistius. Simplicius. Philoponus. & Auer.*

*Reiicitur 1.*

Nobis tamen neutra harum interpretatio-

*sententiæ.*

*Vt Toled. hoc lib. ad tex. 4.*

*Reiicitur 2.*

*Vera interpretatio particulæ, corporis.*

A num omnino placet. Non prior, quia Aristoteles text. 4. palam asseruit corpus, quod in animæ definitione collocabat, esse subiectũ animæ; constat autem compositum ex materia prima & anima non esse animæ subiectũ, sed potiùs materiam primam. Non posterior quia si corpus ita sumeretur ab Aristotele hoc loco, superuacanea esset particula, organici, posita in definitione: cùm id, quod per eam exprimitur, importatum iam foret nomine corporis. Dicendum est igitur cùm D. Thoma hoc loco ad textum 4. (etsi alibi oppositum censuerit) accipi in præsentia corpus pro materia primajta vt corpus organicũ nihil aliud sit, quàm materia prima affecta organis ad functiones vitæ administrandas. Et in corpus ita sumptum quadrant ea, quæ Aristoteles de illo enuntiat in contextu, nempe corpus esse subiectum animæ; & ex corpore atq; anima fieri vnum, nec esse quærendum cur ita fiat. His non repugnat auctoritas Aristotelis aientis corpus non ita à se vocari potentia viuens, vt anima careat; sed ita vt ipsam habeat. Concedimus enim corpus organicum, seu potentia vitam habens reuera in se animam continere; sed negamus animam importari nomine corporis, quatenus corpus in prædicta definitione adhibetur. Quamuis non inficiemur aliàs interdum vsurpari iuxta duos illos modos, quos suprà retulimus.

*Non videri essentialem definitionẽ animæ.*

Sequitur in definitione organici, potentia vitam habentis, quæ duo idem valent, vt aduertit Themistius, Alexander, Philoponus, D. Thom. & alij, quanquam Simplicius aliter sentiat. Excluduntur autem hisce verbis à definitione animæ omnes formæ naturales, quæ per superiores particulas nondum reiectæ fuerant, vt formæ lapidis, & ignis: quatũ corpora, siue vt propriè loquamur, materiæ ad exercenda vitæ munia organis, siue instrumentis distinctæ non sunt. Inter quas etiam numerantur formæ cadauerum. Nam oculi, pedes, manus, aliaq; id genus instrumenta quæ in ijs apparent, non vniuocè, sed analogicè duntaxat cum organis viuentium conueniũt, vt Aristoteles hoc primo capite text. 9 & lib. 7. Metaphys. cap. 10. text. 35 docet.

*Excluditur ab anima definitione forma non viuentium.*

Roget aliquis num hæc definitio sit essentialis. Quòd non sit, ex eo videtur; quia Aristoteles ea tradita dixit se animam definisse ὡς τύπῳ, id est, figura: at figura quidpiam definite, inquit Alexander, non est aliud, quàm non exactè id explicare; translatione ducta à picturis primò obscurius adumbratis, deinde illustriùs expressis: vnde Perionius ὡς τύπῳ vertit, pingui Minerua. Igitur Plotinus libro secundo Enn. 4. Aristotelem reprehendit quòd hic non exposuerit quid sit anima: nec eundem minus vellicat Proclus capite quinto in Timæum, quòd non tam docuerit quid sit anima, quàm cuius sit, nempe organis

Universidad de Deusto
Biblioteca



ganici corporis. Similiter Auicenna libro 6. Naturalium asserit hanc definitionẽ non declarare essentiam, sed potiùs existentiam animæ, id est, non quid anima sit, sed quomodo existat in corpore. Oppositum tamen dicendum est: nec enim animæ in commune alia natura, aut quidditas est, quàm quæ ab Aristotele hac definitione exprimitur: nec à Platone aliúve Philosophis alia definitio ad animæ essentiam explicandam accuratior, aut commodior tradita fuit: quantumlibet Porphyrius, Plotinus, Atticus, cæteriq; Platonici reclamẽt. Quorum definitiones quærere, si placet, apud Theodoretum in libro de natura hominis, Lactantium in libro de opificio Dei capite vigesimo septimo, Magnum Albertum in summa de homine, Ficinum libro 6. de Theologia Platonis capite primo, Themistium toto ferè superioris libri decursu. Quod verò Aristoteles addidit se animam figura definisse, nihil de traditæ ab eo definitionis absolutione detrahit: tantùm enim indicare voluit se non speciatim singularum animarum, sed animæ generaliter & in commune acceptæ naturam & quidditatem exposuisse. Sic enim interdum apud Aristotelem sumitur figura agere seu definire; vt primo de historia animalium cap. 1. vbi de animalium differentijs in progressu acturus, De quibus, inquit, figura prius agendum est, deinde de vnoquoque genere diligentiùs dicemus. Quare appositè Argyropilus loco citato, ἐν τύπῳ, vertit, vniuersaliter; id est, in commune. Dicitur porrò hic animarum naturæ explicatio, figura tradi; quia cùm nõ explicitè descendat ad specialem cuiusq; animæ quidditatem enodandam; quandam earum vmbram & figuram solùm exhibet. Et in hunc sensum verba Alexandri & interpretatio Perionij accipienda erunt. Ita tamen vt non negetur illam animæ definitionem respectu animæ in commune exactam esse.

*Esse ve vera essentialem definitionẽ.*

*Porphyr. Plotin. Atticus. Theodor. Lactant. Albert. Ficin. Themist.*

*Figura agere seu definire quid apud Arist.*

*Argyropil. Ad calcem 1. cap.*

*Alexander. Perionius.*

Quæri solet num prædicta definitio cunctis animabus, vegetatiuæ, inquam, sensitiuę, & intellectiuæ vniuocè conueniat, an non. Philoponus, Simplicius, & Auerroes cõmento septimo, & 70. huius, & comm. 5. libri tertij laudantes hoc in lib. quæst. 3. asserunt non vniuoca, sed analogica ratione conuenire; quod ex eo probat Philoponus, quia aliter anima vegetatiua & sensitiua sunt actus corporis, aliter intellectiua: illæ enim sunt actus inseparabiles; hæc separabilis. Contrariã tamen sententia, quam sequitur D. Thomas, Aegidius, ac cæteri ferè Latini interpretes prima part. q. 76. art. 4. & lib. 2. contra gent. cap. 79. vera est: licet enim animæ intellectiuę peculiare sit ita materiã informare, vt ab ea seiungi ac per se extra corpus cohærere possit; nihilominus est verè, ac propriè forma corporis humani, & communè illam animæ rationem, quæ in proposita definitione traditur, cum cæteris animabus ex æquo participat.

*Non videri vniuocã animæ definitionem.*

*Probatur.*

*Defenditur esse vniuoca.*

## ARTICVLVS II.

### *ARGVMENTA CONTRA superiorem definitionem.*

NOn desunt tamen argumenta, quibus tradita animæ definitio oppugnari possit. In primis enim sic licebit obijcere. Anima est actus secundus; ergo non est actus primus. Probatur antecedens. Nam vbi versio Latina in definitione animæ habet, actus, contextus Græcus habet ἐντελέχεια, quod, interprete Cicerone in primo Tusculanarum quæstionum libro, non est aliud, quàm continuata motio & perennis: at motio non actus primus est, sed secundus, vt pote operatio. Vnde & Diuus Nemesius libro de natura hominis, cap. 2. credit Aristotelem nõ putasse animam esse substantiam, quòd eam entelechiam vocarit. Et ob eandem causam Diuus Gregorius Nyssenus libro secundo de anima, cap. 4. & Iustinus Martyr in oratione parænetica ad gentes, aiunt animam intellectiuam existimatam ab Aristotele mortalem. Deinde confirmatur idem antecedens, quia oportet animam esse actum præstantissimũ: actus verò secundus præstantior primo est: cùm ille ad hunc, tanquam ad finem ordinetur: siquidem vnumquodque est gratia suæ operationis, vt docet Aristoteles secundo de Cœlo, capite 3. text. 17. & libro 9. Metaph. cap. 9. text. 15.

1. *Argum.*

*Entelechia quid.*

*D. Nemesius.*

*D. Gregor. Nyss.*

*Iustin. Mart. in parænetica.*

*Confir. arg.*

Secundo. Anima non est substantia: igitur non est actus substantialis. Assumptum probat Galenus cap. 3. & 4. libri, qui inscribitur, Quod animi mores corporis temperamentum sequantur, hunc in modum: Anima non est aliud, quàm κρᾶσις, seu temperies, & moderatio quatuor primarum qualitatum: hæc autem est accidens, non substantia: igitur anima non est substantia, sed accidens. Maiorem probat dupliciter, primùm quia id videtur esse anima, quo pereunte, moritur animal: at abolita dissociatáve temperie certum est animal interire. Item quia ex diuersa corporum temperie oriuntur in nobis diuersi affectus, seu passiones. Melancholici enim v. g. procliues sunt ad tristitiam; cholerici ad iram: huiusmodi verò affectus ab anima, vt à fonte manant. Quare anima nihil aliud est, quàm prædicta temperies. Accedit veterum quorundam auctoritas, vt Dinorchi, & Empedoclis, qui animam esse harmoniam prædicabant, non quidem sonorum, sed contrariarum qualitatum in vnam temperiem coeuntium: & Aristoxeni musici, qui ab arte sua non recedens voluit animam simili ratione constare in homine, qua consors modulatio constat in cantu, & fidibus; ita nimirum, vt sicuti nerui bene intenti concentu efficiunt; sic partium corporis firma coniunctio, membrorumq; omnium consentiens in vnum vigor animales motus faciat.

2. *Argum. Galeni.*

*Anima temperies.*

*Dinorchus. Empedocles. Anima harmonia. Aristoxenus. Fuit Aristoxenus, testis Gellio, Aristoteles autor.*

3. *Argum. Cognitio fit per similitudinem inter rem cognitã & cognoscẽtem. Empedocles.*

Tertiò. Anima est corpus: igitur non est actus corporis, alioqui vnius corporis aliud esset corpus. Probatur antecedens. Nam omnis cognitio ex doctrina Platonis in Timæo, & aliorum veterum Philosophorũ fit per quandam similitudinẽ & cognationem inter rem cognitam & cognoscentem. Vnde illud Empedoclis poëtice philosophantis:

*Terrea vis terras, vis humida percipit vndas,*
*Aether ab ætherea, ignemque ab ignibus ignis,*
*Pax pacem, munusque odium, tum tristia tristis.*

*Confirmatio antecedentis superioris argumenti.*

Quare cùm inter corpus, & id, quod corpore vacat, similitudo nulla intersit; si anima non esset corpus nullus ei corporeæ notitiam obtineret. Quod cùm aperte falsum sit, concedendum est: animam ex aliorum corporum permistione concretam esse. Corroboratur; idem antecedens: quandoquidem anima patitur à corpore, cùm, verbi gratia, phreneſis, vel ebrietas intellectionem turbat: & corpus similiter patitur ab anima; vt dum ex verecundia, rubore afficimur; & ex timore albescimus: cùm igitur ad mutuam actionem & passionem requiratur contactus, & hic non nisi inter corpora interuentu quantitatis dari queat; non videtur negandum animam esse corpus. Ac quòd Aristoteles huius sententiæ fuerit, affirmat D. Augustinus lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 11 aiens in doctrina Peripatetica animam esse quintam substantiam, hoc est, e materia & natura cœlesti coalitam.

*Anima esse quintã substantiã iuxta Arist. putat Augustin.*

4. *Argum.*

Quarto. Anima rationalis extra corpus, est verè anima: & tamen in eo statu non est actus corporis: non igitur ea particula in definitione adhibenda fuit. Accedit quòd Aristoteles hoc in lib. cap. 1. text. 11. ait manifestum esse quasdam animæ partes non posse à corpore separari, quia cõstat esse actus illius. Igitur in doctrina Aristotelis anima rationalis, si extra corpus valet consistere, non est actus corporis.

5. *Argum.*

Quinto. Subiectum, per quod definitur forma, debet esse prius ipsa forma: sed corpus organicum non est prius anima igitur anima non rectè dicitur actus corporis organici. Probatur minor, quia nõ vocantur partes organicæ, nisi quæ tam sunt prædictæ potentijs vitalibus; cùm ergo huiusmodi potentiæ ab anima oriãtur, necessariò eam supponunt, atq; adeò corpus organicum est posterius anima.

6. *Argum.*

Sextò. Cùm Angelus ex cõcreto aëre corpus organis distinctum sibi effingit; & in eo mouetur progressiuo motu, & loquitur, comedit, atque alia vitæ munia coercet, tota animæ definitio ei competit: & tamen non est anima. Ergo animæ definitio non reciprocatur cum re definita.



## ARTICVLVS III.

### *QVOD ANIMA NON sit Temperamentum.*

VT superiora argumenta commodiùs & vberiùs explicentur, priùs à nobis falsa quorundam dogmata confutanda erunt. Offert autem in primis sese Galeni error, in quem etiam inciderunt hæretici quidam, ob *Galeni & aliorum Carpocrates, Epiphanes, Prodicus, & Caiani, atque Antitactæ, vt refert Theodoretus in lib. de diuinis decretis. Porrò Galenus lib. 3. de locis affectis, cap. 6. & in opere superiùs citato arbitratus est, quòd iam apud Platonem Socrates in Phædone reprehenderat animam esse primarum qualitatum temperiem. Sic enim eius sententiam interpretatur D. Thomas lib. 2. contra gent. cap. 63. & in quæstione disputata de anima art. 1. etsi alij eum secus putasse dicant, vel saltem Quam extrahac in re adeò fuisse varium, vt videatur non fatonũ quidem constitutum habuisse quid sequeretur, dum esset aut in quam sententiam descenderet. Quod pro Galeno ipse non obscurè indicat in lib. de Natur. facult. fubil. & lib sympt. & lib. 3. de vsu partiũ vbi ait ignorare se quid sit anima.

*D. Thom.*

Quæcumque tamen eius mens fuerit, sit 1. *Conclusio.* prima conclusio in hac disceptatione. Error est, etiam in Philosophia, intolerabilis animã esse temperamentum. Quod hisce rationibus *Probatur 1.* concluditur. Anima est forma rerum viuentium; ab ea namq; viuens accipit esse: non est igitur anima temperamentum. Consecutio ostenditur; quia temperamentum est accidens, seu potiùs multa accidentia, videlicet quatuor primæ qualitates ad symmetriã deductæ. Quare cùm vnumquodque viuens sit substantia essentialiter constans ex sua forma & materia, si eorum forma esset accidens, substantia constaret ex accidentibus; quod omnis philosophia auersatur.

Secundò. Functiones ab anima oriundæ 2. sunt altioris conditionis, quàm quæ proficiscuntur à primis qualitatibus: ab his enim manat calefactio, refrigeratio, humectatio, exiccatio: ab anima verò actus nutriendi augendi, loco mouendi, sentiendi, intelligendi: nemo autem nescit posteriora hęc munia excellentioria esse: ergo anima non consistit in primis qualitatibus; sed est alia præstantior, eminentiorq; natura.

Tertiò. Animus particeps rationis cohi- 3. bet motus insurgentes in appetitu sensitiuo, moderaturq; passiones, vt patet in ijs, qui se continent: hoc autem præstare nequit qualitatum turba, cùm ab ea, vt à causa disponente, ac prouocante, eiusmodi affectus plerumque oriantur, ac pro earum intensione, & remissione varientur. Igitur saltem animus rationalis non est conuenientia primarum qualitatum, siue temperamentum. Postremò,

Cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca



4. Cùm ij, qui animam temperamentum esse dicunt, negent eam esse substantiam: ad eos refellendos valebũt etiam omnia argumenta, quibus proximo articulo animam non accidens, sed substantiam esse ostendemus.

## ARTICVLVS IV.

### QVOD ANIMA SIT Substantia.

*Auic. lib. de anima ca. 5. Alb. in sum. de hom. q. 3. Auerr. 2. de an. com. 1.*

SEcunda conclusio huius quæstionis sit, Anima non est accidens, sed substantia. Hæc conclusio nullam habet etiam in Philosophia dubitationem, etsi eam è veteribus physicis negarint ij, qui præter materiam primam, nullum rerum naturaliũ principium agnouêre. Nec ab illa dissensit Plato, licet in Timæo animam rationis, & intelligentiæ participem, numerum vocarit; non enim iccirco eam quantitatis numerum fecit; sed implicitam vetustatis philosophiã secutus, moremq; Pythagoreorum, qui omnia ad numeros referebant, animæ dignitatem, ac vim eo pacto adumbrare voluit.

*2. Conclusio.*

*Cur Plato animã numeriũ vocarit.*

Vocauit igitur animam numeriũ, vel quia omnium in se rerum numeros continet, cùm sit earum typis, siue imaginibus consignata: vel quia sicuti numeri Mathematici inter res naturales & diuinas; ita anima inter formas à materia prorsus absolutas; & eas, quæ materiæ affixæ sunt, medium obtinet. Accommodauit etiam animæ rationem circuli; quia vt circulus in se recurrit, sic anima intelligendo, supra se ipsam, reuoluta notione reflectitur. Attribuit quoq; eidem harmoniam; vel quòd sensus, quibus tanquam internuntijs vtitur, sensilium rerum consonantia, quasi musica, oblectentur: vel propter virium & potentiarum in ipsa anima ordinem, & consensum. Denique animæ diffinitionem ex numero motuq; composuit, aiens animam esse numerum mouentem se: quia dum anima contemplatur, dum sentit, dum vegetat; mouere se dicitur, propterea quod operationis principium, & fons sit; nec aliunde moueatur, vt ea, quæ vitæ sunt expertia. Verum si Platonis de anima sententiæ ita se habent, vt cas Aristoteles aliter accepit, ac tam acriter reprehendit? Videlicet, vt D. Thomas primo huius operis lect. 8. animaduertit, nõ Platonis sensum, sed primam verborum fidem coarguit; ne Philosophorum vulgus verbis inhærens, & profundum ac recondimentum sensum ignorans, hallucinetur, putans animum esse re vera numerum, circulum, aut harmoniam. Platonem verò à reprehensione vindicare conantur non solùm Platonici, sed nobiles in primis Peripatetici, vt Theophrastus in libris, quibus locos antea ab Aristotele tractatos explicat, (cuius operis meminit Themistius in sua paraphrasi ad primum de anima, cap. 17.) Philoponus in commentarijs capitis tertij, Bessarius lib. 2 in Calumniatorẽ Platonis, Macrobius in somnium Scipionis, cap. 15. & 16.

*Cur circuli. Cur harmoniam. Quòd animã nõ sit harmonia probat Arist. li. 1. ca. 4. text. 54. Themist. in paraph. 1. lib. cap. 23. et 24. D. Tho. lib. 2. contra gent. ca. 64. Quòd nõ sit numerus mouens se Arist. lib. 1. cap. 3. M. Alb. li. 1. tract. 2. c. 10. Cur numeriũ mouentẽ se. Arist nõ sen sum sed verba Platonis reprehendit. Qui Platonẽ à calumnia vindicent.*

*1. Ratio pri conclusionẽ.*

Quòd igitur anima substantia sit, ex eo primùm ostendi potest, quia vt Diuus Gregorius Nyssenus in disputatione de anima luculentius edisserit. Quemadmodum qui in mundo consentientem rerum varietatem, & contrariorum discordem pacem, ac concordem litem videt; mox, si aptè secum ratiocinetur, statuit vim quandam esse diuinam per omnes mundi partes commeantem, quæ omnia suo nutu coërceat, & contineat: ita qui in qualibet re viuenti animaduerterit contrarias qualitates ad concentum reductas conseruari, & repugnantes organorum affectiones, ne se mutuò perimant, rata lege cohiberi, & denique tam diuersa munia tanto ordine, & consensu administrari; plane intelliget dari vnam aliquam formam, cuius merito ac beneficio hæc omnia perficiantur: quæ forma accidentaria esse non poterit, sed substantialis; cùm vnius accidentis tanta efficacitas esse nequeat, tantúmve imperium in membrorum rei viuentis, & contrariarum qualitatum quasi Republica: ea igitur forma non alia erit, quàm anima; siquidem in eadem materia plures formæ substantiales esse non possunt; vt alibi ostendimus: quare patet *1. de gener. cap. 4. 9. 21.* animam esse substantiam.

*2. Ratio.*

Secundò, vel in materia rerum viuentium inest aliqua forma substantialis, vel nulla. Si nulla; duo, præter alia, sequuntur incommoda. Primum est, cohærere viribus naturæ materiam absq; omni forma substantiali. Secundum, aliquam substantiam, nempe compositum, ex accidente & substantia constitui; videlicet ex materia & ex forma accidentaria. Quod si in tali materia, aliqua substantialis forma insit quis non videat ei potiùs attribuenda esse præstantissima rei viuentis munia, id est, vitales actiones, atq; adeò eam formam esse animam.

*3. Ratio.*

Tertiò, Forma est præstantior, quàm materia: atqui materia nõ est accidens, sed substantia, cùm sit primum cuiusque subiectum: ergo forma erit substantia & non accidens, atq; adeò anima, quæ forma est, erit substantia. Quòd verò secundum Academicã & Peripateticam philosophiam ita dicendum sit, patet ex dialogo Platonis de anima, qui inscribitur Phædon; & ex ijs, quæ docuit Aristoteles tũ sæpe alibi, tũ cap 1. huius libri, vbi asseruit animã esse actũ primũ substantialẽ.

*Plato. Arist.*

*4. Ratio.*

Priuatim aũt quòd anima intellectiua sit substantia, ex eo cõuincitur, quia alioqui nõ posset extra materiam per se cohærere, atque adeò non esset immortalis; quod non solùm diuinæ fidei, sed etiam Philosophiæ decretis repugnat, vt in tractatu de anima separata ex professo ostendemus.

ARTICV-



## ARTICVLVS V.

### QVOD ANIMA NEQVE materia, neq; corpus sit.

*De his Aristot. li. 1. huius oper. cap. 2. Rudiores philosophi nihil supra corpus agnouerunt. Arist. lib. 1. huius oper. c. 3. text. 72. & lib. 2. c. 1. text. 4.*

DEmonstratum à nobis fuit, animam esse substantiam: proximum est, vt quænam substantia sit, videamus. Philosophorũ nonnulli elementis mundi inhærentes, cùm vltra materiam, & ea, quæ sub sensus cadunt, mentis aciem efferre nõ possent, in eo errore versati fuerunt, vt præter materiam & corpus nihil substantiæ dari crederent, qui proinde animam à corpore & materia nullo discrimine separabant. Contra hos sit tertia conclusio communi aliorum auctorũ assensu comprobata, ac plane vera; Anima neque materia est, neque corpus. Quæ hunc in modum ostenditur, Materia in generatione, & ortu cuiusque viuentis præit, vt id, quod omnem rei præparationem suscipit, forma verò denuo inducitur: Igitur anima non est materia.

*3. Conclusio. Probatur. 1.*

2. Deinde, Materia, cùm sit pura potentia, est expers omnis actiuitatis; nec potest esse principium alicuius actionis: atqui anima est origo & fons operationum vitalium; Igitur anima non est materia. Item Omnia composita naturalia, quæ infra lunæ globum continentur, habent eandem communem materiam, vt ex reciproca eorum commutatione conflat, differunt verò formis; sed nequeunt in eodem conuenire, & differre; igitur eorum materia non est forma. Præterea, Anima in totum corpus se insinuat, omniaque eius membra permeat: ergo anima non est corpus: alioqui duo corpora viribus naturæ simul essent. Rursum, Si anima esset corpus: vel esset corpus cœleste, vel elementum, vel ex elementis mistum: sed nullum ex his est, non est ergo corpus. Probatur minor; quia si esset corpus cœleste, torqueretur in gyrum; si elementum, in superum aut infimum locum commearet; si mistum vi dominantis elementi cieretur. Quod tamen falsum esse constat, cùm videamus animalia vt appetitu, & apprehensione ad varias locorum differentias tendere. Postremò, vt ostendit Physicæ Auscultationis libro, cap. 4. text. 28. Aristoteles docet, omne corporeum mouens se ipsum, duobus constet necesse est: Vno, quod moueat, & nõ moueatur: Altero, quod moueatur, & non moueat: sed anima mouet se, & mouens in ipso est anima; quod autem mouetur est corpus: igitur anima non est corpus. Præter superiora argumenta, alia quoq; propria ac peculiaria sunt ad demonstrandum animam intellectiuam nõ esse materiam, nec corpus: sed ea in proximum articulum reiecimus.

## ARTICVLVS VI.

### QVOD ANIMA INTELLectiua sit spiritalis substantia: non tamen particula diuinæ mentis.

QVarta conclusio sit. Anima intellectiua est spiritus, siue substantia spiritalis. Hæc cõclusio est cõtra multos antiquitatis Philosophos, qui nostrum animũ corpus esse dixerunt, vt Zeno ignem; Anaximander, Anaximenes, & Anaxagoras aërem, eosq; forte Varro secutus est, qui, referẽte Lactantio Firmia. Fossa deserino libro de opificio Dei, ita scripsit, Anima est aër cõceptus ore, defertue factus in pulmo. Hippasius quoq; & Parmenides animã igneã fecere. Empedocles sanguiné, Critias ex sanguine & humore compositã. Quos forte Lucretius Poëta imitatur, cùm inquit purpuream vomit ille animam.

*4. Conclusio. Qui veteres animam humanam vermem fecerint. Falsa definitio animæ humanæ ex Varrone. Virg. 9. Aen.*

Corporeum quoq; statuerunt humanum animũ Cleanthes, Chrysippus, ac fere omnes Stoicæ familiæ alumni. Et in lege veteri Sad. Sadducæi dueçi, qui Sadducæum quendam magistrum *substantiæ* secuti neq; resurrectionem credebant, neque *spiritales* à Angelos, aut spiritus esse. In eundem errorẽ *medio* tollenciidit Apollinaris Alexãdrinus, vti refertur *bant.* lib. 5. hist. Tripartitæ cap. 44. & Tertullianus *Atlorũ* 23, in suo libro de anima, & de carne Christi, vt *& alibi.* etiam testatur Diuus Augustinus lib. 1. de Genesi ad liter. cap. 25. & in lib. de hæres. cap. 86. & in epistol. 157. ad Optatũ. Nec enim voluit solùm Tertullianus animam esse corpus eo sensu, quo arbitratur D. August. hæresi 86. posse eum intelligi, cùm Deum appellat corporeũ, id est, substantiã verè subsistentem & nõ fictitiam. Nam libro illo de anima capite secundo cõmemoratis Philosophis qui animam corpoream faciebant; subijcit, Animã esse corpus facilè persuadebunt. Tum Aristotelem & peripateticos reprehendit, quòd animam incorpoream fecerint constantem, inquit, ex quinta nescio qua substantia.

Probatur aũt nostra conclusio hunc in modum; Vt vnumquodq; operatur, ita est: sed anima intellectiua habet operationes eleuatas supra naturam & conditionem corporis ac materiæ: ergo anima intellectiua non est materialis & corporea; sed immaterialis substantia, seu spiritus. Probatur minor tum ex parte intellectus, tum ex parte voluntatis. Ex parte intellectus, quia intellectus noster percipit naturas cõmunes, & abstractas à materia singulari: quod verò materiale est, vt est crassum & limitatũ, ita nonnisi singulare corporeum & materiale apprehendit. Item noster intellectus formar conceptus rerum immaterialium, vt Dei & substantiarũ sẽparatarum percepitq; talia obiecta omni dimentione libera, sine figura, colore, aliáve corpo-

*D. Thom. 2. cont. gent. cap. 73. Probatur cõclusio. ne. Ex parte intellectus.*

c rea

Universidad de Deusto
Biblioteca



reæ molis, affectione: hi autem cõceptus, materiales non sunt, oriuntur ergo à potentia & forma immateriali: hæc est anima intellectiua: igitur anima intellectiua est immaterialis substantia, siue spiritus. Deinde ex parte voluntatis suadetur eadem minor. Nam voluntas studio honestatis refrænat appetitum sensitiuum inhærentẽ in materia, eiq; imperat: hoc autẽ imperium est altioris potentiæ, quam corporeæ: ergo voluntas nõ est res corporea, sed spiritalis. Quod similiter dicendũ erit de anima humana, à qua fluit. Secundò idem confirmatur, quia liberè velle & nolle, actus amandi & colendi Deũ, sunt supra sensum & appetitum: atque adeò manifestè arguunt potentiam alterius ordinis, id est spiritualem, & spiritualem formam à qua manent. Quo patet animã intellectiuam, spiritũ esse.

*Similitudo immaterialis rem materialem potest repræsentare nõ tamen è contra.*

*Ex parte voluntatis.*

*Patrũ testimonio.*

Corroboratur quoque eadem veritas, Patrum testimonio, vt D. Ambrosij, qui in libro de Noë & arca ait, animum rationalem, diuinum quendam esse spiritum; idq; probat ex c. 1. Genes. vbi dicitur Deus inspirasse Adamo spiraculum vitæ, id est, spiritum corpus vificantem. Idem asserit D. Dionysius 4. capite de diuinis nominibus appellans animũ, intellectualem, siue spiritualem substantiam, vita indeficiente prædità. Idem testantur D. Damascenus lib. 2. Fidei Orthod. cap. 12. & lib. 3. cap. 16. D. Augustinus lib. 6. de Trinit. cap. 6. & lib. 2. Retract. cap. 56. D. Gregorius Magnus lib. 4. dialog. cap. 5. & lib. 2. Moral. cap. 2. D. Gregorius Nazianzenus Apologetico. D. Gregorius Nyssenus in libro de opificio hominis cap. 4. & 15. & lib. 2. Philosophiæ, vbi ait huius quoq; sententiæ fuisse Platonem; quod etiã de eo asserit Plotinus, Ammonius, & Numenius.

*Ambr.*

*D. Dionys.*

*D. Damasc.*

*D. August.*

*D. Greg. Naz.*

*D. Gregor. Nyssen.*

*Deducitur conclusio ex sacræ paginæ locis.*

Præterea idem colligitur tum ex nõnullis sacræ paginæ locis, quibus anima humana spiritus appellatur, ea significatione, qua spiritus à corpore distinguitur, vt Ecclesiastæ vltimo. Reuertatur pulvis in terram suam, vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Et Lucæ 23. in manus tuas commendo spiritum meum. Et ad Rom. 8. Spiritus sanctus testimoniũ reddit spiritui nostro. Tum

*Eccles. 12. Luc. ad Rom.*

*Ex concil. Lateran.*

ex concilio Lateranensi primo, sub Innocentio tertio, vbi ita scribitur, Deus ab initio vtramq; condidit creaturã, corporalem, & spiritualem, Angelicam scilicet & mundanam. Deinde humanam quasi communẽ, ex spiritu & corpore constitutã. Quod refertur extra de summa Trinit. & fide Cath. c. Firmiter credimus. Præterea in sexto concilio Constãtinopolitano act. 11. dicitur Verbum diuinum assumpsisse carnem, & animã rationalem, atq; incorpoream. Deniq; Gratianus, tianus 24 quæst. 3 cap. Quidam autem hæretici, refert inter hæreses, errorem existimantium animam intellectiuam non esse spiritũ.

*Ex cap. Firmiter. Ex concilio Constantin. Gratianus.*

*Obiect.* Erit tamẽ, qui contra superiùs dicta oppo-



*Corpus onustum*

*Hesternis vitijs animum quoq; pregrauat vna,*
*Atq; affligit humo diuinæ particulam auræ.*

*S. Satyr.*

Hanc hæresim per se satis conuictam damnauit concilium Barchinonense primum, cap. 5. & Leo primus epist. 91. cap 5. Eandem verò D. August. in lib. de origine animæ, cap. 2. ex eo coarguit, quod si anima esset diuinæ mentis particula; vel Deus esset mutabilis, quod à diuina natura procul abest: vel anima esset expers omnis mutationis; atq; ita nec deficeret in deterius, nec proficeret in melius, nec aliquid in semetipsa vel quod non habebat, habere inciperet; vel quod habebat, habere desineret: quod est apertè falsum. Eadem stultitiam irridet D. Chrysost. hom. 13. in cap. 2. Genes. eos D. Athanasius in lib. de quæst. cap. de anima. Lege quoq; si placet, eius confutationem apud D. Thom. 1. p. q. 90. art. 1 & lib. 2. contra Gent. cap. 85.

*Plutarch. concil. Brac. Leo 1. D. August.*

*D. Chrysost. D. Athan. D. Thom.*

## ARTICVLVS VII.

### *DILVVNTVR ARGVMENTA Secundi articuli.*

NVnc argumentis, quæ animæ definitionẽ oppugnabant, satisfaciamus. Pro explicatione primi obseruandum est, quod alibi annotauimus, non parum esse inter Aristotelis enarratores, & criticos quosdam neotericos diffidij circa Etymologiã, interpretationẽq; nominis ἐντελέχεια. Ac primùm cõmunis sententia est (etsi aliter opinetur Franciscus Floridus in apologia contra linguæ Latinæ calũniatores) Aristotelem huius vocabuli inuentorem fuisse. Sed enim quia illius significatio ac vis aliquantulum obscura est, non defuere qui dicerent excogitatũ id ab Aristotele, quasi fugæ vehiculum, aut infelicitæ inuolucrum, nõ ad enodandã, sed ad inuolucndam laten tem animæ naturã. A qua tamen calumnia eũ vendicat Iulius Scaliger Peripateticæ doctrinæ egregius assertor, exercitatione 308. in Cardanũ. Porrò M. Tullius, vt in argumento dicebamus, primo libro Tusculanarum quæstionum vertit continuatã motionem, & perennem. Videtur enim existimasse Aristotelẽ more Attico vocabulum ἐντελέχεια pro ἐνδελέχεια accepisse mutato δ in τ. Ἀπὸ τοῦ ἐνδελεχῶς, quod à Latinis est continuatum, seu perenne. Verùm hæc interpretatio etsi à quibusdã exsecutetur, vt à Politiano in Miscellaneis cap. 1. à pluribus reprehenditur. Nec enim Aristoteles contra doctrinæ suę placita, animam motionem appellare debuit, quod etiã Platone magnopere displicuerat, vt constat ex iis, quę cõtra illum disseruit cap. 3. lib. 1. huius operis.

*Entelechia quid. Franciscus Florid. Scaliger. Tullius. Politianus.*

Quare dicendum potiùs animã appellari ab Aristotele ἐντελέχειαν, id est, perfectum habitum; siue, vt vertit Hermolaus in paraphrasi Themistij, nouum vocabulum nouo exprimens, perfectihabiam. Sicut enim materia ens potentia est, ideoq; imperfectaitta è conuerso forma ré absolnit, estq; ἐντελέχεια quasi ἕξις τις τελειότητος, id est, habitus, ac professio perfectionis, siue actus perfectus. Quo liquet ex eo quòd Aristoteles animam sic vocarit, non iccirco ab ea actus primi, aut substantiæ rationem exclusisse. Immeritoq; Plotinum Enn. 4. lib. 2. de essentia animæ, hanc definitionem vsq; adeò contempsisse, vt eam constitutione indignã iudicarit, quòd in ea, anima ἐντελέχεια appelletur. Nec verò, qui dicit animam esse actum corporis, negat eam esse immortalem vt quidam putarunt: cùm non oporteat omnem corporis actum ita materiæ addictum, affixumq; esse, vt extra illam cohærere non valeat.

*Fœdicatur Aristot. à calũnia Plotini.*

Igitur ad argumentum, negandum est antecedens, & ad ea, quæ primò in eius confirmationem adducũtur, respondendum vti diximus. Ad id, quod vltimò affertur, dicendũ non omnẽ actum secundum esse perfectionẽ primo; nec omnem finem propriæ naturæ esse excellentia præstare ijs, quæ ad finem ordinantur: esto id de vltimo fine absolutè, & sine exceptione verum sit, vt lib. 2. Physicorũ exposuimus. Aliam solutionẽ habes hoc loco apud Caietanum.

*Solutio 1. argum. Actus 2. nõ semper perfectior est primo. Finis quæ ad ipsum ordinantur. Cap. 7. q. 3.*

Ad secundum, negandum est antecedens, & maior syllogismi, quo id probatur, ad cuius priorem cõfirmationem respondendum ex eo quòd soluta temperie animal occidat, recte concludi nõ posse corpus ab anima informari, nisi interim dum congruis ad vitam dispositionibus prædità fuerit. Verùm absurdè prorsus, & ineptè ex eo colligi animã esse ipsam primarum qualitatũ temperiem: alioqui cùm obleso corde animal moriatur, rectè etiam intulerint animam esse cor. Ad posteriorem confirmationẽ dicendum animi affectus & perturbationes attribui qualitatum temperaturæ, vt causæ disponenti, & prouocanti. Etenim frigiditas melancholiæ, sicuti corpus reddit torpidum ac languidum, ita ad tristitiam inclinat; & calor flauæ bilis, vti cor poris ad operandum actimoniam confert: sic ad iram facilius adducit. Verùm ifiusmodi actiones aliunde, tanquam à fonte & principali causa, quæ non accidens, sed substantia sit, oriuntur. De auctoritate vero eorum Philosophorum, qui animam qualitatum harmoniam faciebant, nihil curamus. Ex dictis planum est, si eorum sententia verbis consonet, quàm procul à veritate deflexerint. Lege tamen si placet eorum impugnationem apud Themistium primo huius operis in paraphrasi, cap. 23. & 24. & D. Thomã lib. 2. contra gent. cap. 64.

*Passiones animi quatenus temperaturæ corporis afficiunt. Themist. D. Thom.*

Ad tertium, negandum est antecedens. Cuius probatio facilè diluetur ab eo, qui dixerit, cognitionem fieri per similitudinem, non quæ iam in anima secundum eius naturã ne-

*Solut. 3. arg.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



cessariò existat; sed quæ concilietur per spe- A cies, quarum interuentu anima cognoscit. Itaq; non oportet animam rebus corporeis eiusdem naturæ conuenientia similem esse, sed habere aptitudinem ad earum imagines actu recipiendas, quibus secundū esse notionale, siue intentionale eis similis fiat. Quia veto antiquæ Physiologiæ auctores istiusmodi esse ab esse reali non discernebant, in eum errorem lapsi sunt, vt crederent oportere animam esse quid corporeum, vt res, quas apprehendit. Ad argumenti confirmationem dicendum, cùm duplex sit tactus, vnus quantitatis alter virtutis, vt in lib. de ortu, & interitu exposuimus; priori tactu sola corpora se cõtingere, posteriori, etiam ea, quæ sunt corporis expertia: siue vtrumque careat corpore, vt cùm Angelus Dæmonem impresso impetu in aliquem locum impellit: siue tantùm mouens sit incorporeum, vt cùm anima intellectiua per actum voluntatis mouet appetitum inhærentem corpori: siue etiam mouēs duntaxat corporeum sit, vt cùm corpora sensibilia suo modo dicuntur mouere ad sui tum cognitionē, tum amorem eandem animam intellectiuam. Patet ergo non ex quolibet tactu rectè colligi ea, quæ se contingūt, esse corpora; sed ex mutuo tactu quantitatis. Quod ad D. Augustinum attinet, qui credidit in doctrina Aristotelis animū e quinta substantia conflatum esse: dicimus haud dubiè oppositum sensuisse Aristotelem, vt ex illius disputatione in primo huius operis libro aduersus Democritū, Empedoclem, Alcmæonem, Platonem, & Xenocratem planè constat. Quare videtur D. Augustinus hanc de Aristotelico dogmate opinionem non ex ipsius Aristotelis fontibus; sed ex Ciceronis hausisse, qui primo Tusculanarum quæstionum ita scripsit. Aristoteles longe omnibus, Platonem semper excepto, præstans & ingenio & diligentia, cùm quatuor illa genera principiorū esset complexus, è quibus omnia orirentur, quintam quandam naturā censet esse, è qua sit mens. Probat enim Aristoteles 1 lib. de cœlo præter quatuor vulgata elementa esse quintam aliam corporis substantiam ipsis elementis præstantiorem. & diuiniorem, è qua sint globi cœlestes. Rursusque cap. 2. de generatione animalium, cap. 3. animam participare corpus quoddam elementis diuinius. Verùm Aristoteles neq; hoc loco, neque alibi sensit animam corpus esse, cum in hoc opere, loco citato, disertis verbis oppositum demonstrarit. Dum ergo animæ corpus illud attribuit, vel loquitur de sententia Platonis, & Academicorum, qui aiebant animum antequam tenebricosum nostri corporis ergastulum subiret, corpusculo quodam illustri circumfundi. Vel certè nomine animæ attributi corporis intelligit spiritum vitalem & animalem, quem in lib. de respiratione, ac sæpe alibi vocat πνεῦμα ἔμφυτον, id est, spiritum innatum, cuius ope anima functiones corporis administrat, vt in libris de ortu, & interitu exposuimus. Vocat autem Aristoteles hoc corpus elementis diuinius, propterea quod nulla elementorū facultas pertingat ad excellentiā operationum, quæ spirituum ministerio perficiuntur.

*D. Tho. 1. p. q. 75. ar. 1. ad 2.*

*Veterum error de animæ corporalitate vnde.*

*Tactus duplex.*

*Quem tactū requirant corpora.*

*Animum è quinta substantia conflatum esse credidit Arist.*

*Cur D. Augustinus hoc ei imposuerit.*

*Cicero.*

*De hoc errore Academic.*

*D. Tho. 1. p. q. 67. art. 7.*

*Quorunda Academicorum error.*

*Quid nomine animæ corporis intelligat Arist.*

Ad quartū, concedenda est maior, negandaq; minor. & ad eius probationē dicendū, animā B rationalē à corpore abiunctā, etsi corpus non informet; suapte natura esse actū formamq; illius, ita vt quoties ipsum informant, possit ei habilitatē, vimq; conferre ad actiones vitæ vice organi administrandas. Circa id autem, quod ex Aristotele citatur, aduerte non constare inter expositores quid Aristoteles eo loco nomine partium significarit. Philoponus putat intellexisse partes subiectas animæ, id est, animā vegetantem & sentiente. Alexander, Simplicius, D. Thomas, & alij quoſi interpretatio germana est, credunt designasse potentias animæ intellectiuæ, asseruisseq; nō dubium esse quin earum nonnullæ cum ipsa à corpore abiungi nequeant, quia sunt actus corporis, id est, quia sunt potentiæ organicę, & inhærentes corpori. Itaq; nō sensit Aristoteles animam, quæ est actus corporis, nō posse à corpore separari, aut etiam, quæ à corpore separari potest, corporis actum non esse.

*Pro hac secunda interpretatione lege Themistium hic & in 3. ad text. 45.*

*Solutio 4.*

*Partes animæ potentiæ apud Aristo.*

D Ad quintum, concessa maiori negetur minor: ad cuius probationē refellendam aduertendum erit organicarū partiū nomine duo præter materiā, hoc loco importari, nimirum certæ figuræ compositionē cum temperie accommodata, & potentiā, quæ propria organi forma est. Igitur organum priori modo sumptum antecedit animā prioritate naturæ in genere causæ dispositiuæ, & materialis, quia sic est præparatio necessaria ad introductionē E animæ in materiā, vt Caietanus aduertit, non tamen autem posteriore consideratione acceptum, quia potentiæ ipsius animæ non eo pacto ad eam in materia excipiendam prærequiruntur, vt planum est. Et vero vt anima dicatur definiri per corpus organicū, vt per aliquid prius, sat est tam materiam in se, quām vt est affecta organis secundum priore modum spectatis animām origine antecedere. Nec enim subiectum, per quod forma definitur, omnibus modis prius, quam formam esse oportet.

*Solutio 5.*

*Partes organicæ præter materiam quid importent.*

*Corpus organicū vt antecedat animam.*

Ad sextum negandā est maior propositio, dicendumq; animæ definitionem non conuenire Angelo respectu corporis assumpti, tum quia no est actus, seu forma talis corporis, sed tantùm motor: tum quia organa illa, etsi verè res sint, nō tamē sunt vera, propriaq; sumpta eius organa. Duo enim ad id exiguntur, vt prius non iam ormē annotauimus. Vnum est effigies & figura ganica. cum certa qualitatum proportione: alterum ipsa potentiæ vitales inhærentes materiæ. Cùm igitur hæc non remanent in corporibus, quæ

*Solutio 6.*

*Corpora ab Angelis assumpta cur non sint organica.*



bus, quæ Angeli assumunt; nec enim eiusdem potentiæ inhærent, quicquid sit de reliquis, quæ ad organorum rationem exiguntur; consequens est, vt eiusmodi corpora vere ac simpliciter organica dicenda non sint. Vnde neque Angeli in ijs vitæ munia exercent. siquidem eiusdem est actus, cuius est potentia, docente Aristotele in libro de Somno & vigilia, cap. 1. nec obstat, quòd Angeli videantur loqui, incedere, & cibum capere. Possunt enim in his, alijsq; id genus spectari quædam viuentium functionibus communia; vt in sermone sonus, in incessu motus, in comestione cibi comminutio: alia propria, vt quòd eiusmodi sonus edatur per vocalia instrumēta à virtute ijs inhærente, similiterque quòd latio administretur a facultate motrici, sedem habente in musculis; & quòd cibi sectio fiat ab eo, in cuius substantiam suapte natura conuerti queat. Quoniam igitur in hisce operationibus, ea, quæ viuentium propria sunt, C Angelis desunt; hi vt simpliciter negari debent eos in corporibus assumptis actiones vitæ obire, & esse actus corporis organici. Quod præter alios aduertit D. Thomas prima parte, quæst. 51. artic. 3. Aegidius in 2. dist. 8. & Gabriel eadem dist. 8. quæst. 1. art. 3. D. Bonauentura ibid. Richardus quæst. 5. Maior q. vnica, Basolius quæst. vnica, art. 3.

*Eiusdem est actus, cuius est potentia. In viuentiū functionibus duo spectanda.*

*Quæ propria sint in viuentium operationibus a propriis negant Angelis assumētibus corpora.*

## QVAESTIO II.

## *SIT DE ANIMA QVIDpiam subsistens, an non.*

### ARTICVLVS I.

### *ARGVMENTA AD DISQVIrendam rei propositæ veritatem.*

*Subsistendi indicia duo.*

QVia vnumquodque vt producitur, ita est; & vt est, ita operatur: duo sunt indicia, quibus deprehendimus, num aliqua res creata sit subsistens, id est, existens per se, & vt quod, Vnum est, si producitur per se, id est, per actionem sibi propriam, & vt quod. Alterum, si operatur per se eliciendo operationem sibi peculiarem, siue vt quod. Porrò autem quia præsens quæstio tam de anima brutorum animātium, quām hominum intelligenda est: in primis, quòd animæ brutorum sint subsistentes, probabit aliquis ex

*1. Argum.*

priori indicio, hunc in modum: In primarerum creatione brutorum animæ fuerunt à Deo productæ congruentes suis naturis; sed productæ sunt per actionem sibi propriam & independētem à materia, atq; adeo vt quod: ergo brutorum animæ suopte ingenio sunt subsistentes. Probatur minor, quia Deus non produxit eiusmodi formas concurrentes ad id elementis seminaliter, vel actiuè, sed passiue duntaxat, atque adeò tota actio fuit à Deo non secus ac productio animæ intellectiuæ, quam constat terminari ad ipsam animam per se.

*2. Argum.*

Secundò, actio, qua nunc anima leonis, verbi gratia, producitur, est distincta realiter ab ea, qua vnitur materiæ: sed vnitio terminatur ad formam, vt inexistit materiæ, ab eaque dependet: ergo productio terminabitur ad eandem per se, & vt ad terminum, qui producitur vt quod. Maior probatur. Nam quando aliquæ actiones ita sunt affectæ, vt ambæ à se mutuo separari queant, & vtraque absque altera, saltem diuina virtute, possit existere; necessariò inter se re ipsa distinguuntur; at quòd prædictæ actiones ita se habeāt, ostenditur: etenim potest Deus animam equi in materia producere, non camilli vniendo, itemque potest eandem antè à se productam vnire materiæ, atque ita in priori euentu dabitur productio absque vnitione: in posteriori, vnitio sine productione.

*3. Argum.*

Deinde quod ad animas rationales spectat, quòd eæ non sint subsistentes, ità probatur, ex secundo indicio: Animæ rationales nō operantur per se; ergo non sunt subsistentes. Antecedens ostenditur, quia animam rationalem operari per se, vel est operari sine dependentia à corpore: vel est habere operationem immaterialem, quam in se ipsa recipiat. D Si primum, talis modus operandi non conuenit animæ, dum est in corpore; cùm eius intellectio pendeat à phantasmatibus, iuxta illud Aristotelis lib. 3 huius operis, cap. 8 tex. 9. oportet intelligētem speculari phantasmata. Si secundum, id non sat est, vt ex eo arguatur animam posse per se existere; nihil enim inde videtur amplius posse colligi, quām animam esse substantiam spiritalem, vtpote quę spiritalem actionem edat, eamque sustentet. E Quin verò quod non satis firmo argumento comprobetur intellectionem animæ recipi in ipsa anima, vt in substantia spirituali, nō autem in organo corporeo, suadetur. Etenim id ex eo confirmat D. Thomas 1. part. quæst. 75. art. 2. quia si anima intelligeret per organum corporeum, non posset percipere omnia corpora, propterea quòd ex doctrina Aristotelis lib. 2 huius operis, cap. 10. tex. 104. & lib. 3. cap. 1 tex. 4. & 5. intus existens prohibet cognitionem extranei. Vnde neque facultas videndi perciperet omnes colores, si pupilla, in qua resider, aliquo esset colore imbuta; neq; lingua, dum est humore bilioso infecta, saporū differentias dignosceret. At enim quòd hæc ratio momentum non habeat, ex eo ostenditur, quia phantasia est in organo corporeo, & tamen percipit omnia alia corpora, & Angelus est substantia spiritalis, & tamen omnes alias spirituales substantias cognitione apprehendit. Quare pari ratione, etsi anima intelligeret per organum corporeum, id nihil obes-

*Aristoteles.*

*D. Thomas.*

*Aristoteles.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



4. Argum.

set, quominus omnium aliorum corporum A notitiam caperet.

Præterea, non operari animam rationalem vt quod, sed vt quo: videtur docere Aristoteles lib.1.huius operis, cap.4.tex.64. vbi ita inquit; Dicere autem animal irasci, vel timere, simile est ac si quispiam animam texere dicat, vel ædificare. Nam melius est fortasse dicere non animam, sed hominem animo misereri, vel addiscere, vel ratiocinari. Hæc ille. Quibus accedit, quòd vt anima rationalis est, id, quo totum est, ita non operabitur, nisi vt id, quo, si recte vereque dici solet, vt vnumquodque est, ita operari. Quod item ex eo cõfirmari potest, quia nulla anima dicitur hoc aliquid: diceretur autẽ si ageret vt quod.

## ARTICVLVS II.

### *EXPLICATIO QVAESTIONIS, dilutio argumentorum.*

*Subsistere tripliciter.*

PRo explicatione huius controuersiæ aduertendum est subsistere trifariam apud Philosophos sumi. Primo modo, pro esse per se, hoc est, non in subiecto inhæsionis. Secundò, pro esse per se, id est, non in aliquo (videlicet per modum partis, aut formæ) à quo in
3. suo esse dependeat. Tertiò, pro esse per se, ita vt neque actu, neque potestate sit in aliquo per modum partis, aut formæ, vel quasi for- D mæ. His ita breuiter perstrictis, quæ alibi, fusiùs explicanda erunt. Sit prima conclu-
1. *Conclusio.* sio: Omnes animæ tam brutorum animantium, quam hominum sunt subsistentes primo modo. Probatur, quia omnes sunt substantiæ, vt superiùs demonstratum fuit: nulla verò substantia est in subiecto inhæsionis.
2. *Conclusio. D. Tho. 1. p. qu.75. & in q. de spirit. creat. a.2.ad 3.* Secunda conclusio: Inter animas sola intellectiua est subsistens secundo modo. Proba- E tur, quia omnes animæ, excepta intellectiua, educuntur de materiæ potestate, vt in Physicis ostendimus, atque ita earum effectio & conseruatio, & ex consequenti earum esse pendet à materia. Cuius rei illud est etiam
*Sola forma humana operationem habet à corpore nõ dependentem.* argumentum, quod sola anima intellectiua sortita est elevationem operatam supra materiæ conditionem, vt antè diximus, & à corpore independentem, vt ex argumentorum solutione planum fiet. Vnde etiam colligitur, eam non dependere à materia, quoad fa- F cium esse, quia vt vnumquodque operatur, ita est.
3. *Conclusio.* Tertia conclusio: Anima intellectiua non est subsistens tertio modo. Probatur, quia anima intellectiua est essentialiter forma hominis, estq; illius pars, actu quidem dum componit totum; potentia verò dum est extra materia. Quod autem ita se habet, non est subsistens tertio modo; à fortiori autem animæ brutorum hoc pacto subsistentes nõ erunt, cùm neque secundo modo subsistentes habeantur.
*Animã in-* Sunt hæ tres conclusiones cõmuni auctorũ consensu firmatæ: etsi eorum tertiã senserit Origenes lib.1. περὶ ἀρχῶν, cap.5. & 8. & lib.2. cap.8. arbitratus animam intellectiuam nõ differre specie ab Angelis, quos constat esse substantias completas, ac per se subsistentes. Sed hunc errorem confutat D. Thomas 1.par. quæst.75.art.7. & in disputatis quæst. de Anima, art.7.ad 1.2. contra Gentes, cap.94. potestq; ex eo paucis conuinci, quia anima intellectiua suapte natura est forma corporis, materiæq; vnibilis. Mentes autem Angelicæ sunt substantiæ à corpore abstractæ. Præterea, intellectio humana est per compositionẽ & discursum, & ex sensilibus collecta: cognitio autem angelica est per intuitũ simplicem, & ex influxu superni luminis, vt docet D. Dionysius 7 cap. de Diuinis nominib. Ex his autem differentijs planè colligitur distinctio inter naturam hominis & Angeli.

*tellect. spectit nõ distingui ab Angelis ex quibus Origenes. Refutatur. Durand. in 2.d.16.q.2. D. Aug. lib. 4 super Genes. ad lit. c. 32. & 34. S. Greg. hom. 34. in Euang.*

Argumenta verò primi articuli, quæ superioribus conclusionibus aduersabãtur, hũc habent explicatum. Ad primum respondendum est, bruta animantia in prima mundi ortu non fuisse producta per virtutem seminalem, vt satis liquet, nec per vllum concursum actiuum elementorum, vt aduertit S. Thomas 1.par. quæst.70. artic.1. & Abulensis ad 1. cap. Geneſ. communi aliorum auctorum approbatione (licet Caietanus existimârit terram concurrisse efficienter ad primum ortum plantarum; ita videlicet, vt Deus intertentu terræ, tanquam causæ mediæ efficientis, eas protulerit.) Itaque solo concursu actiuo Dei producta fuerunt tunc bruta animãtia; ita tamen vt eorum formæ acceperint esse à Deo dependẽter à materia, & vna eademq; actione & productæ, & vnitæ fuerint, sicuti eorum natura postulabat. Neque ex eo, quòd causæ secundæ ad id efficienter non concurrerint, sequitur illas fuisse creatas, vt creantur animæ intellectiuæ; siquidem hæ producuntur absque dependentia à materia.

*Ad 1. arg. Bruta animantia in prima mundi origine.*

Ad secundum neganda est maior, & ad eius probationẽ concedendum quod primo assumit. Ad id autem, quod deinde affertur, dicendum posse Deum animam, verbi gratia, equi producere in materia nõ eam illi vniendo, & vnire non producendo. Verùm actionem, qua Deus talem animã ita produxerit, debere esse creationem. Erit enim productio ex nihilo, id est, nullo præsuppositio subiecto. Nec refert quod ea forma producatur in materia: nam etiam anima rationalis in materia producitur, & tamen creatur. Videlicet nullum supponi subiectum dicitur, quando vel nullus formæ nullum omnino subiectum præiacet: vel etsi præiaceat, tamẽ eiusmodi subiectum non concurrit ad sustentãdam formam. Quo pacto se res habebit, si Deus producat formã equi, non eam materiæ vniendo. Nec enim materia suam causalitatẽ exerceret in formam, eámve sustentaret, nisi ipsi vnita sit. Quoniam ergo

*Ad 2. arg. Actio productionem, qua forma debet esse creationem. & non ex nihilo, id est, nullo præsuppositio subiecto. tiua illius cũ materia dicitur, & tamen creatur. Videlicet nullum supponi subiectum dicitur, quando vel nullus formæ nullum omnino subiectum præiacet: Supponi subiectum dicitur, quando vel etsi præiaceat, tamẽ eiusmodi subiectum non concurrit ad sustentãdam formam. Quo pacto se res habebit, si Deus producat formã equi, non eam materiæ vniendo. Nec enim materia suam causalitatẽ exerceret in formam, eámve sustentaret, nisi ipsi vnita sit. Quoniam ergo*



ergo prædicta formæ productio creatio esse A debet, necessariò erit alterius ordinis, ac diuersæ speciei ab ea, qua nunc producitur. Quare non probat argumentum naturalem & ordinariam formæ equinæ productionẽ, quam dicimus esse idem cũ vnitione eiusdem cum materia, posse à tali vnitione separari, aut vnam absque altera inueniri.

*Ad 1. arg. Intellectum non penitere per se à mini sterio phant. Lege Scot. in 4.d.43.q.2. & in quodl. q.9. Calet. 1. P.q.75.ar.2.*

Ad primum eorum, quę ad animam intellectiuam spectant, negandum est antecedens, & ad rationem, qua id probatur, dicendum a- B nimam intellectiuam operari per se, quia quoad intellectionem, non simpliciter pendet à corpore. Licet enim intellectus, dum est in mortali corpore, ordinariè non intelligat, nisi operante simul phantasia: non ideò tamẽ quoad talem operationem, pendet per se à ministerio phantasiæ. Primùm, quia talis dependentia non censetur propriè necessaria; sed quatenus ob connexionem harum potentiarum, dum intellectus in proprium C obiectum fertur, simul phantasia ad aliquod singulare obiter attendit. Secundò, quia probabile omnino est, nonnunquam dum intel-
2. *Simplic. 3. de anima, com. 39.* lectus ad sublimium rerum contemplationem eleuatur, destitui phantasiam propria operatione. Tertiò, quia anima à corpore abiuncta intelligit absque phantasia.

Dicitur quoque anima intellectiua operari per se, quia edit operationem spiritalem, quam absque adminiculo materiæ in se reci- D pit, ac sustentat. Ex quo sequitur eam esse spiritalem substantiam: atque adeo & subsistentem. Nam omnis substantia spiritalis est incorruptibilis, vt progressu ostendemus, & ex consequenti potest per se coli et ere.

*Anima intellectiua se sola recipit operationẽ spiritalem: Potentia organica supra suam operationem non reflectitur.*

Quod spectat ad rationem, qua D. Thomas ostendit intellectionẽ recipi in ipsa anima, vt in substantia spiritali, non autem in organo corporeo: facilè quidem est illam per se tueri eavia, quòd si intellectus esset in orga- E no corporeo, non posset intelligere omnia corpora; quia saltem non valeret proprium organum percipere, cùm potentia organica nec supra suam operationem, nec supra suum organum reflecti queat, vt ex libro de Causis communi consensu docent Philosophi. Verùm quia eiusmodi probatio nititur pronuntiato illo Aristotelico, intus existens prohibet cognitionem extranei, quod pronuntiatum & latè patet, & subobscurum est, expendere oportet, quo pacto id intelligi debeat. F Quæ de re differit Auerroes, lib.3. de Anima, com.4. D. Thomas de Verit. q.22 art.1. ad 8. Caietanus 1.par. q.75. art.2. Ferrar. lib.2. contra gentes, cap 98. Omissa longiori disputatione dicendum duplicem causam potissimùm inueniri, cur id, quod existit in potentia cognoscente, siue id, in quo existit potentia cognoscens, aliarũ rerum notitiam impe-
1. *Ratio pro. nunciati.* diat. Prima causa est, quando id obstat, ne potentia aliarum rerum speciebus consignari queat: quo pacto si pupilla esset colorata, nõ posset oculus extraneos colores videre; quia species visibiles non recipiuntur in corpore terminato & opaco, quale saltem ordinariè est id, quod est affectum colore. Quæ tamen causa non habet locum in substantia, potentiaq; spiritalibus, quibus nihil impedimenti subest, quominus à omnium rerũ intelligibilium species recipiendas indeterminatæ sint. Vnde D. Thomas loco citato ait prædictam propositionẽ nõ esse veram in potentijs cognoscentibus, quæ in obiectum vniuersale se vntur, vt intellectus. Habet tamẽ eadem il- *In quibus sit* la causa locũ in potentijs organicis, quatenus *rerum.* etsi aliorũ singularium ad ipsas pertinẽtium imagines possint recipere; tamen ob materiæ, cui inhærent, limitationem imperfectionemq;, ita individualibus conditionibus addictæ sunt, vt nõ nisi singularium sensibilium imagines obtinere queant, proindeq; nõ nisi singularia sensibilia cognoscant. Quod item *Cur recte sit* accideret intellectui, si in organo materiali *rium sim-* corporeoq; insideret. Non enim rem vllam *pliciter uni-* spiritualem, imò neq; corporeã naturas cõ- *uersalium ty* munes, sed individua duntaxat perciperet; *pos spiritua-* neque species rerum immaterialium siue re- *les esse opor-* præsentent res communes, siue singulares; *tet.* neque species rerum corporatarum, quæ res communes repræsentãt, in organo corporeo recipi queunt: cùm vtæque spiritales esse debeant. Quandoquidem nec typi, qui res spiritales referunt, neque etiam illi, qui referunt naturas corporeas communes, possunt nõ esse spiritales. Cuius rei ea ratio est, quia imagines corporales ob suam ignobilitatem & materiæ concretionẽ, vltra materiam signatam, & vltra individua corporea transcendere in repræsentando non valent. Ideoque Plato in *Plato.* Theæteto ostendit intellectum multa cognoscere, quæ instrumento corporeo percipi nequeunt, cuiusmodi sunt natura communis, pulchrum, bonumque. Alia causa, cur intus *2. Ratio pro.* existens prohibet cognitionem extranei, est; *nuntiati.* quia licet potẽtia valeat tunc recipere species aliarum rerum, tamen ita circa præsens aliquod obiectum occupatur, vt interim ad alia aut nullo modo, aut non nisi admodum ob scurè attendere queat. Vnde nõnulli pronun- *Quo pacto* tiarum illud ita efferunt, vt non dicant, intus *nonnulli pro-* existens, sed intus apparens, id est obiectum, *nuntiarũ ef-* quod potentiæ cognitrici actu offertur, impe- *fferant.* dit aliorum cognitionem. Hinc ergo est, *Res sapidæ* quòd lingua morbo regio laborantium, quia *cur interdũ* amara bili perfusa est, etsi exteriùs accedant *insidentes a-* res sapidæ, atq; optimis prædictæ saporibus, *mara,* quorũ imagines recipiat, non tamen eos sentit; videlicet quia sapor ille inhærentes & gustatui primùm occurrens, totam perceptricis facultatis applicationem sibi vendicat. Quippe ita accidere consueuit, vt non idem sensus duntaxat circa alia sensibilia, quæ se illi offerunt; sed cæteri etiam circa sua obiecta

sensu-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ferientur, cùm anima ad aliquid percipiendum tanto conatu & inuentione sese impendit, vt alijs dijudicandis non vacet.

*Concluditur pro D. Tho. & Aristot.*

His animaduersis, constat rationem D. Thomæ, imò Aristotelis, pro qua hæc disseruimus, vim suam retinere, patetq; rectè colligi, si intellectus esset in organo corporeo, futurum vt non perciperet omnia alia corpora: & ex illo pronuntiato, intus existens prohibet cognitionem extranei, nequaquam arguì Angelum non intelligere omnes alias substantias separatas; & phantasiam nõ percipere aliqua alia corpora: esto sequatur non percipere omnia ob priorem causam traditam in explicatione illius pronuntiati.

*Ad 4. arg.*

Restat soluendum argumẽtum vltimum primi articuli. Ad priorem eius partem respondet D. Thomas 1. part. quæst. 75. art. 2. ad 2. Aristotelem loqui inibi non ex propria, sed ex aliorũ sententia. Secundo, respondet Philosophum tantùm velle non esse dicendum animam intelligere vt quid subsistens perfectum & completum; sic enim non animæ, sed homini intellectio competit. Circa alteram verò partem eiusdem argumenti, sunt qui dicant animam, dum est in corpore, non existere vt quod, sed vt quo tanquam seminaturam, vt loquitur Caietanus, licet separata à corpore existat vt quod tanquam semipersona; quia videlicet ad personæ complementum absolutionemque deest illi esse entis completi; cùm etiam extra corpus suapte natura sit pars hominis. Potiùs tamen dicendum tam in corpore, quàm extra corpus existere vt quod: ad id enim sat est subsistere per se iuxta secundam acceptionem: quod ei siue corpus informet, siue non, perpetuò conuenit. Nam quod sufficit vt aliquid producatur tanquam quod, sufficere debet vt existat per se tanquam quod: subsistere autem secundo modo sufficit, vt aliquid dicatur produci vt quod, vti patet in ipsa anima rationali, quæ per se & vt quod creari dicitur. Siquidẽ eius creatio, vt & cæteræ actiones productiuæ, fertur in aliquem terminum vt quod: cùm igitur nõ feratur sic in alium terminum præterquàm in animam (nec enim eiusmodi terminus potest esse homo, cùm is nõ creetur) consequens est vt anima producatur vt quod. Sanè verò si anima extra corpus incipiret esse, quod, vt & semipersona, cùm eo pacto esse, maioris sit perfectionis, quàm esse vt quo, & tanquam seminaturam, sequeretur animam extra corpus, atque adeò in statu præternaturam, perfectiorem existendi modum habere, quàm in corpore & in statu naturali: quod admittendum esse iure optimo negat D. Thomas 1. par. quæst. 89. artic. 2. & in 4 distinct. 43. quæst. 1. artic. 1. quæstiuncula 1. ad 4. licet etiam anima cùm à corpore abiungitur altiorem liberioremque intelligendi modum attingat, sequatur, vt suo loco ostendemus; nõ tamen

*Subsistat ne anima intellectiua in corpore. Sententia quorundam.*

*Verior sententia.*

*Probatur 1.*

*D. Thom. item Sotus lib. 1. Met. 2. contra gen. ter, cap. 68.*

1.

2.

3.

est vt tunc perfectius esse obtineat, sed potiùs dum est in corpore, & præstantissimo suo munere defungitur, quod est dare esse composito, ipsumq; in propria specie constituere. Adde quòd si anima extra corpus esset vt quod, & in corpore vt quo: sequeretur in resurrectione, cùm ad corpus redierit, dimissuram nobiliorẽ illam conditionem subsistendi, quod verisimile non est. Nec satisfacit responsio Caietani, aientis animam in corpore glorioso habituram subsistentiam vt quod. Nam si illam in corpore mortali ideo nõ obtinebat, quia erat pars totius, cùm etiam post resurrectionem eiusdem pars futura sit; ad eandem subsistendi rationem, quam antea in mortali corpore habuerat, reuocabitur.

*Responsio Caietani. Eius impugnatio.*

*Anima in corpore est vt quod, & vt quo diuersa consideratione.*

Aduertendum tamen est, vt diluatur altera pars eiusdem principalis argumẽti, in quo nunc versamur, animam in corpore existentem ita subsistere tanquam quod, vt nihilominus sit id, quo diuersa consideratione. Enim verò subsistit vt quod, prout est, id, quo est totum. Vnde secundum aliam, & aliam notionem potest negari & concedi animam esse hoc aliquid. Negari, si hoc aliquid sumatur pro subsistente completo: concedi si accipiatur pro subsistente incompleto.

## QVAESTIO III.

### *VTRVM ANIMAE INTELlectiuæ à Deo creentur, an non.*

### ARTICVLVS I.

### *DIVERSA DOGMATA DE nostrorum animorum origine.*

*Animarum origo occulta, etiam apud Patres.*

ADmodum inuoluta & obscura quæstio semper visa fuit de animorum origine, non apud Ethnicos tantùm Philosophos, sed etiam apud illos, quibus cæleste disciplinæ lumen diuinitùs affulsit, vt patet ex ijs, quæ D. Hieronymus in Epistola ad Marcellinum, D. Augustinus in libro de Origine animæ ad D. Hieronymum, & libro 3. de Libero arbitrio, cap. 21. & Eucherius 1. in Genesim, aliique Patres scripsêre.

*D. Hieron. D. August. Eucher.*

Duo igitur in primis dogmata circa animorum ortum nobis occurrunt. Vnum asserentium eos ex semine propagari, in quo errore fuerunt Luciferiani, vt refertur in libro de Ecclesiasticis dogmatibus, & Tertullianus & Apollinaris, teste D. Augustino in libro de Hæresibus, ad Quod vult Deum, cap. 86. & in dialogo, qui ex eius & D. Hieronymi scriptis collectus est, & D. Thomas 2. contra Gentes, cap. 86. Alterum eorum, qui creati quidem

1. *dogma de animorum ortu. Luciferiani. Tertull. Apollinaris.*

2. *dogma*



dem animas, non tamè à Deo, sed ab intelligentijs puratunt: è quorum numero fuêre post Auicennam, tum Seleucus & Hermias, vt constat ex lib. 7. Histor. tripart. cap. 11. tum Galiæ, vnde proseminata est hæresis Messalianorum. Pro prioribus hæc adduci possunt argumenta. In materia est naturalis potentia ad recipiendam animam rationalem; cùm anima sit proprius & naturalis actus corporis; aliquin nõ fieret ex vtroque per se vnum; sed cuilibet potentiæ naturali palluæ respondet aliqua actiua etiam naturalis, vt docet Aristoteles lib. 5. Metaph. cap. 12. tex. 17. & lib. 9. cap. 1. tex. 2. Ergo datur aliquod agens physicum, quod animam rationalem progignat. Hoc autem nõ potest esse aliud, quàm parens, qui vi seminis animam è materiæ sinu elicit; Ergo anima rationalis propagatur vi seminis. Item cæteræ animantes excitant suę soboli formas è potestate materiæ; sed homo non debet esse hac in re deterioris conditionis. Igitur anima humana ab homine ipso producitur. Nec refert quòd anima sit immaterialis substantia, virtus autem generatiua, qua homo, vt instrumento ad generandum vtitur, materialis sit: potest enim instrumentum eleuatiuam vim propriam vim ad aliquid se nobilius producendum, vt in alijs rebus passim videmus. Deinde causa attingens vltimam alicuius formæ dispositionem habet vim eiusmodi formæ productricem, si quidem forma, vt docet Aristoteles 1. Physic. cap. 7. tex. 74. est finis generationis, & omne agens, quod vi propria confert media ad finem, potest finem per se obtinere, vt est etiam apud Aristot. 7. Metaphys. cap. 9. tex. 30. At homo attingit vltimã præparationem ad introducendam animam rationalem, cùm non modo cæterarum qualitatum apparatum in materiam inducat, sed ipsa quoq; organa ministerio formatricis virtutis deliniet, & effiget. Corroboratur, argumentum, quia quicquid simile sibi secundùm speciem generat, idem & formam rei genitæ, à qua species est, producit: at homo per virtutem seminis inhærentem, hominẽ generat.

*Priorũ dogmatis argumenta.*

*Cõfirmatio.*

*Posteriorũ dogmatis argumenta. Perfectum quid.*

Pro eorum autẽ dogmate, qui animas hominum ab Angelis produci contendebãt, hæc sunt argumenta. Teste Aristot. cap. 4. tex. 34. huius libri, perfectum est, quod aliud simile sibi producit; sed immateriales substantiæ multò perfectiores sunt, quàm corporeæ. Ergo cũ hæ alias sibi secundùm speciem similes efficiant, potiori ratione poterunt Angeli substantiam aliquam incorpoream inferioris naturæ procreare, id est, animam humanam.

*D. Dionys.*

Secundò maior est ac dimanior in rebus spiritalibus ordo, quàm in rebus corporeis; sed ex doctrina D. Dionysij, cap. 4. de Diuinis nominibus, inferiora corpora administrantur, ac fiunt potestate superiorũ: Ergo & inferiores spiritus, id est, animæ rationales, efficientur per superiores, hoc est, per intelligentias.

### ARTICVLVS II.

### *QVID IN RE PROPOsita sentiendum sit.*

*Assertio. Quàm certa sit.*

PRæsens quæstio nonnullis assertionibus illustranda est. Prima sit, Animæ rationales neutiquam vi seminis propagãtur. Hæc assertio est omnino certa, nec Christiano Philosopho de ea dubitare fas est; habetur quippe in Decretis 32. quæst. 2. cap. Moyses, iustusq; oppositum erroris nota condemnat D. Augustinus in lib. de Hæresib. ad Quod vult Deum cap. 86. & D. Thom. 2. contra Gentes, cap. 86. idemq; in 1. par. quæst. 118. art. 2. non erroremsolum, sed hæresim vocat. Propterea quòd qui id asserunt, animi immortalitatem negare palam conuincantur.

*D. August. D. Thom.*

*Probatur 1.*

Probatur igitur nostra assertio hunc in modum: Nulla virtus actiua agit vltra suum genus; sed anima intellectiua excedit totum genus corporeæ naturæ, cùm sit substantiæ spiritalis, vt superiùs ostendimus. Nulla igitur virtus corporea eius effectionem valet attingere; atqui omnis actio seminalis facultatis est à virtute corporea; cùm spectet ad potentiam vegetatiuam corpori prorsus inhærentem: Ergo fieri non potest, vt animæ intellectiuæ virtute seminis deriuentur. Secundò, Cùm generatio alicuius est causa, cur aliquid sit; eius dissolutio causa item est, cur id pereat; atqui dissolutio corporis nõ affert interitum animæ rationali; siquidem immortalis est: ergo neq; corporis generatio erit ei causa, vt esse incipiat: at seminis traductio propria causa est generationis corporis. Non igitur est causa generationis animæ. Tertiò, Omne agens naturale, sicuti agit dependenter à materia, ita nõ producit, nisi quod à materia dependet: sed anima rationalis nõ ita se habet; cũ extra corpus cohærere valeat. Non ergo anima rationalis ab agente naturali producitur; sed aliam habet originis suæ causam. Ob hæc & alia quæ antiquos Patres non latuerunt, D. Chrysost. Homilia 1. de Incomprehensibili Dei natura; Animæ, inquit, insufflantur, corpora effiguntur: & Procopius Gazæus in Genes. cap. 2. ad illa verba: Hoc nunc os de ossibus meis & caro de carne mea, oraculum ait non dixisse; & anima de anima mea, caro scilicet non gignit animam. Lege Gregorium Niss. aduersus de anima & resurrectione, Lactantium 1. de Opificio Dei, cap. 17. 18. & 19. in quibus de animæ origine recte sentire videtur.

*Probatur 2.*

*Probatur 3.*

Secunda assertio: Animæ rationales accipiunt esse per creationẽ, non ab Angelis, sed à Deo Opt. Max. Hæc assertio non minùs firma ac certam continet veritatem, quàm superior: asseritur q; communi Patrũ assensione, à D. Hieronymo in epist. 17. ad Damasum, quæ inscribitur, Explanatio symboli; & in Apologia ad Pammachium, aduersus hæreses

*Assertio. Non minùs certa, quàm superior.*

f Ioan.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*D. Hilarius. D. Ambros. Dam. Chrysost. D. Greg. Nyss. Theodoret. D. Cyrillus. D. Bernard. Innoc. III. Lege D. Th. lib. 2. Sent. dist. 18. q. 2. art. 2.*

Ioan. Hierosolymitani, vbi ait Ecclesiasticam esse sententiam, Deum nouas quotidie animas conceptis iam corporibus infundere. Item à D. Hilario 10. de Trinit. Ambrosio lib. de Noe & arca, Chrysostomo Homil. 23. in varia loca Matthæi, Gregorio Nyss. lib. de Anima, cap. 6. Theodoreto lib. de Hom. nat. Cyrillo lib. 1. in Ioan. cap. 9. Bernardo Serm. 27. in Cant. Innocentio tertio comm. in Psal. 50.

*Confirmatio eiusdem.*

In primis ergo q animæ rationales accipiant esse per creationē, huic in modum probat D. Thom. lib. 2. cont. gent. cap. 87. Omnis substantia, quæ producitur, aut generatur per se, aut per accidens, aut creatur. Sed animæ rationales non generantur per se, cùm nō consistens ex materia & forma: neq; per accidens, quia cùm sint formæ corporum, oriretur p corum generationem ex virtute seminali, quod impossibile est: superest ergo vt per creationem eas accipiant. Huc spectat quod cùm animæ humanæ omnibus formis physicis naturæ dignitate præstent, sintque in suo esse subsistentes: oportet eas nobiliorem habere originem, & more aliarū substantiarum intellectualium per creationem produci. Quod verò istiusmodi creatio nō ab Angelis, vt putarunt ij, quos superius retulimus, sed à Deo fit, inde concluditur; quia vt D. Augustinus lib. 3. de Trinit. cap. 8. & lib. 9 de Genesi ad literā, cap. 15. & D. Damasc. lib. 2 Fidei orthod. cap. 3. & scholasticæ Theologiæ Professores in 2. Sent. dist. 1. docent; Angeli nullius rei creatoris esse possunt: videlicet quia cùm creatio sit productio è nihilo, id est, nullo supposito subiecto, & omnes causæ secundæ præsupponant subiectum in quod agant, fit vt creare sit solius primi agentis, cuius virtus vt est infinita, ita nec ad subiectum, nec ad certum agendi modum coarctatur.

*Deducitur tertia pars actus examinati.*

Deniq; quod animæ humanę à Deo creentur, haud obstante significatum est in literis diuinis, tum alibi, tum præsertim 1. Genes. vbi cùm de aliorum animantium procreatione agitur, dicitur: Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram: Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terræ. At cùm ad hominem venitur, eius animam à Deo infundi, ac creari, indicatur illis verbis: Formauit Deus hominē de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Accedit decretum Leonis I. in epist. 93. ad Toribium Asturicensem Epise. statuentis animas à nullo incorporali, præterquam à Deo ipsarū creatore.

*Leo I.*

*3. Assertio.*

Tertia assertio: Animæ rationales nō fuerunt ante corpora à Deo creatæ; sed in ipsis corporibus singillatim creātur, & infunduntur. Pro huiusce conclusionis intelligētia aduertendum est, Platonem in Timæo finxisse Deum omnes animas humanas ante corpora simul creasse, & in coporibus stellis conclusisse: Tum eas cœlestium rerum studio, & terrenarum amore captas, vt tanti sceleris pœnas luerent, in corpora tanquam in carcerem missas fuisse conjectas. Ideo arbitratus fuit Origenes, vt constat ex 1. eius lib. περὶ ἀρχῶν, referente Epiphanius in epist. ad Ioan Hierosolymitanum. Idem quoq; ex parte asseruerant aliqui Rabbini Hebræorum, aientes omnes animas ab initio fuisse conditas, ne concederent Deum aliquid de nouo creare: non tamē antequam corpora subirent peccatum vllum admisisse.

*Plato primas auctor de creatione animarū an se corpora.*

*De hoc dogmate legi scripsit ante omnes de diuina sapientia, secundū Aegyptios.*

*Explicatur in errore à Patribus.*

Verum hic error vnanimi consensu explodituꝛ à Patribus, à D. Epiphanio epistola citata, Hieronymo in epistola ad Pammachium, contra eundem Ioannem, Theophilo Alexandrino lib. 1. Paschali, Augustino epistola 28. ad Hieronymum, Cyrillo Alexandrino lib. 1. in Ioannem, cap. 9. vbi viginti tribus argumentis pugnat. Condemnatus est etiam hic error *Concilium* in Concilio Bacharensi 1. cap. 6. & à Leone I. *Bracharense.* in epistola ad Toribium, vbi summus Pontifex in eos, qui dogma illud profitebantur, ita scribit: Eos catholica fides à corpore suæ vnitatis abscidit, constanter prædicans atque vetustior, quod animæ hominū priusquam suis inserentur corporibus, non fuere. *Leo I.*

*Expugnatur ratiocinatio.*

Porro superiorum dogmatum auctores, quatenus in eo conueniunt, quod singulæ animæ ante corpora extitisse, hunc in modum refelli possunt: Vnicuique formæ naturale est corpori vnitæ: alioqui constitutum ex forma & materia esset aliquid præter naturam: prius autē tribuitur vnicuique quod ei secundùm naturam, quam quod præter naturam competit: quod enim conuenit alicui præter naturam, inest ei per accidens, & quod secundùm naturam, inest per se. At quod per accidens inest, posterius est eo, quod est per se. Igitur animæ prius cōuenit vnitam esse corpori, quàm a corpore abiunctam. Non est ergo creata ante corpus, cui vnitur.

*Secundò, Anima sicuti D. Thomas 1. part. q. 76. art. 1. ad 6. aliis: Doctores communiter antiqui approbant, habet naturam propensionem ad corpus, atque adeò propriam perfectionem non obtinet, nisi dum corpori copulata est: sed Deus, cuius perfecta sunt opera in prima rerum molitione procreauit res secundùm statum cuiusque naturæ congruentem, ac debitum. Vnde & cuncta, quæ fecerat, comperit esse valde bona. Non igitur animas extra corpora creauit.*

2. *Anima aliquo modo corpori vnita, non est extra corpus quæ-ctionem.*

*Tertiò, Si animæ ante corpora extitissent, cùm natura in mundo nihil otiosum, ac sine propria operatione esse patiatur, vt probè docet Aristoteles cap. 8. lib. 10. Etiuc. vnique habuissent animæ in eo statu aliquam rerum scientiam & notitiam: sed non ita est, cùm planè constet, longo studio & labore acquiri a nobis scientias: ergo animæ non fuerunt ante corpora. Nec satisfaciūt Academici, aientes ea Platonem in Phædro, & 10. de Republ. aliisq; in locis animas cùm in corpora deiectiuntur, propter*

3. *In natura nihil otiosum.*



*D. August. Tertull. M. Albert. D. Thomas.*

*Anima ante corpora non peccauerit. De hoc error. Scotistæ libro 5. Ribl. anno. 26. et lib. 6. anno. 48.*

*Malum per se intendi-tur à natura.*

*Homo pars mundi nobilissima.*

propter coniunctionem cum hac terrena fæce, quasi hausto oblitionis poculo, omnium rerum memoriam amittere. Non, inquam, satisfaciunt. Nam cùm naturale sit animæ corpori coniungi, non debuit ex copulatione cū propria & naturali materia tale detrimentum capere. Ac contra hunc errorē in lib. Metaph. ex instituto disserendum à nobis erit. Eum multis impugnant D. Augustinus libro 12. de Ciuit. Dei, cap. vlt. Tertull. in lib. de Anima, M. Albertus 1. Metaph. tract. 1. cap. 8. D. Thomas tum alibi, tum 2. contra Gent. cap. 83.

4. Quartò, quod animæ antequam corporibus inspiratæ essent, nullam peccati labem admiserint, constat ex doctrina Diui Pauli ad Rom. 5. vbi ait per vnum hominem introisse peccatum in hunc mundum; anima autem homo non est, vt quidam falsò putarunt, docetque D. Thomas tum alibi, tum 1. par. q. 75. artic. 4. Rursum cap. 9 eiusdem epist. cùm inquit, Iacob & Esau, priusquam in lucem editi essent, nihil boni, aut mali egisse. Præterea, quod animæ in scelerum pœnam non immigrarint in corpora, ex eo ostenditur, quia sequeretur vnionem corporis & animæ nō esse bonum naturæ; sed potius malum quidpiam, sicuti est omnis pœna. Quod tamen impossibile est, cùm nullum malum per se intendatur, & tamen natura vnionem animæ & corporis, hominisq; generationem per se intendat. Adde quòd ex malo non prouenit bonū, nisi per accidens. Quare si ob culpam animæ separatæ effectum est, vt anima corpori vniatur: cùm hoc bonum quoddam sit, per accidens erit, atque adeò casu contigit, vt homo à Deo conderetur. Quod tamen falsum esse inde cōstat, quia nobilissima pars mundi corporei, quæ est homo, non debuit fortuito euentu produci ab auctore naturæ, qui omnia in numero, pondere & mensura effecit.

*Aristot. animæ ante corpora non posuit.*

Quod verò Aristoteles animarum ortum ante corpora nequaquam posuerit, liquet primùm ex eo, q Platonicam seminiscentiam multis locis improbauit, vt in 1. Poster. cap. 1. & 3. de Anima, cap. 4. tex. 14. vbi ait hominis intellectū esse quasi nudam tabulam, in qua nihil est expressum. Deinde, quia 12. Metaph. cap. 3. text. 16. & 17. docet causam efficientem præcedere suum effectum; formam verò (qualis est anima) nullo modo. Nec obstat quod 2. de Gener. animal. cap. 3. affert mentem externa ingredi. Non enim his verbis vitam illius extra materiam, & ante nexum cum corpore, sed diuinam eius originem & creationem, atque independentiam a materia indicauit, vt ipse orationis contextus ostendit: sic enim habet, Reliquitur vt mens sola extrinsecùs accedat, eaque sola diuina sit: nihil enim cum eius actione communicat actio eo potalis. Quæ haud recte Plethoꝛ cap. 9. 2. libri, quem scripsit de fide, quibus Aristotelem a Platone dissentire, affirmat Aristotelem ar-

*Explicatur locus in quo contrarium sensisse videtur.*

*Plethon falsò arguit Aristotelem argumentum.*

regressionem animarum cum Platone præceptore suo non negasse.

*Explicatur locus Genes.*

Ijs, quæ superiùs docuimus, de quotidiana animarum productione, nihil officit quòd Genes. 2. dicitur Deus requieuisse ab omni opere, quod patrarat. Primùm, quia non dicitur Deus absolutè requieuisse, sed requieuisse ab opere, quod patrarat, videlicet illis primis sex diebus. Vel sensus, Deum mundi opificium absoluisse sex diebus, atque ita die septimo destitisse mundi machinam condere. Item, quia vt interpretatur D. Thomas libro 2. contra Gentes, cap. 84. & in 2. dist. 18. quæst. 2. art. 1. ad 7. Albertus Magnus in summa de homine, quæst. 15. istiusmodi quies Dei intelligenda est secundùm cessationem à nouis speciebus condendis, non autem à nouis individuis; quorum similia secundùm speciem præcesserint. Quare cùm omnes animę intellectiuæ, omnesque homines sint vnius speciei, nihil repugnat prædictæ quieti Dei quotidie animas creare. His obiter adde nouas animantium, aliarúmve rerum species, quæ ex varia commissione progressu temporum extiterunt, etiam in prima mundi origine dici quodammodo fuisse productas, non se, sed in suis causis. Lege D. Augustinum in libro de Origine animæ ad D. Hieronymum.

*D. Thomas. D. August.*

*Anima primi hominis an ante corpus fuerit.*

At enim de anima primi hominis, pecuritis adhuc consideratio est. Nam D. Augustinus libro 7. de Genes. ad lit. cap. 24. Hugo de Sancto Victore, auctor Historiæ scholasticæ, & Magister Sentent. dubitarunt an ante corporis formationem vna cum Angelis fuerit creata. Non est tamen ambigendum ea de re, cùm argumenta superiùs adducta concludant nullam prorsus animam ante corpus fuisse à Deo productam. Itaque in eodem instanti Deus & primi hominis corpus formauit, & ei animam infudit, vt sentit D. Gregorius Nyssenus in libro de Homine, capite 29. & 30. D. Damascenus libro 2. de Fide orthod. cap. 12. D. Hieronymus Epist. 61. ad Pammachium de erroribus Orig. & 139. ad Cyprianum. Item Leo Epist. 91. Et in hanc sententiam magis inclinat D. Augustinus lib. 12. de Ciuit. Dei, cap. 23.

*Concluditur non fuisse. D. Gregor. Nyss. D. Damasc. D. Hieron. Leo I. D. August.*

## ARTICVLVS III.

### DISSOLVTIO ARGVMENTORVM primi Articuli.

*Ad 1. arg. primæ dogmatis.*

Diluenda nunc à nobis sunt ea argumenta, quibus initio quæstionis probari videbatur animas intellectiuas virtute seminis traduci. Ad primum concedenda est maior, & ad minorem dicendum, licèt materiæ potentiam passiuam naturalem ad recipiendam animam intellectiuam: cui potentiæ respondet aliqua actiua naturalis, quæ *Cuilibet* pollicis saltem introductionem, nexumque *tenuis pas-*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Ad respondet aliqua actiua, quomodo accipiendum.*

cum materia attingat. Itaque ad assequendam A veritatem illius effatj, Cuilibet potentiæ passiuæ respondet aliqua actiua, sat est dari in parentibus talem potentiam, quando forma totius naturæ vim superat, eamque naturæ auctor stata, ac definita lege producit, vbi primùm agens naturale materiam congruenter perfecteque disposuit.

*Ad 2. arg.*

Ad secundum dicendum, quòd homo inter cæteras animantes, suam formam non elicit e potestate materiæ, id non ex illius imperfectione, sed ex animæ intellectiuæ dignitate prouenire, quæ vt præstantioris notæ est, ita altiorem originem poscit. Quod tamen non impedit, quominus homo generare hominem dicatur; vt in 1. lib. de Ortu & interitu exposuimus. Ad alteram parte eiusdem argumenti respondetur, sæpe instrumenta virtute principalis causæ producere effecta se ipsis nobiliora; nunquam tamen excitari ad efficiendum aliquid ex nihilo, quo dunta-

*Homo hominē generat, esse formam non producit.*

*Ad 3. arg.*

xat modo animę intellectiuæ produci queant, vt superiùs ostensum fuit.

Ad tertium; Id quod materiæ vltimam dispositionem tribuit, habere etiam vim effectricem formæ; si forma eiusdem sit ordinis cum dispositionibus: quod in re proposita non accidit: siquidem anima intellectiua est spiritalis substantia, independens quoad suum esse à corpore, & supra materiæ conditionem eminens. Ac licet eadem anima suo modo finis sit humanæ generationis, quia tamen præcipuus finis est ipsum compositum, siue homo, qui generatur: abunde tat est, vt generans non dicatur frustrari fine, si producat totum compositum, esto formam ipsam non generet, sed eius tantùm cum materia copulationem attingat. Quod etiam sufficit vt homo simpliciter perhibeatur gignere simile sibi secundum speciem.

*Homo nō anima est præcipuus finis generationis.*

*Ad 1. arg. pro contra. Perfectū est quod simile sibi parit.*

Quod autem ad ea argumenta, quę probare contendebāt, animas intellectiuas produci ab Angelis; respondetur, cùm Aristoteles ait perfectum esse, quod aliud simile sibi procreat, interpretandum id de viuentibus corporeis, non de ijs, quæ à materiæ concretione abiuncta sunt; quorum perfectio aliunde æstimanda est. Item vero maiorem esse in substantijs corpore vacantibus, quam corpore præditis ordinem, non quoad mutuam illarum inter se productionē, cùm à Deo Opt. Max. duntaxat per creationem effici queant, sed quoad Hierarchias & munerum administrationem, aliaque eiusmodi.

*Ad 2. arg. Ex his Dionys. in hō de cœlesti hierarch. c. 4.*

Quod autem sic Dionysius inferiora corpora administrari, ac fieri potestate superiorum, minimè mirum esse debet. Vt enim hæc non creando, quod Dei Opt. Max. proprium est, sed ex aliquo antecedente subiecto, (vt dici solet) transmutando, quod omnibus causis secundis est commune, operantur: ita illa non creatione per se, sed transmutatione



produci solent. Atque hoc discrimen apertè exponit Sanctus Thomas prima parte quæst. 90. artic. 3.

## QVAESTIO IV.

### *QVANDO INFVNDATVR, VNIATVRQ, corpori Anima intellectiua.*

### ARTICVLVS I.

### *EXPLANATA QVAESTIONIS radice, refelluntur quatuor opiniones contrariæ.*

*Radix difficultatis.*

HVIC controuersiæ aditum vel maximè aperuit id, quod affirmat Aristot. 2. de Gener. anim. cap. 3. Non simul animal fieri & hominem, sed materiam fœtus, primùm informari anima vegetatiua, deinde sensitiua, postremò intellectiua. Verba Aristotelis sunt: Conceptum inanimatū esse nemo statuerit, & vita omnibus modis priuatum: quippe cū nihilo minùs semina & conceptus animalium viuant, q̄ stirpes, & aliquandiu prolifica sint. Ergo animam vegetantem habere planū est. Sed quam ob causam eam primùm haberi necesse sit, ex ijs quæ alibi de anima diseruimus, apertū est. Sentientem etiam, qua est animal, tempore præcedente recipi; & rationalem, qua homo, certum est. Non enim simul & animal fit, & homo, &c. Hanc enim doctrinam multi partim non admittunt, partim variè exponunt.

1. *Opinio.*

Quidam sentiunt embryonem esse animę expertem, operationes autem vitæ, quę in eo apparent, vel animæ matris, vel virtuti, quæ in semine est, formatrici acceptas esse referendas. Verum præterquam quod Aristoteles eodem in loco diserte ait, conceptum esse animatū, hoc refellit S. Thomas 1. par. quæst. 118. art. 2. ad 2. quod fieri nequeat vt vitæ opera à principio externo oriantur.

*Reijcitur.*

2. *Opinio.*

Alij tres omnino animas in homine, vegetantem, sentientem, & intelligentem nō modò pedetentim recipi, sed & simul permanere sibi persuadent. Quos multis in locis idem Doctor, præcipue verò 1. p. q. 76. art. 3. & 2. contra Gent. cap. 58. & q. de Anima art. 2. explodit; nosq; iam in lib. de Ortu confutauimus.

*Reijcitur.*

3. *Opinio.*

Nec desunt, qui existiment eam ipsam animam, quę primò fuit vegetatiua, fieri postea, operante femina vis sensitiuam; ac tandem eò perduci, vt intellectiua euadat, non seminis quidem, sed superioris agentis, hoc est, Dei extrinsecus (vt aiunt) illustrantis virtute. In quā opinionem ac ieci inclinat S. Thom. 1. p. q. 118. art. 2. ad 2. Primùm enim generationem à propriæ naturæ statu dimouet. Erit enim motus quidam continuus, paulatim ab imperfecto ad perfectum proficiscens; & eo perti-

*Reijcitur.*

in ul-

to alterationis conditionem degenerabit. A

2. Secundò, Nec hominis, nec animalis generatio erit generatio simpliciter: siquidem subiectum eius erit ens actu. Quis enim est qui nesciat vniuersam generationis euentiū naturam, si absq; præcedentis perfectionis, formæq; substantialis interitu noua accedat? vt accedere autumant qui in fœtu animam vegetantem dicunt deinde fieri sentientem, ac demum intelligentem.

3. Tertiò, vel id quod ex Dei actione oritur, si est quid subsistens, vel non subsistit, sed est quædam animæ præexistentis perfectio. Qui illud dicit, fateatur necesse est esse quidē suapte natura distinctum à forma ante existente, quippe quæ minimè subsisteret: Qui autem hoc affirmabit, effugere nō potent quin concedat animam intellectiuam intereunte corpore interire.

4. Quarto loco probatur non posse eandem animam sensim esse vegetatiuam, sensituā, & ratione præditam; cum oporteat planè mutari speciem, addita perfectione substantiali: sicut (hoc enim vtitur exemplo Aristot. 8. met. cap. 3. texte 10.) mutatur numerus adiecta, vel detracta vnitate: nec vllo modo substantia intendi, aut remitti possit, vt communi philosophorum assensu docet Aristoteles in categoria substantiæ.

*Nulla substātia intenditur aut remittitur.*

Alij censent fœtum mox à principio intellectiuam animam obtinere, etsi non statim D mimia, quæ ipsi peculiaria sunt, admittat: sed primùm actiones vegetandi; deinde sentiendi; tandem suo tempore intelligendi. At hæc etiam opinio procul dessexit à veritate, vt mox patebit.

4. *Opinio.*

*Quæ etiā ratio reijcitur.*

*Confirmatur D. Tho.*

### ARTICVLVS II.

### *SOLVTIO PROPOSITAE dubitationis.*

*Assertio quæstionis.*

ERGO superioribus sententijs reiectis, assentiendum est materiam fœtus primùm informari anima vegetatiua, deinde sensitiua, postremò intellectiua. Quod probatur; nam fœtus confestim post conceptionem nutritur sanguine, quo vt matre pertenuem umbilicarem adiū munens destinatam transmittit: atque interim nullam sentiendi præbet significationem. Deinde, aliquot post diebus moueri incipit, est tenui & obscuro motu, vt in ijs, qui abortu ejiciuntur, obseruari potest: si enim pungantur, cōtrahunt sese, quod pertinet ad animam sensitiuam. Tandem efformatis iam ad humanam effigiem membris, formam, cuius ea instrumenta sunt, accipit, id est, animam rationalem, quo in specie hominis ponitur. Quòd autem conueniens sit dari ilsmodi progressum in generatione hominis, confirmat Diuus Thomas loco citato prima parte, exemplo quorundā animantium, quæ ex putri materia oriuntur: vbi

*Probatur.*

E

*Inter animā vegetātiuam sensitiuā, & intellectiuā modus temporis.*

primò quidpiam viuens imperfectius, deinde aliud melioris notæ, nempe animal emergit. Quòd si id in bestiolis adeò imperfectis notari solet, consentaneum est, vt idem animantibus excellentioris naturæ conueniat, ac potissimum humanæ soboli, cuius forma quanto est præstātior, tanto maiorem requirit apparatum: neq; decet vt in rudem & incompositam materiæ molem, sed in corpus organis apte, conueniēq; instructum infundatur. Ita porrò manet fœtus materia aliquot diebus sub forma vegetatiua: deinde huic intereunti succedit forma sensitiua; similiterq; huic intellectiua. Nec mirum, quòd duæ priores formæ nullo externi hostis incursu, aut oppugnatione, intereant. Nam cum prior sit via seu præparatio ad secundā, & secunda ad tertiam; priores ambæ eas accipiant in materia dispositiones, quibus non nisi certo temporis spatio perfeuerēt, cedantq; principi formæ, cui præeundo, ijusmodi veluti satellitio famulātur. Sanè quod anima intellectiua nō statim à principio materiam fœtus informet, planè ostendunt nōnulla sacrorum Canonum decreta, quæ id supponunt, & vt cætera omittamus. Caput Sicuti 32 quæstione secunda, vbi dicitur non committi homicidium ab eo, qui fœtum in vtero occidit ante infusionem animæ, videlicet rationalis: quod nondum dici possit natū esse hominē. Cæterùm quo temporis puncto (quod erat propositæ quæstionis caput) seu quot dierum transacto spatio anima intellectiua infunda tur corpori disceptatio est inter Philosophos: in eo tamen conueniunt quòd infundatur cùm primùm corpus organis humanæ prolī conuenientibus distinctum, perfectumq; est: quod obtinet etiam dum nō est iusti magnitudine maiori, quàm sit grandioris formicæ, vt affirmat Aristoteles libro 7. de hist. anim. cap. 3. & Abulensis in caput 1. Matthæi parte prima quæst. 13. Verum non semper hæc magnitudo eadem est. Quæ de re ita scripsit Cornelius in libro de hominis procreatione, capite 10. Sæpe obseruauimus die quadragesimo eiectum fœtum semidigiti (vt ait Aristoteles) formicæ masculæ magnitudine vere ac prorsus conformatum. Caput erat aue lanæ par, & manus, quam pro reliqui corporis ratione: oculi vt cantris exertiusculi, auriculæ, brachia, manus, crura, pedes, hisq; secretis digiti hæc ille. Conueniunt quoque Philosophi in eo, quòd fœminæ corpus ob defectum caloris, & imbecillitatē virtutis formatricis tardiùs delineetur. Quo autem tempore huiusce delineationis opificium ab eo latum sit, discordarunt qui olim ea de re scripserunt. Lege Plutarchum libro quinto, de placitis cap. 21. Hippocratem in lib. de Fœtu, Fernelium in libr. de hominis procreatione, Cœlium libro decimoquinto, lect. antiq. capite vigesimotertio, Ambrosiū Pareum libro

*Caput Sicuti.*

*Quī fœtum necāt ante infusionem animæ nō est homicida.*

*In quo consistant partes quæst.*

*Plutar. Hippocr. Fernel. Cœlius.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quæstionis resolutio ex quod mares tum vnde ad fœminas. Hinc confirmatio.*

vigesimotertio, capite vndecimo. Communiores tamen, veraq; sententia est, in maribus absolui circa quadragesimum diem, in fœminis circa octogesimum. Quod ex eo optimè confirmatur, quia in veteri lege fœmina, si masculum pareret, quadraginta diebus, si fœminam, octoginta sese domo continebat, & à templi ingressu cessabat. Hinc enim numerum diuinarum literarum interpretes ad imitationem naturæ, ac temporis, quo in vtero corpus effingitur, præscriptum fuisse aiunt.

*Conclusio.*

Quibus ita constitutis respondemus ad quæstionem initio excitatam, animam intellectiuam infundi & vniri corpori in eo instanti, quo primùm materia, & membrorum effigie, & cæteris accidentibus, quæ talis forma exigit, instructa dispositaq; est, quod accidere solet circa eum diem, quem diximus paulo ante. Hanc tamen successiuæ formationis legem, non seruauit Corpus Christi seruatoris nostri in vtero Virginis Matris. Nam quod naturæ vi quadraginta dierum spatio paulatim effingendum erat, diuina virtute, ac Spiritus Sancti opera, momento perfectum absolutumq; fuit, vt est communis Patrum & scholasticæ Theologiæ professorum doctrina. Ita Sophronius in concil. Synodensi. act. 11. Basil. hom. 25. de hum. Christi gener. Damasc. lib. 3. cap. 2. Euthym. Matth. 1. Fulg. libro de incarnatione cap. 3. Leo in epist. 11. ad Iul. D. Thom. 3. parte quæst. 30. artic. 1. alij doct. in tertia distinct. Alens. 3. parte quæst. 8. m. 2.

*Corpus Christi momento formatū est in materno vtero.*

## QVAESTIO V.

### VTRVM OMNES ANIMAE intellectiuæ naturæ dignitate pares sint.

### ARTICVLVS I.

### NEGATIVAE PARTIS argumenta.

*Quæ vera quæstio.*

NON adducimus in controuersiam an omnes animæ intellectiuæ conueniant in naturam vnius speciei, quam ex æquo participent; id enim in cõfesso est apud omnes: sed vtrum communem illam naturã per differentias individuales ita contrahant, vt omnes quoad suam quidditatem singulam rem æquè perfectæ sint. Negatiuam partem defendunt Capreolus in 2. dist. 12. q. 1. Ioannes Maior qu. 2. conclusione 6. Hispalensis q. 1. Richardus q. 1. circa 4. principale, M. Albertus eadem dist. artic. 6. Aegidius quæst. 3. Lychetus in 1. distinct. 3. quæstione prima Ferrariensis lib. 1. cõtra gentes cap. 3. Iauellus octauo Metaphys. q. ult. 6. Caietanus ad quæst. 85. primæ partis articulo septimo, Abulensis in caput decimum quintum Matthæi quæstione 616.

*Qui partem negat defendunt.*

Probatur verò hæc sententia hunc in modum. Vnũquodq; operatur vt est; & vt se habet quoad operationem, ita & quoad suam naturam: sed animæ intellectiuæ aliæ magis, aliæ minus perfectè operantur, siue spectemus actiones immateriales, cuiusmodi sunt intelligendi, & volendi actus, siue corporales, quæ organorum ministerio exercentur, vt internorum & externorũ sensuum functiones. Igitur inter animas intellectiuas aliæ erunt alijs perfectiores secundum naturam particularem.

*1. Argum.*

Secundò, Cùm anima natura sua sit forma corporis, oportet vt ei quoad perfectionem respondeat & commensuretur: sed quædam animæ sortiuntur corpora aptioribus organis, melioriq; temperamento affecta; atque adeò perfectiora: igitur aliæ alijs excellentiorem naturam obtinent. Tertiò (quæ ratio superioris confirmatio est.) Anima secundũ se sumpta non ordinatur ad quoduis corpus, sed ad certum & determinatum: ergo vna respicit corpus nobilius, alia minus nobile. Sed huius in respiciendo varietatis, non potest esse alia causa, nisi maior & minor nobilitas essentiæ ipsarum animarum: ergo vna anima superat aliam nobilitate essentiæ. Huiusce ratiocinationis assumptum probatur, quia si quælibet anima ex se non ordinaretur ad certum corpus, sed ad quoduis indefinitè sese haberet; Cùm Deus infudit animam, verbi gratia, Socratis in eius corpus, potuisset, seruato naturæ ordine, ac citra miraculum, infundere in illud animam Platonis, quam postea creauit, atq; ita Sophronisci loco Socratis, quem tunc genuit, potuisset Platonem gignere. Ex quo sequitur eundem effectum singularem posse produci à duabus causis totalibus: quod negat melior pars rectè philosophantium.

*2. Argum.*

*3. Argum.*

Quarto, Magis ornat vniuersum, maioremq; illi conciliat pulchritudinem & venustatem disparitas perfectionis secundum naturam quam æqualitas: siquidem æqualia nõ habent per se ordinẽ, quo maximè pulchritudo efficaciorq; gignitur cõuenientius fuit animas esse inter se naturæ perfectione inæquales, quam eodem perfectionis gradu cõuenire.

*4. Argum.*

Quinto, Quemadmodum genera contrahuntur per differentias specificas inæqualis perfectionis; ita & species contrahi possunt per differentias singulares, quæ nõ sunt æquè perfectæ: ergo sub eadem communi natura animæ intellectiuæ, vel sunt, vel saltem esse possunt aliæ animæ magis, aliæ minùs perfectæ. Probatur antecedens, quia id non repugnat ex parte Dei creantis animas; cùm in se contineat eminenter infinitos gradus nouarum perfectionum, quas rebus communicare potest. Deinde nec ex parte ipsarum; cùm nõ appareat vlla repugnantia.

*5. Argum.*

Vltimo, quod individuales animarũ differentiæ

*6. Argum.*



tiæ non possint esse æquè perfectæ, videtur ostendi ex eo quia alioqui conuenirent inter se vniuocè; siquidem quæ æqualia sunt, in eo in quo sunt æqualia, vniuocè conueniunt. At quòd hæc conuenientia nequaquam admitti debeat, manifestum est; quia id, in quo conuenirent, diuideretur per alias differentias; de quibus rursum eadẽ quæstio rediret, num essent æquales: quòd si essent, pari ratione vniuocè conuenirent, vt priores; atq; ita daretur processus in infinitum. Quare non videntur tales differentiæ: atq; adeò neq; animæ, quæ per illas constituũtur, æqualem habere inter se naturæ perfectionem.

*Aristot. parisien.*

His accedit auctoritas doctorum Parisiensium, à quibus æqualitas animarum articulo quodam damnata est. Siquis, inquiunt, dicit omnes animas ab origine esse æquales, erat, quoniam alias anima Christi non esset perfectior, quàm anima Iudæ. Huius articuli meminit Henricus Gandauẽsis quodlibeto tertio quæstione quinta, & Durandus 2. dist. 32. quæst. 3. Hic etiam pertinet Aristotelis hoc in libro cap. 9. text. 94. molles carne, benè aptos mente, atque ingeniosos esse. Quibus verbis ex carnis mollitudine & temperamẽti præstantia maiorem animæ intellectiuæ, atq; adeò & animæ nobilitatem colligit. Quo item spectat illud Salomonis Sapient. 8. Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam.

*Henricus. Durand. Arist.*

## ARTICVLVS II.

### ARGVMENTA PRO PARTE affirmatiua.

*Qui partem affirmant.*

CONtrariam opinionem defendit Durandus in 2. sentent. distinct. 32. quæst. 3. Argentinas ibidem q. 1. art. 2. Soncinas 8. li. Metaph. q. 26. Sotus in prædicamentis, cap. de substantia, q. 2. Zumara theoremate 64. In eandẽ inclinat Hemicus Gandauensis, licet, quia doctor Sorbonicus, propter iuratã Parisiensis articuli auctoritatem, nõ absolutè sententiam proferat. Porrò quod fuerit in hac controuersia D. Thomæ iudicium, non liquet. Illius sectatores, eius hac de re doctrinã, quasi Lesbiam regulã, ad id, quod quisq; sentit, accõmodant. Caietanus ait eo loco planum esse illum inæqualitatẽ animarum posuisse, vt eos, qui id non vident, cæcos appellet. Sotus loco citato ex ijs recens vnus se esse profitetur. Certè no desunt inter apud D. Thomã, quibus vtraque pars sese tueri posse videatur. Nam Sanctus doctor in 1. sent. dist. 8. quæst. 3. artic. 2. in responsione ad 6. ait animam, quæ ad corpus melius dispositũ ordinatur, perfectiorẽ esse. Et in 2. dist. 21. q. 2. art. 1. ad 2. affirmat animam primi parentis dignioré fuisse, quam animã Euæ, propterea quòd propitionẽ seruabat ad propriũ corpus, quod nobilius erat. Et in

*Incertũ quid sentiat D. Tho. de quæstione. Lectio regula.*

eodẽ lib. distinct. 32. q. 2. art. 3. cum ex professo quæsisset nũ animæ in sui creatione æquales sint, respondet æquales esse in natura speciei, sed differre numero ex diuersitate corporum, per quæ individuãtur, & vnã tantò esse alia nobiliorem, quanto melioris temperamenti corpus sortitur. Sed enim idem quodlibeto tertio, articulo tertio ait singularia vnius speciei non habere inter se ordinẽ, habere tamen quę specie differunt, quia in speciebus rerum vna abundat super aliam, sicut in speciebus numerorũ. Quibus verbis significare videtur singularia contenta sub eadem specie non se excedere nobilitate essentiæ. Priora tamen loca inæqualitati animarum apertius fauent in doctrina D. Thomæ.

*1.*

Porrò ad astruendam partem affirmatiuã nostræ quæstionis, quidam è recentioribus Metaphysicis ijta, inter alia, afferunt argumenta. Primum, quia si omnes animæ essent inæquales, non possent duæ cum æquali perfectione à Deo produci, quod est absurdum.

*2.*

Secundo, quia cùm singulis diebus creentur à Deo nouæ animæ, si ex disparem haberent perfectionem, si quæreretur non semper mundum æquè perfectum fuisse quoad substantiam, vtpote cui ex animarũ creatione nouus dies perfectio cumularetur.

*3.*

Tertiò, quia si animæ perfectione intrinseca essent inæquales, vnaquæq; haberet suum peculiare quod quid est, atq; ita de singulis peculiares definitiones tradendæ essent; quod negant Philosophi, dum solum naturam communẽ definiri iubent. Verùm hæc argumenta parum habent roboris. Nam eorum primũ difficultatem opponit, quæ vtique opinioni communis est: siquidem etiam contra eos qui dicunt animas esse natura æquales obijci potest, ex eorum sententia non posse à Deo creari plures animas cum inæquali perfectione. Quod si id absurdum non reputant æquo iure nec absurdum reputabunt negare, posse plures animas cum æquali perfectione à Deo produci. Secundum argumentum supponit perfectionem vniuersi pendere ex perfectione horum aut illorum singularium; quod non ita est, vt rectè docet S. Thom. 2. contra Gentes, cap. 84. Quæritur inter animas, aliæ alijs natura nobiliores essent, nõ ideò earum multiplicatione vniuersi perfectio varietur, quemadmodum nec variatu numero hominibus, & intercunibus quotidie nouis interfectorum speciem individuis, inter quæ constat dari inæqualitatem perfectionum nõ secundum speciem tantum, sed etiã secundum rationes individuales. Licet enim singularia eiusdem speciei inter se perfectione æqualia sint: tamen si cum singularibus aliarum specierum conferantur, haud dubiè inæqualia esse inuenientur, sicuti & naturæ specificæ, sub quibus collocantur. Deniq; tertium argumentum pro absurdo accipit vnamquamque animam

*Quibus variationibus multi pariem affirmãtem fabricent.*

*Retorquetur 1. ratio in eos qui negant.*

*2. ratio soluitur ex D. Thom. Quomodo perfectio vniuersi varietur, variis individuis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



animam habere suum peculiare quod quid A
est; quasi verò tam in animarum æqualitate,
quàm inæqualitate nõ sit hoc necessariò con-
fitendum. Vtique siue animæ æquales po-
nantur, siue non: inficiandum nõ est vnicuiq;
intrinsecè competere suam differentiam in-
diuidualem, atq; adeò suum peculiare quod
quid est: nisi quod si animæ sint æquales, ex
differentiæ patem habent perfectionem; si
inæquales, disparem. Præterea, ex eo quòd
animæ inæquales constituantur, non magis
sequitur attribuendam vnicuiq; peculiarem
definitionem, quàm si æquales sint. Etenim
definitiones adhibentur ad explicandas na-
turas rerum, siue equales, siue inæquales. Vn-
de si darentur duæ species parem obtinentes
naturæ perfectionem, adhuc quelibet earum
propriam vindicaret definitionẽ, non quę in-
æqualitatem, sed quæ diuersitatem naturæ
aperiret. Ita verò causa, ob quam philosophi
singularium definitiones minimè curant, nõ C
est quod individua sub eadem specie parem
sortiantur dignitatem, sed quia sub scientia-
rum cognitionem non cadunt nisi ea, quę &
perpetua sunt, & suopte ingenio multis no-
ta; quo pacto se habent non singulares, sed
communes naturæ. Adde etiam individua ie-
circo non propriè ad artem pertinere, quia
nõ continentur definito numero, sicuti spe-
cies; vt Porphyrius cap. de specie docuit ex
Platone in Philebo.

3. ratio quia absurdum quod nõ est. Vnumquodque singulare habet suũ quod quid est.

Cur definitiones singularium non sint definitiones negatiue.

Porphyr. Probatur assir. quæst.

Hisce ergo argumentis omissis, tum quia
parum sunt efficacia, tum quia nonnulla, à
veritate aliena involunt: aliter instituendum
consimari poterit; nimirum ita. Si omnes
intellectiuæ animæ haberẽt inter se inæqua-
lem perfectionem, quoad naturas singulares;
idem quoq; pronuntiandum esset de omni-
bus aliis individuis, saltem substantiarũ, eius-
dem infimæ speciei, cum in omnibus æqua
ratio inueniatur: atqui hoc admittendum nõ
est, ergo neq; illud. Maior conceditur ab ad-
uersarijs. Minor probatur. Nam si eiusmodi
individua necessariò essent inæqualis perfe-
ctionis, sequeretur omnia effecta singularia
perpetuo degenerare à suis causis. Nam cum
illa nobiliora esse non possint, liquidem nul-
lius effectus est præstantior sua causa princi-
pali: cum item, vt aiunt, æqualia esse nequeant;
consequens est, vt inferioris dignitatis
sint. Quod tamen repugnat communi axio-
mati philosophorũ omnium, quo mihi ex cau-
sam vniuocam producere effectum sibi om-
nino similem, modò tollantur impedimenta.

Axioma philosophicum.

Aliud.

2. Secundò. Præcipua ratio, qua aduersarij
probant inæqualitatẽ animarum, est inæqua-
litas perfectionis in operando: sed hæc ratio
nõ conuincit: ergo, &c. Probatur assumptio.
Ex inæqualitate in operando non rite argui-
tur maior nobilitas eiusdem potentiæ; ergo
nec maior nobilitas, seu perfectio animę. An-
tecedens huius rationis ostenditur testimo-
nijs Aristotelis. Nam lib. 1. huius operis cap. 4.
tex. 64. & lib. 2. cap. 9. tex. 92. & in problema-
tis sect. 31. quæst. 14. defectũ & præstantiam
operationum, quæ oriuntur ab eadem po-
tentia secundum speciem; non minori aut
maiori perfectioni ipsius potentiæ, sed defe-
ctui, aut perfectioni organi, quo vtitur affec-
tibus censet. Potest verò animæ æquè per-
fecta ex præstantia, seu vitio formatricis virtu-
tis progenitorũ, aut aliarũ causarũ externarũ,
sortiri organa meliora, deteriorâve, atq; ita
horũ interuẽtu exactiùs, vel imperfectiùs ad-
ministrare operationes facultatũ organicarũ.

Aristot.

1. Lege D. Thom. in disputat. q. de anim. artic. 7. ad 7.

Potentiarũ eiusdem speciei inæqualitas in operando arguit organorum inæqualitatem.

Tertiò. Quòd ex præstantia ingenij non
rectè colligatur maior intellectricis facultatis,
seu mentis perfectio, ex eo probatur, quia
videmus eundem hominem nunc promptior-
em fieri, nunc hebetiorem in intelligendo:
quosdam graui morbo excellentiam ingenij
amisisse, alios purgationibus & medicamen-
tis acutiores factos. Vnde Carneades solebat
aduersus Stoicorum dogmata scripturum su-
periora corporis ad acuendum ingenium el-
leboro albo purgasse; quod alios quoddã stu-
diorum gratia fecisse refert Plin. lib. 35. cap. 5.
Cùm igitur ipsa intelligendi vis, quæ in ani-
mo residet, ilIiusmodi varietatẽ in se ipsa ne-
quaquam subeat, planum videtur maiorem
facilitatẽ, aut tarditatem in intelligendo non
proficisci à maiori, minoriue præstantia ipsius
D intellectus: sed ex concursu, & satellitio co-
operantis phantasiæ, quæ si organum melius
dispositũ habeat, maiori alacritate & prom-
ptitudine suam operã ministeriumq; intele-
ctui præstat; vti iã nõ semel admonuimus.

Carneades solebat vti subtilibus dogmatis Stoicorũ rebellium, illorum animo sumpsit, fellere, ellebo

Deinde, quòd in doctrina Peripatetica nõ
solùm animę, sed quæuis alia individua eius-
dem infimæ speciei, æqualia sint, probatur.
Nam Aristotele lib. 3. Metaphys. cap. 3. text. 11.
docet in iis, quæ continentur sub eadem spe-
E cie infima, non dari prius & posterius: dare-
tur autem si in illis inueniretur altior gradus
perfectionis. Præterea lib. 7. Physic. cap. 4.
text. 31. & lib. 10. Metaphysic. cap. 13. text. 26.
monet in natura generis subesse analogiam,
quia nimirum genetica natura perfectius es-
se obtinet in vna specie, quàm in alia propter
inæqualitatem differentiarum, per quas con-
trahitur. Cùm igitur hanc inæqualitatis ana-
logiam in genere, nõ autem in specie ponat,
satis indicat non agnoscere se in individuis
eiusdem speciei inæqualitatem perfectionis
penes differentias individuantes.

## ARTICVLVS III.

### *VTRAQVE PARS CONTRO-uersia probabilis iudicatur: præfertur affirmatiua: diluuntur aduersariorum argumenta.*

HIs ita disputatis, vtraq; pars controuersiæ
nobis probabilis videtur. Quia tamen af-
firmatiua



firmatiua doctrinam Peripateticam magis sa- A
pit, vt nõ obscurè testantur loca, quæ ex Ari-
stotele paulò ante citauimus, eam potiùs am-
plectemur, in quam etiam lib. 2. Physicorum
inclinauimus. Respondeamus ergo ad argu-
menta, quæ pro aduersaria opinione attulimus.

Ad 1. Quando ex nobiliori operandi modo colligatur nobilior potentia.

Ad primũm, cuius solutio facile iam ex
dictis colligi poterat, dicendum ex nobiliori
modo operandi colligi maiorem potentiæ
nobilitatem; quando potentia ex se & intrin-
secè talem modum vendicat. Quod tamen in B
potentijs eiusdem infimæ speciei non acci-
dit. Nec enim v. g. potẽtia videndi Lynceï ex
se est perspicacior, quàm potẽtia videndi So-
cratis, sed ideò perspicacius intuetur, quia or-
ganum melius affectum obtinet. Nec intel-
lectus Aristotelis ex se est acutior, quàm Pla-
tonis; sed propterea acutiùs expeditiusq; in-
telligit, quia promptiori phantasiæ ministe-
rio iuuatur, vt supra monuimus.

Ad 2.

Ad secundum, dicendum est animam cate
nus dici respondere corpori, eiq; commensu
rari, quatenus non habet ordinem nisi ad
corpus conuenientium organorum appara-
tu instructum, sibiq; conueniens: ex quo non
sequitur corpori melius dispositio perfectio-
rem animam intellectiuam deberi. Ad ter-
tium concedendum est quod assumit fatendum-
q; vnamquamq; animam non respicere
indeterminatè quoduis corpus, sed certum;
ita vt in eo instanti, quo Deus animam So D
cratis infudit, aliam animã citra miraculum
infundere nequiuerit, vt rectè probat argu-

Ad 3.

Quælibet anima nõ quælibet materiam, sed determinatam respicit.

mentũ. Vnde cùm inter corpora, quæ ab ani-
mabus intellectiuis informantur, alia magis,
alia minùs perfecta sint, non est inficiandum
quandã animas respicere corpora magis per
fecta, alias minùs perfecta secundum accidẽ-
tia: ita tamen vt maior illa perfectio non re-
spiciatur per se, sed per accidens ab anima se-
cundum suam naturam spectata; quia nimi- E
rum hæc anima per se respicit hanc materiã,
cui accidit obtinere perfectiores dispositio-
nes. Vnde fit vt talis in respiciendo diuersitas,
sicuti non per se comperit animæ, ita nec in
ea maiorem naturæ perfectionem arguat.

Ad 4. Æqualitas etiã vniuersum decorat.

Ad quartum respondendũ est, etsi pulchri-
tudo vniuersi ex inæqualitate & distinctione
rerum magis, quàm ex æqualitate resultet;
nihilominus etiã æqualitatem pro suo mo-
do decoris elegantiam augere: in ijs autem, F
quæ sub vna & eadem infima specie collo-cã
tur, non posse dari inæqualitatem essentiæ,
vt mos dicemus.

Ad 5.

Ad quintum, negandum est antecedens &
ad eius confirmationem dicendum, nõ pos-
se animam intellectiuam per inæquales dif-
ferentias contrahi; quia natura speciei infi-
mæ non est capax eiusmodi contractionis.

Cur natura specifica non contrahatur per inæquales differentias.

Nam quãto magis à summis ad ima descen-
ditur, tanto natura communis contrahitur
per differentias minus diuersas, hoc est, quæ
constituãt res minus inter se differẽtes (alio-
qui enim omnes differentiæ primo diuersæ
sunt.) In hoc ergo descensu postquã deuen-
tum fuerit ad naturas singulares, in quibus
iam deinceps omnis cessat cõtractio; consen-
taneum est, vt natura contrahatur per diffe-
rentias, quæ inter se cõueniant quantùm fie-
ri possit, videlicet secundum æqualitatẽ per-
fectionis, quando per identitatem conueni
re nequeunt. Atq; ita contrahitur omnis spe-
cies infima per differentias individuantes,
quæ inter se partes sint: non æqualitate posi
tiua, quasi vna in se cohibeat omnẽ perfectio
nẽ alterius, sed negatiua, ita vt vna nõ cõtine-
at aliquẽ gradũ perfectionis, quo alia excedat.

Aequalitas positiua. Aequalitas negatiua.

Vltimum argumentum facilè dissoluet qui
dixerit nullam naturam vniuersalem censeri
vniuocam nisi eam, quæ potest ad inferiora
per differentias contrahi, quam contractio-
nem non admittunt ipsæ differentiæ, tum
ob alias causas, tũ quia alioqui daretur pro
gressus ille in infinitum, qui in argumento
deducitur. Itaque non sufficit ad vniuocatio-
nem, æqualitas illa, quam sortiuntur diffe-rẽ-
tiæ singularũ, quæ sub eadem specie infima
continentur. Quin potiùs semper ea, quæ in
aliqua natura vniuersali vniuocè conueniut,
addunt aliquem perfectionis gradum supra
illam; cùm natura vniuersalis non possit con-
tinere actu totam perfectionem inferiorum,
quibus communicatur.

Ad 6.

Differentiæ per se nõ cõtrahuntur. Quæ æqualitas requiratur ad vniuocationem.

Quod verò ad Parisiensiũ articulum spe. Resp. ad Pa-
ctat, Durandus loco citato respondet vnam rãs.
animam intellectiuam esse alia perfectiore, risienses ar
si expendatur quoad potentias sensitiuas, & ticul.
vegetatiuas: has enim concedit posse excel-
lentioris esse naturæ sub eadẽ specie infimæ
& hanc inæqualitatẽ aut videri sat esse ad ruẽ-
dam auctoritatẽ articuli: cùm solùm statuat
animas esse inæquales nõ determinando cer-
tum inæqualitatis modum. Verùm hæc re Non satisfa-
sponsio nõ satisfacit. Primùm, quia articulus cit.
de inæqualitate secundum differentias indi-
uiduales, de qua erat controuersia, sententiã
pronunciauit. Deinde quia, vt supra ostendi-
mus, omnes potentiæ sub eadem infima spe-
cie contentæ partẽ obtinent naturę dignitatẽ;
etsi aliæ alijs functiones suas perfectius ad-
ministrent ob maiorem cõmoditatem orga-
norum. Potiùs ergo dicendũ quamuis illius
articuli auctoritas haud parua sit: tamẽ extra
scholã Parisiensem, irrefragabilem non esse.

Locus verò Aristotelis ex tertio de anima, Mollitudo
tantùm indicat carnis mollitudinem esse in carnis vt bo
dicium boni ingenij modo superius explica- ni ingenij in
to, non aũt præstantioris animæ. Verba item dicium sit.
illa ex Sapientiæ 8. cæteris interpretationi-
bus omissis, bifariam explicãtur. Vno modo, Expenitur
vt dicat Salomon sortitum se fuisse animam Salomonis
bonam, id est, egregiã indolem ad sapientiã, locus.
& virtutes, non quidem ex maiori præstan-
tia ipsi animæ insita; sed ex affectione & di-

Universidad de Deusto
Biblioteca



spositione corporis, quæ, vt superiùs diximus, etiã ad immaterriales actiones multum confert. Altero, vt loquatur de bonitate ex virtutibus & gratia sibi diuinitus concessa. Illud hic postremò aduertimus, quodsdã in hac quæstione multorum patrum assere testimonia ad probandam animarum æqualitatem. Verum ea nos ideò præterijsse, quia nullum eorum de anima secundũ individuales differentias, sed secundum communem eius naturam loqui videtur.

## QVAESTIO VI.

### *SIT-NE ANIMA INTELLECTIua veræ hominis forma, an non?*

### ARTICVLVS I.

### *QVAE ARGVMENTA NEGATIuam partem quæstionis astruere videantur.*

VT argumentis, quæ ad suadendã negatiuam partẽ afferri possunt, viam aperiamus; prænotandum est ex D. Thoma 2. contra gentes cap. 68. vt aliquid forma substantialis alterius, verè ac propriè dicatur, *Duplex conditio formæ substãtialis.* duo requiri. Vnum, vt sit principium essendi substãtialiter ei, cuius est forma. Alterũ, quod ex priori sequitur, vt forma, & materia in vnius compositi naturam, & in vnum esse totius coalescant. Quòd igitur hæc in animã intellectiuã minimè conueniant, atq; adeò quod non sit forma hominis hunc in modũ videtur *1. Argum.* ostendi. Id, quod non potest communicare materiæ suam propriam potentiã, & operationem, nec potest ei suum esse impertiri: siquidem nec potẽtia, nec actio simpliciori est, abstractiúe quam essentia, à qua virtus, vel potentia manat. Atqui anima rationalis nequit communicare corpori intellectum, siue intellectionẽ, quę est propria ipsius operatio ergo neq; potest ei cõmunicare suum substantiale esse. Quod tamen, vt diximus, ad rationem formæ exigitur.

*2. Argum.* Secundò. Ea, quæ inter se maximè distant, nequeunt apte copulari; sed anima intellectiua, cum sit spiritalis substãtia, maximè distat à fæce materiæ, & humani corporis cõtectione; non potest igitur corpori seu materiæ ad vsus rei compositionẽ congruenter aptari. Adde cùm anima intellectiua interitu vacet, corpus verò humanum dissolubile sit, non videri quo pacto hæc proportione sibi respondere possint.

*3. Argum.* Tertio. Forma refertur ad materiam, vt relatum transcendens: sed anima intellectiua non potest ita referri: non est igitur forma. Probatur minor: quia relatum transcendens pendet quoad suum esse ab eo ad quod refertur: anima verò non pendet quoad suum esse à materia, cum extra illam manere possit.

Quartò, Cùm anima hominis sit quid per se subsistens, fieri nequit, vt corpori vniatur, nisi propter aliquod ipsius bonum. Aut igitur propter bonum essentiale, aut propter accidentarij. Nõ propter bonũ essentiale, cùm possit extra corpus subsistere. Nec etiã propter bonũ accidentarij; hoc enim maximè videtur esse veritatis cognitio, quã sensuũ ministerio acquirit; quod tamen dicendum nõ est, quia ex influxu cœlestis numinis potest extra corpus scientiam obtinere: ergo, &c. Adde quod sapientis artificis non est operi suo impedimentum exhibere: at anima intellectiua societate corporis impeditur à cognitione: siquidem corpus, quod corrumpitur, degrauat animam. Vnde & illud Poetæ:

——*Noxia corpora tardant.*

*Terrenique hebetant artus moribilis{que} membra.* Aeneid. 6.

Quare non videtur Deus animam hominis corpori vti formam per se copulasse.

Quintò, Vel vnio animæ cum corpore esset substantia, vel accidens: si substantia, aliquid igitur substantiæ deperit in anima, moriente homine, quod tamen falsum esse constat, cùm anima rationalis quoad suam substantiã nulla ex parte interitũ subeat: si accidens, ergo anima nõ per se, sed per accidens, hominẽ constituit. Ex quo sequitur ex anima & corpore nõ fieri vnum quid in genere substantiæ, ac proinde animã intellectiuam non esse propriam, ac veram hominis formam.

### ARTICVLVS II.

### *NEGARI NON POSSE ANIMam intellectiuam esse verè ac propriè formam hominis.*

IN hac quæstione fuit in primis sententia Platonis, in Alcibiade primo: intellectiuã animam nõ coniungi corpori, vt forma materiæ, sed vt motorẽ duntaxat mobili, habe- *Hoc in 2. cap. 1. text. 11. Theamisti. c. 2. Philoponi 2. de anim.* re; sic animũ Socratis ad Socratẽ, vt gubernatorẽ ad nauẽ, quatenus intelligentiæ & rationis artificio, quasi clauo corpus mouet, ei- *Iap. cap. 1. D. Greg. Nyss. de anim. c. 5.* dem; actiones inflectit & moderatur (etsi non desunt, qui autument nõ negasse Platonẽ animam intellectiuã & formã corporis, sed informare corpus eo pacto, quo cæteræ formæ, *Platonis sententia.* quæ ita corporibus alligatæ sunt, vt extra illa consistere nõ possint.) Cum Platone sensisse videtur Anaxarchus, siquidẽ vt Philo Iudæus *Iam à quibusdã vetus.* commemorat in libro, qui inscribitur, Quòd omnis probus liber est, à Nicocreonte Cypri tyranno in mortarij faxeũ coniectus, ibiq; ter *Quę animã* reis malleis cõtusus identidem illud repetijt: *formã hominis* tunde, tunde Anaxarchi follem; Anaxarchũ *non esse negat.* enim nõ tundis: ijs verbis indicãs corpus externũ quid esse hominis, nec ad eius naturam *omnes* pertinere. Præterea non esse animũ formam *dur.* hominis asserunt Simplicius lib. 1. huius operis textu



ris textu septimo, & Philoponus text. 11. Themistius lib. 2. c. 27. Auerroes li. 3. comm. 5. Petrus quidam Ioannes, vt refert Guido Carmelita in suo libro de hæres. Idem videntur exitimasse nonnulli circa annum salutis nostræ 1300. vt colligitur ex Concilio Viennensi sub Clemente V. quod refertur in Clementina, Ad nostrum: de summa Trinitate, & fide Catholica. Item alij tempore Leonis X. vt indicat Concilium Lateranẽse sub eodem sess. *Qui saltẽ secundũ gradũ intellectiuũ.* 8. Denique fuerunt qui putarent animã hominis secundum gradum intellectiuum nõ esse formam corporis, sed duntaxat rationẽ facultatum alendi & sentiendi, quarum munera à materia prorsus dependent, eiq; inhærent. In his videtur esse non obscurè Caiet. 1. p. q. 76. art. 1. in responsione ad 1.

*1. Conclusio.* Sit tamẽ in hac disceptatione prima conclusio. Negari nõ potest, animam intellectiuã esse veram, ac propriam hominis formã, eiusque corpus vt talem informare. Quæ cõclu- *Probatur 1.* sio hisce rationibus ostenditur. Principiũ operationum cuiuslibet rei naturalis oportet esse eius formã, sed quilibet nostrum, experitur se intelligere, sentire, aliasq; eiusmodi functiones edere. Necesse est igitur inesse nobis aliquã formã, à qua prędictæ operationes manent; ea verò alia non est, quam intellectiua: cùm in eodem composito plures formæ substantiales esse nequeant, vt 1. de ortu & interitu ostendimus; igitur anima intellectiua est *Nihil agit nisi prout in actu est.* vera hominis forma. Maior propositio ex eo patet, quia nihil agit, nisi prout in actu est; nec verò aliquid in rebus physicis est in actu, nisi per formã naturalẽ: cùm materia sit pura potentia, nullamq; effectricẽ vim possideat. Hoc argumentũ desumptũ ferè est ex Arist. c. 2. huius lib. Nec vllum ad rem propositam confirmandam è fontibus Philosophiæ efficacius asseri posse credunt D. Thom. 1. p. q. *D. Thom. Durand.* 76. art. 1. & Durandus in 2. d. 17. q. 1.

*2.* Secundò, Idem confirmatur in hunc modum. Id vera cuiusq; rei forma est, quod rem certa specie constituit, & ab alijs seiungit; Atqui ita se habet anima intellectiua respectu hominis; est igitur vera eius forma. Probatur assumptio. Homo namq; materiam cõmunem habet eam belluis, cæterisq; compositis sublunaribus, sicque materiæ beneficio nequit ab eis specie distingui, aut certam obtinere speciem; quare reliquum est, vt id meritò intellectiuæ animæ fortiatur.

*3.* Tertiò, Quod anima intellectiua non se habeat ad corpus, vt motor duntaxat, sed vt illius actus, ac forma, ita demonstratur. Mobile non accipit esse à motore, sed solam motionem: ergo si anima vnitur corpori tantum vt motor, tiebitur quidem ab ea corpus, non *Contra Platonem.* tamen ab illa esse accipiet; quare cùm vivere sit quoddam esse rei viuentis, non viuet corpus per animã, quod est apertè falsum. Item, etsi nauis vitium faciat, nihilominus Nauta illæsas habet hominis operationes: ac noster animus male affecto corpore, non absq; errore, & vitio actiones suas administrat, vt videre est in ebrijs & phreneticis. Non ergo animus est ad corpus, quod Nauta ad nauem. Adde quòd accessu animæ generatur homo, abscessu interit, cùm tamen ex appulsu Nautæ ad nauem, vel motoris ad rem motam, similiterq; ex illius discessu, nequaquam id eueniat.

Quartò, quòd secundum Aristotelis disci- 4. *Secundum Arist. doctrinã, animam intellect. esse* plinam, intellectiua anima sit vera hominis forma, ostendi potest primùm quia in ea definitione, qua definijt animã actum seu formam corporis, comprehendit animam in cõmune, vt ipse inibi profitetur, atq; adeò etiã *formam hominis.* intellectiuam. Deinde, quia proximo sequẽti capite demonstrabit animam esse actum seu formam corporis, eo quòd sit id, quo primò viuimus, loco mouemur, intelligimus. In qua ratiocinatione perspicuis verbis intellectiuam animam complexus est, cùm per eam duntaxat intelligamus. Nec verò id minus dilucidè significauit 12. lib. Metaphys. cap. 3. tex. 17. vbi cùm in quæstionem vocasset, num quemadmodum causa formalis nõ aggreditur id, cuius causa est: ita eodem intereunte non maneat; respondet non videri obstare, quominus maneat in quibusdã, veluti in anima intellectus participe. Itaq; animã humanam inter formas connumerat. Accedit quòd illius dogmate, ex corpore & anima fit vnũ, vt patet ex ijs, quę docuit cap. 1. huius lib. tex. 7. de omni anima absolutè differens: at non fieret ex anima intellectiua & ex corpore vnũ, nisi illa huius actus, ac forma esset; sicq; eam proportionem, quę vnitatis conciliatrix est, inter se ambo seruarent.

Quintò, Ne Physicis tantùm rationibus 5. certemus; esse animã hominis veram, ac pro- *Secundũ fidem Orthod.* priam eius formam docet Orthodoxa fides *& Orthod.* omni certior Philosophia. Id enim in primis *Conc. Vienn.* definijt Concil. Viennense sub Clem. 5. cuius decretũ habetur in Clementina vnica de summa Trin. §. 2. hisce verbis, Doctrinã omnem seu positionem temerè asserentem, aut vertentem in dubium, quod substãtia animæ rationalis seu intellectiuæ, verè, ac per se humani corporis nõ sit forma, velut erroneam, & veritati catholicæ inimicã prædicto sacro Concilio approbante, reprobamus, definientes, quòd quisquis deinceps asserere, seu tenere pertinaciter præsumpserit, quod anima rationalis seu intellectiua non sit forma corporis humani per se, & essentialiter, tanquam hæreticus sit censendus. Deinde hoc ipsum statuit Concilium Lateranense sub Leone 10. sess. 8. vbi hæc verba scribuntur, Damnamus, & reprobamus omnes asserentes, animã intellectiuam mortalem esse, aut vnicã in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes; cùm illa nõ solùm verè, per se, & essentialiter

Universidad de Deusto
Biblioteca



humani corporis forma existat, verùm etiam immortalis & pro corporum, quibus infunditur, multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda sit.

*2. Conclus. Lege D. Thom. 2. contra gent. cap. 68.*

Secunda conclusio, Anima humana non solùm quoad gradum sentiendi, & vegetàndi ac reliquos superiores: sed etiã quoad gradum intelligẽdi est verè, ac propriè hominis forma. Hæc probatur quia cùm formæ rerum ex operationibus dignoscamus, sitq; hominis proprium intelligere, ac ratiocinari, fateri opus est animam rationalem, etiam quoad eum gradum, à quo huiusmodi actiones manant, esse veram ac propriam hominis formam. Secundò, Quia anima intellectiua in hoc vitæ statu omnem cognitionem haurit à sensibus, & quoad vsum etiam specierum, saltem maiori ex parte, dependet à corpore, quatenus oportet intelligentem speculari phantasmata. Quod certè non esset, nisi etiam quoad gradum intelligendi haberet ordinem ad corpus, idq; verè informaret; siquidem eiusmodi dependentia quoad operationem non nisi à naturali nexu inter animam corpusq; oritur. Tertiò, Quia nisi anima humana secundum prædictũ gradum esset copulata corpori, vt eius forma, nihil faceret corporis temperamentum ad ingenij perspicaciam, & ad expediendas intelligendi actiones, cuius oppositum experientia docet, vt superiùs argumentabamur. Quartò, Idem ex eo stabilitur, quia cum Viennense, & Lateranense Concilium absolutè decreuerint animam intellectiuam esse verè ac per se humani corporis formam, & anima intellectiua secundum gradum intelligendi 3 suum proprium ac peculiare esse sortiatur, dubitandũ non est quin id decretum de anima quoad eiusmodi gradum intelligendum sit.

*Probatur 1.*

*3. Conclus.*

Tertia conclusio. Non sola fide ratum est, sed etiam naturalibus rationibus concluditur, animam intellectiuam esse verè, ac per se

*Recentiores quosdam peripateticos philosophantes Redarguuntur.*

humani corporis formam. Hanc conclusionem statuimus contra recentiores quosdam Philosophos, qui perperam omnes quòd anima rationalis sit forma corporis, & quod simul immortalis existat, sola fide teneri, quasi verò ex Philosophiæ placitis nulla forma corporis extra materiã cohærere valeat. Deprehenditur verò horum deceptio ex eo, quia, quod ad immortalitatem attinet, Lateranẽ Concilium palam statuit animam humanam etiam secundum Philosophiã esse immortalem, idq; nos in progressu philosophicis argumentis ostendemus. Deinde, quod ad rationem formæ spectat, ex superiore disceptatione constat, etiam citra fidei lumen naturaliter concludi ac conuinci animam intellectiuam eo, quo diximus, modo humani corporis formam esse.

## ARTICVLVS III.

### *OBVIAM ITVR ARGVMENTIS initio quæstionis propositis.*

*Ad 1.*

NVnc primi articuli argumẽtis respondeamus. Ad primum dicendum: Etsi anima intellectiua nequeat communicare materiæ immateriales suas potentias, & eas operationes, quæ ab his eliciuntur, ita vt materia eis informetur: posse tamen illi suum esse substantiale communicare, nõ quod illud minus simplex & immateriale sit, vt rectè ait Caietanus cum lib. 3. huius operis cap. 2. dub. vlt. contra Ferrariensem lib. 2. contra Gent. cap. 69. tum 1. p. q. 76. artic. 1. in responsione ad 4. sed quia potentiæ, & operationes nequeunt materiam nisi ipsi inhærendo informare; accidentia verò spiritalia neutiquã corpori inhærere possunt: at anima informat materiam, eiq; suum esse substantiale impertit nõ inhærendo, sed per omnes eius partes sese intime insinuando, easq; animando. Ex quo patet nõ eandem esse rationem in anima rationali, & eius potentijs, atq; actibus: quanquã & illud dici potest etiam intellectionem aliquo modo animæ, & corpori esse communem, quatenus intellectio animæ in corpore pendet à speciebus, quæ sensuum ministerio acquirũtur; item quatenus oportet intelligentem phantasmata speculari.

*Intellectus nõ est abstractior à materia quàm anima Caiet.*

*Ad 2.*

Ad secundum, esto anima intellectiua ob naturæ suæ dignitatem à corpore plurimùm distet, respondere tamen illi secundum proportionem actus ad potentiam eiusdem generis; ideoq; posse inter se societatem coire, & in vnius tertij naturam aptè copulari. Maximè cùm corpus humanum ob nativi temperamenti, & organorum ad animæ functiones obeundas bonitatem, ita affectum sit, vt anima aliud neq; aptius, neque præstantius sortiri potuerit, vt libro secundo de ortu, & interitu ostendimus. In quo sanè mirabilis rerum ordo, & connexio visitur, dum animus, qui inter substantias intellectiuæ participes, infimum locum obtinet, cum eo corpore quod cæteris excellit, coniungitur, sicq; iuxta D. Dionysij normam in 7. cap. de diuinis nominibus, summum infimi attingit, infimum supremi.

*Corpus humanum præstantissimi temperamenti.*

*Cap. 8. q. 3.*

Ad tertium, Concessa maiori neganda est minor, & ad eius confirmationem dicendum relata transcendentia pendere quoad suum esse à termino, id est, habere suum esse in ordine ad illum: & ita animam rationalem obtinere suum esse in ordine ad corpus, cuius forma est. Vnde essentialiter per habitudinem ad illud definitur. Verùm non oportere omne relatum transcendẽs pendere à termino tanquam ab eo, à quo accipiat esse, vel sine quo existere nõ possit. Quod si objectas

*Ad 3.*



cias omne relatum transcendens referri ad aliud tanquam ad causam, proindeque si anima intellectiua est forma corporis, debere respicere corpus tanquam id, à quo accipit esse, cùm causa definiatur id, à quo aliud esse accipit. Occurrẽdum erit animam intellectiuam referri ad corpus, tanquam ad causam materialem, & tanquam ad id, non à quo, sed in ordine ad quod accipit esse. Sic enim causæ notio accipi debet, cùm relatum transcendens dicitur referri ad aliud, tanquam ad causam; nimirum ita vt causa, fuso significato, dicatur id, à quo, vel in ordine ad quod res accipit esse: dummodò tamen id sit aliquod prius. Nam etiam relata secundùm esse, cùm secundùm suas naturas ad aliud referãtur, obtinent suum esse in ordine ad aliud: verùm quia sunt simul natura, illud aliud nõ est quid prius. Alijs placet non omne relatũ transcendens vendicare causam pro termino. Qua de re alibi.

*Ad 4. Anima intellectiua cur corpori coniugatur.*

Ad quartum, dicendum animam coniungi corpori propter substãtiale bonum totius, vt videlicet ex ea vnà cum corpore species humana compleatur; itemque propter accidentariam quandam sui ipsius perfectionem; nimirum vt perficiatur cognitione intellectiua naturæ suæ congruente, quam sensuum ministerio acquirit, hic enim intelligendi modus semper ei naturalis est. Nec officit quod cùm a corpore abscedit, ex influxu superni luminis scientiam hauriat: id enim magis ea ratione abiunctionis à corpore, quàm meritò speciei humanæ competit.

*Ad 5. Vnio animæ cum corpore triplex. Lege Cai. 1. p. q. 76. ar. 6. Causalitas formæ.*

Ad quintum, vt pateat quid respondendum sit, obseruandum est, vnionem animæ cum corpore tripliciter sumi. Primùm, pro actione, qua anima corpori vnitur. Secundò, pro relatione connectionis inter ipsa. Tertiò, pro huiusce relationis fundamento, quod nihil est aliud, quàm causalitas formæ & materiæ, id est, formam tradere seipsa materiæ ipsam actuando & perficiendo, vicissimque materiam subijci formæ, excipiendo eam fouendoque, ita vt ex hac mutuo complexu totum emergat. Porro vnio primo & secundo modo accepta accidens est. Tertio modo sumpta, est modus quidam, qui neque accidens, neque substantia simpliciter dici debent, sed modus substantiæ, vt in Physicis diximus. Ad

*Cur anima non vniatur per accidens corpori.*

argumentum igitur dicendum licet vnio primo & secundo modo accepta accidens sit, non proinde ratio animam vniri per accidens corpori, quia vnio per accidens non contingit ex eo, quòd actio vniendi, vel relatio sint accidentia, sed ex natura & conditione eorum, quæ copulantur, cùm eiusmodi sunt, vt in vnum simpliciter coire nequeant, quod in re proposita non accidit; quandoquidem anima & corpus sunt actus, & potentia eiusdem generis, habentes inter se naturalem habitudinem & proportionem ad condendum vnum quidpiam substantiale, vt superiùs à nobis dictum est. Quod verò ad tertium vnionem spectat, esto anima cùm à corpore abscedit, ex influxu superni luminis scientiam hauriat, id enim magis ea ratione abiunctionis à corpore, quàm meritò speciei humanæ competit. Occurrẽdum erit animam intellectiuam referri ad corpus, tanquam ad causam materialem, & tanquam ad id, non à quo, sed in ordine ad quod accipit esse. Sic enim causæ notio accipi debet, cùm relatum transcendens dicitur referri ad aliud, tanquam ad causam; nimirum ita vt causa, fuso significato, dicatur id, à quo, vel in ordine ad quod res accipit esse: dummodò tamen id sit aliquod prius. Nam etiam relata secundùm esse, cùm secundùm suas naturas ad aliud referãtur, obtinent suum esse in ordine ad aliud: verùm quia sunt simul natura, illud aliud nõ est quid prius. Alijs placet non omne relatũ transcendens vendicare causam pro termino. Qua de re alibi.

*Anima cùm separatur à corpore nihil de propria substantia amittit.*

*Principium suppositionis.*

Ad quartum, dicendum animam coniungi corpori propter substãtiale bonum totius, vt videlicet ex ea vnà cum corpore species humana compleatur; itemque propter accidentariam quandam sui ipsius perfectionem; nimirum vt perficiatur cognitione intellectiua naturæ suæ congruente, quam sensuum ministerio acquirit, hic enim intelligendi modus semper ei naturalis est. Nec officit quod cùm a corpore abscedit, ex influxu superni luminis scientiam hauriat: id enim magis ea ratione abiunctionis à corpore, quàm meritò speciei humanæ competit. Ad quintum, vt pateat quid respondendum sit, obseruandum est, vnionem animæ cum corpore tripliciter sumi. Primùm, pro actione, qua anima corpori vnitur. Secundò, pro relatione connectionis inter ipsa. Tertiò, pro huiusce relationis fundamento, quod nihil est aliud, quàm causalitas formæ & materiæ, id est, formam tradere seipsa materiæ ipsam actuando & perficiendo, vicissimque materiam subijci formæ, excipiendo eam fouendoque, ita vt ex hac mutuo complexu totum emergat. Porro vnio primo & secundo modo accepta accidens est. Tertio modo sumpta, est modus quidam, qui neque accidens, neque substantia simpliciter dici debent, sed modus substantiæ, vt in Physicis diximus. Ad argumentum igitur dicendum licet vnio primo & secundo modo accepta accidens sit, non proinde ratio animam vniri per accidens corpori, quia vnio per accidens non contingit ex eo, quòd actio vniendi, vel relatio sint accidentia, sed ex natura & conditione eorum, quæ copulantur, cùm eiusmodi sunt, vt in vnum simpliciter coire nequeant, quod in re proposita non accidit; quandoquidem anima & corpus sunt actus, & potentia eiusdem generis, habentes inter se naturalem habitudinem & proportionem ad condendum

## QVAESTIO VII.

### *VTRVM ANIMAE RATIONIS participes ad numerum hominum multiplicentur, an non?*

## ARTICVLVS I.

### *DE PALINGENESIA, ET de vnitate formæ assistentis, quam nonnulli finxêre.*

*1. Sententia.*

DVæ fuerunt in re proposita Philosopho um sententiæ. Altera Empedoclis, Pythagoræ, Platonis, Apollonij Tyanæi, & aliorum, qui absurdam quandam μετεμψύχωσιν, id est, transanimationem induxerunt, allirentes hominum animas, cùm ab vnius corpore exciderint, in aliena corpora certis annorum spatijs demigrare, non homi num tantùm, sed etiam pecudum. Hinc Pythagoras aiebat se fuisse Euphorbum, cui pectore quondam hastilia adueso grauis hasta mortis Atridæ. Et Empedocles se olim puellam fuisse suis carminibꝰ cecinit. Inde quoque ortum habuit dogma illud Pythagoræorum, qui magnum scelus esse prædicabant, pecorum carnibus vesci, ne vt Tertullianus in Apologetico contra Gentes, cap. 48. ait, bubulam de aliquo proauo quisquam obsonaret. Dissidium tamen est inter auctores, num Plato re vera posuerit transmigrationem animarum etiam in corpora belluina, an in humana duntaxat. Plutarchus lib. 4. de Placitis, cap. 20. Plotinus Enn. 3. lib. 4. cap. 2. D. Nemesius libro de Natura humana, cap. 2. affirmãt. Negant Iamblichus, Proclus, Porphyrius, & alij, vt Albert. 12. de Anima. lib. 9. cap. 3. mentes id tantùm secundùm allegoriam dici a Platone. Quod colligere uituntur ex Crity-

*Errorẽ hunc tribuit D. Augustin. Pythagoræ, Serm 143. de Tempore, & Ier. Chrysost. in Ioan. homil. 11. & 66. & D. Epiph. lib. 1. contra hæres. c. 7. Eundem tribuit huic Manichæo D. Augustinus libro de Hæresib. cap. 46. & lib. 5. contra Faustũ, c. 10.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Palingenesia coarguit D. Basil. in mil. 8. Hexa. D. Nemesius cap. 2. lib. 2. de Anima. D. Augusti. lib. 12. de Ciuit. Dei, cap. 20.*

lo, Theæteto, Phædone, & ex epist. ad Dionysium. Qua de re scripsimus libro 1. de Ortu & interitu, cap. 11. q. 1. art. 1. Lege Philostratum in vita Apollonij, Laertium in Pythagora, Porphyrium in lib. de Abstinentia. Errorem de transmigratione animarū scripsit Herodotus ab Aegyptijs ad Græcos manasse. Quē posteà recepere hæretici Albanenses, & Albigenses, quos coarguit D. Athanasius lib. 6. de Incarnatione Filij Dei, docens id esse contra fidem;

Sed relicta huius sententiæ absurditate, quæ iamdiu exoleuit, & inter Poëtarum fabulas versatur, occurrit alia sententia existimantium in disciplina Aristotelis ponendam esse vnam duntaxat animam intellectricem, siue vnum intellectum, qui omnibus hominibus assistat, vt Solis lumen vniuersitati: sic enim Aristotelem interpretati sunt eius discipulus, & scholæ successor Theophrastus, Themistius, Simplicius, Auerroes, alijq; non pauci; etsi no omnes eodem modo de huiusmodi intellectu locuti fuerint. Quoniam autem Auerroes 3. huius oper. com. 5. & in destructionibus destructionum cōtra Algazelem, placitum hoc & Peripateticum, & verum esse multis argumentis defendit, cum eo nobis disputatio erit. Contendit igitur Arabs vnicum tantùm dari intellectum separatum quidem re à singulis hominibus, sed eisdem assidentem, & coniunctum per imagines, quæ in cuiusque phantasia insidēt; atq; ab his imaginibus eius luce collustratis, ait transmitti in ipsum intellectum intelligibiles formas, quibus ille consignatus rerum notiones capiat. Sicque fieri vt nos per eiusmodi intellectum separatum intelligere dicamur. Addit etiā, quadam consecutionis serie de absurdis absurda colligēs, animam intellectricē non esse veram hominis formam, nec hominem per eam essentialiter à belluis distingui, sed per aliam formā, quam cogitatricem nominat: & ad hanc pertinere vult cognitionem singularium, hanc eum quolibet homine progigni, vnaque interire, & hominum numero multiplicari.

*Suscipitur disputatio contra Auerroem.*

*Sententia Auerroica proposita.*

*Eius confutatorum.*

*1. Ratio pro Auerroe.*

Possunt autem pro huiusmodi figmento hęc rationes adduci. Vnumquodque vt est, ita operatur, cùm actio sequatur esse; atqui intellectus habet per se operationē sine corpore, siquidem percipit res vniuersales, & à materię consortio abiunctas. Non est igitur vnitus corpori. Deinde, si vnus tantùm sit, ostenditur. Primū, quia multitudo, quę est secundum numerum, non conuenit nisi formis, quę pendent à materia. Item quia ad illustrandū omnia spectabilia, sat est vna lux Solis; ergo ad illustrandum omnia intelligibilia, sufficiet lux vnius communis intellectus. Item quia communes animæ prænotiones & effatæ, in quæ omnes consentiunt, non aliunde q̄ ex vno & communi intellectu videntur prouenire. Rursus, quia nisi eadem esset omnium intelligentia, nec præceptor doceret, nec discipulus addiscere quicquā posset. Vel enim eadem numero scientia, quę in magistro est, communicatur discipulo, vel diuersa; non diuersa, alioqui vna scientia aliam procrearet, vt ignis ignem; qui tamen operandi modus non nisi rebus physicis conuenit: communicatur igitur eadem scientia, ac proinde vnus idemque est magistri & discipuli intellectus.

*2.*

*3.*

*Aristoteles creditur a quibusdam.*

Iam verò q̄ hæc fuerit Aristotelis mens probatur. Primùm, quia huius operis cap. 5. text. 18. comparat intellectum lumini; videlicet, quia phantasmata splendore suo collustrat ad modum anteà explicatum. Deinde, quia 2. de Gener. anim. cap. 3. ait intellectum foris aduenire, id est, non esse insitum corpori, sed extrinsecus assidere. Postremo, quia cū eius sententia mundus æternus sit, & animus intelligentię particeps non intereat; nisi vnus tantummodo foret intellectus, existeret nūc actu infinitæ animæ cōtra eiusdem placitum in 3. Physic. auscult. lib. Et hoc quidem argumentum permouit etiam ad prædictam intellectus vnitatem in Aristotelis doctrina asserendam, non paucos è recentioribus Peripateticis: in quibus sunt Thomas Anglicus, Achillinus, Odo, Iaudunus, Mirandulanus, Zimara, Vicomercatus, & quidam alij. Eodemque adductus Bessario, non minùs in Aristotelica, quàm in Platonica disciplina eruditus, lib. 3. cōtra Calumniatorem Platonis, cap. 21. statuit alterutrū ex Aristotelis dogmate concedendum; aut vnicum esse intellectum immortalem; aut plures, omnes morti esse obnoxios. Est tamē inter hos auctores dissidium. Nam quidam putant de mente Aristotelis post eandem esse in omnibus hominibus vnam eandemque formam assistentem, vt diximus: alij in formantem, vt Mirandulanus libro 32. de euersione singularis examinis sect. 1. & lib. 33. sect. 2. & 6. & Achillin. lib. de Intellig.

*Idem Auerroi figmentum confirmari videtur ex Aristotele.*

*Et Platonicum.*

## ARTICVLVS II.

### *REFELLITVR ERROR COMmentatoris, ponentis vnum duntaxat intellectum, seu formam assidentem.*

HAec tamen Commentatoris, seu commentitoris ponus de vnitate intellectus sententia adeo stulta est, vt merito Scotus in 4. dist. 43. quæst. 2. dixerit dignum esse Auerroem, qui ob has ineptias ex hominum communione auertūcetur. Alij verò hoc eius figmentum monstrum vocarint, quo nullum maius Arabum sylvæ genuerint. Certe hoc vnum sat esse debuisset ad eos coarguendos, qui filium Rois tanti faciunt, vt eius animam Aristotelis animam esse dicant.

*Auerroi ineptiæ plurimæ.*

Ac primum istiusmodi dogma, qua ex parte negat animam intellectiuam esse veram ac propriam



*Homo nō cōstituitur per solam animā sensitiuam.*

propriam hominis formam, satis à nobis superiori quæstione conforatum fuit: sed insuper addi nunc illud potest, quòd si Socrates per solam animam sensu prædītā in sua specie constituitur, cùm illa intelligendi gradum in se non includat, nec ad eam pertineat intellectus, nisi prout ei interiectu phantasmatum copulatur, vt fingit Auerroes, sequitur hominem vltra animalis naturam non assurgere, nec esse intrinsecè animal ratione prædītum, quin potiùs belluam expertem iudicij & rationis. Quatenus verò ea sententia omnibus hominibus eandem numero animam, eundemque intellectum attribuit, hoc modo refelli potest. Si omnium hominum vna esset anima, vel illa per omnes vniuersi partes commearet, vranima mundi Platonica, vel certis locorum regionibus concluderetur. Primum dici nō potest, vt lib. 2 de Cœlo ostendimus, cùm eiusmodi animam Platonicam fictitiam esse demonstremus. Si detur secundum, sequitur non vbique terrarum hominum phantasmata ab intellectu illustrari, atque ita non posse vbique homines intelligentes esse.

*Nō est vnus omnium hominum intellectus.*

*1. Ratio.*

2. Secundò, Intellectio est actio immanens mixtumque vitalis; necesse est ergo vt ab eo, quod intelligere dicitur, oriatur, in eoque maneat: ac proinde neutiquam potest facultate in alio existente administrari.

3. Tertiò, Etsi candor parietis luce Solis illustratus sui similitudinem ad aspectum mittat, non idcirco tamen actio videndi parieti attribuitur; non enim parietem videntem, sed visum appellamus: ergo quod species intelligibiles à phantasia Socratis in intellectum illum possibilem transfundantur, nō sat erit, vt Socrates intelligere dicatur, nisi intelligendi principium in se cohibeat.

4. Quartò, Cùm phantasmata, quæ Alexander & eius Bucephalus effingūt, eiusdem esse speciei possint, vtpote si vtriq; eadem res cognitæ cuprælsententur; nō minùs poterit communis ille intellectus phantasmatis Bucephali, q̄ Alexandri ad eijciendas rerum imagines copulari. Quare si Auerroes ideò Alexandrum intelligere ait, quia eius phantasmatis intellectus ineatur, dicat quoq; ipsius Bucephalum ob eandem causam intelligere. Itaque Auerroes homo acutus, & ingeniosus, intellectum bellnis donat, hominibus adimit.

5. Quintò, Cùm intellectio & volitio sint intellectricis animæ actiones, si vna cunctorum hominum foret anima, omnes eiusmodi actus illi inessent, sicque oporteret conuenire illi pariter errorem & scientiam, vitium & virtutem, ab eademque simul honestam & turpem actionem exerceri, eandem peccati labe commaculatā esse, & cælestis diuinæq; gratiæ splendore nitere. Denique admittendum esset, vnam animam omnium scelerum, quæ vnquā ab hominibus cōmissa sunt, eam

*6.*

A esse, & omnium pœnas daturam; itemq; omnium rectè factorū præmia reportaturā; quæ omnia stultitiæ & impietatis plena sunt.

Sexto, Quòd vnitas animarum à Peripatetico dogmate abhorreat, patet ex eo, quià Aristoteles hoc in lib. cap. 1. text. 8. post traditam animæ definitionē, in qua intellectiuam comprehendit, docet animam nō quodlibet corpus informare, sed determinatum sibique proprium. Quod iam docuerat 1. lib. cap. 3. B tex. 53. ob eamq; causam Pythagoricam palingenesiam reprehendit. Præterea lib. 12. Metaphys. cap. 3. tex. 16. negat vllam animam antecedere corpus; antecederet autem si vna tantùm foret: siquidem ante corpus Socratis extitisset eius anima. Item eodē lib. cap. 8. text. 49. ait multiplicata materia, multiplicari formam. Deniq; in probl. sect. 30. q. 4. apertè sumit plures esse animas in pluribus hominibus.

Postremò accedit ad nostram assertionem confirmandam, decretum Concilij Lateranensis sub Leone X. sess. 8. quod hisce verbis continetur: Damnamus & reprobamus omnes asserētes animam intellectiuam mortalem esse, & vnicam in cunctis hominibus, hæc in dubium vertentes, cùm illa non solùm verè per se, & essentialiter humani corporis forma existat, verùm & immortalis, & pro C corporum, quibus infunditur, multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata, D. & multiplicanda sit.

Contra hunc etiam errorē, quo olim imbuti fuerant Manichæi, disputat D. Gregor. Nyss. lib. 2. Phil. cap. 7 & 8. D. Epiphan. tom. 2. lib. 2. contra hæret. D. Thom 2. contra Gent. cap. 73. in opusc. 16. quod inscribitur de Vnitate intellectus contra Auerroistas. Magnus Albertus in tractatu de eadem re, vbi proponit triginta argumenta contra hunc errorem, & totidem pro eo adducta diluit. Durand. in 2. dist. 17. q. 1. Gregorius ibid. art. 1 & 2. Scotus in 4. dist. 43 q. 2. Henricus Gand. quodlib. 9. q. 14 & 15. Ochamus quodlib. 1. q. 11. Heroæus quodlib. 2 q. 11. Aegidius libro de Intellectu tract 3. cap. 24.

## ARTICVLVS III.

### *FVTILIA ESSE ARGVMENta initio proposita.*

SVnt qui rationes pro intellectus vnitate superiùs adductas neutiquam dissolui posse arbitrentur, nisi ab ijs, qui Lyceum egredi ausi sunt, & Peripateticis placitis renuntiare quam obstringi; sed multò secus res habet: possunt enim intra Lyceum, ac nihil Peripateticæ doctrinæ repugnando facilè dilui. Ad primam igitur, concedimus vnumquodque vt est, ita operari, sicque animam rationalem, cùm à corpore abscedit, per se, absque corporis famulatu, operari; dum verò

*Soluuntur rationes adductæ p̄ intellectus vnitate.*

corpori

Universidad de Deusto
Biblioteca



corpori innexa est, nec vegetatricium, nec sentientium facultatum munia, aliásve eiusmodi corporeas actiones, nisi per corporis instrumenta obire; imò nec intelligendi actus, licet eos immaterialis potentia edat, recipiátque, sine misterio corporis, & phantasmatum satellitio administrare; tum quia species intelligibiles è phantasmatibus educit, tũ quia absque recursu ad phantasmata saltem ordinariè nihil intelligit.

A

Ad secundam, negandum est quod assumit. Non enim principium numeralis distinctionis à sola materia petitur, vt lib 5 Metaphys. ostendemus. Ad tertiam, concesso antecedente, neganda est consecutio. Nam colluitratio illa phantasmatũ ad eliciendas species intelligibiles, quam fingit Auerroes, impossibilis est, vt ex dictis cõstat. Ad quartam, dicendum ideò omnes in communia effata, & generales prænotiones cõuenire, quia ipso intellectus lumine conspicuæ sunt. Ad quintam, negandum est prius pronuntiatum; dicendumque scientiam, quę est in magistro & discipulo, partim esse eandem, partim diuersam: Eandem ratione obiecti, circa quod versatur: diuersam, quoad species intelligibiles, & quoad ipsum scientiæ habitum. Magistrum verò communicare discipulo scientiam, offerendo ei sensibilia exempla, aliaque his similia, quibus ille phantasmata ad rei intellectionem idonea effingit, proponendoq; ei data communis, & principia illi nota, eaq; ad particulares conclusiones applicando; atque ita ipsum ad intelligibiles conceptiones & cognotæ veritatis notitiam quasi manu ducendo. Quo patet scientiam & à magistro, & discipulo partiatim fieri, modo longe diuerso ab eo, quo causæ physicę effectus suos edunt. Qua de re plenius disseruimus initio lib. 1. Posteriorum. Lege etiam D. Thomam 1. p. q. 117. art. 1. & lib. 2. contra Gentes, cap. 75.

B

C

D

Auerroïs opinio nõ est Aristotelica.

Loca verò ex Aristotele adducta alium sensum habent, nõ eum, quem aduersarij volunt. Non enim Aristoteles intellectum vocat separatum quidpiam & immixtum, quod semper se ipsa extra materiam vehatur, sed quòd non sit potentia ex materiæ coalitum orta, aut organo corporeo affixa.

E

Intellectum autem propterea lumini comparat, quòd vt lux cum coloribus visibilium rerum imagines ciet, sic ille cum phantasmatis concurrat ad producendas intelligibiles species in intellectum possibilem inhærentem animæ, non quidem separatæ, vt finxit Auerroes, sed corpori vnitæ, ipsumque informanti. Ait quoque intellectum extrinsecus aduenire, quia non educitur è potestate materiæ, vt cæteræ formæ physicæ, sed à Deo infunditur, & creatur. Denique ad vltimum argumẽtum, quòd Aristotelis doctrinam admodum implicuit, variè solet respõderi. Quidam enim censent Aristotelem non negasse infinitum in rebus materiæ expertibus, quæ inter se ordinem non habent, vt animæ rationales. Alij ipsum neque animæ immortalitatem palàm tradidisse, neque animarum infinitatem perspicuè negasse, sed vtrumque verborum ambage obtexisse, quod neutrum satis compertum haberet. Lege D. Thom. contra Gentes, lib. 2. cap. 81. & quæ lib. 3. Physic. cap. 8. q. 1. de hac ipsa re disserimus.

F

Art. 5. ad 5

## QVAESTIO IIX.

## *SINT NE OMNES ANIMAE diuisibiles, an non.*

### ARTICVLVS I.

### *CONFVTANTVR FALSAE quorundam opiniones.*

*Diuisibile quid mediũ dicitur.*

VT appareat qua in re propositæ quæstionis difficultas consistat, præmonendum est ex D. Thoma 1. p. q. 76. art. 8. & Durando in 1. Sent. dist. 8. q. 3. in 2 prim distinctionis, trifariam, quod ad institutum attinet, posse quidpiam diuisibile appellari. Vno modo in partes essentiæ, siue physicas, hoc est, in materiam & formam; siue Metaphysicas, id est, in genus & differentiam. Altero in suas potentias & vires. Tertio in partes integrantes, atque extensas, quod dupliciter potest accidere. Nimirum vel ita, vt id ex natura sua, ac per se extensum diuiduumque sit, vel ita vt posse diuidi, ratione duntaxat alterius sibi vendicet. Hoc posito non adducimus in controuersiam vtrum anima hisce omnibus modis diuidua sit. Constat enim non posse illam in partes physicas secari, cum non constet ex materia & forma: liquet etiam posse in Metaphysicas distribui, cum habeat diuersos essentiæ gradus, proprium quę genus & differentiam, vt docet S. Thomas in quæstionibus disputatis, quæst. de Anima, art. 7. Neque verò de animæ sectione in suas potentias difficultas est, cùm nemo inficietur competere ei diuersas facultates ac vires, quarum ministerio actiones suas obit. Superest ergo vt inquisitio tota sit de eo, quod tertio modo sectile dicitur. Ac neque de ipso in tota amplitudine, sed secundùm posteriorem duntaxat considerationem disceptatio est. Siquidem sola quantitas primo, atque ex sua natura extensionem habet, sola primo, ac per se diuisionem in partes vendicat, vt alibi fusè nobis explicatum. Itaque tantummodo quæritur, num quemadmodum materia, ita & anima partes habeat, quæ partibus quantitatis respondeant, quibusque licet ex accidente, extendatur.

*Quæstionis status.*

Porrò variæ fuerunt hæc de re Philosophorum sententiæ. Nonnulli animas omnes insectiles fecere; quod placitum Marsilius Ficinus



cinus Platoni ascribit, lib. 1. de Platonis Theologia, cap. 3. & lib. 8. cap. 1. ac secundum Platonem non posse formam diuidi, ostendunt Plotinus, Numenius & Ammonius apud D. Greg. Nyss. lib. 2. de Anima, cap. 1. & D. Nemesius lib. de Natura humana, cap. 2. Idemq; opinati sunt Simplicius primo huius operis, text. 47. & hoc in libro, text. 20. & Caietanus Thienensis, & Senensis Hugo, quem refert Pomponatius in suo opere de Nutritione, libro 1. cap. 10. aiens eam assertionem non videri à ratione alienam. Verùm hæc sententia neutiquam probanda est, cùm videamus ramum ab arbore præfectum vegetari, & frondescere, & vtramque partem lacertæ diuisæ animali motu cieri, atq; adeò viuere; quod certè aliunde nõ prouenit, nisi quia horum viuentium anima diuisione quantitatis diuiditur, perfectaque diuisione, in partibus seorsim residet. Quod & Aristoteles hoc in libro, cap. 2. tex. 20. & in lib. de Iuuentute & senectute, cap. 1. docet, aiens animam plantæ, & quorundam animalium actu vnam esse, potestate plures, qui secta viuunt. Idem sentit D. Augustinus in libro de Quantitate animæ, cap. 31. aliíque auctores communi consensu. Aduertendum tamen est ex animantibus, quæ in partes secta viuunt, nonnulla post diuisionẽ minùs diuturnam vitam ducere, quia non remanent eis instrumenta, quibus diu seruari queant. Imò & explantis, vt testatur Aristoteles citato libro de Iuuentute & senectute, quædam præcisæ non viuunt, illæ auulsione seruntur: quia aliæ plus ẽ hæ requirunt ad sui tutelam, ideoq; à matre abiunctæ fatiscunt.

*Non omnes animæ sunt indiuisibiles.*

*Lege D. Th. 1. p. q. 76. ar. 8. Herua. in 1. d. 8. q. 4.*

Altera sententia fuit quorundam, quos commemorat Sixtus Sen. lib. 1. Biblioth. sanctæ, annotatione 8. Item Gerardi cuiusdam, quem refert Argentinas in 1. dist. 8. quæst. 2. artic. 1. existimantium omnes animas diuisibiles esse. Hæc tamen assertio, qua ex parte intellectiuam animam comprehendit, absurdi erroris falsitatem continet. Si enim anima intellectiua foret extensa, non esset spiritualis substantia; cuius oppositum superiùs demonstrauimus. Item dependeret quoad suum esse à materia, vt cæteræ formæ diuisibiles, & eius fluxu particulatim dilaberetur actione caloris in humidum grassantis; sicq; non iam immortalis foret, sed caduca, morti; obnoxia. Pluria contra hanc sententiam lege apud Durand. in 1. dist. 8. q. 3. in 2. par dist. vbi putat eadem fide, qua tenemus animam intellectiuam esse immortalem & spiritalem, tenendũ quoque non esse diuiduam, siue extensam.

*cap. 3. huius lib. q. 1. ar. 6.*

*Non omnes diuisibiles.*

*Physicis rationibus concludi potest, animam rationalem esse indiuisibilem.*

Non recte quoque sentiunt Iandunus quæst. 5. lib. 3. huius operis, & Pomponatius libro 1. de Nutritione, cap. 11. aientes, sola fide teneri animã rationalem indiuisibilem esse. Namque vt physicis rationibus concludi potest, eam corpoream esse, spiritualemq; substantiam, vti superiùs ostendimus, essecq; immortalem, vt suo loco patebit; ita eandem insectilem, atque inextensam esse argumentis à natura ipsa petitis conuinci potest. Quid autem de cæteris animabus existimandum sit, progressu statuemus.

### ARTICVLVS II.

### *ALIORVM AVCTORVM placita explicantur.*

COnfutatis articulo superiori duabus extremis sententijs, sequuntur aliæ duæ quasi mediæ. Vna asserentium omnes ac solas animas perfectorum animalium indiuiduas esse, & inextensas. Altera arbitrantium omnes etiam perfectorũ animalium formas extensas esse, & diuiduas, excepta rationali. Prima, assertores habet Alexandrum 2. de Anima, cap. 10. Magn. Albertum in Summa, de Homine, & 1. de Anima, cap. vlt. D. Thom. 2. contra Gent. cap. 72. & 1. par. quæst. 76. artic. 8. Caietanum ibid. Heruæum in 1. Sent. dist. 8. quæst. 4. D. Bonauent. 1. dist. 8. in 2. part. dist. quæst 3. Alensem lib. 7. Metaphys. ad text. 36. Ferrariensem hoc loco, quæst 3 aliosque non paucos. Annotat autem ad hanc sententiam illustrandam Caietanus, loco citato, triplex esse formarum substantialium genus: vnum eatum, quæ in se spectatæ æquè primò totam & quamlibet illius partem respiciunt, cuiusmodi sunt formæ corporum vitæ expertium, vt elementorum, quæ nullam materiæ varietatem, aut organorum distinctionem desiderant; propterea quòd apparatus omnis ad eorum formas in qualibet materiæ portione cõtinetur. Aliud est genus formarum, quæ disparem habitudinem ad totam materiam, & illius partes seruant; nimirum quia diuersa organa, & dissimilem in toto, atque in partibus dispositionem exigunt, & totam materiam, tanquam primum suum perfectibile ita informant, vt aliquam eius partem seorsim informare nequeant. Quo pacto se habẽt hominis perfectorumque animantium formæ; nec enim animus rationalis, aut anima equi abscissum pedem informat. In tertio genere numerantur eæ formæ, quæ licet diuersa organa requirant, sic totam materiam actuant, vt etiam in parte aualsa esse queant, non eadem tamẽ ratione: totam enim materiam informant, vt primarium subiectum in quo obtinent omnia, quę in suo naturali statu petunt: ab iunctam verò vt subiectum secundarium, ac minus ad obeundas operationes instructum: huiusmodi sunt stirpium & animantium imperfectorũ formæ, quæ in duas partes sectæ, secundùm vtramlibet viuunt.

*Placita philosophorum circa animas perfectorum animalium, diuisibilesne sint, an indiuisibiles.*

*Triplex formarum genus, ex sententia Caiet.*

*D. Tho. sententia, omnes ac solas animas perfectorum animalium esse indiuiduas.*

His animaduersis hunc in modum Diuus Thomas loco citato primæ partis sententiam suam confirmat. Ea forma, quæ totum corpus, eiusque partem separatam indiscrimina-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tim respicit, diuisibilis est; quæ verò non ita habet, indiuisibilis; atqui formæ omnes, exceptis perfectorum animantium, indifferenter respiciunt totũ corpus, eiusq; partem separatam, nõ autem formæ perfectorum animantium; ergo illæ diuinæ sunt, hæ verò indiuiduæ & inextensæ. Assumptionem probat; siquidem compertum est in parte à toto seiuncta remanere formã imperfecti animalis; non verò perfecti. Vnde illius pars animali motu agitatur, & doloris sensum habet: huius vero minimè. Neque officit, q peracta diuisione membrum perfecti animalis aliquantisper palpitet; id enim, vt recte ait Mag. Albertus in Summa, de Homine, q. 2. artic. 3. non ad animæ præsentiam, sed ad spiritus vitales, quorum in huius membro maior copia viget, referri debet; quod etiam cernere licet in trunco & capite hominis recens iugulati, in quibus tamen certum est non manere animam. Idem confirmat locus ille Aristotelis ex cap. 1. lib. de Iuuentute & senectute, & hoc in lib. cap. 2. tex. 20. vbi inter animantia, quæ fecta viuunt, sola imperfecta connumerat. Quòd si quis obijciat pari ratione dici posse etiam partes insecti animalis non ab anima, sed à spiritibus moueri; id ex eo refellitur, quia imperfecta animalia post dissectionem conspiciuntur nutrire & augescere, sicut antea, vt patet in lumbricis, & quibusdam alijs: vel saltem diutiùs cientur; cùm tamen non plus spiritibus abundent, quam perfecta animalia.

*Membrum perfecti animalis aliquantisper palpitat.*

Secundo, probatur eadem opinio testimonio etiam Aristotelis, qui capite 5. lib. 1. de Ortu & interitu, differens de perfectorum animantium accretione, docet eam fieri manente, quod augetur, eadem secundùm partes formales, nõ autem secundùm materiales; quia scilicet perfectæ animantes dum viuunt, eandem omnino formam, etsi non eandem omnino materiam, seruant. Ex quo patet illorum animas apud Aristotelem indiuisibiles esse; alioqui vnà cum materia fluerent, mutarenturque. Obijciat tamen quispiam: Motus animalis est ab appetitu & phantasia: at hæc habent in animali certam, ac determinatam sedem. Non igitur manent in qualibet parte animalis insecti; ex quo sequitur, eam se ipsa non viuere. Sed occurrendum in eiusmodi animantibus phantasiam & appetitum aliter se habere, atque in alijs; nec enim obtinent determinatam omnino sedem, vnde fit, vt secta viuant; dummodò diuisio non fiat secundùm longitudinem, sed per transuersum, & pars secta, quæ viuere debet, non sit admodum exigua, vt ait Albertus 1. de Anima.

*Solam animam esse in diuisibilem asserunt.*

Alteriam sententiam, quæ soli animæ rationali ex omnibus formis substantialibus indiuisionem tribuit, tuentur Durandus in 1. dist. 8. q. 3. Aegidius eadem dist. quæst. vlt. Argentinas q. 2. art. 2. Gabriel in 2. dist. 16. quæst. vnica. Iandunus hoc in lib. q. 7. Apolinaris q. 6. Toletanus q. 2. artic. 2. Marcellus in suo 1. de Anima, cap. 9. Th. Garbius tract. 5. q. 49. Commentator 1. de Substantia orbis, & 8. Physic. com. 78. In eandemq; inclinat Richardus in 2. dist. 15. in 2. princ. q. 2. & vt videtur, Alensis 2. par. q. 62. memb. 1. atque eam suo tempore communem fuisse testatur Caiet. 1. par. q. 76. art. 8. Nituntur verò hi auctores hisce potissimùm argumentis: Iu, quod est adiunctum materiæ, eique penitùs insertum, iortitur conditiones materiæ, si non omnes, saltem eam, quæ materiam primo consequitur, quæ est extensio: atqui omnes formæ physicæ, exceptis intellectiua, sunt immersæ in materiam, eique omnino affixæ, cùm extra illam cohærere non possint; ergo omnes, præter intellectiuam, sunt extensæ & diuisibiles, non secus, ac formæ accidentariæ, quæ materiam comitantur, præsertim cùm in vtrisque æqua ratio esse videatur. Secundò formæ, quæ de potestate materiæ excitantur, ita sunt affectæ, vt pars de parte, totum de toto educatur. Sicut enim tota forma leonis, verbi gratia, non videtur præexistere in quantumlibet exigua materiæ portione, ita nec putandum est totam è qualibet parte exiri; sed è toto. similiterq; partem de parte. Igitur cùm omnes formæ, præter intellectiuam, eliciantur de potentia materiæ, omnes extensionem habebunt, ac partes, quibus & toti materiæ, & eius partibus respondeant. Tertiò, Actio, qua anima, etiam perfecti animantis, dempto homine, producitur, est diuisibilis; siquidem recipitur in subiecto quanto; ergo cùm eiusmodi actio sit idem cum anima; nec enim potest à suo termino re ipsa distinguiopportet ipsam quoq; animam diuisibilem esse & extensam. Quarò, Difficile intellectu est, quo pacto anima equi sit indiuisibilis, neq; tamen spiritalis substantia non est, vt patet; ergo neque indiuisibilis.

1. Argum.

2.

3.

4.

## ARTICVLVS III.

### *SOLVTIO QVAESTIONIS, enodatio argumentorum vtriusque partis.*

VTraque earum opinionum, quas articulo superiori explicuimus, videtur admodum probabilis. Quare vtriusque argumenta diluemus, vt quam quisque volet amplectatur; etsi nos priorem libentiùs tueamur. Ad primum eorum, quibus prior confirmabatur, respondemus formas imperfectorum animantium respicere non modò totam materiam, sed etiam partem, vt perfectibile, in quo permanere possunt; formas verò perfectorum haud ita se habere, ideoque in parte materiæ non posse, non quòd omnes indiuisibiles sint,

*Ad 1. arg. Vt probetur statuitur totum non ad totam materiam, sed ad partem animas permanere, materiæ indiuisibiles esse.*



*Tertia tamen assertio est, animam rationalem esse indiuisibilem. Soluuntur rationes pro indiuisione animarum perfectorum animalium.*

sibiles sint, id enim soli intellectiuæ animæ competit; sed quia quo forma perfectior est, eò maiori accidentium apparatu, ac pluribus eget organis, vt in corpore seruetur; quæ organa cùm certis sedibus distributa sint, facta diuisione confestim pereunt. Quare ex eo quòd anima perfectorum animalium partem materiæ seorsim informare nequeat, non rectè colligitur eam indiuisibilem naturam obtinere; sed nobilioris notæ esse. Neque aliud probant loca Aristotelis ex cap. 1. de Iuuent. & cap. 2. huius, quibus tantummodò habetur viuentia imperfecta viuere; nõ autem eorum duntaxat formas diuiduas esse.

Ad 2. Ad secundum, respondetur in accretione dici manere idem secundùm formam, nõ autem secundùm materiam, quia res, quæ accrementum sumit, semper manet eadem secundùm rationem suæ speciei; sæpe enim apud Aristotelem forma pro specie, reique definitione sumitur non manere verò idem secundùm materiã, quia materia continenter fluit. Atque hæc interpretatio est D. Thomæ 1. par. q. 119. art. 1. ad 2. quam, qui sequi voluerit, dicat Aristotelem loco illo 1. lib. de Ortu & interitu, non de solis perfectis viuentibus, sed de omnibus vniuersim loqui.

*De hac re differimus lib. 1. de Gener. cap. 5. q. 12.*

Argumenta etiam, quæ pro secunda opinione adducta sunt pari facilitate diluuntur. Ad primum dicendum, esto extensio sit primaria affectio materiæ, non debere proinde omnes formas, quæ materiæ affixæ sunt, illius extensionem sortiri. Nec obstat, quòd eam subeant omnes formæ accidentariæ materiales, vt candor & frigus, cæteræque id genus; hæ namque ita pendent à materia, vt ei inhæreant interuentu quantitatis, atque ita magis illi addictæ sunt, magisque eius conditiones sequuntur: substantiales autem formæ non ita se habent, vt perspicuum est. Ad secundum negãdum quod assumit, dicendúmque formam perfecti animalis totam præexistere potentia in vnaquaque parte materiæ, totamque de qualibet parte educi, nõ tamen vt de toto perfectibili; sed vt de eo, cui tota respondere possit, dum corpus informat.

*Solutio 1.*

2.

Ad tertium dicendum, actionem, qua perfecti animalis forma gignitur, esse idem secum illa, & indiuisibilem beneficio termini, a quo indiuisibilitatem mutuatur; ac quemadmodum forma ipsa, licet indiuisibilis sit, est nihilominus in materia diuisibili non inhæsiue, sed subiectiuè, ita & actio, qua efficitur. Nam quod est idem cum substantia, non potest esse in materia per inhæsionem. Quæ de re lib. 1. de Ortu & interitu ex professo egimus.

3.

Ad quartũ respondetur, licèt omnes spiritales substantiæ indiuisibiles sint, non licere tamen reciprocare, ita vt omnes etiam substantiæ indiuisibiles spiritales censeantur. Ea enim tantummodò spiritalis substantia dicitur, quæ ita insectilis est, vt immaterialis sit, hoc est, extra materiam cohærere possit. A quo cùm omnes formæ, excepta rationali, longè absint; fit vt nullo modo spiritales substantiæ appellari debeant.

4.

---

## QVAESTIO IX.

### *SITNE TOTA ANIMA IN corpore, & tota in qualibet eius parte.*

## ARTICVLVS I.

### *DISCEPTATIO PROPOsitæ dubitationis.*

NOn vocamus in quæstionem, sitne anima in sanguine, cæterisque humoribus. Iam enim primo de Generatione statuimus tum humores, tũ alia quædam, etsi animalium partibus, vtcumque annumerentur, & anima, & vitæ muneribus destituta esse. Erit igitur quæstio de anima comparata ad corpus, quoad eas tantùm partes, quæ vita prædita sunt. Quæstionis verò sensus est, virum anima in corpore ita sit, vt nulla pars corporis careat anima, & ita in qualibet parte, vt in singulis insit tota.

*Quæstionis sensus.*

Negatiua pars controuersiæ secundùm priorem sensum spectatæ suaderi potest. Primùm, quia anima videtur esse tantùm in cerebro: tum quia congruit, vt id, quod totius corporis regimen obtinet, in cerebro tanquã in arce habitet. Deinde, quia in solo capite excubant simul omnes interni, externiq; sensus, qui rerum intelligendarum interuntij, & quasi apparitores sunt. Tertiò, quia ratiocinandi facultas in eis, quorum mininges læsæ sunt, pertuibatur; quod argumento est illic intellectum, animamque ipsam residere: non autem in alijs partibus corporis, in quibus similem offensionem non accipit.

1. Argum.

Rursus verò quòd anima in cordis recessu duntaxat collocanda sit, inde probatur; quia cor est fons vitæ, cuius beneficio omnis vitæ actio administratur, & à quo calor per singulas corporis partes diffusus omnia membra fouet; suisq; viribus instruit; tum quia cor ad vehementes animi commotiones, vt iram, timorem, cupiditatem vehementiùs inflammatur. Pro quo etiam faciunt verba illa Seruatoris nostri Matth. 15. de corde exeunt cogitationes; quo ex loco D. Hieronym. lib. 2. commentariorum in Matthæum ad idem caput colligit, animam non in cerebro vt Plato aiebat, sed in corde esse ex Christi disciplina.

2. Argum.

Item, forma debet materiæ proportione respondere; sed anima, prout est forma corporis est essentia quædam simplex: ergo non respondet ei multiplex materia, qualis est, quæ organorum diuersitate constat, quare non est

3. Argum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



4. Argum. anima in partibus organicis. Præterea, eadem videtur esse proportio animæ ad corpus, quæ intelligentiæ motricis ad sphæram cœlestem: ergo quemadmodum intelligentia non est in tota sphæra, vt docet Aristoteles 8. Physic. cap. 10. text. 84. sed certo & definito loco; ita nec anima in toto corpore. Ad hæc si arteria vinclatur, nõ mouetur quod infra nodum est; ergo cùm motus sit index animæ, videtur id, quod infra nodum manet, animæ præsentia destitui. Denique indiuisibile non nisi indiuisibili adæquatur: ergo cùm nulla pars corporis indiuisibilis sit, nulla anima indiuisibilis erit in aliqua parte corporis.

5. Argum.

Accedit postremò locus Aristotelis in libro de Motu animalium, capite 7. vbi perspicuis verbis animam non in qualibet, sed certa quadam parte corporis sedem habere. Animal, inquit, ita constitutum esse iudicare debemus, vt ciuitatem legibus bene institutam & temperatam: in hac enim postquam administrationis ratio semel instituta est, nihil oportet absentem principem rebus singulis, quæ geruntur, interesse, immò verò quisque officijs fungitur suis, vt mandatũ est, & aliud post aliud ex consuetudine administratur, & instituitur: in animãtibus autẽ hoc ipsum per naturam efficitur, quòd singula quæq; membra ita constituantur, vt ad munera sua exequenda probè affecta sint: quocirca non opus est in vnoquoque membro animam inesse: sed cùm in certo principio consistat, reliqua membra, quòd illis adiungantur, viuunt, atq; officia per naturam obeunt sua.

Quod verò ad alterã quæstionis partem attinet, qua quæritur, num in singulis partibus tota insit anima, probarit aliquis nõ inesse singulis, hunc in modum: Anima mouetur ex accidente ad motum corporis, in quo est, similiterq; eo quiescente, quiescit. Igitur si anima sit tota in singulis eius partibus, cum eodem tempore manus quiescat: & pes moueatur; & altera manus sursum; altera deorsum agitetur; tota anima simul mouebitur, & tota quiescet, eodemq; tempore contrarios motus subibit. Secundò: Cùm aliquid totum est alicubi, nihil illius extra est; ergo si anima tota sit in capite, nihil illius in pede erit. Tertiò: In qualibet parte humani corporis est tota anima hominis; ergo quælibet pars hominis homo est. Probatur consecutio, quia integra hominis essentia corpore & anima continetur.

## ARTICVLVS II.

### REFERVNTVR VARIA PHILOSOPHANTIVM DOGMATA, CONSTITVITVR VERA SENTENTIA.

*Platonis Philosophorũ opinio.*

IN hac quæstione non vna fuit veterum sententia, vt præter alios refert Diuus Gregorius Nyssenus in libro de Hominis opificio, cap. 12. Lactantius libro de Opificio Dei, cap. 16. Tertullianus in libro de Anima, Cicero lib. 1. Tusculan. quæstionum. Quidam enim animam in capite, velut in arce, constituerunt, è quibus Xenocrates in vertice, Hippocrates in cerebro, Herophilus in cerebri concauo, siue basi. In membranulis Strato & Erasistratus. In supercilioriũ meditullio Strato Physicus. Alij in alijs partibus. Parmenides & Epicurus in toto pectore, Philo Iudæus libro, qui inscribitur: Quòd deterius potiori insidietur, in corde. Stoici item in corde, vel in spiritu circa cor. Diogenes in arteria cordis concaua. Alij in abdito quopiam loco, è quo quasi aranea pro rerum opportunitate per totum corpus discurreret.

*quæ corporis parte anima resideat.*

*Mirand. lib. 1. de Examine vanit. doctr. cap. 4.*

Quid verò Plato hac in re senserit, explicat Alcinous in libro de eius doctrina, cap. 23. hunc in modum: Animam hominis immortalem à primo Deo suscipiẽtes dij mortalium generum conditores, partes illi duas mortales, vt diximus, adiunxerunt. Verùm ne vis animæ immortalis, atque diuina deliramentis mortalibus inficeretur, in ipsa corporis arce sedem eius, vrpotè principis omnium, statuerunt. Etenim habitaculum eius caput esse voluerunt, ea figura, qua mundus est elaboratus. Reliquum corpus huic ad ministerium quasi vehiculum subiecerunt. Ipsis verò mortalibus portionibus proprias singulis prouincias assignarunt. Iracundiæ quippe præcordia: cupidini locũ medium inter vmbilicum atque diaphragma, ibique vim eam veluti furiosum & agreste animal ligauerunt.

Pro explicatione huiusce controuersiæ animaduertendum est, totum, quod ad præsens institutum attinet, sumi tripliciter. Primo enim modo dicitur totum integrale, seu quantum. Secundo, totum potestate, seu virtute; quod videlicet multas vires, seu potentias continet, quæ tamen ab Aristotele in his libris nonnunquam partes vocantur. Tertio, totum essentiale, quod partibus essentiæ, seu Physicis, seu Metaphysicis constat. Nec verò illud ignorandum, animam esse totam in qualibet parte corporis, bifariam intelligi posse. Vno modo positiuè, ita vt anima secundùm omnes partes, quibus se ipsa constituitur, insit in qualibet parte corporis. Altero negatiuè, ac si diceretur, nõ secundùm vnam partem esse in vna parte corporis, & secundùm alteram in alia; sed quidquid habet, siue è partibus coalescat, siue non, id totũ in qualibet parte corporis contineri.

*Totum tripliciter sumitur.*

Sit prima assertio: Anima tam diuisibilis, quàm indiuisibilis informat quamlibet partem corporis. Hæc, quæ tradnntur à D. Thoma lib. 2. cõtra Gent. cap. 72. & alijs Peripateticis communi consensu, ex eo probatur, quia nulla substantia corporea viuit, nisi quia habet animam, quæ est vitæ fons, & principium.

*Assertio 1. probatur.*

Igitur



Igitur cùm singulæ partes corporis animati viuant, siquidem omnes nutriuntur, planè sequitur quamlibet partem corporis animati informari ab anima. Adde cùm vnicuique compositio naturali vna tantùm insit forma substantialis, vt primo libro de ortu & interitu ostendimus, necessariò animam in toto corpore esse; alioqui aliqua materiæ pars esset omni forma substantiali destituta; quod naturæ viribus nequaquam fieri potest. Accedit testimonium Aristotelis hoc in lib. cap. 2. text. 20. vbi docet animã spiritum per totum corpus diffundi.

2. Assertio.

Secunda Assertio. Anima, vt est totum potestate, siue diuisibilis, siue indiuisibilis sit, nõ continetur tota in qualibet parte corporis. Hæc ex eo patet, quia licet immateriales potentiæ, quæ animæ intellectiuæ inhærent, vt intellectus, & voluntas, sint in quauis parte corporis, sicuti & ipsa anima: aliæ tamen vires nempe organicæ, non ita se habent; sed paucis exceptis, vt facultate nutritiua, quæ per totum corpus fusa est, pleræq; omnes sedibus discretæ, ac distinctæ sunt, vt suo loco patebit. Itaque anima, exempli gratia, secundum aspectum in oculis, secundum auditum in auribus, secundum phantasiam in cerebro insidet.

*Potentiæ organicæ quo facto sint in animali.*

Obijciat tamen aliquis: Omnes in vniuersum potentiæ inhærent in anima; ergo non refert discrimen illud inter potentias organicas, & non organicas constituimus. Probatur antecedens, quia omnes potentiæ fluunt ab anima, adq; per actionem immanentem (si enim fluerent per actionem transeuntem, iam earum emanatio non improprie, sed propriè actio diceretur, cuius oppositum docuimus in Physicis) atque adeo necesse est vt omnes potentiæ maneant in ipsa anima. Nonnulli, è quorum numero est Iandunus hoc in lib. quæst. 7. concedunt omnes potentias recipi in anima. Sed non ita est: nam cùm potentiæ ex communi philosophorum doctrina aliæ sint materiales & extensæ, nimirum quæ organicæ dicuntur; aliæ immateriales & inextensæ, sicuti & vtrarumq; operationes; fieri nequit vt organicæ inhæreant formæ indiuisibili, sed necessariò recipientur in materia, non quidem nuda, sed vt connotat organa, & vt est sub forma substantiali, ad eum modum, quem primo de ortu & interitu diximus. Ex qua etiam disputatione facile erit perspicere non inhærere potentias organicas in toto composito, etsi contrarium arbitrentur Aegidius quodlib. 3. quæst. 10. Caietanus de ente & essentia, cap. 7. quæst. 10. Soncinas lib. 7. Metaph. quæst. 7. & alij. Neque obstat quòd Aristoteles primo huius operis, cap. 4. text. 66. docuit functiones animæ esse coniunctis: ex quo sequitur etiam potentias in ipso coniuncto, id est, in toto esse, cùm eiusdem sit actus, cuius est potentia, tolle eodem Aristotele in lib. de somn. & vigil cap. 1. Nõ inquam obstat, quia eo loco tantùm significatur sentire, aliasque eiusmodi operationes non administrari absque consortio animæ & corporis, contra Platonem, qui existimauit operationes sensuum esse proprias animæ, in ipsaq; inhærere. Ad argumentum verò pro sententia Iandani respondendum est, non omnes potentias fluere ab anima per actionem manentem in ipsa anima, sed spiritales tantum. Itaque materiales potentiæ fluunt per actionem transeuntem in materiam, vbi recipiuntur: nec inde sequitur eiusmodi fluxus esse actiones proprie dictas, cùm sint quasi resultantiæ quædam.

Tertia assertio. Anima diuisibilis, vt est totum primo, vel tertio modo, non inest tota in qualibet parte corporis. Hæc ex eo ostenditur, quia cùm anima diuisibilis extensione materiæ, & quantitatis dilatetur, & extensa sit; oportebit singulas eius portiones singulis materiæ partibus respondere, atq; adeo non erit tota quoad substantiam in qualibet parte corporis. Nec est quòd quispiam dubitet num Metaphysicæ partes animæ cum anima ipsa extendantur. Nam cùm illæ à substantia animæ realiter non differant, necessum erit ad eius extensionẽ suo etiam modo extendi.

3. assertio.

Quarta assertio. Anima indiuisibilis, vt est totum tertio modo, est tota in qualibet parte corporis secundum rationẽ verò totius primo modo sumpti dici potest esse in qualibet parte corporis negatiuè. Hæc quoad priorem partem ex eo constat, quia cùm anima quamlibet partẽ corporis viuentis informet, vt in prima assertione ostendimus, necesse erit animam partibus carentem, in qualibet parte corporis totam esse. id enim quod indiuisibile est, vbicunque est, totum est. Quoad secundam verò partem similiter ostenditur eadem assertio; quia cum anima indiuisibilis constet partibus integrantibus, eatenus dici potest secundùm prædictam considerationẽ totius primo modo spectati, esse tota in qualibet parte corporis, quatenus non obtinet vnam partem integrantem in vna corporis parte, aliam in alia.

4. Assertio.

## ARTICVLVS III.

### EXPLICATIO ARGVMENTORVM PRIMI ARTICVLI.

*Dilutio argumentorum. Solutio 1.*

ARgumentorum, quæ primo articulo proposuimus, dilutio ita se habet. Ad primum dicendum, ex eo nõ concludi animam quo ad totam substantiam nõ esse in singulis partibus corporis: sed duntaxat quoad aliquas ipsius potentias, functionẽ sue peculiari modo quibusdam eius partibus inesse; vt in capite quoad omnes externos sensus, excepto

Universidad de Deusto
Biblioteca



tactu, qui per omnia membra permeat; itemque quoad internas sentiendi facultates vtriusq; intellectus famulas, & adiutrices. Quòd verò cùm mininges læsæ sunt, iudicium perturbetur, non prouenit ex eo quòd anima in cerebro tantùm insit, sed quia oportet intelligentem vti satellitio phantasiæ, eiusq; idola speculari. Vnde si ea turbata fuerit, nequit

*Solutio 2.* anima officio rationis iste defungi. Secundũ etiam argumentũ tantummodò cõficit animam esse in corde, vt in fonte caloris, & spiri- B tuũ officina, ac sede appetitus sensitiui, à quo variæ perturbationes oriuntur, non verò illic

*Solutio 3.* duntaxat secundũ informationẽ esse. Ad tertium dic, etsi forma sit quidpiã vnum secundum essentiam, esse tamen virtute multiplex ob virtum, quas ex se profundit, vbertatem, ideoq; ad eorum officina distinctis organis

*Solutio 4.* egere. Ad quartũ, Cum quælibet pars viuentis viuat, oportere in qualibet eius parte esse animã, at cœlum non est viuens, nec intelli- C gentia corpus cœleste informat, sed ei tantũ,

*Solutio 5.* vt motor assidet. Ad quintum, Ideirco arteriã ligatam infra nodum nõ moueri, quia motus arteriæ est à motu cordis, qui per constrictionem impeditur, non autem quod infra nodũ

*Solutio 6.* non maneat anima. Ad sextum, Indiuisibili quantitatis non posse adæquate respondere nisi indiuisibile. Verùm indiuisibili substantiæ, cuiusmodi est anima, cũ virtute diuisibile quidpiam sit posse diuisibile respondere; D quod etiã patet in angelis, qui indiuisibiles cùm sint, in spatio tamen diuiduo existunt. Quod ad locũ Aristotelis citatum ex libro de Animaliũ motu spectat: Simon Portius libro de mente humana cap 7. colligi ex eo putat animam secundũ Aristotelis sententiam non esse in toto corpore: sed non recte sentit, nõ enim Aristoteles illud pronunciat de anima secundum suam substantiam, sed quoad potentiam motricem; de qua inibi erat quæstio. E Hanc verò statuit in corde vt in omnium vi-

A talium functionum principio, ac fonte.

Ad primum verò eorum, quæ secundam quæstionis partem attingunt, respondet D. Th in 1 d.37. q.4.art 1. Capr. in 2.d.2. q.1.art. 3. & Caiet. ad art.8. quæstionis 76. primę partis mota manu, animam nec per se, nec ex accidente moueri; quia immateriales substantiæ nullo pacto subitè motum dicuntur, nisi cùm id, in quo definitiuè sunt, mouetur: anima verò non est definitiuè in manu. Alij, in quibus est etiam Diuus Thomas de spiritualibus creaturis quæstione vnica, articulo 4. ad 7. Aegidius in primo d.8.1. parte distinctionis principio quæstionis tertiæ, minimè absurdum putant concedere moueri simul animam, & quiescere, cùm ipsa in se eiusmodi quietem, & motum non recipiat, sed diuersas partes corporis, quas informat, quanquam id in ijs, quæ per se mouẽtur, aut quomodolibet in se motũ recipiunt, fieri nequit. C Alij deniq; fatentur animam moueri per accidens ad motum manus, negant tamen simul quiescere, quiescente pede. Nam cùm quies sit priuatio, quæ absolutè motum negat, non dicetur, inquiunt, anima quiescere, nisi totum corpus, in quo est motu vacet. Ex his tribus solutionibus etsi nulla omnino displiceat, prima magis placet. Ad secundũ negari potest in primis antecedens. Vt enim res alicubi tota esse perhibeat, sat est nihil illius nõ esse vbi tota contineri dicitur: vel admittatur, in ijs tamen, quę alicubi definitiuè, aut circunscriptiuè sunt, vt in primo, & adæquato suo perfectibili; quo pacto formæ indiuisibiles non sunt in qualibet parte corporis. Atq; hæc solutio est D. Thomæ in quæstionibus disputatis, quæstione de anima, art. 10. ad 3.

*Quo pacto moueatur anima, mota sola manu.*

Ad tertium, neganda est consecutio. Non enim homo dicitur id, quod cõstat ex anima rationali, & quacunq; materia, sed ex ea, quę sit primum, & adæquatum perfectile, quale non est pars materiæ.

*Non quælibet pars hominis dicitur homo.*

---

ΚΕΦ. β.

Text.12. ΕΠΕΙ δ' ὁμοίως τὰ φανερὰ μᾶλλον, φύσει ἐστὶν ἐξ ἐλαττόνων τὰ σαφέστερα καὶ τὰ γνωριμώτερα τῇ ἀκολουθίᾳ, πάντες πειρῶνται τοῦτον ποιεῖν τὸν τρόπον ὁμοίως λέγειν ἐπὶ τῆς ψυχῆς, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ μάλιστα γνωριζομένων, καὶ γὰρ τὰ ἐκτὸς ἐκ τούτων ἐστὶ συνεπιστήσασθαι.

τοῦ ζ

CAPVT II.

*AT enim cum ex obscuris quidem, magis autem manifestis fiat id notum, quod est dilucidum, ac notius ratione: eniendum est rursus hoc pacto de ipsa anima pertractare. Rationem enim diffinitam non solùm esse significare, vt complures dicere diffinitiones videntur, sed etiam in ipsa causam inesse, ac apparere, oportet.*

Nunc

---

## CAPITIS SECVNDI EXPLANATIO.

*AT enim, cùm ex obscuris*] Aliam traditurus animæ definitionem, quæ animatum species distinctiùs explicet, methodum, modumq; doctrinæ statuit, vti facere consueuit cùm grauis controuersia existat. Ait ergo velle se ex obscuris naturâ, sed nobis notioribus ad ea, quæ secundum rationẽ magis nota sunt, progredi; tradereq; definitionẽ, quæ causam cõtineat: oportet enim nõ solùm quæ res sit, sed cur sit declarare. Quæ sui dicant nobis, quæ natura notiora, obscuriora ve satis lõga disceptatiõe in primo Physicę Auscultationis lib. exposuimus.

b *Nunc*



ἐστὶν ὥσπερ συμπεπερασμένοι· οἱ λόγοι δ' ἔχουσι διὰ τί ἐστιν ὁ τοιοῦτος συλλογισμός, τὸ δὲ τί ἐστιν ἐνίοτε μὲν ἀγνοοῦσιν ὅροι ὄντες καὶ λόγοι τῶν πραγμάτων, ἐνίοτε δὲ συμπεπερασμένοι. ὁ γὰρ λόγος τοῦ τί ἐστι πεῖσις. λογικὸν δὲ ἀπορήσαι λαβόντες τὸ οὗ ἕνεκα διαιρεῖν τὸ ἐμψυχον ἢ ἄψυχον τοῦ ζῆν πλοῖον γὰρ ἢ ζῶν λογικὸν, καὶ ἐν τῷ τόδε τι παρὰ τοῦτο ἢ τοῦτο, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ τὸ τί ἐστιν ἢ ὅτι ἐστὶν ἢ οὐ σαφὲς, ἢ φύσει τι, ἢ ἀνάγκη.

δῆλον δὲ

*est, vt intellectus, sensus, motus loco ac status, et insuper motus nutrimẽti accõmodata, et accratio decernitur.*

b *Nunc aũt diffinitionũ cõplures, vt cõclusiones esse videtur.* c *Velati quid est quadratio, cõfectio figuræ laterũ æqualiũ angulorũq; rectorũ æquilo altera ex parte logiori figuræ aq; desinitio talis cõclusionis accipat locũ. Est ea, quæ quadrationẽ inuentione esse mediæ, dicit, ipsius rei profecto cansam, vt patet, assignat.* d *Dicamus igitur hinc cõsideratione initio sumpta animatũ ab inanimato ea ta seligi. Aiũ, cũ multis aliã viuere qualitatem, etiã ũnũ tantũ in ijs esse, vincere illud dicimus cui in-*

*Quapropter*

b *Nunc autem definitionum*] Definitionũ tria esse genera cõstat ex primo Post. cap 7. Quędam enim traditur per formã, vel materiã. Quędã per causam finalẽ vel efficientẽ. Aliæ vtriusq; causæ genus cõprehendunt: & quæ ex vno constat genere dicitur interdũ cõclusio, prout demõstratur per aliã; interdum medium, prout aliã demonstrat. Quæ autem ex vtroq; coalescit, appellatur demõstratio positione tantùm, seu collocatione differẽs; quia cõtinet medium & cõclusionẽ, ex quib. demõstratio coagmẽtari possit, accedẽte forma syllogistica. Talis est hæc definitio. Homo est animal rationis particeps, õstans corpore in cœlũ erecto. potest enim ex eo cõfici demõstratio, qua causa materialis per formalẽ, seu quasi formalẽ de homine ostendatur, hunc in modũ. Omne animal particeps rationis constat corpore in cœlũ erecto, sed homo est animal particeps rationis: ergo constat corpore in cœlũ erecto. Propositũ verò Aristoteli est ita tẽ animæ definitionẽ tradere, vt ex illa & ea, quã superiori capite assignauit, fiat vna, quæ sit demonstratio positione differens: ita nimirum, vt vna ex alia demonstrari possit.

*Tria definitionum genera.*

*Definitio cõstans ex duobus genere coalescit, demõstratio appellatur.*

c *Velati quid est &c.*] Vt ostendat quasdam esse definitiones, quæ res causam explicant, alias quæ non ita se habent exemplum subijcit à Geometria petitum. Quod vt intelligatur, aduertendum est dato vno quadrangulo rectilineo, posse dari quadratum æqualem aream complectens. Est autem quadrangulum figura quadrangularis duorum laterum inæqualium, vt A. Quadratum verò est figura item quadrangularis habens omnia latera æqualia & rectangula vt B. Quadratæ autem quadrangulum est inuenire quadratum æquale spatium cõtinens quadrangulo. Hoc autem fit per mediæ lineæ inuentionem.




*Quadratũ, & quadrangulũ æquales aream habere possunt.*

*Euclid. 1. elem. 45.*

*Quadratũ quomodo inueniatur.*

Media linea est ea, quæ inter latus maius quadranguli, & latus minus ita se habet, vt quam proportionem obtinet maius ad ipsam, eandem obtineat ipsa ad minus, exẽpli gratia. Si latus maius quatuor habuerit palmos, latus verò minus vnum; linea media duos complectetur, quia sicut in duplo superatur à maiori latere, ita in duplo superat minus. Ex mediis igitur linea tribusq; aliis ipsi æqualibus confectum quadratum, æquale est quadrangulo dato. Talem porro lineam sic inuenies. Quadrãguli latus maius, & minus quæ ad punctum anguli A. concurrebant in rectum extende & super totam eam lineam describito semicirculum à puncto cõiunctionis A erige perpendiculariter, siue ad angulos rectos lineam vsq; ad circunferentiam: illa igitur erit media ex quã conficitur quadratum æquale. His positis sciendum quadrationem, quæ dicitur tetragonismus, dupliciter definiri. Vno modo definitione non reducente prædictã cansam quadrationis, nimirũ. Quadratio est cõfectio quadrati æqualis quadrangulo; vel reducente eiusmodi causam: scilicet, Quadratio est inuentio mediæ lineæ inter latera inæqualia quadranguli. Hæc enim definitio continet causam illam quadrationis. Hoc exemplũ eò spectat, vt doceat Aristoteles velle se tradere animæ definitionem, quæ rei causam explicet.




*Quadratio dupliciter definitur.*

*Quid sit media linea.*

d *Dicamus igitur*] Dixerat se progressum à, esterioribus, siue obscuris naturâ, & notioribus nobis ad ea, quæ naturâ sunt notiora: eam methodũ seruat. Progreditur enim ab animato ad animam, constat verò animatum esse posterius natura, quàm animam; siquidem animatum dicitur, quod animæ particeps est, denominaturq; ab anima: quod verò ab aliquo denominatur, posterius illo est. Constat quoque animatum esse nobis manifestius, quàm animam; quia compositum, & totum primò menti occurrit (intellige quoad confusam cognitionem) quàm eius pars: anima autem pars est corporis animati. Constat item animatum quoad cognitionem distinctam esse ignotius natura, quàm animã, sicuti & omne totum sua parte. Processit ergo Aristoteles ab animato explicans, discrimẽ inter animatum & inanimatũ: videlicet

*Animatũ, & inanimatũ quomodo differant.*

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca



quòd animatũ viuat hoc est, à se ipso moueatur, & actiones ab interno vitæ principio fundat. Vnde rectè annotat Simplicius vitam Græcè ζωὴ dicti ἀπὸ τῦ ζέειν, hoc est, à feruendo, quoniã ex se & intrinsecus feruet, est hoc, agit, seu mouet, moueturq;.

e *Quapropter*

διὸ καὶ τὰ φυόμενα πάντα δοκεῖ ζῆν. φαίνεται γὰρ ἐν αὐτοῖς ἔχοντα δύναμιν τ καὶ ἀρχὴν τοιαύτην, δι' ἣν αὔξησιν τε καὶ φθίσιν λαμβάνειν κατ' τὰς ἐναντίας τόπους· ἀρξάμενα μὲν γὰρ αὔξεσθαι, κατὰ τοῦτο· ἀεὶ γὰρ ἐπὶ πλεῖον καὶ πάντη ἐπιτείνει τὰ τοιαῦτα τὸ ζῆν· ἐφ' ὅσον δὲ πέφυκε μεγέθη λαμβάνειν τὰ τοιαῦτα τὸ πλῆθος, ἕως ἂν ἡ φυτικὴ δύναμις ἐπιτείνουσα τὸ ζῆν ἄλλα τινὰ ἀδύνατα ποιῇ τοῖς ἔχουσιν. φαίνεται γὰρ ἐπὶ τῶν φυομένων ἀδύνατον ἄνευ ψυχῆς εἶναι· τὸ γὰρ ζῆν ἐν τούτοις ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ψυχῆς ὑπάρχειν. ἔστι δὲ τὸ μὲν ἔχειν τοιαύτην ἀρχὴν δυνάμει τὸ φυτὸν εἶναι· τὸ δὲ ζῆν μὴ ἐν ὕπνῳ, ἢ ἐν ἐνεργείᾳ τὸ ἀπὸ τῆς ψυχῆς· ἐν ὕπνῳ δὲ τὸ μηδὲν ἐνεργεῖν, ἀφθορίας δὲ μὴ ὄντος ἀδύνατον ἐν τοῖς θνητοῖς. φθορὰ δὲ τοῖς μὲν ἀπὸ ἐναντίας ἐστὶν ἐνεργείας, ἀφθορία δὲ τοῖς ἀπλῶς ἀδύνατον. διὸ τοῦτο μόνον ἐνδέχεται τῶν θνητῶν ἀεὶ ὑπάρχειν, ἀφθορίαν δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ψυχῆς ζῆν· ἡ δὲ ψυχὴ τοῦ σώματος τοῦ ἔχοντος ἐξ ἀρχῆς ἐστὶ πρῶτον, ὥστε τὸ ἀπὸ τῆς ψυχῆς ζῆν καὶ τὸ ἔχειν σῶμα ζῶν ἐξ ἀρχῆς μάλιστ', ἢ καὶ τοῦτο.

e *Quapropter & vniuersæ plantæ videntur vi-* Text.14.
*uere.* Quippe cùm videantur in se ipsis vim habere talem atq; principium: quo ad contraria loca tam incrementa, quàm decrementa suscipiunt. Nam enim sursum quidem accrescit, deorsum autem non accrescunt. sed ad vtrunq; similiter differentiam, & omni ex parte semper q; nutriuntur, & eousq; viuunt, quousq; possunt alimentum accipere. f *Atq; hæc quidem vis à cæteris seiungi* Text.15.
*separariq; potest, cætera autem in ipsis mortalibus ab ista nequeunt separari. Quod quidem in ipsis perspicitur plantis, nulla enim præter sui in ipsis, vt patet, alia præter hanc, animæ potentia atq; officium inest. Viuere igitur ob hoc principiis vinentibus competit. Animal autè est ob sensum primũ.* Text.16.
*Nam & ea, quæ nõ cientur motu, nec mutant locum, sensum aũt habent, nõ solùm viuere dicimus, sed etiam animalia nuncupare solemus. At verò* Text.17.
*ex sensibus, tactus primò inest animalibus ineſt. Atque vt vegetatiuum à tactu, sensuq; omni, sic à cæteris tactum separari sensibus potest. Eam autem partem animæ vegetatiuam dicimus esse, cuius & plantæ participes sunt. Animalia verò cuncta, ipsam vim habere sentiendi tactu videntur.* g *Atque quam ob causam* Text.18.
*istarum vtrumque sit, posteà dicemus ac explanabimus.* h *Nunc eousq; tantum dicatur, animam, inquam principium esse eorum quæ dicta sunt, & his esse dissimilem vegetatiuo, sensitiuo, intellectiuo, etiam motu. Quærendum autem est vtrum horum vnumquod-* Text.19.
*que sit anima, an animæ pars, & si pars vtrum hoc pacto, vt sit separabile ratione solum, an etiam loco.*

i *Atque*

---

*Vt aliquid dicatur viuere, satis est si docet vt aliquid viuere dicatur, sat esse vnũ vitæ opus exercere. Vnde colligit Plantas, in quibus vitæ munia minùs illustria & conspicua sunt, re vera viuere, argumento quod versus omnem loci differentiam sese porrigant, & increscat. Nam q; naturalia ad vnũ determinata sunt; viuentia autem ad opposita sese habent.*

*Ex quatuor vitalium operationum generibus quæ quadripes vita gradus colligitur.*

e *Quapropter & vniuersæ plantæ videntur viuere.*] Quia vita multipliciter dicitur, siquidem quatuor sunt vitalium operationũ genera, nutritio, sensio, motus progressionis, & intellectio: quatuor vitalibus operationibus vitæ munia minùs illustria & conspicua sunt, re vera viuere, argumento quod versus omnem loci differentiam sese porrigant, & increscat. Nam q; naturalia ad vnũ determinata sunt; viuentia autem ad opposita sese habent.

f *Atq; hæc quidem.*] Ex quatuor generibus vitalium operationum, quæ paulò ante numerauerat, quadruplicem vitæ gradum colligit. Primus est eorum, quæ vegetãtur, seu quæ alũntur, augescunt & decrescunt, secundus eorum, quæ nõ solùm vegetantur, sed etiam sensu polleant. Tertius eorũ, quæ vegetãtur, & sensu prædita sunt, terminatq; motu progressionis. Quartus, eorum, quibus nõ solùm ties superiores gradus, sed insuper gradus intelligendi competit. Docet verò hosce gradus inter se distingui. In plantis enim primus sine alijs reperitur. In quibusdam animalibus duo priores sine reliquis, vt in ijs piscibus, qui ad saxa adhærescunt. In bestijs perfectis ties priores absq; extremo. In homine omnes quatuor. Itaq; in ijs gradib. eiusmodi ordo est, vt priores absq; posterioribus possint esse, non contrà.

*Secũdò animæ definitionẽ ex dictis concludit.*

g *Atq; quam.*] Cur nutrienti vis inter cæteras animæ facultates, & tactus inter omnes sensus locum primum habeat, explicaturũ se in progressu inquit. Est verò eius rei causa, quia nutritoria facultas vitam primò seruat, dum fluxum materiæ, quam calor dissipit, cõtinuo rependit, atq; instaurat. Præterea tactus noxia declinat, salutaria prosequitur, quo neglecto dicti nimirũ, vitæ fundamenta tuerent.

h *Nunc eousq;*] Ex dictis animæ definitionem cõcludit. Nam cùm animatum ab inanimato differat operatione vitæ, ab anima ipsa vt à vitæ principio orta, cumq; quatuor sint viuendi genera, quadruplici functionum varietate distincta, reliquũ est vt anima probè dicatur principium vegetandi, sentiendi, loco mouendi, intelligendi, seu quo viuimus, sentimus, loco mouemur,



mouemur, & intelligimus. Deinde duplicem proponit quæstionem. **Vnam**, an hæc quatuor nempe vegetatiuum, sensitiuum, **loco motiuum**, intellectiuum, **animæ partes**, facultatesve sint: vel potiùs anima ipsa: vt vtrum vegetatiuum sit potentia **insita** animæ ad vitæ munus obeundum: an verò anima ipsa vegetatrix. Alteram, esto sint faculeates, **non** animæ, vtrum ratione tantum, & definitione, an loco, & subiecto distinguantur. Timæus enim iracundiam in corde, appetitum in hepate, sensum in cerebro collocauit.

i *Atque*

---

*In stirpibus, & insectis animantibus potentias animæ nõ distingui subiecto, clarũ est.*

*Vis intelligẽdi corporis affixa non est.*

*Probat animæ potẽtias ratione, desi-*

i *Atq; de nonnullis quidem istorum videre.*] Diluit posteriorem quæstionem, vt ex ea prioris explicatio facilior euadat: continetur autem solutio hac sententia. Non est difficile videre in quibusdam potentias loco, & subiecto non distingui: in alijs difficile id est, conflat tamen omnes ratione, definitioneq; inter se differre. Porrò huius sententiæ ties partes sunt, quarum prima si de stirpibus & insectis animantibus & de potentijs, quæ ijs competant, serio sit, manifestam habet veritatem. Etenim partes diuulsæ à planta retinent vim vegetatricem, & altricem, nonnisi quia & anima plantæ, & eius vires per totum corpus diffunduntur. Itemq; lacerta in duas partes diuisa, adhuc mouetur, & sentit: motus verò, & sensus imaginationem & appetitum sequuntur. Sunt igitur hæc per lacertæ membra & artus expansa: alioqui si definitis sedibus continerentur, in ijs tantum sedibus remanere possent, si quando remanerent.

k *De intellectu.*] Hæc est secunda pars sententiæ, qua ostendit difficile esse, & adhuc ambiguum an intellectiua potentia certo organo definita sit, quia nondum satis explicauit an sit facultas organica. Videri tamen ait animam intellectiuam alterius esse rationis, atque ordinis, & immortalitate à cæteris formis rerum sublunarium distingui. Ex quo sequitur vim intelligendi non hærere in corpore, posseque ab eo seiungi, non ita verò cæteras potentias, cùm organis addictæ affixæque sint, vt ex superioribus patet; etsi non defuerint, qui eas quoque separari posse a materia affirmarint.

l *Ratione verò.*] Tertiam sententiæ partem, videlicet omnes potentias ratione, seu definitione distingui, confirmat ex earum operationibus: potentiæ namque per actus suos distinguuntur. Quare vt sensus & appetitus diuersos actus edunt, vtpote ad diuersa tendẽtes obie-

i *cta, ita*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ctą, ita & diuersam definitionem, rationemq; sortiuntur. Deinde in illis verbis, At verò quibusdam, vt D. Thomas interpretatur, priorem diluit quæstionem aiens vnumquodq; ex illis quatuor prædicatis nempe vegetatiuũ, sensitiuum, loco motiuum, intellectiuũ, esse tum animam, tum virtutem animæ animã. cùm vnum eorum tantùm ineſt, atq; ita in plantis vegetatiuum esse animam. Cùm verò plura insunt, id quod excellit, animam esse, vt in homine intellectiuum: quod ita accipiendum est vt v.c. vegetatiuum per se sumptum ex vsu loquendi notet animam, cui is tantùm gradus conuenit: similiterq; reliqua tria prędicata. Re enim vera vnumquodq; horum potest sumi vel pro anima, vel pro potentia: vt vegetatiuum pro facultate vegetatrice, quæ manat ab essentia animæ plantalis, vel pro ipsa anima plantæ. Græci tamen interpretes volunt potiùs hic contineri confirmationem sententiæ propositæ de potentiarum distinctione secundum rationẽ. Nimirum cùm viuentia inter se differant, quòd alia plures, alia pauciores animæ facultates obtineant, necessariò fatendum eas saltem ratione distingui. Atq; hæc Græcorum explicatio germanior videtur, illa prior aliquantulum extorta.

m *Quoniam*

ἐπεὶ δ' ἓν ζῷον καὶ αἰσθανόμεθα, διχῶς λέγεται, καθάπερ ἐφ' ἑτέρων εἴρηται. τούτων δὴ λέγομεν, τὸ μὲν ἐπιστήμῃ τὸ δὲ ψυχῇ· ἐπιστήμῃ μὲν γὰρ τούτων φαμὲν ἑκάστου ἐμφύεσθαι δύο καὶ ἕν ὑπειλήφαμεν, τὸ μὲν ὑγιείᾳ, τὸ δὲ μοχθηρὸν καὶ τὸ νόσῳ· ὁ καὶ ἄλλο· τούτων δ' ἑκάτερον καὶ ὑγιεινὸν, μορφὴ, καὶ εἶδός τι, καὶ λόγος, καὶ αἴσθησις ἑαυτῶν· ὁ καὶ ἐπιστημονικὸν, ἢ δὲ ἐπιστήμη καὶ ἀληθεύομεν ἐν τοῖς ποιοῦσιν ὑπάρχει· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀψεύστου καὶ ἀληθοῦς καὶ ἐπὶ τοῦ ψεύδους καὶ τοῦ ἀγνοεῖν· ἔστι γὰρ ἕκαστον τούτων ἐν τῷ πράγματι· ὁ καὶ ἄλλο· τούτων δ' ἑκάτερον ἐν ἑκάστῳ ὑπάρχει τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν· ἡ μὲν ὕλη δυνάμει, τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν, τοῦτο δ' ἐστὶν ἐπιλέγω ψυχὴν, ἢ τὸ σῶμα ἔσται ἐντελέχεια· ἐπὰ δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν, ὁμοίως ἐστὶ τὸ σῶμα ἐντελέχεια ψυχῆς, ἀλλ' οὐκ ἀμφοτέρων τινῶν· καὶ ὅλως τοῦτο κεῖται τοῖς ἐπὶ μέρους ἐπὶ τῆς ψυχῆς, ὡς ἴσως μέν ἐστὶ τὸ σῶμα ψυχῆς, οὐ μέντοι πᾶν γε σῶμα· οὐ γὰρ ἂν εἴη, σώματος δὲ τοιοῦδε. καὶ διὰ τοῦτο οὐ τὰ μόρια ἐντελέχεια τῶν τοῦ σώματος μορίων ἐστίν· εἰ γὰρ τὸ ὀφθαλμὸν ἦν ἡ ψυχὴ, ὄψις ἂν ἦν· αὕτη γὰρ ἐστὶν ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ οὐσία, ἡ κατὰ τὸν λόγον· ὀφθαλμὸς δὲ ἡ ὕλη τοῦ ὁρᾶν· ἐπειδὰν δὲ ταύτην ἀποστερηθῇ, οὐκέτι ὀφθαλμὸς ἐστὶν, εἰ μὴ ὁμωνύμως, ὡς ὁ λίθινος καὶ ὁ γεγραμμένος. δεῖ δὲ τὸ δυνάμει ἔχειν τὴν ἐντελέχειαν ταύτην, ἐν τῷ σώματι ἐστὶν ἐκείνης· ὁ καὶ ἐπὶ τοῦ μέρους τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐστὶν, ἡ κόρη καὶ τὸ τοῦ ὄψεως μόριον· ἐκεῖνο δ' ἐστὶν ὁ ἐπιλείπον ὄψιν ὀφθαλμὸς οὐκέτι ἐστίν, οὐδὲ τὸ λίθινον καὶ τὸ γεγραμμένον· ἔσται γὰρ ὀφθαλμὸς καὶ τοιοῦτος, ἀφαιρεῖ οὖν τοῦτο.

Text. 24

m *Quoniam autem id, quo viuimus, quóve sentimus dicitur perinde atque id, quo scimus, & id etiam quo sani sumus, atque valemus (quoddam enim scientiam, quoddam animam dicimus. Quippe cum vtroq; scire dicamus; & aliud sanitatem, aliud partem corporis aliquam, vel totum dicimus corpus, atque horum vtrumque tam scientia, quàm sanitas, forma quædam & species est, & ratio, & tanquam actus suscipientis, scientia quidem scientis, sanitas autẽ sani. Actus enim agentium in eo, quod patitur, atq; disponitur inesse videntur.* n *Anima autẽ id est, vt patet quo viuimus, & quo sentimus, ac intelligimus primò) ipsa profectò ratio quædam erit, & forma, sed non vt materies, atque subiectum. Nam cùm substantia tripliciter dicatur, vt diximus (quædam enim est forma, quædam materies, quædam id, quod ex vtrisque componitur, & materia quidem est, vt patet, potentia, forma autem actus) cùm igitur, vt diximus substantia dicatur trifariam, animamq; id sit, quod ex vtrisq; corpore, inquam, & anima constat, corpus profectò non est actus animæ,*

Text. 25

Text. 26

*sed ipsa corporis alicuius est actus.* o *Idcirco recte admodum putant ij, quibus anima neq; esse sine corpore, neque corpus aliquod esse videtur. Etenim ipsa, corpus quidem non est, est autem corporis aliquid. Et ineò ob hoc in corpore, atque in corpore tali.*

p *non*

m *Quoniam autem*] Instituit ex inuenta in hoc capite definitione, demonstrare eam, quam tradiderat capite superiori. Sumit autẽ primò quemadmodum duobus scire dicimur, nempe scientia tanquam forma, & anima tanquam subiecto: item vt duobus dicimur sanari, videlicet sanitate vt forma, corpore, vel aliqua parte corporis vt subiecto. ita duobus nos dici viuere, alterò vt forma, alterò vt materia, in qua forma ineſt. Non enim forma, seu actus in quolibet subiecto esse potest, sed certo & determinato: sicuti neq; agena in quodlibet indiscriminatim agit, sed in id, quod idoneum aptumq; est ad eius impressionem recipiendam.

*Duobus viuere dicimur, altero vt forma, altero vt materia.*

n *Anima autem.*] Probat animã esse formã. Id, quo viuimus est forma, sed anima viuimus, ergo anima est forma. Minorẽ suadet, quia cùm substantia triplex sit, forma, materia, & cõpositũ, vt iam superiùs dictũ fuit; compositũ aũt sit quod viuit, & corpus siue materia sit ens potentia, fieri nõ potest vt eo viuere dicamur, sed per animã, quæ est actus. Ex superiùs dictis hũc in modũ colligi potest demonstratio, qua Aristoteles priorẽ animæ definitionẽ per posteriorẽ ostendit. Id, quo primò viuimus, sentimus, loco mouemur, & intelligimus, est actus primus substantialis corporis naturalis potentia vitã habentis: sed anima est id, quo primo viuimus, sentimus, loco mouemur, & intelligimus, ergo anima est actus primus substantialis, &c.

*Prior animæ definitio per posteriorem ostenditur.*

*Quomodo intelligendum, animam nec esse corpus nec sine corpore.*

o *Idcirco recte.*] Ex superioribus quasi corollariũ deducit, recte sentire eos, qui asserũt animã neq; esse corpus, nec sine corpore. Si enim est actus & perfectio corporis, corpus nõ est. Itẽ nõ est sine corpore; qa etsi anima intellectiua separata cohæreat extra corpus: tamẽ suapte natura est forma illius, & naturalis eius status est in corpore, ab eoq; pendet quoad officiũ it formãdi.

p *Non in*



ἐκ ὥσπερ οἱ ἀρτίως εἰς τοῦτο ἐνέπεσον ἀνάγκῃ, ἐν τῷ ἀσυλλογίστως ἐν τοῖς ἐν ᾧ ποιῷ· καὶ ὅτι ἐν δὲ φαινόμενον τὸ τυχὸν· ἄτοπον δὲ τὸ τυχόν· ἔστι δὲ μέγεθος καὶ ποιὸν λαβεῖν· ἐνδέχεται γὰρ ὁ ἐντελέχειαν, ὁ τοῦ ἐνόντος ὑπάρχοντα, ἐ σημαίνει ὕλη πᾶσαν χρεῖαν· ἐπ μὲν οὖν ἐνίοις ἐντελέχειά τε ἐστὶ, καὶ λόγος τὸ δυνάμει ἔχοντος τοιοῦτον εἶναι, φανερὸν ἐκ τούτων.

p *non in quouis fine discrimine vllo, quemadmodum veteres ad corpus ipsam accommodantes, nihil prorsus determinantes quodnã illud & quale sit corpus, atq; non rectè, vt patet. Quippe cum non videatur quodvis sine vllo discrimine quodcumq; suscipere. Hæc aũt pacto, cum ratione etiam fiat sane: actus enim vnusquisq; in eo, quod est potentia, & in propria materia suapte natura sit vi, essęq; solet. Animam igitur perfectionem quandam eius & actum ac rationem esse quod potentia habet, vt huiusmodi sit, ex his est, quæ diximus, innotescit.*

p *Non*

p *Non in quouis fine discrimine vllo.*] Pythagoræi fabulati sunt posse animam indiscriminatim subire quoduis corpus. Planè, inquit multo secus res habet, cùm videamus in singulis viuentium speciebus diuersa inesse, aptariq; animabus corpora. Quod & in rebus anima carentibus perspicimus, non enim forma, & actus in quolibet subiecto recipitur, sed in eo, quod natura aptum sit. Tandem colligit rectè definitam esse animam actum, seu formam corporis potentia vitam habentis.

QVAESTIO

## QVAESTIO VNICA.

### *RECTE NE TRADITA SIT posterior animæ definitio, & an per eam prior demonstretur.*

### ARTICVLVS I.

### *RECTE TRADITAM ESSE.*

*Videtur vitium inesse animæ definitioni.*

PRoximo capite hunc in modum Aristoteles animam definijt. Anima est id, quo viuimus, sentimus, loco mouemur, & intelligimus. Verùm quod hæc definitio vitiosa sit, ostenditur. Primùm, quia videtur cõuenire Deo Opt. Max. cùm Deus sit principium vitæ, & motus, & ipsius esse, teste Diuo Paulo Actorum decimo septimo. Quamuis, inquit, non longè sit ab vnoquoque nostrum: in ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus. Deinde quia hîc definitur anima in commune; non minus quàm in priori definitione, vt significauit Aristoteles textu decimo secundo: & tamen definitio soli animæ rationali competit. cùm ei duntaxat quatuor illæ partes simul sumptæ accommodari queant. Rursum, quia alia ex parte non conuenit ei definitio; cùm animus particeps rationis non sit id, quo intelligimus, sed quod intelligit; siquidem est singulare per se subsistens, cuius est per se agere. Item verò quia anima à corpore abiuncta verè est anima, & tamen non est id, quo viuimus, & sentimus.

*1. Argum.*

*2.*

*3.*

*4.*

Non est tamen ob hęc argumenta, improbanda Aristotelica definitio, si probè explicetur, & intelligatur. Non placet autem sententia Aegidij existimantis Aristotelem illis verbis non vnam; sed quadruplicem definitionem tradidisse pro numero animarum. Re enim vera prædicta definitio vna est, atque vt vna & inuelligata, & proposita ab Aristotele fuit; vt ex superioris capitis decursu constat.

*Secunda animæ definitio vna est, et explicatur.*

Deinde non rectè Aegidius, quatuor animas statuit, cùm tres tantummodò numerentur, vt suo loco planum fiet. Porrò autem definitio ita intelligenda est, vt anima dicatur id, quo viuimus, id est, principium vitæ internũ; quod Deo respectu rerum viuentium minimè competit. Licet enim Deus cunctis rebus intimè illabatur conseruans illis esse: non tamen intrinsecùs eas constituit. Item quatuor illæ particulæ viuimus, sentimus, &c. nõ sunt accipiendæ coniunctim, sed per distributionem; nõ ita quidem vt singulæ à singulis disiungantur, quasi dicendum sit animam esse id, quo viuimus, aut sentimus, aut loco mouemur, aut intelligimus; sed ita vt disiunctio cum copulatione ad partes præcedentes esse id quo fiat; dicaturq;, Anima est id, quo viuimus, aut etiam sentimus, aut etiam loco mouemur, aut etiam intelligimus. Quo patet non rectè Simplicium putasse hanc definitionem soli animæ intellectiuæ accommodari posse. Item meritò reprehendi Dionysium Sophistam, quòd vitam definierit ex motu nutritionis, quasi alius vitæ modus non sit. Atque ex his plana relinquitur responsio ad duo priora argumenta.

*Deus non est principium vitæ æternum vitæ nostræ.*

*Non solũ cõesse id, quo viuimus, aut intelligimus, etc.*

Ad cætera dicimus, licet anima rationalis in se spectata sit id, quod intelligit, collatam tamen ad ipsum compositum esse id, quo intelligimus. Itemq; eandem separatam esse id, quo viuimus, id est, suapte natura esse principium vitę, vel, quod eodem recidit, esse principium, quo viuere & sentire possumus.

*Argumenta diluuntur.*

### ARTICVLVS II.

### *QVO PACTO ANIMAE DIFFINITIONES ex se mutuò demonstrari queant.*

CIrca alteram propositæ quæstionis partẽ nõ parũ interpretes dissidẽt. Nam Græci,

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Qui censẽt primam animæ definitionem per sectiã ipsius per causam concludi. Qui contrarium opinentur. D. Thom. & alij.*

& eos secutus Magnus Albertus, alijq; de Latinis non pauci, arbitrantur secundam definitionem tradi per primam secundum naturã ex eaq; primam cõcludi tanquam per causam, demonstratione propter quid res sit. Cui sententiæ fauent in primis verba Aristotelis initio capitis 2. vbi significauit velle se definitionem, quæ causam rei contineat, inuestigare. Deinde, quia congruebat, vt Philosophus ab effectis potius ad causam, quam à causa ad effecta definiendo procederet. D. Thomas, aliiq; nonnulli contrariam sequuntur opinionem, dicentes primam definitionem continere causam secundæ, & hanc per illam demonstratione propter quid, illam per hanc demonstratione quòd res sit, ostendi.

*Probatur.*

Pro explicatione controuersiæ aduertendum est posteriorem animæ definitionem dupliciter spectari posse. Vno modo quatenus traditur per principium operationũ animæ: altero quatenus traditur per ipsas animæ operationes; vtrumq; enim cõtinet. Deinde, animæ operationes posse expendi vel vt sunt affectus animæ: vel vt sunt eius finis. Cùm enim vnumquodq; sit gratia suæ operationis, vt docet Aristoteles libro secundo de cœlo cap. 3. tex. 17. nihil mirum quòd operationes animæ dicantur eius finis, non quidem si anima spectetur præcisè quoad suam quidditatem, seu quoad prædicata ipsi essentialia: sicut enim essentia in se absolute sumpta nõ habet causam efficientem, vt alibi diximus, ita nec finalem. Dicẽtur igitur operationes animæ finis illius, si anima sumatur nõ quoad suam essentiã absolutè, sed quatenus accipit esse existentiæ: siquidem vt producitur, causam efficientẽ & finalẽ obtinet. Nec solùm vt producitur actu, sed vt potest produci: sic enim etsi nõ vendicet actu causam efficientem, vendicat tamen eam in potentia, habetq; ad illam ordinẽ, similitercq; ad causam finalem, quatenus potest ad ipsam à suo efficiente dirigi.

*Animæ operationes aut vt illius effectus, aut vt finis considerari possunt. 2. Phys. c. 7. q. 15. art. 2. Operatio est animæ finis nõ tamẽ quoad essentiam considerata.*

*1. Conclusio.*

His positis sit prima cõclusio. Si posterior animæ definitio consideretur quatenus traditur per principium operationum ipsius animæ, potest demonstrari per priorem demonstratione propter quid; non autem prior per illam. Hæc ita probatur; Saltem nostro intelligendi modo prius est animam esse actum corporis, quam esse principium suarum operationum; & illud est ratio huius ergo definitio animæ, quę traditur per principium vegetandi &c. Potest demonstrari per eam, quæ traditur per actum corporis demonstratione propter quid: Antecedens ostenditur hunc in modum. Sicut se habet esse ad operationem, ita principium essendi ad principium operandi; quandoquidem eam proportionem habet effectus ad effectum, quã causa ad causam, sed esse est prius saltem naturæ operatione; ergo & principiũ essendi, quàm principium operandi. Atqui anima est actum corporis, est esse principium essendi: sic enim actuat, componit, constituit: esse verò id, quo viuimus, seu vegetamur, est esse fontem, & principium operandi; ergo, &c. Præterea, Quia res habet tale esse, ideo est principium talis operationis, non è conuerso: igitur quia anima est actus corporis, ideo est principium vegetandi: igitur hoc per illud, nõ illud per hoc tanquã per aliquid prius, ac veluti causa demonstrabitur.

*Probatur 1. Prius est animam esse corporis actum. Ejus quã operationũ principium.*

*2. Conclusio.*

Sit secunda conclusio. Posterior definitio, vt traditur per operationes animæ tanquam per eius effecta, potest demonstrari demonstratione propter quid per priorem; & hæc per illam demonstratione quòd res sit, non vice versa. Veritas huiusce conclusionis liquet ex eo, quia effecta possunt demonstrari per suam causam, & causa per sua effecta, variata secundũ eum modum ratione demonstrandi. Prior autem definitio continet causam operationum animæ; siquidem traditur per eius essentiam, quæ est causa viralium functionum eiusdem: posterior autem traditur per effecta. Quòd verò effecta, quatẽnus effecta sunt, nequeant à priori suam causam demonstrare, luce clarius est. Iuxta huiusce conclusionis sensum vera est opinio D. Thomæ, quam supra retulimus, dummodò tamẽ non aduersetur conclusioni tertiæ, quã mox subijcimus.

*Probatur.*

*In secundæ conclusionis sensu sequitur D. Thom.*

*3. Conclusio.*

Sit tertia conclusio. Si posterior animæ definitio expendatur, prout traditur per operationes animæ, quatenus animæ ipsius finis sunt poterit per eam demonstrari prior demonstratione propter quid. Hæc conclusio intelligenda est de anima considerata secundum eum modum quo diximus posse rerum naturas obtinere efficientem & finalem causam. Patetq; ex eo, quia secunda definitio ita spectatã traditur per causam priorem. Iuxta huiusce conclusionis sensum intelligi potest Aristoteles cùm superiori capite significauit velle se tradere definitionem, quæ causam contineat. Quamuis id aliter exponat Caietanus, videlicet nõ de causa finali, sed formali, arbitratus principium operandi respectu animę esse prius in genere causę formalis, quam actum corporis. Sed hanc interpretationem, quæ suam quoq; habet probabilitatẽ, excludit ea ratio, qua primam conclusionem stabiliuimus.

*Primæ opinionis argumenta principio quæstionis adducta. Quibus verbis respondetur.*

Ex dictis constat quid respondendũ sit ad argumenta principio quæstionis adducta. Nã verba ex initio capitis secundi, de causa finali intelligi debent. Præterea, Cùm Aristoteles in quærenda vtraque definitione ex notitia operationum animæ ad ipsius animæ cognitionem progressus fuerit; satis constat in eã re secutum fuisse ordinarium Physicæ inuestigationis modum ab effectis ad causas; ad quem seruandum nõ opus fuit procedere à definitione comprehendente effecta duntaxat ad eam, quæ solam causam contineret. Quin verò vtrumque ordinem, videlicet exquisitæ doctrinæ, qui est à causis ad effecta; & primæ inuestigationis physicæ, qui est ab effectis ad causas, artificiosè coniunxit, dum simul & à causis ad effecta, & ab effectis ad causas processit, secundùm aliam & aliam considerationem, vti diximus.



ΚΕΦ. γ.

Τῶν δ' δυνάμεων τῆς ψυχῆς αἱ λεχθῆσαι τίς μὲν ἀνωτάτω πᾶσιν, καθάπερ εἴπομεν· αὗται δ' εἰσὶν αἱ θρεπτικόν, αἰσθητικόν, ὀρεκτικόν, κινητικὸν κατὰ τόπον, διανοητικόν· ἔμψυχα δὲ τὰ μὲν φυτὰ τὸ θρεπτικὸν μόνον, ἕτερα δ' αὖ τὰ τὸ αἰσθητικόν· ἃ δ' ἔστι τὸ αἰσθητικόν, καὶ τὸ ὀρεκτικόν· ὄρεξις δὲ ἐπιθυμία, καὶ θυμὸς, καὶ βούλησις· ἔτι δ' ἃ αἴσθησιν ἔχει τῶν ἀλυπήτων, ἡδὺ φαῦλον τε καὶ τὸ ἡδὺ τε καὶ λυπηρὸν, τούτων καὶ ἐπιθυμεῖ· τοῦ δὲ ἡδέος ἔστιν ἐν ἁπτῷ τε καὶ γεύσει· ἔστι δὲ ἃ καὶ τροφὴν συναισθάνεται τῶν ἀφῶν· καὶ γὰρ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἁπτόμενα ἴσμεν· τούτων δὲ ἐν ἅπασι μὲν ὑπάρχει τὸ ἁπτὸν καὶ τὸ θιγεῖν· ἐν ὑγρῷ δὲ μόνῳ τὸ γευστόν· διὰ τί γὰρ ἐν ὕδατι ὄντες οὐ γευόμεθα, ἢ ὅτι ἐν ὑγρῷ ὄντες ἐν τῷ ἁπτῷ ἐσμεν; τὸ δὲ γευστὸν ἐν τῷ ὑγρῷ· ἐν ἅπασι δὲ τοῖς ἔχουσι τὸ ἁπτὸν καὶ τὸ ὀρεκτικόν· ἐν ἐνίοις δὲ καὶ τὸ διανοητικόν· ἐν τοῖς γὰρ ἔχουσι νοῦν καὶ διάνοιαν, οἷον ἀνθρώπῳ, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, ἢ τι τούτου ἔτι τιμιώτερον· ἔστω δὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν τρόπον ἃ καὶ εἰρήκαμεν πρότερον· ψυχὴν τὰ καὶ χωρὶς

οὖσι

CAP. III.

ANimantium a aliæ, quibusdam omnes insunt potentiæ dictæ, quibusdam nonnullæ iunctæ, & quibusdam vnam tantùm inesse videtur. Atque potentiæ animæ diximus hæ nutritiuum, sensitiuum, appetitiuum, loco motiuum, atq; intellectiuum. Et plantis quidem nutritiuum est duntaxat: alys autem & id ipsum & sensitiuum. Quòd si sensitiuum inest, & appetitiuum etiam inest: b nam appetitus, cupiditas est, & ira, atque voluptas. Animalia verò cuncta vnum ex sensibus habent, tactum, inquam, ipsum. Atque cui sensus inest, ei voluptas etiam & dolor inest, & perceptio iucundi, atque molesti. Quibus autem hæc insunt, ea cupiditatem etiam habent. Hæc est enim appetitio eius, quod afficit voluptate. Alimenti præterea sensum habent. Tactus enim, sensus est alimenti. Nam siccis, & humidis, & calidis, atque frigidis alimuæ vtilitia cuncta. Horum autem, vt patet, sensus est tactus. Cæteris verò sensibilibus per accidens nutriuntur. Nihil enim conducit ad alimentum sonus, vel color, aut odor. Sapor autem vnum quid est eorum, quæ tactu percipiuntur. Fames verò fames, sitisve cupiditas est; sicci quidem & calidi fames: frigidi verò & humidi, sitis. At sapor, harum quæst quoddam est condimentum. Verùm hæc declaranda posterius sunt, nunc eò vsque sit dictum, animantium inquam hisce, quæ tactum habent, & appetitiua insunt. c De imaginatione verò non patet, sed de hoc postea considerare oportet. Nonnullis insuper & loco motiuum etiam inest, & alijs ratiocinatiuum, ac intellectiuus, vt hominibus, d & si quid sit aliud tale, vel etiam præstabilius. e Perspicuum igitur est, vnam animæ rationem esse perinde atque formæ.

*Text. 27.*

*Text. 28.*

*Text. 29.*

*Text. 30.*

Ne

CAPITIS TERTII EXPLANATIO.

*Animantium autem.*] Differuit hactenus Aristoteles de animæ natura in se spectata: nunc de eius facultatibus disputationẽ agreditur; vbi magistri sui Platonis doctrinam sequitur, qui in Phædro admonet, in vnaquaque re primò essentiam considerandam esse, tum quam vim ad agendum & patiendum habeat, explicandum. Porrò in hoc capite generalem quandam potentiarum animæ comprehensionem tradit, speciatim de eisdem in progressu acturus. Enumerat ergo animæ potentias, ad quas cæteræ reuocantur; scilicet vim nutriendi, sentiendi, loco mouendi, intelligendi. Ex quibus sola prima plantis conuenit, secunda & tertia omnibus animantibus: quarta pisces tantùm: quinta sola homini.

*Quot sint animæ potentiæ.*

b *Nam appetitus.*] Probat potentiam appetendi semper esse cum sentiendi facultate coniunctam, duplici ratione. Prior ita habet: In omni animante reperitur saltem sensus tactus, sub quo gustatus comprehenditur (gustatus enim tactus quidam est) vbi autem tactus, ibi & delectatio & dolor insunt: sed hæc sunt actus appetitus: quia delectatio est boni, dolor mali, bonum verò & malum ad appetitum pertinent: ergo in quouis animante potentia appetendi sensum consequitur. Posterior hunc in modum concluditur: In omnibus animalibus cernitur sensus alimenti; nimirum tactus, sub quo gustatus continetur. Namque viuentia omnia aluntur, sustentanturque rebus siccis & humidis, calidis & frigidis, quæ omnia tactu percipiuntur: vbi autem sensus alimenti est, ibi inuenitur fames & sitis, quæ appetitus quidam sunt. fames quidem

*1. Ratio.*

*2. Ratio.*

*Appetendi, sentiendiq; potestas nunquam separatur. Vbi sensus alimenti est, ibi fames & sitis est.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Quid fames, quid sitis.* sicci & calidi, id est, cibi: sitis frigidi & humidi, hoc est, potus. In omni igitur animali potētia appetendi cum sensu coniuncta est. Quæ hoc loco de fame sitiq; dici possent, copiosè a nobis explicata fuêre in 1. de Ortu & interitu. Aduerte autem cùm Aristoteles ait, omnibus animantibus conuenire appetitum: dubium esse num id etiam de appetitu irascibili intelligat. Themistius inquit, sentire plurima animalia, quibus desit iracundia, & quæ solùm habeant tenue cupiditatis vestigium. Alijs placet iræ & cupiditatis appetitum coniunctum esse, quòd semper ira cupiditati adsit, tanquam vindex & propugnatrix aduersus ea, quæ obstant quominus animal bonum, quod optat, assequatur, aut malum, quod fugit, declinet. Consule D. Thomam part. 1. quæst. 81. art. 2.

c *De imaginatione.*] Num imaginandi vis in quouis animali externum sensum comitetur, nondum manifestum esse ait, quod intelligit de imaginatrici facultate perfecta, quæ rerum absentium imagines retinet, & in aliqua certa ac definita animalis parte sedem obtinet. Namque potentia imaginandi perfecta, vel imperfecta omnibus animantibus communis est.

*Facultate imaginādi saltem imperfecta nullū animal caret.*

d *Etsi quid aliud.*] Ambigere videtur verúmne supra homines sint Dæmones intellectu & ratione præditi, vt Socrates & Plato aiebant. Qua de re multa Plato in 2. & 10. de Republica, in Phædro & Epimonide, alijsque in locis. Constat certè supra humanam naturam esse angelicam, quæ corporis expers est, & intellectu pollet.

e *Perspicuum igitur.*] Diluit eam quæstionem, quam 1. cap. superioris lib. proposuerat, num videlicet vna communis animæ definitio sit; respondetque duplici pronuntiato, similitudine quadam desumpta à figura. Primum est: Quemadmodum non datur figura vna communis re ipsa a singulis figuris abiuncta, sic neque dari vnam animam re ipsa ab omnibus separatam; atque adeò proponi haud quaquam posse vnam definitionē, quæ animæ à singulis separatæ conueniat, vt non detur communis aliqua figuræ definitio, quæ figuræ per se extra singularia cohærenti accommodetur, vt idearum assertores falsò putabant. Alterū pronuntiatum est: Sicuti generalis figuræ definitio est alicuius naturæ communis, quæ tamen in particularibus inest, nec ab eis auulsa est, ita & communem animæ definitionem sese habere.

*Nō datur anima vna, re ab omnibus seiuncta.*

οὔτε γὰρ ἐκεῖ σχῆμα παρὰ τὸ τρίγωνόν ἐστι καὶ τὰ ἐφεξῆς, οὔτ' ἐνταῦθα ψυχὴ παρὰ τὰς εἰρημένας. γένοιτο δ' ἂν καὶ ἐπὶ τῶν σχημάτων λόγος κοινός, ὃς ἐφαρμόσει μὲν πᾶσιν, ἴδιος δ' οὐδενὸς ἔσται σχήματος. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις ψυχαῖς. διὸ γελοῖον ζητεῖν τὸν κοινὸν λόγον καὶ ἐπὶ τούτων καὶ ἐφ' ἑτέρων, ὃς οὐδενὸς ἔσται τῶν ὄντων ἴδιος λόγος, οὐδὲ κατὰ τὸ οἰκεῖον καὶ ἄτομον εἶδος, ἀφέντας τὸν τοιοῦτον. παραπλησίως δ' ἔχει τῷ περὶ τῶν σχημάτων καὶ τὰ κατὰ ψυχήν· ἀεὶ γὰρ ἐν τῷ ἐφεξῆς ὑπάρχει δυνάμει τὸ πρότερον, ἐπί τε τῶν σχημάτων, καὶ τῶν ἐμψύχων· οἷον, ἐν τετραγώνῳ μὲν, τρίγωνον, ἐν αἰσθητικῷ δὲ, τὸ θρεπτικόν. ὥστε καθ' ἕκαστον ζητητέον, τίς ἑκάστου ψυχή· οἷον τίς φυτοῦ, καὶ τίς ἀνθρώπου, ἢ θηρίου. διὰ τίνα δ' αἰτίαν τῷ ἐφεξῆς οὕτως ἔχουσι, σκεπτέον. ἄνευ μὲν γὰρ τοῦ θρεπτικοῦ τὸ αἰσθητικὸν οὐκ ἔστι. τοῦ δ' αἰσθητικοῦ χωρίζεται τὸ θρεπτικὸν ἐν τοῖς φυτοῖς. πάλιν δ', ἄνευ μὲν τοῦ ἁπτικοῦ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων οὐδεμία ὑπάρχει· ἁφὴ δ' ἄνευ τῶν ἄλλων ὑπάρχει· πολλὰ γὰρ τῶν ζῴων οὔτ' ὄψιν, οὔτ' ἀκοὴν ἔχουσιν, οὔτ' ὀσμῆς ὅλως αἴσθησιν· καὶ τῶν αἰσθητικῶν, τὰ μὲν ἔχει τὸ κατὰ τόπον κινητικόν, τὰ δ' οὐκ ἔχει. τελευταῖον δὲ καὶ ἐλάχιστα, λογισμὸν καὶ διάνοιαν· οἷς μὲν γὰρ ὑπάρχει λογισμὸς τῶν φθαρτῶν, τούτοις καὶ τὰ λοιπὰ πάντα· οἷς δ' ἐκείνων ἕκαστον, οὐ πᾶσι λογισμός, ἀλλὰ τοῖς μὲν οὐδὲ φαντασία, τὰ δὲ ταύτῃ μόνῃ ζῶσι. περὶ δὲ τοῦ θεωρητικοῦ νοῦ ἕτερος λόγος. ὅτι μὲν οὖν ὁ περὶ τούτων ἑκάστου λόγος, οὗτος οἰκειότατος καὶ περὶ ψυχῆς, δῆλον.

ΚΕΦ.

*Neq; enim ibi figura vlla præter triangulum est, & eas, quæ deinceps sunt collocatæ, neq; hic vlla præter eas quas diximus. At vt in figuris vna communis ratio fieri potest, quæ cunctis quidē figuris accommodabitur, nullius autem erit figuræ propria ratio, sic & in animabus dictis fieri potest. Quapropter ridiculū est, & in his, & in cæteris rebus communem quærere rationē, quæ quidem nullius eorū, quæ sunt, erit propria ratio, nec in propria cuiquam accommodabitur & indiuidua specie, rationem eam omittentes diffinitionēm ve, quæ cuilibet hoc pacto competere, accommodariq; potest.* f *At verò quemadmodum in figuris, sic & anima fit.* Text. 31. *Nam tam in figuris, quàm in animantibus: in eo quod deinceps est collocatū, id inest potētia, quod illa est prius, in quadrato namq; triangulus, & in sensitiuo vegetatiuum inest, vt patet. Quapropter in singulis quærendum est, quænam sit cuiusq; anima, vt quænam sit anima plantæ, & quæ bestiæ, quæ deniq; hominis. Quam aūt ob causam deinceps sic sese habent, considerare oportet. Sensitiuum namq; sine vegetatiuo nō est: at à sensitiuo, vegetatiuum, in plantis seiungitur. Rursus sine tactu nullus cæterorum sensuu est: at ipse tactus sine cæteris est. Complura namque sunt animalium, quæ neq; visum, neq; auditū, neq; sensum habēt odoris. Et eorum rursus quæ sentiunt, quædam habent loco motiuum, quædam non habent.* g *Postremum verò,* Text. 32. *quod minimum est, rationem habet, & mentem.* h *Quibus enim mortalium inest ratio, his sunt continuo & cætera cuncta. At quibus vnumquodque illorum inest, hisce non omnibus inest & ratio. Sed quædam imaginatione vacant, quædam hac sola viuunt. De intellectu verò contemplatiuo alia ratio est. Quæ cùm ita sint, patet horum cuiusque rationem, animæ maximè propriam rationem esse.* CAP.

*Vt inter figuras, sic inter*

f *At verò quemadmodum.*] Docet vt in figuris aliæ alijs posteriores, perfectioresq; sunt; ita & in animabus. Est enim inter eas ordo perfectionis; siquidem vegetatrix omnium imperfectissima est.



*animas aliæ alijs perfectiores.*

ma est. Secundum locum obtinet sensitiua. Tertium rationis particeps. Atque vt priores figuræ in posterioribus insunt, verbi gratia, trigonum in tetragono, & tetragonū in pentagono, sic anima vegetans in sentiente, sentiens in intelligente continetur. Deinde pergit ostendere, qua ratione vitæ gradus per diuersa viuentium genera distributi sint, & qui quibus conueniant.

g *Postremum verò.*] Humanam speciem appellat postremum & minimum: postremū, quia procedendo ab imperfectis ad perfectiora obtinet vltimum, hoc est, perfectissimum gradum inter corpora viuentia: minimum, quia secari in alias species non potest.

*Quid sit humanam speciem postremum & minimum esse.*

h *Quibus enim mortalium.*] Quibus competit ratio, id est, intelligendi vis, eisdem conuenire ait cæteros vitæ gradus, dummodò sint mortalia. Hanc vero limitationem cur adiecerit Aristoteles, in quæstione exponemus. Deinde ait, quædam bruta viuere sola imaginatione, non quòd eam tantummodò sortiantur, cùm sensu quoque & vegetandi facultate prædita sint; sed quia vnumquodque viuere dicitur, quod in ipso præstantissimum est. Loquitur hoc loco Aristoteles non de imaginatione imperfecta, & quæ post sensus apprehensionem confestim euanescit; sed de ea, quæ manet, hoc est, quæ rerum typos seruat, & cum memoria coniuncta est, vt hic aduertit D. Thomas.

*Quomodo intelligendum quędam bruta sola imaginatione viuere.*

## QVAESTIO I.

### RECTENE TRIPARTITA *animarum varietas assignetur, an non.*

### ARTICVLVS I.

### *VIDERI PRIMVM NON rectè; re tamen vera rectè assignari.*

*Pro parte negante. 1. Argum.*

EXcutiendum hoc loco est rectè, ne tres animæ connumerentur: nimirum vegetans, sentiens, intelligens. Nam pro ea parte, quæ negat, sic quispiam disputarit. Vel qui tres animas faciunt, intelligunt tria animarum genera, vel tres species infimas. Non tria genera, quia animus particeps rationis non est genus: non tres species, quia animæ brutorum specie differentium, vt equi, leonis & elephantis distinguuntur specie inter se, quemadmodum & bruta ipsa; similiterq; animæ plantarum, vt pyri, cupressi & platani. Nullo igitur modo asserendum est tres esse animas.

*2. Argum.* Deinde, quælibet forma specifica tam brutorū animantium, quàm plantarum, addit formæ sui generis gradū quendam sibi propriū, ac reciprocum, quo cōmunem generis notionem limitet & coërceat; ergo sicuti anima intellectiua ob gradum, quē addit, distinctum membrum efficit in illa animarū portione: ita & reliquæ tam animarum, quàm plantarum species diuersa membra efficient.

*3. Argum.* Ex altera verò parte, quòd pauciores animæ numerandæ sint, ita ostenditur: Plantalis anima etiam sensu pollet. Non igitur ab alijs separata inuenitur: atq; adeò perperam in vulgata illa diuisione à sensitiua & intellectiua disiungitur. Assumptū probatur, quia plantę distinguunt vtiles succos ab inutilibus; nam illos attrahunt, hos respuunt: &, quod peculiari modo in quibusdam magis elucet, salutaria prosequuntur, noxia declinant. Nam,

A verbi gratia, cucumeres ad terræ vliginem & humorem, quò affluentiùs irrigari optant, perreptant. Contrà verò oleum, quo perfusi emoriuntur, omnino auersantur, adeò vt eo supposito recuruentur. Vitis à lauri vicinitate refugit, quòd hæc sua caliditate illius incremento officiat; similiterque brassicam odit, quòd terræ succum exhauriat. Idem priuatim conspicitur in arboribus, quæ maris &

*Mira plantarum arborumque natura.*

B fœminæ nomine designantur; hæ namque vt fœcunditatem asciscant, sese mutuò complectuntur. Quare videtur aliquis sensus, saltem obscurus inesse plantis. Adde etiam quòd arbores virent, & statis temporibus efflorescūt, quę iuuentus quædam earum est, eædemque ariditate, vt senio dissoluūtur. Postremò, quæ in aliqua serie ordinatim dispōuūtur, ea non censentur efficere plura membra, vt viuens, animal, homo; atque ita se habent anima vege-

*4. Argum. De sexu arborum lege Plin. libr. 3. cap. 4. & lib. 16. cap. 26.*

C tatiua, sensitiua & intellectiua; nam vegetatiua enuntiatur in recta serie de sensitiua, & hæc de intellectiua. Igitur non rectè anima in hæc tria membra diuiditur.

In hac quæstione nō eadem fuit omnium Philosophorum sententia, vt constat ex ijs, quæ scripsit Auctor librorum de Plantis, qui Aristotelis nomine circumferuntur, capite 1. lib. 1. Plutarchus cap. 26. lib. 5. de Placitis, Clemens Alexandrinus lib. 8. Strom. Galenus li-

D bro de Natural. facult. Nam Stoici plantas animatas esse negārunt, quòd cupiditate careant. Plato verò in Timæo post Empedoclem & Anaxagoram, viuentes & sensu præditas esse existimauit; distingui tamen à brutis, quòd hæc sensum acutum & veluti vigilantem habeant; illæ verò obtusum, & quasi dormientem. Sensum quoque & appetitum plantis perfectioribus dedêre Pythagoræi. Vtrique

*De hoc Platonis dogmate lege Theodor. libro 5. de Curandis Græc. affect. Plato, Empedocles, Anaxagoras, viuere plantas omnes existimarunt. Pythagorei idē de perfectioribus arbitrati sunt.*

E tamen à veritate deflexerūt. Stoici, quia non omnis vita cupiditate, aut sensu æstimanda est, sed motione ab interno principio dimanante. Quod haud dubiè in plantis cernimus. Alij, quia si plantæ sentiendi vim haberent, punctæ, aut percussæ, doloris significationem darent sese contrahēdo, vti animātes solent,

*Refutatur. 1. 2. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



solent, quamuis imperfectissimæ, vt spongiæ A & cochleæ, quæ si quid etiam duri attigerint, contrahuntur protinus; si quid humidi, funduntur. Item, quia vbi est sensus, ibi est vigilia & somnus: nihil verò horum plantis inest. Tertiò, quia vt disputat Aristoteles libro 3. cap. 12. tex. 66. natura plantarum admodum terrestris est, atq; ita inepta ad sensum.

*Opinio quæ arbores sentientes facit rusticana impietas à Diuo Augustino vocatur. Manichæi in eodem errore fuerunt.*

D Augustinus in libro de Quantitate animæ, cap. 33. eam opinionem, quæ arboribus sensum dat, rusticanam impietatem vocat. Non est, inquit, audienda nescio quæ impietas rusticana planè, magiq; lignea, quàm sint ipsæ arbores, quibus patrocinium præbet, quæ dolere vitem quando vua decerpitur, credit. Appellat autem impietatem, propter dogma Manichæorum qui, vt ipse testatur in libro ad Quod vult Deum, hæresi 46. ita plantis sensum dabant, vt eisdem rationalem animam tribuerent. Vnde ab arbore folium, fructúmve excepere, homicidium putabant. Contra hunc errorem lege eundem D. Augustinum lib. 2. de Moribus Manichæorum, cap. 17.

*Triplex constituitur varietas animarum, quæ ex diuerso modo operãdi colligitur.*

Asserendum igitur cum Schola Peripatetica, plantas nec carere anima, nec anima sentiente prædítas esse, sicque dari animam vegetantem, quæ solis plantis; sentientẽ, quæ cunctis animalibus; rationalem, quæ homini tantùm conueniat. Colligitur autem hic numerus ex diuerso modo operandi, quo anima supra formam rerum non viuentium elenatur. Etenim vel anima rerum viuentium eo tantùm præstat formis rerum non viuentium, quòd harum & functiones, & motus à principio extetno, illarum ab interno oriantur; aut vlteriùs quòd illæ operando vtantur obiectarum rerum simulacris, seu speciebus, quę & si materiales adhuc sint, aliquantulum à materia emergunt; siquidem purioris & defæcatioris naturæ est similitudo coloris, verbi gratia, quàm ipse color; aut denique quòd vtantur rerum imaginibus, non iam corpori inhærentibus; sed prorsus immaterialibus, atque altioris ordinis. Primus modus competit animæ vegetanti; secundus sentienti; tertius intellectiuæ. Totidem ergo animæ,

*Reijcitur opinio Platonis, alio modo animam diuidentis.*

nõ plures pauciorêve numerandæ sunt. Quo patet, non esse probandam opinionem Platonis in Timæo, vbi aliam quandam animæ diuisionem tradit: nimirum in irascibilem, concupiscibilem, & rationalem. Qua quidem F in re dupliciter errauit. Primum, quia eo pacto animam distribuit, cùm tamen nõ sit distribuenda, nisi modo paulò ante explicato. Deinde, quia tres animas, in eodem homine realiter distinctas constituit; quod procul à veritate abesse in libro de Ortu & interitu ostendimus. Quamuis non desint, qui hoc Platonis dogma non de tribus animabus, sed de tribus eiusdem animæ facultatibus interpretentur.

*lib. 1 cap. 4. n. 21.*

Respondeamus nunc ad argumenta initio proposita. Ad primum dicimus, cùm tres animæ recensentur, nec intelligi tria genera, nec tres species infimas; sed tres animas distinctas ex diuerso modo sese excitandi supra materiam comparatam. Ita vt in hac tripartita varietate contineantur duo genera; nempe anima vegetatrix & sentiens, & vna species, id est, anima rationis particeps.

*Solut. 1. arg. Cũ tres animę numerẽtur, nec tria genera, nec tres infimæ species esse dicuntur.*

Ad secundum, concedendum est animam vegetatricem & sentientem distribui in plures species, vt rectè probat argumentum; sed quia omnes vegetatrices animæ sortiuntur inter se eundem modum operandi: & omnes similiter sensitiuæ eundem inter se, propterea non diuidi animam in plura membra, quàm illa tria; quia in ea diuisione non multiplicantur membra, nisi spectata duntaxat sola diuersitate operationum, secundùm prædictam excitationem maiorem, minoremve supra materiam.

*Solut. 2. Lege Ferrar. flor. in libro de Antipathia & sympathia, a capite 9.*

Ad tertium respondendum est, q̃ plantæ inutiles succos reijciant, vtiles attrahant, non prouenire ex aliqua facultate sensitiua & cognoscente, quæ in eis insit: sed ex virtute attrahente & expellente, quæ citra omnem sensum & cognitionem altrici animæ famulantur, vt in primo de Ortu & interitu ex professo docuimus. Item prosecutio illa, aut fuga circa salutaria, aut noxia, quæ in quibusdam plantis notatur, ex nativis earum viribus, & latenti antipathia, ac sympathia oritur, nullo ad id præeunte sensu, aut notitia: iuuentus verò & senectus nõ nisi per metaphoram eis accommodatur, quemadmodum & sexus, & maritari.

*Solut. 3. Virtute attractrice expultrice& non sensitiua potentia plantę nonnullę rejciunt, & modo trahunt.*

Vt quartum argumentum diluas sic habeto; Anima vegetans interdum generatim, atque ita in tota sua amplitudine sumitur, quo pacto corpus animatum in commune, vt pars formalis, physica compositione constituit, atque hoc nomen sortitur, quòd ab ea primùm vegetandi potentia dimanet; sicque diuidituranima vegetatiua in eam, quæ tantummodò vegetatiua est, qualis est anima plantarum: & in animam sensitiuam. ex qua animal in commune constat, quæ ideò sensitiua nuncupatur, quia ab ea primò sentiendi facultas nascitur; & in animam rationalem. tum rursus sensitiua in commune distribuitur in sensitiuam tantùm (prout, tantùm, negat vlteriorem gradum) quæ est anima bestiarum; & in intellectricem. Quo patet animam vegetatiuam in commune, cùm genus quoddam ad vegetatiuam tantùm, & ad sensitiuam & intellectiuam sit, in illis formaliter contineri: similiterque sensitiuam in commune in sensitiua tantùm atque intellectiua (nam genus omne in suis speciebus formaliter includitur) at verò in anima sensitiua tantùm, id est, in anima bestiæ, non ineſſe formaliter vegetatiuam tantùm, siue animam planta-

*Anima vegetatiua tantùm non est formaliter in anima cũtum sensitiua, sed sunt species inter se diuisæ.*



plantalem; paríque ratione, nec sensitiuam A tantùm, id est, belluinam contineri formaliter in intellectiua, cùm sint species inter se disiunctæ. Hinc ergo perspicua iam relinquitur argumenti solutio. Etenim diuisio animæ sic intelligenda est, vt primum eius membrum sit anima vegetatiua tantùm; secundùm sensitiua tantùm; Tertium intellectiua; qua ratione non disponuntur ordinatim in recta serie vnum sub altero. Illud tamen admonetes, animam vegetatiuã tantùm dici con- B tineri virtute in sensitiua tantùm, & ambas in rationali, quatenus sensitiua tantùm non solùm exercet operationes sibi proprias, id est, functiones sensuum; sed etiam eas, quas vegetatiua: similiterque intellectiua operationes sensitiuæ & vegetatiuæ.

## QVAESTIO II.

## SINT NE POTENTIARVM C *genera quinque, viuentium quatuor.*

### ARTICVLVS I.

### QVINQVE ESSE GENERA *potentiarum.*

*Quinque sunt viuentium potentiæ. Ratio propositæ doctri.*

PRiori parti controuersiæ respondemus, D quinque esse primas & generales potentias rerum viuentium; nimirum vim vegetandi, sentiendi, loco mouendi, appetendi, intelligendi. Ratio huius distinctionis, vt D. Thomas edocet 1. part. quæst. 78. artic. 1. colligitur ex obiectis, circa quæ viuentium operatio insistit. Vel enim obiectum est corpus coniunctum animæ, vel est aliquid separatum. In coniunctum agit potentia vegetandi, quia occupatur in alimenti concoctione E & mutatione. In separatum verò feruntur cæteræ vires, vel ita vt eius imaginem intra se habeant, quæ si recipitur in organo corporeo, pertinet ad potentiam sensitiuam; alioqui verò ad intellectiuam: vel ita vt in ipsum tendant tanquam in finem, aut tanquam in terminum motus. Si priori modo, est appetitus, cuius est ferri in bonum, atque adeo in finem, si posteriori, est vis loco motiua. Quare totidem sunt generales potentiæ rerum F viuentium.

*1. Obiectio contra modum colligẽdi numerum potentiarũ.*

Sed obijciat aliquis: Vim gignendi continetur sub potentia vegetatrici, & tamen versatur circa obiectum separatum; videlicet circa singulare distinctum à generante, quod denuò producitur ad conseruãdam speciem. Igitur perperam diximus, potentiam vegetandi, sub qua gignendi vis continetur, spectare obiectum coniunctum. Deinde, vt se habet sensibile ad intelligibile; ita appetibile per appetitum corporeum ad appetibile

*2. Obiectio.*

per immaterialem appetitum: atqui illa duo constituunt duplex potentiarum genus; ergo & hæc. Tertio, facultas motiua tendit in vbi; sed vbi non est aliquid extrinsecum rei, cùm sit existentia mobilis in loco, vt libro 3. Physic. statuimus: ergo collectio illa potentiarum non rectè se habet.

*3. Obiectio.*

Hisce obiectionibus ita occurres: Primæ, dicendo, etiam vim gignẽdi versari circa obiectum coniunctum, quia perficit semen, qd̃ in ipso viuente fit ex alimenti superfluo, in quod formatricem vim proximè agendo imprimit. Secundæ, negandã est maior propositio. Non est enim vt vbique par ratio; quia vterque appetitus, tam sensitiuus, quàm intellectiuus tendunt in obiectum sub ratione finis, nec distinguuntur propriis differentijs ad obiectum, qua obiectum est, pertinẽtibus, sicuti sensus & intellectus, vti diximus. Lege Ferrariensem hoc loco, quæst. 5.

*Solũntur obiectiones. Vis gignendi circa obiectũ coniunctum versatur.*

Tertiæ respondendum est, facultatem motiuam, secundùm opinionem illam, quam in Physicis amplexi fuimus, eatenus dici ferri in extrinsecum, quatenus existentia in loco sumenda est in ordine ad spatium, cui respondet, & quod ita per motum localem decurrit.

### ARTICVLVS II.

### QVATVOR ESSE GENERA *viuentium.*

*Quatuor viuentium genera ex quatuor viuendi modis colliguntur.*

QVod ad secundam controuersiæ partem spectat, respondemus quatuor esse gradus, seu genera viuentium. Quædam enim vegetantur, quædam sentiunt, alia loco mouentur, alia intelligunt. In qua diuisione per ea, quæ loco mouentur, designantur quæ motum progressionis subeunt. Non est opus vnam dari naturam, cùm is motus primò conueniat. Non enim hic de veris tantùm generibus sermo est, sed de diuersis gradibus, siue ordinibus viuentium, siue sint vera genera, siue non. Porrò viuentia ex diuersis viuendi modis distinguuntur: hi verò ex diuersa vitæ perfectione, quæ illis duntaxat quatuor modis distinguitur. Sed aduertendum hæc genera distincta esse inter se, tanquam superiora & inferiora. Quatenus priora, absque iis, quæ posteriora sunt, ferè nusquam reperiuntur; non contrà. Arbores enim vegetantur, & nõ sentiunt; bruta mouentur, & non intelligunt; & tamen quæcunque intelligunt, mouentur; quæcunque mouẽtur, sentiunt; quæcunque sentiunt, vegetantur. Præterea, diuersi viuendi modi sic ex diuersa viuẽdi perfectione distinguuntur, vt non quælibet perfectio suum genus constituere possit, sed ea tantùm; quæ à cæteris ita distincta est, vt non possit aliqua ratione ad cæteras reuocari. Quo pacto,

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Cur ex appetendi vi non habeatur vnum vinentium genus.*

cessant dubia, quæ in aduersam partem afferri queunt, scilicet cur vis appetendi non constituat per se vnum genus viuentium, & potentia generandi ex semine aliud. Respondendum est enim vim appetendi non esse aliquam vitæ perfectionem prædicto modo distinctam à sensu, cùm semper illum comitetur. Et potentiam generandi ex semine, annexam esse facultati vegetandi, quia non excedit illius limites; maximè cùm eadem sit potentia generatiua & nutritiua, vt alibi dixi- B mus, cumq; vegetatio sit generatio quædam partialis viuentis in omnibus viuentibus reperta. Ob quam etiam causam facultas videndi, & memoria, cæteriq; sensus tam externi, quàm interni non faciunt diuersa viuentium genera; videlicet quia ad vim sentiendi pertinent; esto quidam sensus non in omnibus animalibus inueniatur.

Obijciat aliquis contra superiora: Aristoteles proximo capite, tex. 32. docuit, viuenti- C bus moralibus, quibus ratio competit, conuenire cæteros gradus. Videtur igitur docere aliqua esse viuentia ratione prædita & immortalia, quibus ij non competant. Philoponus hæc verba ita interpretatur, vt voluerit Aristoteles corpora diuina & immortalia, id est, cœlestia habere vim rationis, non autem sensum, aut alias priores facultates: quæ ad solam vitam mortalem tuendam datæ sint à natura. Hæc tamen interpretatio inuol- D uit sententiam de animatione cœlestium corporum, quã neq; veram, neq; Peripateticam esse in libris de Cœlo ostendimos. Potiùs ergo dicendum, Aristotelem verba illa subdidisse, nõ ex propria opinione, sed in gratiam Platonicorum, qui dæmones quosdam corpore & ratione præditos, sensu tamẽ carentes, fingebãt.

*Platonici dæmones quosdam fingũt corporeos, sed sine sensu.*

Ex ijs, quæ hactenus disseruimus, manet tres esse animas, quinque genera potentiarũ, quatuor genera viuentium. Sed illud postremò aduerte, si viuens sumatur, vt dicitur non ab accidentali vita, hoc est, ab operatione vitali, siue à potentia ad talem operationem: sed à vita substantiali, quæ est ipsa anima: tũc non quatuor genera viuentium, sed tria constituti debere, nempe vegetatiuum, sensitiuũ, intellectiuum, à triplici anima, vegetante, sentiente, intelligente.

## QVAESTIO III.

### *VTRVM POTENTIAE ANIMAE ab eius essentia manent.*

### ARTICVLVS I.

### *NEGATIVAE PARTIS argumenta.*

1. *Argum.* QVòd potentiæ non manant ab essentia animæ, huc in modum videtur ostendi: Emanatio est motus quidam; sed nihil à se ipso moueri potest, vt probauit Aristoteles 7. Physic. au text: cap. 1. text. 1. Igitur potentiæ non manant ab anima; alioquin anima à te ipsa moueretur, esset q; simul agens & patiens. Agens, dum ex se profunderet potentias; patiens dum eas in se reciperet. Quod si quis dicat potentias immateriales recipi in materiam, nõ verò in animam, sicque non idem esse agens & patiens: saltem non effugiet, quominùs concedat animum participem rationis respectu immaterialium potentiarum, quæ ab eo fluunt, & in eodem manent, simul agere & pati.

2. *Argum.* Deinde; Ab eo, quod vnum est, & simplex, non potest naturaliter procedere nisi vnum, sed anima est vna simplexq́ue substantia: nequeunt igitur ab ea plures potentiæ oriri. Sed respondeas ab eo, quod vnum est, posse oriri plura ordine quodam, sicque potentias animæ ordine quodam naturali ab ea fluere. Contra id obijcitur; quia non apparet quinam ordo in esse possit, præsertim cùm potentiæ animæ distinguantur inter se specie: atque adeò non possit vna fieri ab alia; cùm vnumquodque gignatur à suo simili. Deinde, quia in potentijs ordinatis nõ potest vna sine altera operari; cuius tamen oppositum liquet in facultatibus animæ; operatur enim visus, auditu nihil percipiente.

Præterea, Si potentiæ orirentur ab anima, sequeretur potentias animæ rationalis comitari eam à corpore exeuntem, vtpote originis suæ causam & fontem: atqui non eam comitantur; non igitur ab ea oriuntur. Probatur minor, quia anima separata sicuti functiones sensuum, siue internorum, siue externorum exercere non potest; ita nec eiusmodi potẽtias secum defert, alioqui frustra eam comitarentur.

### ARTICVLVS II.

### *QVAESTIONIS ET ARgumentorum explicatio.*

*Potentiæ animæ ab eius essentia oriri.*

ASserendum tamen est, potentias animæ ab eius essentia oriri. Nam cùm potentiæ sint formæ accidentariæ subiecto propriæ, ac natiuæ, eique conferant esse secundùm quid, necessum est, vt ab eo, quod subiecto primũ, ac substantiale esse tribuit, hoc est, à forma F substantiali, quasi essentiæ comites proficiscantur. Quæ est ratio Diui Thomæ prima parte, quæstione septuagesima septima, articulo sexto. Sed illud præterea sciendum est, potentiarum animam triplex causæ genus sortiri respectu potentiarum; videlicet agentis finalis & materialis. licèt Iandunus quæst. 9. huius lib. solam rationem causæ materialis animæ accommodet: fortitur ergo anima causalitatem agenti, quia potentias ex se actiuè fundit: finali, quia potentiæ sunt propter animam, vt propter

*Anima participat rationem agentis finalis & materialis, licèt non causæ efficientis.*



*Materiales potentiæ nõ in anima, sed in materia recipiũtur.*

propter finem, cui a natura destinantur: materialis, quia ipsas in se recipit, ac sustinet. Quod tamen de solis immaterialibus potentijs humanæ animæ intelligi debet; cæteranamque in materia, prout formæ subest, recipiuntur, vt in lib. de Ortu & interitu ostendimus; quidquid in contrarium partem scripserit Apollinaris quæstione septima huius libri, Iandunus quæstione decima, asserentes omnes potentias recipi in nuda anima. Quod si ita esset, certè visio inhæreret animæ rationali; siquidem vbi est potentia, ibi est eius actus immanens & vitalis; at quod visio non sit in anima rationali manifestum est; cùm hæc immaterialis & diuisionis expers sit; illa verò materialis & extensa. Accedit, quod si omnes potentiæ essent in nuda anima, non rectè Aristoteles hoc in libro, cap. 33. docuisset potentiarum quasdam esse organicas, id est, organis corporeis inhærentes, quasdam non.

*Anima non est præcipua causa efficiens potentiarũ.*

Potrò non est anima præcipua causa efficiens C suarum potentiarum, sed generans, seu producens, cui incumbit omnia, quæ rei in instanti generationis debentur, et contribuere. Itaque anima quasi instrumentaria causa est generantis, & ab hoc remotè, sed principaliter; ab illa proximè, & minus præcipuè potentiæ efficiuntur. Sic verò hæc quatuor, essentia, potentia, operatio, obiectum, hunc habent ordinem, vt ab essentia profluat potentia, ab hac operatio; operatio in obiectum D tendat, vt rectè colligit Ficinus lib. 10. de Platonis Theologia, cap. 9.

*Soluũtur argumenta. Soluitur 1.*

Diluamus igitur argumenta, quæ in aduersam partem adduximus. Ad primum dicendum, emanationem non esse actionem physicam, cùm non sit coniuncta cum motu immò nec propriè actionem, vt alibi diximus; & quidem eam, quæ potentiæ materiales, vt facultas videndi, vel audiendi, cæteræque eiusmodi corporeo organo inhærentes emanant, non recipi in ipsa anima, à qua oriuntur, vt iam argumentando occurrebamus, sed in materia, proindeque non sequi secundùm huiusmodi actionem idem agere & pati. Quod si de potentijs immaterialibus, vt de intellectu, qui in ipsa anima insidet, loquamur, tunc nõ esse incommodum, idem agere & pati; præsertim si id, quod patitur, non sit ipsum agens principale; & actio non sit Physica, proprieque actio; de qua solum Aristoteles loco citato disputat. F

*Soluitur 2. Oriuntur potentiæ ab anima ordine quodam.*

Secundo argumento probè respondebatur cum Diuo Thoma loco citato primæ partis. Ad priorem verò solutionis impugnationem dicendum erit, Licèt potentiæ animæ inter se specie differant, minimè id obstare, quominùs ordine quodam ab anima, vt à fonte dimanent; ita scilicet, vt aliæ alias secundùm quandam naturæ antecessionem præcedant, non vt ab intermedio vnioco, sed æquioco, atque adeò speciei diuersæ. Ad posteriorem. Licèt quædam potentiæ ita sint affectæ, vt vna quoad suam actionem dependeat ab altera, quo pacto se habet voluntas ad intellectum; neque tamen ex illo ordine, quo se in prima sua origine antecedunt, non colligi in omnibus eiusmodi dependentiam quoad functiones obeundas. Lege D. Thomam eadem illa quæstione, artic. 4. & 7.

*Soluitur 3. In anima separata potentiæ organicæ solùm vt in radice manent.*

Ad tertium respondendum est; Etsi anima omnium suarum potentiarum fons sit; tamen animam intellectiuam è corpore abeuntem non comitari actu, & formaliter, nisi potentias spirituales, quæ in ea recipiuntur; cæteras verò ipsam sequi, in eaque manere, tanquam in radice duntaxat. Nam cùm earum subiectum sit organũ corporeum, eo perabscessum animæ dissoluto, cõfestim abolentur.

## QVAESTIO IV.

### *VTRVM NE ANIMAE POtentiæ re ipsa ab ea differant, an non.*

### ARTICVLVS I.

### *DIVERSAE PHILOSOphorum sententiæ.*

*Nullam distinctionẽ ex natura rei inter animæ potentias ponunt Gregorius, Gabriel, Ochamus, Marsilius, Marcellus.*

MAgna est in hac quæstione sententiarum varietas. Nam Gregorius in 2. d. 16. q. 3. Ochamus dist. 16. quæst. 24. & 26. Gabriel ibid. q. 1. Marsilius in 1. q. 7. art. 3. ac tota ferè Nominalium schola, item Marcellus in suo lib. 3. de Anima, cap. 75. asserunt potentias nec re ipsa, nec formaliter ex natura rei ab animæ essentia distingui, licet anima ex varietate actionum diuersa nomina sortiatur. Itaque animam prout intelligit dici, & esse intellectum; prout appetit, appetitum; E prout videt, aspectum, atque ita ad reliquas suas facultates sese habere. Scotus in 2. d. 16. q vnica, sentit non distingui potentias re ipsa ab anima; distingui tamen formaliter, & ex *Distinctionẽ formali, non realem contra dicit Scotus.* natura rei. D. Bonauent. in 1. d. 3. q. 3. videtur idem sentire; ait enim, potentias esse idem cum anima, non tamen omnino idem per essentiam. Durandus in 1. d. 3. q. 2. arbitratur potentias animæ vegetatricis, nimirum vim nutriendi, augendi, generandi, esse idem re cum anima; facultates autem sentiendi & intelligendi ab ea realiter distingui.

*Argumenta pro his auctoribus.* 1.

Possunt autẽ pro hisce opinionibus, quatenus in eo conueniunt, quòd potentiæ idem re ipsa cum anima sint, hæc adduci argumenta: Res non nisi cogente necessitate multiplicandæ sunt, cum natura studeat compendio, & à superfluo quàm maximè abhorreat; atqui nulla necessitas cogit distinguere potentias ab anima, tanquam res inter se diuersas. Non sunt ergo distinguendæ. Probatur assumptio, quia sicuti materia, sine alia

Universidad de Deusto
Biblioteca



adiectitia facultate, est sua potētia passiua ad recipiendam formam; & accidentia, quæ agunt, sunt sua potentia actiua ad agendum, ita & substantia animæ per se poterit esse sua potentia actiua ad operandum; præsertim cum anima tam materiæ, quàm accidentibus dignitate præstet. Corroboraturq; argumentum, quia potentiæ apud eos, qui ipsas ab anima distinguunt, fluunt immediatè ab essentia animæ. Quare iam animam ipsam proximum earum principium esse confitentur. Quod si ita est, cur non etiam immediatum suarum functionum principium erit?

*Affirmatur.* A B

2. Item; Differentiæ principales non possunt ab accidentibus desumi; sed rationale & sensibile sunt essentiales differentiæ; sumuntur verò à ratione, siue intellectu, & a sensu. Igitur intellectus & sensus non sunt accidentia, sed ipsa substantia earum rerum, quibus competunt

3. Tertio; Principium operandi est potentia, C sed anima est principium operādi; siquidem, vt definijt Auctor. Anima est id, quo viuimus, sentimus, loco mouemur, & intelligimus; ergo anima est ipsæ potentiæ. Atq; huius sententiæ videtur fuisse D. Augost. in Serm. de Imagine, cap. 11. vbi ait, animam esse intellectum, esse memoriam, esse voluntatem: & 10. de Trinit. cap. 11. vbi docet memoriam, intelligentiam & voluntatem non esse tres vitas, sed vnam duntaxat vitam; nec tres mentes, D sed vnam mentem: & in lib. de Spiritu & anima, cap. 13. Dicitur, inquit, anima, dum vegetat; spiritus, dum contemplatur; sensus, dum sentit; animus, dum sapit; dū intelligit, mens; dum discernit, ratio; dum recordatur, memoria; dum vult, voluntas; ista tamen non differunt in substantia, quemadmodum in nominibus, quoniā omnia ista vna anima est, proprietates quidem diuersæ, sed essentia vna.

*Sanct. Aug.*

Quartò; Si potentiæ distinguerentur realiter ab anima, possent illæ seiunctim diuinitùs conseruari, quod tamen repugnantiam inuoluit: ergo, &c. Probatur assumptum: tum quia cùm potentiæ includant in sua definitione subiectum, cui inhærent, nullo pacto ab ea diuelli poterunt, tum quia si extra animam esse possent, possent etiam ita spectatæ operari, atque adeò intellectus intelligere, voluntas velle, aspectus cernere. Quod est absurdum. E

5. Postremò; Immediatum principium generationis est forma substantialis generantis; F ergo & immediatū principium nutritionis, quæ est quædam partialis generatio; & ex consequenti etiam immediatum principium accretionis erit eadem substantia, cùm accretio non exigat potentiam à nutritione distinctam. Assumptum probatur, quia substantia nō nisi à substantia efficitur; aliòqui si ab accidente, siue tanquam à principali, siue tanquam à minus præcipua causa fieret; aliquid vltra suam speciem & naturam ageret, quod absurdum est. Quare non videtur negandum saltem potētias animæ vegetatiuas esse idem re cum anima, vti Durandus asserebat.

## ARTICVLVS II.

### *QVID IN PROPOSITA QVAEstione sentiendum sit.*

AMplectenda tamē est sententia D. Thomæ *Potentiæ ab* tum aliis in locis, tū 1. p. q. 77. art. 1. Caiet. *anima distin* ibid. Alensis 2. p. q. 65. memb. 1. Aegid. quodl. *guuntur.* 3. q. 10. Capreoli in 1. d. 3. q. 3. art. 2. M. Alberti *D. Thom.* d. 3. artic. vlt. & 2. lib. de Anima, tract. 1. cap. 11. *Caietanus.* Apollinaris hoc in lib. q. 7. Iandum quæst. 9. *Capreolus.* Henrici quodlib. 1 q. 9. & aliorum complurium, asserentium omnes potentias distingui re ipsa ab anima: quod item de cæteris facul- *Distinguuntur formaliter.* tatibus actiuis aliarum rerum intelligi debet.

Ac primùm, quod nequaquam verisimile sit 1. *Ratio.* potentias ita esse idem re cum anima, vt nec formaliter ab ea dissideāt, ex eo concluditur, quia alioqui diceremur intellectu velle, voluntate intelligere, aspectu audire: quod est contra communē sensum, ac modum loquendi. Item; Id quod ex se indifferens est ad diuersos actus, oportet vt per aliquid superadditum, ad eos determinetur; sed essentia animæ in se spectata est indifferēs ad quemlibet eorum actuū, quos edit (alioqui cùm animæ essentia vna sit, & actus plures, req; ipsa distincti, idem secundum idem esset simul determinatum ad plura realiter diuersa, quod fieri nequit) oportet igitur essentiam animæ per aliquid ad hunc & illum actum determinari. Id verò nihil aliud est, quàm ipsæ animæ facultates, seu potentiæ. Igitur potentiæ sunt aliquid superadditum essentiæ.

Tum verò quòd potentiæ sic animæ adueniant, vt ab ea re ipsa differant, ita suadetur: *De hac re in* Nulla substantia potest esse immediatum suę *Physic. libro* operationis principium. Igitur potentia, per *2. c. 7. q. 18.* quam anima operatur, nō est ipsamet animæ *Re ipsa differunt.* substantia. Antecedens nō modò asseritur ab *Nulla substantia creata* Auerroe 7 Metaph. com. 31. sed videtur etiam *per se ipsam immediatè operatur.* ad mentem Aristotelis lib. de Sensu, cap. 2. vbi docet ignem, terram, cæteraq; similiter non esse nata agere, nisi prout habent contrarietatem, id est, calorem & frigus, ac alias qualitates, quarum interuentu operantur. Deinde probatur idem antecedens ex eo, quia vt substantia sine accidentibus nō consistit, ita nec sine illis agit. Item qui finitra natura tantam accidentium varietatē & apparatum substantijs dedisset, si substantiæ per se actiones suas proximè obire possent.

Item, Elementa, quæ maximè actiua sunt, habent ad operandum virtutes re ipsa à suis formis substantialibus diuersas; videlicet primarias qualitates, vt ignis calorem & siccitatem, aqua frigiditatem & humorem: ergo pari ratione inerūt animæ vires ad agendum ab ea di-



*Gravitas & leuitas à formis substantialibus differunt realiter.*

stinctę. Idem etiam ostendi potest ex la- A cultatibus motiuis, grauitate, inquam, & leuitate. Nam quòd hæ à corporibus quibus conueniunt, re dissideant; ea ratio ostendit, quia possunt diuina virtute seorsim existere sine forma substantiali. At grauitas & leuitas potentiæ quædam sunt naturales ab elementorum formis primò oriundæ, indeque mixtis corporibus communicatæ. Quòd si hæ à suis formis re ipsa differunt, cur non idem de cæteris facultatibus actiuis asserendum erit. Accedit testimonium D. Dionysij, cap. 11. de diuinis nominibus, vbi ait cœlestes spiritus diuidi in essentiam, virtutem, & *D. Dionys.* operationem; quæ verba indicant tria hæc esse res distinctas. Quare multo magis in anima aliud erit essentia, aliud virtus.

B

## ARTICVLVS III.

### *SOLVTIO ARGVMENTOrum Primi articuli.*

*Solut. 1. arg.* DIluamus igitur eorum argumenta, qui potentias ab anima re ipsa non distinguūt. Ad primum concedēda est propositio, neganda assumptio, & ad eius probationem dicendum, licet materia sit sua potentia passiua; & operatiuæ qualitates sint sua vis actiua, nō proinde sequi animam posse esse suam potentiam actiuam; quia esse potentiā passiuam nō designat perfectionem, sed imperfectionē potiùs, sicuti & pati. Item, esse potentiam actiuam instrumentariā denotat perfectionem imperfectioni admixtam, quam nō est absurdum accidentarijs formis nō distingui. At esse suam potentiam actiuam tanquam agens principale arguit maiorem dignitatem, quàm rebus creatis cōueniat. Quo fit vt anima nequeat esse sua potentia actiua cum ipsa sit principale agens formale respectu suarum functionū. Ad alteram verò confirmationem eiusdem minoris respondendū est, potentias oriri ab anima per emanationem, ita tamen vt anima respectu illarum nō sit principale agens, sed quasi instrumentum præcipui agentis, id est, generantis, siue efficientis, vti superiùs commonuimus.

*Qualitates suæ actiuæ sunt ipsa actiua potentia instrumētaria.*

*Agit principale esse suū actiuū, perfectionē creatam excedit.*

C D E F

*Solu 2. Differentiæ essē tiales nō sumuntur à potentijs.*

Ad secundū. Rationale, & sensibile prout essentiales differentiæ sunt, non sumi ab intellectu, & à sensu, sed esse gradus Metaphysicos, qui petuntur à forma, & à materia, è quibus compositum coalescit.

*Solutio 3.*

Ad tertium. Animā esse principium operandi principale, & esse id, quo præcipuè, & tanquam à radice viuimus: tale verò principium nō esse potentiam, quia potentia, si sit vitalis, de qua in argumento agitur, est id, à quo proximè, & vt à minus principe causa vitalis operatio oritur. Neq; D. Augustinus lo- *D. Aug. animam & potentias idem esse non credit.* co citato contrariam opinionem asserit, sed duntaxat in sensu causam designante, quem causalem vocat, dixit animam esse intellectum, id est, intellectum profluere ab anima, & tres animæ potentias non esse tres vitas, id est, non fundari, seu consistere in triplici anima, sed in vna tantùm anima humana. Ad id verò, quod ex lib. de spiritu, & anima citatur, dicendum id opus falsò tribui Augustino, vt doctores Louanienses palàm conuincunt. Deinde occurrendum erat is verbis ostendi magis identitatem omnium graduum essentialium animæ in vnam essentiam, quàm potentiarum ipsius aut inter se, aut cum eadem anima.

Ad quartum negandum vllam esse repugnantiā si anima eiusq; potentiæ seiunctim *Ad 4. reflū* existāt diuinitùs. Ad primam verò impugna- *des Capreol.* tionem dicito multa inueniri in definiendo *1. d. 3. quæ. 3. art. vlt.* minimè separabilia, quæ tamen in existendo *Soluitur 4.* separari valent, vt patet in relatiuis veluti patre ac filio, quæ naturaliter separatim dantur. Ad secundam impugnationem respondendum actiones vitales licuti neque à Deo solo vitaliter elici valēt, vt plerisq; huius ætatis Philosophi approbant, ita neque posse elici à potentia, nisi cum hæc ipsi animæ inhæserit, reiq; intimè coniuncta fuerit, cuius rei ratio copiosiorē alibi tradenda erit. Ad vltimum negandum est antecedens, & ad eius probationem dicendum substantiam non gigni tanquam à causa principali, nisi à substantia: posse tamen accidentia vltra suam speciē *Solutio vlt.* agere, & attingere formarum substantialium productionem, non vi sua, sed quatenus sunt instrumentū substātiæ generātis, vt 2. Physicæ auscultationis libro copiosè disseruimus.

## QVAESTIO V.

### *DISTINGVANTVR NE Potentiæ per actus, & obiecta, an non?*

## ARTICVLVS I.

### *VIDERI NON DIstingui.*

NOn quærimus vtrum potentiæ distinguantur per actus, & obiecta tanquam per essentiales differētias, id enim planum est non ita se habere, cùm actus & obiecta sint extrinseca potentijs. Solùm ergo in controuersiam vocamus, num potentię actiuæ suam distinctionem capiant in ordine ad actus, quos edunt, & ad obiecta, in quæ tendunt, ita vt quāta inijs est distinctio, tanta in potentijs reperiatur. Occurrunt verò in par-

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Pro parte negatiua. Argum. 1.*

tem negatiuam hæc potissimùm argumenta. Primùm, Vna, eademq; potentia specie exercet actus diuersarum specierum: Igitur potentiæ non sumunt distinctionem specificam ex actibus. Probatur antecedens, quia vnus idemq; intellectus elicit actum scientiæ, & opinionis, qui haud dubiè inter se specie distinguuntur. Quòd si quis dicat hosce actus differre specie, non prout eliciuntur à potentia intellectrici secundum se, ac nudè sumpta, sed vt informata habitibus diuersæ speciei, nempe scientia, & opinione. Contrà: Ab vna, eademq; imagine intelligibili elici possunt actus distincti specie, vt ab imagine hominis conceptus hominis, & cõceptus animalis (esto hic non adæquet speciem, quæ hominem repræsentat) atqui in huiusmodi actibus non licet recurrere ad habitus distinctos specie, quib. intellectus informetur. Similiter ergo à potẽtia ejusdem speciei egrediũtur actus specie diuersi. Quod etiã apertè liquet in volũtate: à qua omni habitu carente edi poterit actus iustitiæ, & iniustitiæ, amoris, & odij, qui specie inter se differunt.

2. Secundò, Idem specie obiectũ pertinet ad potentias specie diuersas; & obiecta specie distincta pertinent ad potentiã eiusdem speciei; ergo potentiæ non distinguuntur per habitudinem ad obiectum. Probatur assumptum quoad priorem partẽ, quia idem color & intelligitur intellectu, & cernit visu. Quo ad posteriorem: quia candor, & nigredo differunt specie, & tamẽ ambo sub eandem speciem potentiam cadunt, nimirũ sub aspectum.

3. Tertiò, Intellectio habet pro termino verbum per eam expressum, & rem, quam intelligimus; vel igitur intellectio capit speciem à verbo tantùm, vel à re intellecta tantùm, vel ab vtroq;. Non à verbo, vel à re intellecta tantum, cùm ad vtrumque terminetur; non ab vtroq;, cùm verbum, & res cognita differant specie, & vnus specie actus nõ possit ferri in duos specie terminos. Nullo igitur pacto intellectio distinguitur specie per terminum; quod similiter de cæteris actibus intellectus dicendũ erit. Ex quo sequitur nec potentias distingui per actus; cùm eadem sit ratio actuum ad terminos, quæ potentiarum ad actus.

## ARTICVLVS II.

### *POTENTIAS DISTINGVI PER actus, & obiecta, neq; argumenta in aduersum adducta vim habere.*

*Per actus & obiecta potẽtiæ distinguuntur.*

HAec tamen argumenta nihil obstant, quominus cum communi philosophantium scholaticamur potentias distingui per actus, & obiecta. Cuius assertionis ea potissimùm ratio est, vt explicat D. Thomas 1. part. quæst. 77. artic. 3. quia cùm vnaquæq; potentia actiua suapte natura referatur ad actum, & obiectum; necesse est vt in ordine ad illa rationem suam, & essentiam habeat, proindeq; vt ab ijs distinctionem sortiatur. Atque hinc est quod potentiæ nõ nisi per actus, & obiecta, ritè definiuntur. Quod significauit Aristoteles hoc in lib. cap. 4. text. 33. cùm docuit actus, & obiecta esse ratione, seu definitione priora potentijs.

*Lege etiã D. Tho. in 1. d. 17. q. 1. a. 4. & in 2. d. 44. quæst. 2. a. 1. Caiet. 1. p. q. 77. a. 3. Ferr. lib. 4. contra gent. cap. 24.*

Cæterùm difficultas non parua est quo pacto hæc distinctio sumenda sit; quam difficultatem duobus primis superioris articuli argumentis explicuimus. Aduertendum igitur est obiectum cuiusq; potẽtiæ dupliciter spectari posse. Videlicet materialiter, seu vt res quædam est, verbi gratia, candidum, qua candidum, secundũ suam naturam: vel formaliter, id est, secundum eam rationẽ, qua cadit sub potentiam, & ad ipsum potentia refertur, quæ ratio dicitur visibilitas. Quod pari ratione de cæteris obiectis comparatione suarum potentiarum existimandũ est. Deinde haud ignorabis actus, qui ab aliqua potentia vna secundum speciem, egrediuntur, esse alios qui inter se specie distinguantur, vt visio albi, & visio nigri; omnes tamen subordinari vni rationi formali specificæ obiecti adæquati totius potentiæ sub qua in obiectum tendunt; quæ ratio in obiecto visus, est visibile, in obiecto intellectus, intelligibile, similiterq;, in cæteris. At enim hæc ratio formalis non vnit prædictos actus in vnam differentiam specificam essentialem; id enim haudquaquã fieri potest, alioqui deciderent à propria natura, vel differrent, & non differrent inter se specie, quæ est aperta repugnantia; sed dicuntur ij actus eiusmodi rationi formali specificæ subordinari, quatenus sub ea in obiectum feruntur. Atq; hinc est quòd visio albi, & visio nigri secundũ se spectatæ, & prout tendũt in sua peculiaria obiecta in se sumpta differunt specie, prout verò feruntur in eadem, vt stant sub ratione specifica obiecti adæquati visus, quę dicitur visibilitas, censentur vnius speciei, non quidem in se; nec enim possunt in vnam speciem infimam contrahi, vt diximus, sed eo pacto, quo homo, & nix, quatenus affecta candore, conueniunt in vnã speciem infimam, seruatis interim intrinsecis naturarum suarum differentijs.

*Obiectũ materiale potest, vel multa, vel aliter, vel formaliter considerari potest.*

*Actus vnius potentiæ specie diuersi vni rationi formali specificæ obiecti subordinantur.*

His ita constitutis, cùm dicimus potentias distingui per actus, & obiecta, sumenda sunt obiecta formaliter; & actus prout tendunt in obiectum secundum prædictã formalem rationem: quæ ratio semper est vna secundum speciem, vbi potentia vnius speciei est. Quanquam hoc interest, quòd potentia intelligẽdi in homine, verbi gratia, est vnius speciei logicè, atq; intrinsecè: eius verò actus spectati secundum eam considerationem quam diximus,



ximus, sunt omnes vnius speciei Physicę tantùm, ac secundum extrinsecam denominationem à ratione illa formali, quam in obiecto reperiunt. Qui tamen alioqui secundum suas peculiares differentias, quibus intrinsecè constituũtur, possunt ad diuersas species Logicas pertinere, vt intellectio lapidis, & intellectio leonis. Petes tamen quo pacto deprehendi possit rationem formalem obiecti esse vnam specie, ex qua debeat colligi potentiã esse specie vnam. Respondemus id deprehendi ex modo, quo obiectum potentiam immutat. Ab eo enim sumitur vnitas prædictę rationis formalis. Itaq; si is specie vnus sit, tam ratio formalis obiecti, quam potẽtia erit vna secundum speciem. Vnde quia, exempli gratia, omne visile habet eundem modum immutandi aspectum, visile secũdum rationem formalem est vnũ specie, & facultas videndi in omnibus animãtibus est vnius speciei, diuersa tamen à facultate audiendi, quia aliter hæc ab audibili; aliter illa à visibili immutatur. Quod in progressu cum de sensuum distinctione differemus, planũ fiet. Similiter intellectus humanus est vnus specie, qa vnus tantum modus inuenitur, quo is ab obiecto immutatur, nimirum per phantasmata, quorum ope, & ministerio intelligibiles rerum imagines in eo imprimuntur. Ex quo iam facilè perspicies, cur potẽtia à prædicta ratione formali intrinsecè, ac Logicè speciem capiat: & tamen actiones eiusdem potentiæ non nisi physicè, & extrinsecè conuenientiam in vna quasi specie ab ea mutuentur. Nimirum quia ratio illa immutandi per se primò, ac directò pertinet ad potentiam quæ immutatur, non ita verò ad actiones potentiæ.

*Ex modo quo obiectum potentiam immutat depreheditur eius rationẽ formalem esse vnam.*

Existit tamẽ adhuc circa hæc dubium minimè dissimulandum, videlicet qui fieri possit, vt v. g. intelligibilitas sit ratio vna secundum speciẽ, cùm prædicetur in quid de multis intelligibilitatibus specie distinctis, videlicet de ea, quæ conuenit lapidi, & ea, quæ competit leoni, quæ non possunt non specie differre, sicuti & actiones intelligendi, quibus attingũtur. Sed occurrẽdum intelligibilitatem (quod de cęteris eiusmodi rationibus formalibus asserendum erit) b fortiam accipi nimirum vel absolutè, vel vt concernit modum immutãdi potentiam. Si iuxta priorem cõsiderationem spectetur, dici de multis specie differentibus, nec ita tribuere unitatem specificam nostro intellectui: si iuxta posteriorem, esse speciem infimam, eoq; pacto talem vnitatem conferre potentiæ. Hunc in modum videtur nobis intelligendum philosophicum effatum de distinctione potentiarum per actus, & obiecta: alioqui passim inexplicabiles nodi in eo occurrunt, in quibus declarandis multi frustra laborant.

*Quomodo intelligibilitas sit species vna.*

Ad 1 igitur eorũ, quæ initio proposuimus reiecta quorundam solutione, quę in eo asserebatur dicendum, licet intellectus actiones specie diuersas edat, similiterq; volũtas, omnes tamen actus intellectus quatenus tendũt in obiecta, vt stãt sub ratione intelligibilis induere rationem vnius speciei, & omnes similiter actus voluntatis vt feruntur in obiecta, quatenus spectantur sub ratione volubilis, ac secundum ilíusmodi considerationes, actus intellectus tribuere speciem intellectui, & actus voluntatis voluntati.

*Solut. 1.*

Ad secundum, Obiectũ, quod materialiter assumptũ est vnius speciei sortiri posse diuersas rationes formales specie distinctas; nã color prout cernitur rationem vnam visibilis: prout intellectu percipitur, rationem vnam intelligibilis obtinet; similiter duo obiecta, quæ materialiter spectata specie differũt sub vnam rationem formalem venire possunt, vt candor, & nigredo sub visibilitatem.

Ad tertium, quosdẽ esse terminos, ad quos actus ordinantur, vt ędificatio ad domum, intellectio ad rem intellectam; alios, qui ordinantur ad actus ipsos, vt verbum mentis ad intellectionẽ: adeo enim verbum efformatur, vt per ipsum res intellectui repræsentetur. Dum igitur actus specie ma terminis accipere dicuntur, id de priori genere terminorum intelligi debet, ij enim sunt, ad quos per se actus respiciunt, & ad quos transcendenti habitudine referuntur. K E Φ.

*Solut. 3.*

*Actiones nõ distinguũtur per terminos intrinsecos qui ad ipsas ordinantur.*

## K E Φ. δ.

## CAPVT IIII.

Ἀναγκαῖον δὲ μετὰ ταῦτα περὶ τροφῆς διορίσασθαι, λαβόντες τι ἴσως ἐφοδιον αὐτῶν· ἀφ' ὧν γὰρ αἱ τροφαὶ καὶ αἱ αὐξήσεις, καὶ τὸ γεννητικὸν, καὶ τὸ δυνατὸν χρῆσθαι φαντασίᾳ, σχεδὸν ἐν λεκτέον ἀ τὸ τοῦτο, καὶ τὸ μὴ θρεπτικόν.

*Necesse est autem eum, qui de hiſce conſiderationem facturus eſt, quidnam ſit vnumquodq; ipſorum accipere, deniq; quærere perſcrutarique de hiſce, quæ ſequuntur, ac comitantur. Quod ſi dicere oporteat quid vnumquodque ipſorum ſit, vt quid ſit intellectiuum, vel ſenſitiuum, vel nutritiuum, antea dicendum eſt quidnam ſit intelli-* Text. 38.

## *CAPITIS QVARTI EXPLANATIO.*

*Necesse est.*] Enumeratis superiori capite animæ potentijs, ad singularum explicationem accedit: ac primùm quem doctrinæ ordinem, ad exquisitam animæ notitiam, sequi velit, proponit, aitque declarandum esse quidnam sit quæque potentia, & quæ eam comitentur: id est, accidentia, organa, aliaque his similia tam ad constituendam cuiusque poten-

Universidad de Deusto
Biblioteca



que potentiæ definitionem disquirendum priùs quinam sit eius actus, & ante actum, quodnam sit obiectum, in quod tendit.

b *Quare*



et. Finalem, quia vt is, qui ratione, & arte operatur v.g. faber, materiam gratia artificialis formæ apparat: ita natura propter formam naturalem, quæ in rebus viuentibus est anima, materiam exornat, ac disponit: & eius gratia tanquam propter finem cui, tantam membrorum varietatem, & organorum distinctionem effingit. Id quod Aristoteles 1. de partibus anim. cap. 5. & lib. 4. de generat. animal. cap. 1. & Galen. 1. de vsu partium declarant. Efficientem denique, quia administrat actiones viuentibus proprias, vt lationem, quia ab se mouentur: & si hæc facultas non omnibus insit: item sensionem, quæ alteratio quædam impropria est, & accretionem, cæteraq; id genus munia, quæ rebus tantùm animatis competunt.

f *Atq;*

gere, quid sentire. Nam operationes, actionésve, potentijs viribusq; priores sunt ratione. Quod si ita sit atq; priùs etiam obiecta, quàm ista contemplari oporteat: Primùm profectò de illis propter eandē causam, vt de alimento, de sensibili, de intelligibili determinare oportet. b *Quare de alimento generationéve primò dicendum esse videtur.* Nutritiua namq; anima, & cæteris inest, & prima est, & maximè cōmunis animæ vis, & potentia, qua cuncta viuentia viuunt. Cuius sunt operationes efficiáve generare, nutrimentoq; vti, hæc enim operatio maximè omnium operationum viuentibus est naturalis, viuentibus inquam his ce, quæ sunt perfecta non membris capta, quæque non frē semine oriuntur: vnumquodque inquam aliud sibi simile procreare, animal quidem animal, planta autem plantam, vt sint semper hoc pacto, conditionemq; subeant quoad possint diuinam. c *Id enim ipsum appetunt* vniuersa, grauiaq; ipsius omnia agunt quæcunque secundum naturam agunt. d *Duplex est autem id*, causa cuius cætera fiunt, atq; vnum est quo, alterum cui. Cum igitur semper esse, conditionēq; diuinā subire continuatione nequeant animantia, quia fieri nequit, vt caduText.34. Text.35.

corum atq; mortalium quicquam idem vnumq; numero semper permaneat: vt vnumquodq; potest, sic æternitatis conditionisq; diuinæ particeps est, aliud quidem magis, aliud autem minus, permanetq; non ipsum, sed tale quale est ipsum, numero quidem nō vnum, specie aūt vnum. e *Est autem anima corpo-* Text.36.
*ris causa principiumq; viuentis. Atqui cum multifariam hæc dicantur, anima pari modo tribus determinatis modis causa est. Nam est ex causa, à qua profluit motus; est etiam gratia cuius cætera fiunt: & insuper,*

Text.37.

*Insuper, vt forma corporum animatorum substantiæ. Atq; causam vt substantiam animantium esse, non esse obscurum. Causam namq; cunctis vt sint, formam ipsam, atq; substantiam esse patet. At viuere viuentium est esse, cuius sane causa est, vt constat, atq; principium anima. Præterea actus eius, quod est potentia, ratio est eiusdem. At anima viuentis est corporis actus. Patet etiam animam esse causam vt id gratia cuius cætera fiunt. Nam vt mens fit & natura alicuius gratia facit, quod quidem ipsius est finis, atq; tale est in ipsis viuentibus anima, & secundum naturam. Vniuersa namq; naturalia corpora tam animalium, quàm etiam plantarum ipsius animæ sunt instrumenta. Quo fit vt ipse finis animæ, sive controuersia, gratia. Duplex est autem id vti diximus causa, cuius cætera fiunt, atque vnum est quo, alterum cui. At verò constat animam id etiam esse. Vnde primùm motus ad locum ac commodatus emergit. Verùm hæc vis non vniuersæ ineſt viuentibus. Fit etiam per animam, & alteratio, & accretio: sensus enim alteratio quædam esse videtur, sentitq; nihil quod non habeat animam. Eadem est de accretione decrementóve, ratio. Nihil enim incrementa naturaliter decrementáve suscipit, quod non nutriatur, & nihil prorsus nutritur, quod non vitæ particeps sit.* f *Atque hac in parte sententia Empedoclis est posthabenda, qui quidem hoc non rectè dixit ac addidit. ideo incrementa plantæ suscipere, tum in radicibus infra, tum in ramis etiam supra, quia terra deorsum suapte natura & ignis sursum identidem pergit. Primùm namque non rectè accipit in plantis differentias dictas, infra inquam ac supra.* g *Non enim eadem sunt omnium veterum, & vniuersi, supra & infra. Sed quam habet rationem in animalibus caput, eam subeunt in plantis radices, si instrumenta diuersa vel eadem operationibus officiáve dicere affereréque oportet.*

h *Deinde*

---

b *Quare de alimento.*] Acturus de anima vegetatrice, quæ cæteris communior est, vt traditā à se methodum sequet, ait disserendū sibi prius esse de alimento, quod est nutritionis obiectū, itemq; de generatione, cæteriq; actibus altricis animæ. Esse verò animā vegetatiuam cæteris communiorem, ex eo suader, quia viuere, quod omnibus viuentibus commune est, ab illa primò tribuitur. Item quia procreare sibi simile, quod viuentibus non solùm cōmune, etsi non omnibus, sed maximè est naturale, ab illa etiam proficiscitur. Ait autem hanc actionē ijs duntaxat viuentibus cōpetere, in quibus tres cernuntur conditiones. Prima est, vt iam ad perfectum statum peruenerint, id est, vt sint in ætate ad generandum accommodata: vnde est quòd pueri non generant. Secunda, vt defecti, seu mutila non sint, alijsue causis, aut naturæ vitijs impedita. Tertia, ne sint sponte genita, qualia sunt quæ ex putrefactione oriuntur, vt vermes, & culices, hęc enim plerumq; non generant in quam sententiam lege quæ scripsimus lib. 2. de cœlo cap. 7. quæst 7. artic. 2.

*Viuere ab anima vegetatiua primò est.*

*Quæ conditiones ad generandi necessarię sunt.*

c *Id enim ipsum.*] Generandi actionem maximè naturalem esse probat ex fine. Nituntur enim animantes illius interuentu, quoad possunt, perennitatem obtinere, & æmulari immortalitatem diuinæ naturæ, ad quam ingenita propensione aspirant.

d *Duplex autem.*] Obiter admonet cuiusnis finis sit duplex, finis cuius, seu quo, id est, ad quē directò pergitur, & finis cui, hoc est, cui res comparatur: perpetuitatē esse finem quo viuentiū, id est, quem vnumquodq; viuens per generationem assequi contendit: ipsum autem viuens esse finem cui. Aduertit autem non omnia viuentia ex æquo æternitatis participationem sortiri, sed alia magis, alia minus, licèt omnia, quia numero non possunt, saltem secundum speciem, se ipsa conseruare nitantur. Lege quæ in hanc sententiam luculentè disseruit Boëtius, li. 3. de consolatione philosophiæ, prosa 11.

*Anima finalis & efficiens causa est.*

e *Est autem anima.*] Docet animam in triplici genere causam esse. Formalem, tum quia per eam viuentia intrinsecè habent suū esse substantiale: tū quia est actus primus corporis organici. Finalem

---

f *Atq; hac in parte.*] Ex dictis occasionem sumit coarguendi veteres Philosophos: atque in primis Empedoclem, qui causam accrementi plantarum aiebat esse elementa: terram infra in radicibus, ignem supra ramis: ita vt radices a terra descendente, rami ab igni superiorem locū capessente augescerent. In quo dupliciter errabat. Primùm, quia superiorem, & inferiorē locum in plantis non rectè assignabat. Deinde, quia viuentium accretionem non in animā, sed in elementa, vt in causam effectricem perperam referebat.

*Empedoclem causam accretionis plā tarū elementa esse cōmen tus fuit.*

g *Non enim eadem sunt.*] Quòd radices non sint inferiores, sed superiores plantarum partes ex eo ostendit, quia os, & radices sunt eadem organa: siquidem instrumēta dicuntur esse eadē, aut diuersa: quia sunt eiusdē, aut diuersæ operationis principia: at os in animantibus, & radices in arboribus sunt principia eiusdem operationis: vtriusq; enim alimentum capitur. Cùm igitur os, & caput in animantibus ad superiorē partem spectent, etiam in arboribus ad eandē spectabunt. Ita verò nō respondent superiores partes omnium viuentium superioribus partibus vniuersi: quia in mūdo superior locus dicitur, quo tendunt leuia: inferior, quo descendūt grauia: omniū aūt viuentiū pars supera vergit ad terram, excepto homine, cuius positio suum vniuersi imitatur. Lege quæ de hac re scripsi: Aristoteles 1. lib. de histor. anim. cap. 13. lib. 2. de cœlo cap. 2. lib. 4. de part. anim. cap. 10. & de iuuentute, & senectute cap. 1.

*Impugnatur Radices in plantis superiores partes sunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ἀπὸ δὲ τούτοις τί τὸ σωίζον ἐκ τοιούτου φερόμενον, τὸ πῦρ καὶ τὸν ὄγκον. Δῆλον καὶ ὅτι τοῦτο, ἢ μὴ τέτοιον τὸ κωλύον· ἢ δ' ἐστι, τοῦτ' ἐστὶν ἡ ψυχὴ καὶ τὸ κατὰ τὴν αὔξησιν εἶδος, καὶ τρέφεσθαι. δοκεῖ δὲ πᾶσι καὶ τὸ πυρὸς φύσιν εἶναι μάλιστα καὶ πρῶτον τροφὴν καὶ τὸ αὐξητικὸν εἶναι, καὶ γὰρ αὐτὸ φαίνεται μάλιστ' τῶν σωμάτων, καὶ πᾶν αὐξάνεσθαι καὶ αὔξεσθαι δύναται. τὸ δ' αὐξητικὸν καὶ τρεφόμενον καὶ αὐξανόμενον. εἰς δ' οὐσίας φύσεις ἑκάστου ὑπολαμβάνει τις ἀεὶ τῶν ὄντων εἶναι τὸ ἐγγιγνόμενον. τὸ γὰρ σωζόμενον, οἷον βοῦν, ἕνα αὐξήσειν· τοῦτον γὰρ ψυχὴν, ἀλλ' ἓν σῶμα, καὶ μᾶλλον ἡνῶσθαι· ἔπειτ' ἤδη αὐτοῦ θρεπτικὸν τῆς ψυχῆς δεῖσθαι καὶ γεννητικὸν, ἅπερ τροφῆς ἀναγκαῖον διορίσαι, πρῶτον· ἀφορίζεσθαι γὰρ ἐκεῖνα τὰς ἄλλας δυνάμεις τοῦ ἐγγύτατον. δοκεῖ δὲ τοῦτο ἡ τροφὴ, τὸ συνεστὸς τοῦ συνεστῶτος· ἢ ὅσα δὲ πυκνὰ, ἀλλ' ὅσα τῶν ὑγρῶν μὲν μᾶλλον, ἐξιέναι δὲ μὴ δύνασθαι ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ καὶ αὔξεσθαι· γίνεσθαι γὰρ πάντα ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ἃ πάσχει ποιεῖ· οἷον ὅταν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἐξηραίνηται· φαίνεται δ' ὑπὸ τούτου τοῦ τρόπου ἀναγκαῖον εἶναι τροφὴ· ἀλλὰ τοῦ πυρὸς μέν, τοῦ ὕδατος οὐδενός, τοῦ δὲ πνεύματος μᾶλλον, τοῦ δὲ γεώδους τοῦτο μὲν οὐδὲν, τοῦτο δὲ μάλιστα· τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτο πάσχει πως τοῖς ἄλλοις ἅπασιν.

*Deinde quid est, quod cõtinet terram ignémve, quæ quidem in contraria loca feruntur? distrahentur enim profectò nisi aliquid sit, quod ipsa prohibeat atq; detineat. Quod si sit aliquid: id est profectò anima ipsa, quo fit, vt ipsa sit augẽdi causa, nutriendive, non elementa, quemadmodum ille putabat.* i *Sunt autem quibus ipsum ignis na-* Text.40. *tura, causa simpliciter nutritionis & accretionis esse videtur. Ipse namque solus omnium corporum aut elementorum nutritiuæ augeri videtur.* Quæ- Text.41. *propter & in plantis & in animalibus putabit quispiam ignem id ipsum esse quod operatur, verum non ita est. Sea cum comitetur causam, est ob id ipsum quodammodo, non simpliciter causa. sed talis est potius anima. Nam ignis quidem accreto in infinitum progreditur, & eo vsque fit, quousq; sit combustibile, at eorum omnium quæ natura constant est finis tam magnitudinis, quàm accretionis, & hæc animæ sunt, non ignis, & rationis potius, quàm materiæ.* k *Cùm autem eadem vis* Text.42. *animæ sit & nutriendi & generandi, primùm de alimento determinare necesse est. Hoc enim à cæteris potentijs hoc opere atque munere fungitur.* l *Videtur itaq; contrarium esse contrario nutri-* Text.43. *mentum, at non cuilibet quodlibet, sed id ei, quod in alterum ex altero non solum mutuo generatur, sed incrementa etiam suscipit. Complura namq; contrariorum fiunt quidem ex sese mutuò: sed non à suis omnia contrarijs incrementa suscipiunt, vt ex ægrotante sit sanus. At verò nec illa modo eodem sibi mutuò nutrimentũ esse videntur, sed aqua quidem alimentũ est igni, ignis autẽ non nutrit aquam. Etenim in simplicib. corporibus horũ alterũ alimenti, alterũ eius quod nutritur maximè subire ratiõẽ videtur.*

in *Verum*

h *Deinde quid est.*] Ostendit causam incrementi non esse elementa: quia cùm illa natiuam propensionem ad propria loca habeant, vel aliquid ea continet, & coercet: vel nihil: si nihil, oporteret illa confestim dissipari. Si aliquid, id profectò erit principium accretionis, idque erit anima. Quare non est motus accretionis ab elementis, sed à forma ipsorum viuentium.

*Refelluntur Leucippus et Democritus qui causam nutritionis ignem dixerunt.*

i *Sunt autem quibus.*] Refellit sententiam Leucippi, & Democriti existimantium ignem nutritionis causam esse, quòd inter omnia elementa maximè nutriri, & augescere videatur: id enim quod maximè tale est, cæteris, vt talia sint, videtur causa esse. Fatetur ergo in primis Aristoteles calorem nutritionis munus exequi, non tamen vt principem causam: sed vt instrumentariam, qua anima ad præparandum, & decoquendum alimentum vtitur. Tum ita argumentatur: Si ignis nutritionis, & accrementi causa esset, cùm ipse ex se nulla incrementi lege teneatur, sed semper increscat, dum ei subest quod comburat, sequeretur res natura constantes, hoc est, viuentes (sumit enim hic naturam pro vita & anima, vt interdum assolet) in infinitum augeri posse, ita vt nullum etiam magnitudinis terminum vendicarent, quod falsum est, cùm omnibus viuentibus certos limites natura præfixerit. Non igitur ignis nutritionis, & augmenti causa est sed potiùs anima, quæ rem ad congruentem magnitudinem prouehit.

*Nõ materia sed forma vt potentia terminat.*

Idem in hunc modum confirmat. Terminatio quantitatis rerum viuentium non ad materiam pertinet, quæ ex se est vaga, & errabunda, sed ad formam, quæ suopte ingenio materiam limitat, ac terminat: atqui anima est forma, ignis verò, cæteraq; elementa rationem materiæ in mixtis obtinent: ergo non elementa, sed anima ipsa nutritionis, & accrementi opifex est. De terminis rerum tam viuentium quam non viuentium differemus primo libro Physic.

k *Cùm autem eadem vis animæ sit & nutriendi & generandi.*] Postquam docuit motum accrementi, & generationem, ac nutritionem esse ab anima incipit disputare de potentia vegetandi, ad quam pertinent nutritio, & generatio: adde, & augmentatio: quia verò hæ circa alimentum alio, & alio modo versantur, vt progressu patebit, ac per ordinem ad illud distinguũtur, de eo sibi primum differendum esse inquit: quo autem modo intelligendum sit prædictam potentiam vnam esse progressu expendemus.

l *Videtur itaque contrarium esse contrario nutrimentum.*] Affirmat alimentum debere esse contrarium rei, quæ nutricur: siquidem mutari in eam debet, omnis autem mutatio est inter



inter contraria aliquo modo. Quia verò contrariorum non eadem natura est, explicat quo pacto alimentum debeat esse contrarium, nempe non ea ratione, qua sanum, & ægrum inter se contraria sunt, & vnum in alterum simpliciter mutatur: sed ea, qua vnum sic alteri est contrarium, vt cùm in illud conuertitur, ipsum augeat, quomodo se habeat aer ad ignem, & aqua ad aerem.

*Quo pacto alimentũ cõtrarium esse debeat rei, quæ nutritur.*

m *Verùm*

---

ἀπορίαν ἔχει· φασὶ γὰρ οἱ μὲν τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ τρέφεσθαι, καθάπερ καὶ αὐξάνεσθαι· τινὲς δ' ἀναιροῦσι τὴν ἀπορίαν, τοὐναντίον λέγοντες· τὸ γὰρ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ γίνεσθαι, ὡς καὶ τὸ σωζόμενον ὑπὸ τοῦ ἐναντίου· τὸ δὲ ὅμοιον μηδὲν ποιεῖν μηδὲ πάσχειν ὑπὸ τοῦ ὁμοίου. ἔτι δὲ τὸ τροφὴν μεταβάλλειν ταύτην, ὡς τὸ ἀναπαυόμενον, ἢ τὸ μεταβάλλον· ἐπὶ μὲν οὖν τῆς τροφῆς φανερὸν ἢ τοῦτο τὸ τρεφόμενον, ἀλλ' ὑπὸ τούτου τὴν τροφὴν, ἢ οὐδὲν τοῦτο τῆς τροφῆς, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνου ὧνπερ· ὁ γὰρ τοιοῦτος μεταβάλλει μόνον ὡς ἐνέργειαν ἐξ ἀρχῆς, πέπειρον δὲ ἐστι ἡ τροφὴ τοιαύτου ὑποκειμένου· ἐπὶ δὲ τῆς αὐξήσεως, ἔχει διαφοράν. ἃ δ' ἄμφω, ἀλλ' ἃ μὲν ἀπαθῶς, ἃ δὲ πεπαμμένως, ἀμφοτέρως δὲ ἐνδέχεται τὸν τροφὸν λέγειν· ἡ μὲν γὰρ ἀπαθῶς, τὸ ὁμοιοῦν τῷ ὁμοίῳ τρέφεται· ἡ δὲ πεπαμμένως, τὸ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ. ὅτι φανερὸν, ὅτι πλείους καὶ ἐξ ἴσου καὶ οὐκ ἐξ ἴσου. ἐπὶ δὲ μᾶλλον τρέφεται μὲ μειζον ζῶον, τὸ ἐμψυχον· καθ' ὃν γὰρ σῶμα τὸ τρεφόμενον, ἡ ἐμψυχον. ὥστε καὶ ἡ τροφὴ καθ' ἐμψυχον ἐστι, καὶ ἡ κατὰ συμβεβηκός. ἐστι δ' ἐνίοτε τροφὴ ἃ αὐξητικὸν ἀναιρεῖ ἢ μᾶλλον

*Verùm enim is locus, dubitationem habere videtur. Sunt enim qui putent simile simili nutriri quemadmodum & accrescere. Quibusdam autem (vti diximus) non hæc sententia, sed contraria placet, censentq; non simile simili, sed contrario contrarium, aliter etenim fieri nequit, vt inquiũt, vt à simili simile patiatur. Alimentũ enim mutatur, atq; digeritur, mutationẽq; rerum omnium, in oppositum, vel in medium esse constat. Præterea* Text.45. *nutrimentum quidem, aliquid patitur ab eo quod alitur. Hoc autem ab alimento non patitur quicquam quemadmodũ nec à materia faber, sed materies, vt patet à fabro, qui quidem ex otio mutatur tantum ad operandum.* n *At enim interest plane si nutrimentum sit id, quod vltimo tandem adiungitur, atq; additur, an non hoc, sed id, quod primum ingeratur. Quod si vir nunq; quidem est alimentum, alterum tamen est digestum, alterum indigestũ, vtrog; profectò modo, & contrario contrarium & simile simili dicere licet nutriri. Nam si vt indigestum sumatur, contrariũ contrario alitur, sin vt digestum, simile simili nimirum hoc pacto nutritur. Quare patet illos vtrosque partim recte, partim non rectè dicere atque sentire.* o *Cùm autem nihil nutriatur, quin habeat vitam, animatum id erit profectò corpus, quod alitur, ea sanè ratione, qua est animatum. Quare & nutrimentum ad animatum per se refertur, & non per accidens. Atqui diuersa est alimenti ratio, vt nutrit, & auget.* Text.46. Text.47.

Nam

---

m *Verùm enim is locus.*] Ad rem magis illustrandam vocat in disceptationem debeátne alimentum simile esse rei nutritæ, an contrarium, vt paulò antè docuit. Sunt qui putent debere esse simile, quia eisdem augemur, & nutrimur: dissimile verò & contrarium tantùm abest, vt augeat, vt disperdat potiùs, cùm semper vnum contrarium alteri pernicium intendat. Alij affirmant alimentum oportere dissimile, atque contrarium esse: quia nihil nisi à dissimili, & contrario patitur, constat autem alimentum pati à viuente, dum ab eo immutatur, & decoquitur: cùm viuens ab alimento non patiatur: quemadmodum materia arti subiecta variè mutatur, & patitur ab artifice; ipse verò artifex à materia non patitur, nisi quis passionem vocet mutationem à quiete, & otio ad operationem & actum. Hic aduerte cum Aristoteles ait alimentum pati à viuente, non contrà, haud quaquam repugnare sibi in 1. de generat. cap. 7. text. 53. vbi ait inter alimentum, & rem viuentem dari reciprocam actionem, & passionem. Hic enim, vt annotauit Auerroes com. 45. non absolutè negat alimentum agere in ipsum viuens, sed agere per actionem, qua ipsum in se conuertat: illic verò de actione in commune agebat.

*Aliqui contenduni debere esse simile.*

*Alij oportere esse contrarium.*

*Decidituv controuersia de alimenti similitudine contrarietate ve cum vi uente.*

n *At enim interest plane si nutrimentum sit id.*] Componit excitatam controuersiam aiens vtriusque partis assertores partim pro veritate stare, partim non. Nam alimentum simile esse debet, & dissimile; contrarium, & non contrarium. Simile, & non contrarium in fine, seu posteaquam concoctum, & digestum est, idq; probat ratio adducta pro priori opinione. Dissimile, & contrarium in principio, seu cùm adhuc crudum est & incoctum; idq; concludit argumentum postetioris sententiæ.

*Alimentũ se cũdum substantiã obiectũ est nutritionis, accretionis secundum quantitatem.*

o *Cùm autem nihil.*] Quale alimentum sit, docet aiens alimentum habere ordinem per se ad animatum: quandoquidem nihil potest ali, quod animæ & vitæ expers sit. Monet subinde alimentum trifariam spectari posse. Vno modo quoad substantiam sicq; est obiectum nutritionis. Oportet enim substantiæ beneficio partes substantiales viuentis, quæ actione caloris naturalis perpetuò dilabuntur, resarciri. Altero secundũ quantitatẽ, & ita sumptũ alimentũ, est obiectũ accretionis: augescit enim res accessione quantitatis. Tertiò quatenus est superfluũ

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quatenus est inest ſui generatio nẽ pertinet.*

alimenti, & ita pertinet ad generationem. Seponit enim natura ex eo quod redundat è nutritione, partem quantã alimenti ex tertia decoctione, quæ in quadam parte corporis ad id determinata, seminariam, ac generatiuam vim accipit.

p *Quare*

---

ἤ ἁπλῶς ὃ ποιεῖ τι τὸ ἔμψυχον, αὔξησιν. ἢ ὃ τόδε τι ἔχοντα, τροφή· σώζει γὰρ τὸν ὑπάρχοντα, καὶ μᾶλλον τοῦτον ἐκείνου μὲν ἕνεκα τὸ τρέφεται· καὶ γλίσχρως πεπεπκὸς, ὅ τῷ τρέφοντι, ὡσὰν εἰ τὸ τρέφομενον· ἤδη γὰρ ἐστὶν αὐτὸ ἡ οὐσία· γίνεται δ' ἄλλο αὐτὸ ἑαυτοῦ, ὅσον χρόνον σώζεται· ἔστι δ' ἡ μὲν πεπτικὴ τῆ ψυχῆς ἀρχὴ, δι' ὑπερβολὴν ἐστὶ, εἰς αὐξάνεσθαι τὸ ἔχον αὐτὴν ἡ πεπτόν· ἢ γὰρ τροφὴ πᾶν ἀναλίσκει ὅσον ἔχει δύναμιν τροφῆς, ὃ δ' αὔξεται ἀνάγκη ἔτι τρία τὰ τρέφοντα, ᾧ τρέφεται, ᾧ τρέφει· τὸ μὲν τρέφον ἐστὶν ἡ πρώτη ψυχὴ· τὸ γὰρ τρέφεσθαι, αὐτῆς ἔστιν ἕνεκα· ᾧ δὲ τρέφεται, ἡ τροφή. ἔστι δὲ τοῦτο ἅπαν τὸ ἔχον ἀπορεκτικὸν ὅλου δύναμιν· τέλειον δὲ τὸ γεννῆσαι ἄλλο οἷον αὐτό. ἔστι δὲ ἡ πρώτη ψυχὴ γεννητική, ὅλως ᾧ τρέφεται ὑπάρχει, ὡς εἴρηται καὶ πρόσθεν, καὶ τὸ πεφυκέναι τὸ μὲν ποιεῖν τὸ δὲ πάσχειν, ἀναγκαῖον, τοῦτο δὲ ἀδύνατον πάντας ἰσάζειν τὸ αὐτὸ πάντα τὸ θερμόν· διὸ πᾶν ἔμψυχον ἔχει θερμότητα. τίνα μὲν οὖν τὰ ἴδια τροφῆς, εἰρηται· διωρισμένων δ' οἷς ὕστερον ἀρξόμεθα, ὧδ' ἂν εἴη εἰκότως λέγοις. ΚΕΦ. ι.

*Nam vt ipsum alimentum quantum est quoddam, auget, vt est hoc aliquid, & substãtia nutrit. Conseruat enim substantiam, & est consq; profectò, quonsq; nutritur. Efficit præterea generationem ac ortum, non eius quod alitur, sed talis quale est id, quod nutritur, iam enim est ipsa substantia, & nihil se ipsum generat, sed conseruat.* p *Quare tale quidem animæ principium, vis est talis, vt id conseruet, quod ipsam habet, ea nimirum ratione qua ipsam habet. Alimentum autem ad operandũ præparare videtur. Quapropter alimento primũ esse non potest. At verò cum hoc in officio tria sint hæc necessariò concurrãt, id inquam quod nutritur, & quo nutritur, & quod nutrit, id quidẽ nutrit est ipsa anima prima. Id autem quod nutritur corpus est, quod ipsam animam habet, at id quo nutritur ipsum est alimentum.* q *Atq; cùm sit par vniuersæ à fine res appellare finis; huius animæ fit generatio talis, quale est id, quod ipsam habet, erit anima prima profectò principium generandi tale, quale est id, quod hanc ipsam animã habet.* r *Id autem quod nutrit anima, duplex est: quemadmodum & id, quo gubernator gubernat. Manut inquam & clauus, atq; aliud monet, atque monetur, aliud mouet tantùm.* s *Necesse est autem, omne nutrimentum naturæ sit talis, quæ digeri possit. At digestionem efficit calor. Quapropter omne animal habet caloremᵐ. Quid igitur sit alimentum ipsum, vniuersaliter diximus, postea verò de ipsis exactius persequtabimur.*

Text.48.

Text.49.

Text.50.

---

CAPVT

*Potentia nutritiua est qua viuens, in quantũ viuens, se conseruat.*

p *Quare tale quidem.*] Tradit potentiæ nutritiuæ definitionem, quam dicit sumendã esse à præstantissimo siue, qui est generatio. Ita verò se habet definitio. Potẽtia nutritiua est, qua viuens, in quantũ viuens, se conseruat. Et quia dixerat alimentum ad nutritionẽ præparari, atq; iam principij rationẽ sortitũr. Etenim anima est principium efficiens nutritionis, alimentum verò est id, quo tanquam materia, & instrumento quodam fit nutritio, id verò, quod nutritur, est corpus animatum.

*Quid sit anima vegetatrix.*

q *Atq; cùm sit par, &c.*] Definit vegetatricem animam, non in vniuersum, sed eam, quæ inest viuenti perfecto, id est, quod potest ex semine progignere sibi simile. Anima, inquit, vegetatrix est principium generandi tale, quale ipsa habet: intellige principium primum, seu præcipuum: nam minus præcipuum, & proximum, est ipsa facultas generationis administra.

*Calore, et alimento nutritionis munus anima exequitur. Nullum viuens sine calore est.*

r *Id autem, quo nutrit.*] Quemadmodum, inquit, gubernator duo habet, quorum interuentu nauem regit, nimirum manum, & gubernaculum: Ex quibus manus mouetur à gubernatore, & mouet gubernaculum: ipsum verò gubernaculum iam nõ mouet aliud quidpiam, quod sit velut instrumentũ. Ita anima duo vẽdicat, quibus ad nutritionis munus vtitur; videlicet caloré, & alimentũ. Ex quibus calor assumitur, & quasi mouetur ab ipsa anima, & mouet, siue alterat alimentũ: ipsum verò alimentũ non iam viterius mouet quidpiam, quod sit intermedij ad mouendum aliud. Hæc videtur germana huius loci explicatio, in quo enarrando Græci expositores tum inter se tũ à Latinis dissident. Quorum dissidij, qui legere volet, consulat Philoponum Simplicium, Auerroem, Diuum Thomam, Alexandrum, & Themistium.

s *Necesse est.*] Ostendit calorem eatenus dici id, quo viuens nutritur, quatenus cõcoctio caloris opus est. Vnde colligit omni viuenti necessariũ esse caloré, cùm omne viuens nutriatur, & omnis nutritio calore egeat. Cõcludit se minùs exquisitè atq; vniuersaliter tũm de hisce rebus in præsenti disseruisse, acturus videlicet de eisdẽ alibi exactiùs. Nam de alimentis animalis, de incremento, decremento, corporis, de natura seminis, deq; aliis eiusmodi in libris de animalibus copiosè disputat: præterquam quòd de nutritione, & accretione in libris de ortu, & interitu accuratè egit; vbi nos quoq; eandem rem ex instituto pertractauimus.

QVAESTIO



## QVAESTIO VNICA.

### *VTRVM POTENTIAE VEgetatriciæ animæ inter sereaIiter differant.*

### ARTICVLVS I.

### *OPINIO EXISTIMANtium distingui inter se realiter.*

*Tres animæ vegetatiuæ generationes. De potentia vegetatiua, Gal. in libro de Facul. nat. Medic. 1 pr. doct. 6. ca. 2. Fernel. lib. 1. suæ Physiologiæ c. 13 & 4 D. Th. 1. p. q. 78. art. 2. 1. Argum.*

SVperioribus controuersijs disseruimus cum Aristotele de ijs, quæ ad animæ potentias in commune spectant: nunc de singulis potẽtijs cum eodem disputabimus, atque in primis de vegetatricibus, quæ ordine generationis cæteris priores sunt. Vegetatricis animæ functiones tres recensuit Aristoteles proximo capite, nutritionem, accretionem, generationem; quarum prima pertinet ad conseruationem indiuidui, altera ad eius perfectionem, secundùm molem corporis: tertia ad propagationem & conseruationem speciei. Est verò quæstio, vtrum iuxta numerum harum operationum constituendæ sint tres potentiæ realiter distinctæ, nutritiua, augens, procreans. Pro parte affirmatiua hæc se offerunt argumenta. Primùm, q potentia augens distinguatur re à nutriente. Cùm viuens peruenit ad statum, seu consistentiam, manet superstes, atque integra virtus nutriens, pereunte augente; si quidem viuens quandiu viuit, nutritur; & tamen postquam statum nõ iam accrescit: ergo virtus nutriens distinguitur realiter ab augente; alioqui eadem virtus maneret, & non maneret. Deinde, Obiectum nutritionis est alimentũ, prout est substantia, obiectum accretionis est idem alimentum, prout quantum: hæ autem rationes differũt toto genere, vt substãtia & quantitas: sed ex tanta diuersitate obiectorum recte arguitur distinctio realis in potentia. Igitur facultas nutriens & augens differunt realiter inter se. Hanc sentẽtiam secutus est Magnus Albertus 2. parte Summæ, de Homine, quæst. de Motu nutritiuæ, artic. 3. Caietanus hoc in lib. ad text. 5. Iandunus quæst. 13. Apollinaris quæst. 9. Iauellus quæst. 18. & alij, quibus videtur suffragari D. Thomas 1. par. quæst. 78. art. 2. & quæst. 79. art. 7. lib. 2. contra Gentes, cap. 89.

1. *Argum.*

*Sunt in hac opinione Albertus, Caietanus, Iandunus, Apollinarius, Iauellus.*

*Qui potentiam generantem à nutriente realiter distinguunt.*

Quod verò attinet ad potentiam generantem, plerique eam similiter distinguunt à nutriente. M. Albertus hoc in libro, tract. 2. cap. 6. & 2. par. Summæ, quæst. de Vegetabili, art. 2. Aegidius quodlib. 3 quæst. 12. Caietanus ad cap. 4. huius libri, Ferrariensis ibid. q. 7. Iandunus quæst. 13. Fernelius lib. 5 suæ Physiologiæ, cap. 3. & alij: potis serè est, quod superioris. Nam obiectum facultatis generantis est alimentum prout aptum vt viuens illius interuentu procreet sibi simile; quæ ratio, vt ex dictis cõstat, diuersa est ab ea, quam in alimento virtus nutriens spectat. Item virtus nutriens datur absque gignente, vt in ijs, quorum ætas effœta iam est, & in nonnullis, qui vel naturæ defectu, vel ob alias causas gignendi carent facultate, qui tamen perpetuo nutriuntur; sed quæ ita sunt affecta, vt vnum inueniatur sine alio, realiter differunt: ergo, &c. Deinde potest eadem opinio ita confirmari; Quando alicui potentiæ conuenit aliqua operatio, quę alteri non conuenit, eæ potentiæ distinguuntur realiter; sed potentiæ generanti competit aliqua operatio, quę non competit nutrienti: ergo. Probatur minor, quia potentiæ generanti competit formatio membrorum, quæ est præcipua dispositio, & præparatio ad introducendam formã viuentis: & tamen hæc operatio non conuenit facultati nutrienti; quandoquidem si alicui abscindatur brachium, non restituitur à facultate nutriente, quæ sanè id restitueret, si esset eadem cum potentia gignente, quæ illud primò formauit. Accedit quòd altrix per totum corpus diffusa est, generans autem certam definitam; sedem obtinet, videlicet vbi superfluum alimenti seminalem vim accipit. At quæ subiecto distinguuntur, realiter etiam differunt. Non videtur ergo negandum, facultatem generandi distingui re ipsa à potentia nutriendi.

2. *Argum.*

3. *Argum.*

4. *Argum.*

---

### ARTICVLVS II.

### *CONSTITVITVR PARS NEgatiua: diluuntur aduersariorum rationes.*

1. *Conclusio. Non est distinctio realis inter nutrientem potentiam, & augentem.*

SIt huius controuersiæ prima conclusio: Potentia augens nõ distinguitur realiter à facultate nutriente. Hanc complexus est Durandus in 1. dist. 3. 2. part. dict. quæst. 2. Philoponus hoc libro, ad text. 46. Niphus ad text. 42. Vallesius lib. 2. Controuersi. medic. cap. 20. & alij. Eam verò probat hæc ratio, vt cæteras omittamus: Cùm natura compẽdio studeat, & paucitatem magis, quàm multitudinẽ affectet, non solet potentias, vt nec res alias, absque necessitate multiplicare; sed nulla necessitas cogit multiplicare potentias ad actus augendi & nutriendi: ergo vna tantùm dabitur potentia, à qua ij administrentur. Proba tur minor, quia cùm aliqui actus sunt inter se necessariò coniuncti & subordinati, ab eadem facultate oriri queunt, sicuti ab eadem lucis vi progreditur illuminatio & calefactio; quia eiusmodi calefactio subordinatur, ac necessariò coniungitur illuminationi. Cùm igitur actus augendi & nutriendi sint inter se subordinati, ac necessariò coniuncti; ab vna eademque facultate oriri potuerunt. Aduerte autem

*Actus subordinati ab eadem potentia esse possunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



autem cùm dicimus actum nutriendi necessariò coniungi cum actu augendi, non accipi à nobis augendi actum pro eo, quo viuens ad maiorem quantitatem promouetur; constat enim hunc non necessariò dari, quandiu viuens nutritur; sed sumi pro eo, quo viuens quantitatem acquirit, siue maiorem, quam deperdit, siue æqualem, siue minorem. Quo pacto accretio, id est, acquisitio nouæ quantitatis, perpetua nutritionis comes est.

Secunda conclusio: Probabilius est potentiam generandi non distingui realiter à potentia nutriendi. Hanc conclusionem tuetur Durandus in 1. dist. 3. 2. part. dist. quæst. 2. Vallesius lib. 2. Controuers. cap. 10. & alij, quibus fauet Aristoteles proximo superiori capite, tex. 32. illis verbis; Cùm eadem vis animæ sit, & nutriendi, & generandi. Astruunt verò huius sententiæ probabilitatem hæc argumenta: Ab eadem facultate oriri potest generatio totalis & partialis: sed nutritio est generatio quædam partialis: ergo ab eadem potentia, à qua hæc oritur, potest illa oriri; maximè cùm vtraq; similibus accidentibus materiam disponat, vtraq; formam vniat, introducatq; in materiam; altera in totam, altera in partem. Item per eundem calorem gignitur de nouo ignis, & postea aggeneratur, conuersa in ipsius substantiam materia combustibili: ergo & viuês per eandem facultatem poterit ex integro produci, & post productionẽ nutriri. Non est enim cur putemus maiorem esse ad hoc præstandum vim caloris in igni, quàm nutrientis facultatis in viuente.

Hactenus probatũ à nobis fuit, neq; facultatem augentem, neq; generantẽ à nutriente realiter distingui. At enim ex eo facile quiuis intelliget, si potentia generans & augens inter se conferantur, eas etiam inter se re ipsa non differre; siquidem nõ differũt à nutriente. Namque in rebus creatis, cum aliqua sunt idem realiter in vno tertio, inter se quoque re ipsa idem sunt. Est igitur potentia nutriens, augens & generãs vna eademq; facultas realiter, etsi non sit negandum, inueniri inter illas formalem distinctionem: vt constat ex diuersis earum definitionibus, quæ proximo capite ab Aristotele assignatæ sunt.

*Solvitur ar gumẽta, quæ vim augentem & nutrientem realiter distinguebant.*

*Solvitur 1.*

Nunc partium aduersariarum argumentis respondeamus. Ad primum eorum, quæ ostendere contendebant vim augentem à nutriente distingui; negandum est cùm viuens ad statum peruenit, extingui facultatem augentem. Quicquid afferat Galenus in libro de Nutrimento. Licèt enim non iam plus reponat, quam dilabatur; adhuc remanet eadem virtus, minùs tamen firma ac robusta, q̃ anteà. Quemadmodum eadem potentia videndi in Socrate iuuene perspicaciùs & acutiùs intuetur, quàm in eodem iam sene. Itaque non est admittendum post statum manere simpliciter, ac non manere eandem virtutem nutricem; sed manere eandem, minùs fortem ac validam.

*Solvitur 2.*

Ad secundum respondemus; quamuis actus augendi & nutriendi ferantur in obiecta toto diuersa genere: non tamen eam diuersitatem sufficere ad arguẽdam potentiam realiter distinctam, quando actus sunt inter se subordinati, ac necessariò coniuncti, modo superiùs explicato. Ad primam verò rationem eorum, quibus videbatur ostendi generandi potentiam differre realiter à nutritiua, dicimus potentiam generandi habere pro obiecto alimentum, quatenus interuẽtu illius generatur aliud quid simile in specie: facultatẽ verò augendi habere etiam pro obiecto alimentum; sed prout accessit illius aggenere ator ipsummet viuens; ex hac tamen diuersitate nõ colligi distinctionem realem in potentia; neq; id ab aduersarijs probari. Ad secundam dicendum, vbicumque datur virtus nutriens dari etiam gignentem, cùm sit vna & eadem facultas; sed non vbicumque datur actus nutriendi posse confestim dari actum generandi: tum quia maior perfectio requiritur in viuente ad hunc actum, q̃ ad illum, vt cum Aristotele in contextu docuimus: tum quia fieri potest, vt facultas, quæ diuersos actus vendicat, impediatur aliquãdo ne in aliquẽ vnum eorum exire queat; esto alios interim exerceat. Verbi gratiã, eadem vis, vt in libris de Generatione diximus, & attrahit alimentum, & ipsum retinet; quemadmodũ eadem virtus magnetis ferrũ allicit, demoraturq; & tamen nonnunquam ex morbo euenit, vt virtus illa attractoria in viuente priorẽ actum administret, non tamen posteriorem.

*Diluũtur rationes aliorũ p distinctione inter potentiam generandi & nutriendi.*

*Solutio 1.*

*Solut. 2.*

Ad tertiam, quicquid sit de veritate maioris propositionis, ad minorem dicendum, negari ab aduersarijs non posse conformationẽ membrorum præstari etiam à nutriente facultate. Id enim conspicuum est in arboribus, in quibus præcisi rami denuò pullulant, & in iustam magnitudinem, ac debitam figuram assequuntur; vtique nõ alterius virtutis, quàm *strictè* nutrientis ministerio & opera. Idem quoque videre est in hominibus, præsertim infantibus, in quibus non raro aliqua membra solida regenerari consueuerunt; & in adultis, in quibus id interdũ accidit. Immò & extremi dentes, quos sapientiæ vocant, prouecta iam ætate oriuntur, efformaturque. Itaque delineatio membrorum etiam nutrienti facultati conuenit; etsi cùm in opus totalis generationis incumbit, quemadmodum tunc rem non partiatim, sed ex toto producit; ita prædictam delineationẽ non partiatim, vt postea decursu ætatis facit, sed ex integro rei genitæ confert. Neque obest, quòd amputatum brachium non restituitur à viuente: non enim id propterea accidit, q̃ virtus nutriẽs à formante & gignente re ipsa distinguatur; sed quia, vt rectè ait Galenus in lib. de Semine, cap. 17.

*Membrorũ formatio à potentia nutritiua præstatur.*

virtus



*Virtus formatrix vehementior est in semine, q̃ in prole ad eius membra restaurãdi. Solut. 1.*

virtus delineans, seu formans membra, non tam vehemẽs & efficax est in prole genita ad reficienda eius membra, præsertim solida, & ea, quæ plus operę exigunt; cuiusmodi est brachium, quàm extitit in semine ad illa de integro coagmentãda. Quod à nobis 1. lib. de Ortu & interitu admoneri iam fuit.

*In quo sensu virtus generans sit in toto corpore, & quomodo in parte eius.*

Ad vltimam, concedendum est alterius virtutem diffusam esse per omnia membra, sed hãc ipsam facultatem, certa quadam parte corporis, ad quam defertur superfluum alimenti, de quo suprà diximus, imbuere istiusmodi superfluum virtute seminaria ad exequendam generationem. Itaque facultas generans, quatenus eadem est cum altrice, per totum corpus spargitur, etsi quatenus prædictam vim imprimit, consistat in definita parte corporis, quæ ad id tum propter situm, tum propter aliarum qualitatum concursum, accommodata est.

*Vis gignentem distinguitur à vi in semine residente.*

Hic aduerte, quod iam loco citato commonuimus, virtutem gignentem, quæ in semine residet, diuersam esse tum re, tum naturã ab ea, quæ in viuente inest. Re, quia est in re ipsa ab ipso subiecto realiter distincta. Naturã, quia illa, *la. quæ est in viuente*, est potẽtia vitalis, cùm semen non actu, sed potestate duntaxat viuens sit. Quare cùm in hac quæstione statuimus virtutem generantem non distingui realiter ab alente; de illa tantùm locuti fuimus, quæ in viuente inest. Nam eam, quæ semini communicatur, tanquam vicaria eius, quæ est in viuente; ex proximè dictis planum est re ipsa differre à nutritiua.

---

ΚΕΦ. ι.

Διωρισμένων δὲ τούτων λεκτέον πρῶτ᾽ ἐπὶ τὰς κοινὰς ἁπάσης αἰσθήσεως. ἡ δὲ αἴσθησις ἐν τῷ πάσχειν τι καὶ κινεῖσθαι συμβαίνειν, καθάπερ εἴρηται· δοκεῖ δ᾽ ὁμοίοις τὸ ὅμοιον πάσχειν. πῶς δὲ τὸ αὐτὸ δυνατὸν ἢ ἀδύνατον, ὑπομνηστέον ἐκ τῶν περὶ κινήσεως λόγων· ἐξ ὧν δῆλον, ὅτι τὸ μὲν ποιητικὸν ἐνεργείᾳ ὂν ἐνεργείᾳ ποιεῖ, τὸ δὲ δυνάμει ὂν δυνάμει· ἡ δὲ κίνησις ἐνέργειά τις ἐστὶ τοῦ κινητοῦ ἀτελὴς ἡ τρόπον τινὰ ἀόριστος. ἐξ ὧν δὲ τὰ ποιητικὰ καὶ πάσχοντα, ἐκ τούτων ἡ κίνησις· ἔστι γὰρ ἡ αὐτὴ ἐνέργεια τοῦ τε ποιητικοῦ καὶ πάσχοντος, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἑκατέρου· ὁτὲ μὲν γὰρ ἐν τῷ παθητικῷ ἐστὶν ἡ κίνησις, ὁτὲ δ᾽ ἐν τῷ ποιητικῷ· διὸ ἐνίοτε μὲν ὡς ὑπὸ τοῦ ὁμοίου πάσχει, ἐνίοτε δ᾽ ὡς ὑπὸ ἀνομοίου, καθάπερ εἴρηται· πάσχει μὲν γὰρ τὸ ὅμοιον ὡς ὁμοῖον· ἐνεργείᾳ δὲ ὁμοίου ὄν.

CAP. V.

*Determinatis autem his; primùm de omni sensu communiter, deinde de vnoquoque dicamus. Fit itaque sensus, cùm mouetur, atque patitur aliquid vt diximus. Nam ipse sensus alteratio quædam esse videtur. Inquiunt autem quidam, & similis simile pati, quod quidem quonam pacto fieri possit, aut non possit, in vniuersalibus de actione sermonibus passione ve diximus.* b *Habet autem is locus dubitationem, ambigitque non iniuria quispiam, cur & sensuum ipsorum sensus non sit, & cur sine ijs, quæ sunt extra non efficiunt sensum, cùm insit & ignis & terra, cæteraque elementa, quorum est per se sensus, vel per ea, quæ ipsis accidunt.* c *At enim patet, sensitiuũ non esse actu, sed potentia tantùm. Quapropter non sentit; quemadmodum combustibile non vritur ipsum per se sine eo, quod ipsum vrere potest. Vereret enim seipsum, & non indigeret eius, qui actu est ignis.* d *At verò quoniam sentire bifariam dicere consueuimus (nam & id, quod potentia videt & audit, videre audireque dicimus, etsi forte dormiat, & id idem, quod iam operatur) dupliciter & ipse sensus profectò dicetur, quidam vt potentia, quidam vt actus. Similiter & ipsum sentire, & quod est potentia, & quod est actu. Primùm igitur id scire oportet: nos inij, quasi sint eadem pati, moueri, ac operari, ita nunc hic vti ac dicere, motus enim est, quidam actus, imperfectus tamen, vt in alijs diximus. Ea verò cuncta, quæ patiuntur atque mouentur, ab actiuo, & eo quod est actu patiuntur, atque mouentur. Idcircò, vt tum à simili fiat, tum à dissimili rei omnes patiuntur, vt diximus; patitur enim ea, quæ est dissimilis, aut cùm est passa, tum similis est, vt patet.*

Text. 51.

Text. 52.

Text. 53.

Text. 54.

c *Deinde*

---

## CAPITIS QVINTI EXPLANATIO.

*Determinatis autem his.*] Explicata potentia vegetatrici, gradum facit ad sensitiuam, quæ secundo loco se offert, vtpotè cæteris post vegetationem communior. Ac primùm de ipsa, more suo, generatim disputat, docèt quo pacto sese habeat ad sensibile in commune. In hoc igitur capite duo potissimùm docere instituit. Alterum est sensitiuam potõtiam esse passiuam. Alterum quid sit id, quod potentiam sensitiuam ad actum excitat. Sumit autem hãc hypothesim

Universidad de Deusto
Biblioteca



hypothesim, sensum, id est, sensionem tunc esse, cùm aliquid mouetur, & patitur, vt cap. 4. text. 38. dictum fuit: siquidem id, quod sentit, alterationem subit; quod verò subit alterationem, eam recipiendo patitur. Et quia in promptu erat quæstio, à quonam potentia sensitiua patiatur, à simili, an à dissimili; respondet iam hoc ab se declaratum; videlicet in libris de Ortu & interitu.

b *Habet autem is locus dubitationem.*] Vt propositam quæstionem diluat, alteram subnectit, quod, vt aduertit Theophilus, facere consueuit, cùm posteriori controuersiæ soluto aperit, quomodo præcedenti respondendum est. Ea verò est; Cur sensus se ipsum non sentiat, verbi gratia, cur sese aspectus non videat. Præterea cur sensibilia, vt elementa, non nisi facta extrinsecùs motione percipiantur, cùm vel ipsa, vel eorum qualitates in tactu insint.

*Sensus non exit in actu, nisi excitatus ab eo qd est actu.*

c *At enim.*] Edisserit quod proximè proposuerat, aiens, quia sensus ex se potentia est, non actu, ideò per se non posse in actum erumpere, nisi excitetur ab eo, quod est actu, id est, à sensibili: quemadmodum combustibile, quia est in potestate, vt comburatur, non ignescit sponte sua, sed opera, ac vi alterius, quod possit vrere. Itaque non sat est habere sensorium in se qualitates elementorum, vt eas sensus percipiat, quantumcunque coniunctæ sint; sed oportet sensum, quatenus est in potentia ad recipiendam speciem, deduci in actum a sensibili eiusmodi speciem producente. Hinc etiam dilui potest altera dubitatio, cur sensus neque se, neque suum sensiterium dignoscat: videlicet quia non potest moueri à se, neque à suo sensitiuo, sed ab alio extetno agente. Qua de re in progressu plura.

d *At verò quoniam.*] Priusquam declaret quomodo sensus de potentia ad actum prodeat, docet sensum interdum esse in potentia, altàs in actu. In actu est, cùm actu operatur; in potentia, cùm nullam functionem exercet; exercere tamen potest, vt liquet in dormiente, qui facultate videndi pollet; nec tamen actu videt. Tum quia dixit id, quod sentit, esse in actu, ne quis fortè existimaret actum esse aliquam formam permanentem, alterúsve rationis, id exponit, aiens se passionem, motum operationemque appellare actum, quia motus est actus quidam, licèt imperfectus; id autem quod sentit, mouetur, ac patitur. Vnde etiam liquet dandum esse aliquid diuersum in actu constitutum, à quo id, quod sentit, pati ac moueri possit. Ac id verò, quod quærunt, num sensus à simili, an à dissimili moueri debeat: respondent, moueri a dissimili, antequam fiat passio, quod tamen post passionem manet simile patienti. Nam antequam sensibile sui speciem in organum sensus producat, dissimile est; postquam verò eam produxit, simile: videlicet propter sui imaginem & similitudinem, quam sensui impressit. Vnde est quod cognitum dicitur, quasi cognatum cognoscenti.

---

διαφερόντως ἡ κατὰ ἀδυναμίαν καὶ ἐντελεχείᾳ· τῷ γὰρ ἀνάλυσιν λέγεσθαι αὐτῶν. ἔστι μὲν γὰρ ἅττων ἐπιστήμων, ὡς ἂν ὑπερβολὴ ἀνθρώπου ἐπιστήμονα, καὶ ὁ ἀνθρώπου τῶν ἐπιστημόνων καὶ τῶν ἐχόντων ἐπιστήμην. καὶ ἡ ἀδυναμία δὲ λέγεται τῶν ἐπιστημόνων τὸν ἐχοντα τὴν γραμματικὴν· ἐπιτηδεῖον ἡ τέκνον, ἢ τὸν αὐτὸν τρόπον δυνατόν. ἐστι· καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τὸ βέλτιον πεφύκασι καὶ ὕλη· ἡ ἡ, ἐπὶ βελτίους διωκτὸν ἡμερῶν. καὶ μὴ ἡ κωλύσῃ τῶν ἐξωθεν. ὁ δ' ἤδη ἡμῶν, ἐντελεχείᾳ ἂν καὶ κυρίως ἐπιστήμων· τόδε τι καὶ ἀριθμῷ εἷς ἂν καὶ αὐτὸς καὶ ἡ διωκτὸν ἐπιστήμης, ἀλλ' ὁ μὲν ἀλλ' ἡλικίαν καὶ ἀναλύσεις ἐκ ἐναντίας μεταλαμβάνει ἐξεως· ἡ τὸν ἔχοντα τὴν διάθεσιν ἢ τὴν γραμματικὴν, μὴ ἐνεργοῦντα ἡ, ἢς τὰ ἐνεργοῦντα ἄλλον τρόπον. ἐκεῖνα ἡ κινεῖται ἀεί τι πάσχειν, ἀλλὰ τὸ μὲν φθορά τις ὑπὸ τοῦ ὁμοίου· τὸ ἡ ἐνεργεῖα μᾶλλον τοῦ διωκτοῦ· ἐστι τὸ ἐντελεχείᾳ ὄν· καὶ ἐργεῖα, κινεῖ δὲ διωκτὸν ἐχεῖ ὡσὲ ἐντελεχείᾳ· ἡκιστα γὰρ ταὐτὸν ἐστὶ τὸ δυνάμει ὂν καὶ ἐντελεχείᾳ ὄν· ἡκιστα δὲ ἐν ἑνὶ ἑκάστῳ ἐστὶ τὸ δυνάμει ὂν καὶ ἐντελεχείᾳ· ἀλλ' ἐστὶν ἑτέρου ἄλλοιωτικόν. διὸ καὶ κωλῦει ἐχεῖ λέγειν τὸ φρονεῖν, ὅταν φρονῇ, ἀλλοιοῦσθαι.

ὥσπερ

c *Deinde distinguendum est de potentia atque actu; nunc enim de his ipsis simpliciter dicimus. Nam est hoc pacto quippiam sciens, vt si dicamus hominem esse scientem, quia homo est talis suapte natura, vt sit sciens, atque scientiam habeat. Est etiam hoc pacto quippiam sciens, vt hominem eum iam dicimus esse scientem, qui grammaticam habet. Atque horum vterque non eodem modo potest, potentiaque subycitur: sed alter quidem ex eo, quia genus ipsum est tale materiæ vt aliter verò propterea quòd cùm voluerit contemplari, possit id ipsum facere, nisi quid externum forte prohibeat, impedimentoque fiat. At præter ipsos, est iste qui iam contemplatur, & est actu, propriesque sciens hoc A. f Ambo igitur illi primi potentia quidem sunt scientes, vt diximus. Verum vnus indiget alteratione per disciplinam, qua quidem nonnunquam etiam ex habitu contrario, dispositioneque mutatur. Alter habet quidem sensum, vt grammaticam, sed indiget operationis, vt ex otio tandem operationisque vacuitate agat, ac operetur. Atque hic modus potentiæ diuersus est, vt patet, ab antea dicta. g At verò neque ipsum pati* Text. 57. *simplex esse videtur, sed aliud est à contrario corruptio quædam, aliud est salua potius eius, quod est potentia ab eo, quod est actu, similéque perinde atque potentia sese habet, ad actum. Fit enim contemplans, quod scientiam habet, quod quidem aut non est alterari (in ipsum enim fit incrementum & in actum perfectionémve) aut aliud alterationis est genus. Quocirca non recte se habet, dicere ipsum sciens cùm sis alterari.*

h *sicut*



c *Deinde distinguendum est de potentia atque actu.*] Exponit quot modis aliquid dicatur esse in actu vel potentia; vt hinc doceat quidnam sensum de potentia ad actum educat, & qua ratione id fiat: quod tamen ait non fuisse hactenus à se determinatè & expressè, sed simpliciter & obscurè dictum. Ait ergo bifariam dici aliquid esse in potentia. Vno modo, quia est in potentia remota; altero, quia est in potentia proxima. Verbi gratiâ, dicimus hominem scientem esse in potentia remota, dum caret habitu scientiæ, quem tamen potest acquirere cùm suapte natura sit disciplinæ capax. Eundem verò dicimus esse scientem, sed contemplantem potentia proxima, cùm iam obtinuit habitum scientiæ, nec tamè per eum agit, quia tunc scientiæ actum non exercet; quem tamè cùm libuerit, exercere valet, nisi impedimento aliquid sit, vt morbus, aut aliarum rerum cura & occupatio.

*Quot modis aliquid potentia sit.*

f *Ambo igitur illi primi.*] Tradit conuenientiam & discrimen inter eum, qui priorem & eum qui posteriorem habet potentiam; nimirum conueniunt, quòd vterque in potentia esse dicitur: differunt, quia qui est in potentia remota sciens, non peruenit ad contemplationem actumq. sciendi, nisi priùs alteretur habitum scientiæ recipiendo. Immò nisi paruum habitum dispositionémve deponat, si aliquo errore scientiæ imbutus sit. At verò is qui potentiam proximam sortitus iam fuit, & qui sensum vel scientiam habet, non promouetur ad actionem per mutationem à priuatione ad habitum, vel à falsa opinione ad veram; sed actum duntaxat depromit, si ei vacet, nec aliunde impediatur.

g *At verò neque ipsum.*] Quia hactenus sensionem & contemplationem, passiones alterationesque appellauit, ne quis multiplici horum vocabulorum vsu decipiatur, arbitratus eum, qui sentit & contemplatur, propriè pati alterative, admonet in primis passionem analogum esse. Vno modo sumi pro passione, quæ fit secundùm qualitates ad interitum ducentes, quæ corruptiua vocatur, vt cùm quispiam calefit, aut exsiccatur: altero, pro receptione alicuius, qd' incolumitatem & perfectionem affert, quæ perfectiua nuncupatur; vt cùm potentia actum aliquem sibi maximè conuenientem, verbi gratia, contemplationem promit. Id autem quod Aristoteles de passione dixit, pari modo intelligendum esse vult de alteratione: esse nimirum duplicem; alteram corrumpentem, alteram perficientem. At neque posteriorem passionem, neque alterationem hisce nominibus propriè appellari: quia neque pati, neq; alterari proprie, ac vulgato loquèdi vsu dicitur, nisi quod ad interitum disponitur, aut noxam aliquam patitur. Quare is qui contemplatur, nõ simpliciter pati, aut alterari dicendus est, cùm contemplatio accessio potiùs quædam sit perfectionis, & promotio ad meliorem statum, quod simile. cer de illo, qui actum sentiendi edit, pronuntiandum est: nisi quis ad proprium horum vocabulorum significatum non attendens, aliter ea vsurpare velit.

*Non dicitur propriè pati, alterative, nisi quod ad corruptionẽ disponitur.*

---

ὥσπερ ἐδὲ τὸν οἰκοδόμον ὅταν οἰκοδομῇ· τὸ μὲν γὰρ ἐκ ἀπὸ ἐντελεχείᾳ ἄγον ἐπ' ἐνεργείᾳ ἐστὶν ὄν, ἡ τὸν νοῦν ἡ φυσικὸν, ἀλλ' ἐτέρου ἐπιτηδείου ἐχεῖ γένεσιν· τὸ δ' ἐπ' ἐνεργείᾳ ὄν μανθάνει καὶ λαμβάνει ἐπιστήμην ἀπὸ τοῦ ἐντελεχείᾳ ὄντος καὶ διδασκαλικοῦ, ὅταν ἐδὲ ἐνεργῇ ἐκεῖνος ἡ ἀφῇ τινα· ἡ δὲ πρώτη μεταβολὴ γίνεται τοῦ φυσικοῦ. ὅταν δὲ γένηται, ἐχεῖ ἤδη ὡσαύτως ἐπιτήμων, ἡ τι μᾶλλον ἀλλ' ὅταν. ἡ τὸ νοεῖν ἐντελεχείᾳ ἐστὶ, τοῦ μὲν ποιητικὴν τῆς ἐπιστήμης ἕνεκεν· ἀλλοῖον δὲ ἡ καὶ τὸ κινεῖσθαι ἐν τῷ ψυχῇ. ἐν τούτοις μὲν οὖν ἐπὶ τὸ θεωρεῖν· ἐπὶ δὲ τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τὸ διδόντα. ἀνάγκη γὰρ ὑπάρχειν τὰ αἰσθητὰ. ἀναγκαῖον δὲ καὶ τὸν ἐχεῖ καὶ τὸν ἐπιτήδειον ἡ καὶ ἀλλοῖον εἶναι, ἡ τὰ αἰσθητὰ καὶ ἡ κατὰ φύσιν. ἀλλὰ τὸν μὲν ἐπὶ τὸ ἔχειν ἐπιστήμην, τὸν δὲ ἐπὶ τὸ θεωρεῖν, κἀκεῖνον ἐπὶ τὸ ἐνεργεῖν ἐπὶ τὸ ἐν ἀρχῇ ἐπιστήμην ἔχοντα.

h *sicut nec ædificatorem, cùm ædificat. Quod igitur in actum ducit, ex eo quod est intelligere potentia, atq; sciens, id non doctrinam appellare oportet, sed aliud nomen est æquè habere. i At quod quæ est in potestate discit accipitq; scientiam ab eo, quod est actu sciens, atq; ab ipso docente, id aut non est dicendum pati ac alterari, aut duos alterationis esse modos faciamus oportet, eam inquã mutationem, quæ ad priuationem est dispositionem, & ea, quæ est ad habitum atq; naturam. k Hæc cùm ita sint, prima quidem mutatio sensitiui ab eo, quod generat sit. Cùm autem ortum ac generatum est, habet iam sensum perinde atque scientiam, & sentire actu: simile est ac contemplari. l Differentia tamẽ est. Nam ea, quæ actu sensum efficiunt, extrà sunt: ipsum inquam visibile & audibile, & sensibilium cætera. Cuius causa hæc est, actu namque sensus singularium est, scientia verò, vniuersalium est: hæc autem in ipsa anima quodammodo sunt. Quapropter intelligere quidem eã quispiam valuerit, in ipsa est situm: Sentire autem non collocatur in ipso. Necesse est enim sensibile ipsum adesse. m Pari modo res se habet, & in scientijs sensibilium, & ob eandem vtiq; causam: quia sensibilia singularia sunt, et extrà sicuti diximus. Sed vt de his exactiùs dilucidè disserere dicamus, dabit nobis versus occasio.* Text. 58. Text. 59. Text. 60.

h *Sicut nec ædificatorem.*] Quod proximè asseruit, ædificatoris similitudine explanat, aiens

m quemad-

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Qui elicit sensum non proprie alterari.*

quemadmodum is, qui ædificat, non dicitur propriè alterari (intellige quatenus ædificat; posset enim aliunde ex labore alterari) ita neque scientem, dum scientiam exercet, neque eum, qui sensu præditus est, dum sensionem edit; siquidem in ea mutatione, quæ est à vacatione ad opus absque amissione, aut corruptione alicuius, non datur germana & natiua ratio alterationis. Obiter autem monet eum, qui iam scientiæ habitum assecutus est, cùm à potentia proxima ad contemplandi actum progreditur, non rectè dici posse doceri, quandoquidem nihil tũc denuò addiscit, sed alio vocabulo id significandum. Ira hunc locum interpretatur Philoponus.

i *At quod quæ est.*] Docuerat anteà eum, qui ex habitu scientiæ ad contemplandi actum mouetur, non propriè pati, nec alterari: idem nunc asserendum esse ait de illo, qui habitum scientiæ de nouo comparat. Vterque enim perficitur & ornatur, neuter ad perniciem ducitur, aut nocumentum fert: vbi verò hæc non interueniunt neque passio est, neque alteratio. Nisi hæc vocabula laxiori significatu vsurpentur, vti iam superiùs animaduersum fuit.

k *Hæc cùm ita sint.*] Declarat iam quid sit id, quod sensitiuum ad actum ducit. Quod vt intelligatur aduertere oportet sensitiuum in potentia remota esse id, quod caret anima, atque adeò & sensu, & tamen hæc recipere potest, vt semen. Sensitiuum autem in potentia proxima esse id, quod & anima & sensu præditum est. Ait ergo Aristoteles id, quod reducit sensitiuum de potentia remota ad actum esse generans, seu producens animal, id enim simul attribuit genito potentias ad functiones obeundas: quemadmodum is, qui docet, confert suo modo habitum scientiæ in mentem discipuli. Est enim sensus similis habitui scientiæ, quemadmodum actus sentiendi actui contemplandi. Hic aduerte, generans eatenus dici conferre proli potentias, quatenus ei confert animam, à qua illæ manant. Vnde cùm is, qui hominem generat, non producat animam, siquidem hæc à Deo creatur, sed eius tantùm cum materia vnionem attingat nõ dicetur ei contribuere potentias, nisi dispositiuè, quatenus præparat materiam, in quam Deus animam infundit.

*Quo modo generans potentias proli conferat.*

l *Differentia tamen est.*] Id, quod sensum ad actum sentiendi mouet, est sensibile: quemadmodum & id, quod intellectum ad contemplationem excitat, est intelligibile. Est tamen inquit Aristoteles distrimẽ, quia id, quod mouet externum sensum, est obiectum externum quod adsit, id est, actu existens, ac præsens; quia sensio versatur circa istiusmodi singularia; intellectus autem est circa vniuersalia, quæ abstracta sunt à loco & ab existentia, & ita sunt in intellectu per suam speciem vt ea, quoties libuerit, etiam absentibus singularibus intelligere possimus; cũ tamen sensio præsentiam existentiamq; suorum singularium requirat. Quod ait posse nos intelligere vniuersalia cùm libet, interpretandum est de vniuersalibus, postquam à nobis semel percepta fuerint, vt Themistius & Philoponus explicant. Nam quæ nondum percepimus, satis liquet non esse in nostra potestate, ea, cùm volumus, intelligere.

*Sensio nõ nisi in singulare præsens, existensque fertur.*

m *Pari modo vero.*] Eodem pacto se habere inquit scientias rerum sensibilium ad singularia, quo se ad illa habent externi sensus. Appellat autem scientias sensibilium, vt Philoponus & Themistius interpretantur, artes mechanicas, quæ cùm in singularium artefactorum confectione versentur, necessariò talis earum operatio singularia sensibilia requirit, quemadmodum & sensuum functiones similia singularia, in quæ ferantur, exigunt.

---

*νων ) διωρίσθω τοσοῦτον, ὅτι ἐχ ἁπλοῦ οὐδὲ τοῦ δυνάμει λεγομένου, ἀλλὰ τοῦ μὲν, ἐστὶν ὡς ἤπερθ νέου ἀνδρὸ δυνάμει στρατιώτου· τοῦ δὲ, ὡς τὸν ἐν ἡλικίᾳ ὄντα ἤδη τι αἰσθητὸν· ἐνίοτε ) πάντα μᾶλλον· ἢ τοῦτο ἤδη τι αἰσθητὸν ὂν ἐνίοτε, καὶ ὅταν ὕπνος· χρόνου δ' ἀπαιτοῦντος τὸ μὲν ἔχειν τὸ δ' ἀναθέσθαι, ὡς κινήσεως οὔσης· τὸ δ' αἰσθητικὸν, δυνάμει ἐστὶν, οἷον τὸ αἰσθητὸν· ἀλλ' οὐκ ἐντελεχείᾳ, πρὶν περὶ ἄρτιον πάσχῃ μὲν οὖν ἐχ ἅμοιον ἂν· ὡς κατ' ἄλλο δ' ὁμοίωσιν, καὶ ἕτερον οἷον σκέπτε.*

n *Nunc id fit à nobis determinatum, cùm simplex non sit id, quod in potentia dicitur; sed aliud quidem, vt puer, quem militare posse dicere dices; aliud autem vt hisce, qui iam ætate militarique arte apius euasit ad militãdum; sensitiuum similiter se habere. Atque cùm ipsorum differentia nomine careat, determinatum autem sit ipsa esse diuersa, & quo pacto diuersa sunt, necesse est ipso pati, ac alterari, tanquam propriis nominibus vti.* o *Ipsum autem sensitiuum potentia tale est, quale iam ipsum sensibile est actu, sicuti diximus. Patitur igitur cùm est non simile, at passum euasit simile, & est tale, quale est illud.* Text. 61.

CAP.

---

n *Nunc id fit à nobis.*] Exponit quo instituto superiorem distinctionem potentiæ attulerit, nempe vt planum euaderet quo pacto sensitiuum dicatur, secundùm duplicẽ potentiam, vnam remotam, alteram proximam, sicuti puer est in potentia remota ad militandum, & ad tractanda arma: cùm autem ad perfectam venerit ætatem, erit in potentia proxima. Et verò licet non suppetant nobis vocabula ad has potentias distinguendas, sat est nosse esse illas inter se diuersas, quemadmodum & ad alterationem passionemq; tam propriam, quàm impropriam significandam



dam eisdem vtimur nominibus, tanquam propriis, cùm tamen propria non sint.

o *Ipsum autem.*] Redit ad explicationem eius quæstionis, quam antea proposuerat, an passio fiat à dissimili, vel potiùs à simili: aptatque sensui id, quod suprà dixerat; nimirum patiens partim à simili pati, partim à dissimili, & contrario. Nam sensus antequam patiatur, sensibili dissimilis est.: post passionem verò similis euadit: vtique ratione imaginis, quam sensibile ipsi imprimit; quæ cùm sit similitudo obtecti, haud dubiè sensum sensibili cognatum, similemq; reddit, vt iam suprà declaratum fuit.

*Sensus partim à dissimili, partim à simili patitur.*

---

ΚΕΦ. ζ.

Ἐκτὸς δὲ καθ' ἑκάστην αἴσθησιν αἱ περὶ τῶν κοινῶν καὶ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς αἰσθητῶν. λέγω δὲ τὰ κατὰ συμβεβηκὸς αἰσθητὰ οἷον εἰ τὸ λευκὸν εἴη Διάρους υἱός· κατὰ συμβεβηκὸς γὰρ τῷ λευκῷ τὸ αἰσθητῷ εἶναι, ὅτι τῷ λευκῷ συμβέβηκε τοῦτο ἃ αἰσθάνεται· διὸ οὐδὲν πάσχει ἢ ταύτῃ ἡ αἴσθησις ὅτι τοῦ αἰσθητοῦ· τοῦ δὲ καθ' αὑτὰ αἰσθητοῦ, τὰ ἴδια γένεσιν ἔστι αἰσθητά, καὶ οὐσίαι ἃ ἕκαστα πίφυκε ἑκάστης αἰσθήσεως.

CAP. VI.

Text. 62. *VT a verò de vnoquoque sensu deinceps à sensibilibus cuiusque proficiscentes dicamus oportet. Atque prius ipsa sensibilia distinguenda esse videntur. Sensibile itaque trifariam dicitur; sensibilium enim quædam per se, quædam per accidens siniiuntur. Et illorum rursus alia sunt vniuscuiusque propria sensus, alia communia cunctis.* b *Atque proprium id sensibile dico, quod alio sensu sentiri non potest, & circa quod error fieri nequit, vt color respectu visus, & sonus auditus, & sapor gustus.* c *Tactus autem plures differentias habet quidem, iudicat tamen de illis, vt cæterorum sensuum quisque de suo sensibili, & non decipitur.* d *Visus enim num errat esse colorem, aut auditus esse sonum, sed quid sit id, quod est tale colore, vel vbi, aut quid sit id, quod sonat, vel vbi. Huiusmodi igitur sensibilia dicuntur vniuscuiusque propria sensus.* e *Communia verò sunt hæc motus, quies,* Text. 64. *numerus, figura & magnitudo; talia namque nullius sunt propria sensus, sed omnibus communia sunt, etenim tactu motus quidam sensibilis est, atque visu. Per se igitur sensibilia hæc sunt. Per accidens autem sensibile dicitur: vt si album Diaris filius* Text. 65. *sit, per accidens enim hoc sentit, quia albo, quod sentit, id accidit. Quapropter & nihil ipse sensus ab huiusmodi sensibilibus patitur, vt talia sunt. Eorum autem quæ per se sentiuntur, illa sunt propriè sensibilia, quæ propria sunt, & ad quæ substantia vniuscuiusque sensus est apta.* Text. 63.

---

## CAPITIS SEXTI EXPLANATIO.

*VT verò de vnoquoque*] Tractaturus de singulis sensibus, eorumque obiectis, quæ sunt sensibilia ad ipsos pertinentia, agit priùs de sensibili generatim accepto, quod trifariam dici inquit. Namque aliud est sensibile per se proprium, aliud sensibile per se commune, aliud sensibile aliud est per se, aliud p accidens. Deinde sensibile per se, aliud proprium, aliud commune.

*Sensibile summum genealiter triplex est.*

b *Proprium id.*] Sensibile proprium definit id, quod vno tantùm sensu, ac sine errore percipitur, id est, quod à nullo externo sensu potest percipi, præterquam ab eo, cuius obiectum dicitur esse, idq; sine sensus hallucinatione. quo pacto color dicitur obiectum visus, sapor gustus, sonus auditus, odor olfactus, frigus aliæque id genus tactiles qualitates.

c *Tactus autem.*] Ne quis fortè ambigat num tactus habeat sensibile proprium, eò quòd circa plures contrarietates, & rerum differentias versetur; nempe circa calidum & frigidum siccum & humidum, durum & molle, aliasque eiusmodi: eam remouet ambiguitatem, aiens non tam dissimilem varietatem rerum, quæ à tactu percipiuntur, ne arbitremur omnes illas obtinere rationem proprij sensibilis respectu ipsius tactus, cùm tactus eas dignoscat, vt cæteri sensus propria sensibilia, neque in eis percipiendis aberret. *Sensibile proprium.*

d *Visus enim.*] Ostendit quo pacto possit, aut non possit esse in sensibus deceptio circa proprium sensibile. Non fallitur, inquit, visus dum colorem percipit, neque auditus dum sonum, aut alij sensus dum propria obiecta apprehendunt; sed applicando sensibile proprium subiecto, cui non inest; vt si gustus percipiat cibum dulcem quasi amatum, propter biliosum humorem, quo lingua infecta est.

e *Communia verò.*] Describit sensibile commune, docens esse id, quod non vno, sed multis *Sensibile cõmune.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Sensibile per accidens.*

percipitur sensibus, vt motus visu, & tactu. Hæc verò quinq; numerãtur, scilicet, motus, quies numerus, figura, magnitudo. Sensibile autem per accidens id esse ait, quod non per se mouet sensum, sed ea tantùm ratione sentiri dicitur, qua est coniunctũ cum eo, quod per se cadit sub sensum. Sic Diaris filius sensibile per accidens dicitur, quia non secundũ se, vt substantia quędam est, sed quatenus albus, sensum mouet.

## QVAESTIO I.

### *SIT-NE SENSVS POTENTIA passiua tantùm, an etiam actiua.*

### ARTICVLVS I.

### *DIVERSAE AVCTORVM SENtentiæ, eorumq; refutatio.*

*Qui ponunt sensum agentem, & patientem.*

IN hac quæstione magna est opinionũ varietas: dissident enim tum Græci à Latinis, tum Græci, & Latini inter seipsos. Atque in primis laudandus hoc lib. q. 16. & Apollinaris quæst 13. duplicem potentiã in cuiuslibet sensus officina statuunt; vnam patientẽ, alteram agentẽ: illam ad speciẽ recipiendam, hanc ad sensionẽ exercẽdam. Ducuntur verò ea potissimũ ratione, quòd vna eademq; virtus simul pati, & agere nequeat; ac quòd necessario danda sit vna virtus, quæ possit quodammodo omnia sensibilia fieri, & alia quæ possit omnia facere. Hac enim ratione Aristoteles 3. huius operis lib. geminũ constituit intellectũ; alterum agentem, alterum patientem. Accedit quòd teste Aristotele eodem loco, aliisq; Philosophis, cuilibet potentiæ passiuæ respondet alia actiua; ex quo sequitur aliam esse facultatem, quę recipit speciem; aliam, quæ illa vtitur.

Hanc sententiam nullatenus probamus, quam reijcit D. Thom. 1. part quæst. 79. artic. 3. & quæst. 9. de spiritualibus creaturis art. 10. Capreolus in 2. distinct. 3. quæst. 2. artic. 3. ad argumenta Durandi contra 8. concl. Caietanus hoc in libro cap 11. Ferrariensis quæst 9. & cõmunis Schola Philosophorũ. Primum, quia aduersatur Aristoteli, qui nullibi eiusmodi sensus agentis meminit. Deinde quia secundum ipsum decem externi sensus numerandi essent, quinq; passiui totidem actiui; quod à recepta doctrina abhorret. Tum verò quia res absq; necessitate multiplicat: potest enim vnus, idemq; sensus recipere species ab obiecto & eis vti: ac prout rei imagine consignatus est, actionem sentiendi edere, eandemq; in le nude spectato recipere.

*Non datur sensus agẽs. Contra Landunũ scripse runt etiam Thienensis, & Niphus de sensu agẽte.*

Agentem verò intellectum ideò à patiẽte Aristoteles distinxit, quia, vt ibi enucleatius exponemus, in tota ratione rerum aliud est id, quod ad agendum præparatur; aliud, quod primo præparat; intellectus verò agens præparat primo patientem ad agendum, imprimendo illi intelligibiles rerũ imagines: quo etiam pacto obiectum sensile, quod à sensu

*Cur intell. agens à patiente distinguatur.*

re ipsa distinguitur, sensum præparat, ac disponit, sui ad ipsum transmittendo similitudinẽ.

Quòd autem addebatur, cuilibet potentię passiuæ respondere aliam actiuam, si sermo sit de potentia actiua, quæ primò præparat ad agendum, eam fatemur esse aliam distinctam à passiua, sicuti intellectus agens distinctus est à patiente, & potentia actiua, quã habet obiectum sensibile ad imprimendam sui similitudinem in sensu, differt re ipsa à sensu. Verùm si loquamur de potentia, quæ recipit speciem, & de illa, quę vna cum specie actum cognoscendi exercet; hanc negamus oportere tanquã duas potentias inter se distingui.

*Qui tantùm sensum solum esse potentiam passiuam.*

Aliorum opinio est sensum esse potentiã tantummodo passiuam. Hi autem bipartita via incedunt; quidam putant sensum nihil præstare aliud, quàm recipere speciem à re obiecta, sicq; sensionem non à sensu, sed à re sensibili effici. Alij arbitrãtur sensionem fieri ab anima, & speeie sensui insculpta, ipsum verò potentiam nullum ad id concursum actiuum exhibere; sed tantummodo passiuum, more materiæ primæ, cuius est tantùm recipere formas, & recipiendo pati. Priorem viam secutus est Aegidius quæst. 1. de cognitione angelorum. Niphus in libello de sensu agente, Venetus in summa de anima cap. 10. Thienensis hoc loco com. 61. & Caietanus, qui aduersantiæ partis assertores pauperes nominat, non spiritu, sed ingenio. Probatur verò hæc pars ea ratione, quia nihil est aliud sentire, quàm percipere rem, quę sub sensum cadit, at quoties eunq; sensus obsignatur specie rei, dicitur rem in ea imagine percipere. Videtur q; hoc docuisse Aristoteles lib. 2. cap. 5. text. 52. cum ait actiua operationis sensus esse extra; & lib. 3. cap. 2. text. 138. vbi docuit vnum, eundemq; esse actum sensus, & sensibilis. Cum igitur actus sensibilis sit productio speciei, nihil aliud erit sensio quàm speciei productio.

*Aegidius. Niphus. Venetus. Thienensis. Caiet.*

Posterior modus defendendi sensum esse tantum potentiam passiuam patronum habet Magnum Albertum in 2. part. summæ de homine, in tractatu de sensibus animæ. Potestq; ex eo cõprobari, quia sensio est vna, simplexq; actio, quæ proinde oriri non potest à duobus agentibus immediatis re ipsa distinctis, cuiusmodi sunt potentia & species. Cùm igitur illa ab specie differat (ideo enim species effingitur à natura, vt per eam anima sentiat) reliquum est vt potentia non eliciat actũ sentiendi, sed eum tantummodo recipiat.

*Refutantur*

Hæc tamen sententia, vtcunque à suis au-



ctoribus defendatur, nobis haud quaquam placet. Eam refellit Scotus in 3. distinct. 14. quæst. quarta articulo 2. Capreolus quæstione prima artic. 3. Ferrariensis lib. 2 cõtra gentes capit. 57. & hoc libro quæstione 8. Caietanus prima part. quæst. 74. artic. 2. Gregorius in primo dist 3. quæst. prima, Philoponus ad

*1. Ratio.* text. 121 & alij. Namque ex ea iuxta priorem modum explicata, sequitur contra doctrinam Aristotelis nono Metaphys. cap. nono text. 16. visionem non esse actionem immanentem; cum actio immanens recipi debeat in eo, à quo oritur, & tamen eorum iudicio

*2.* sensio à solo obiecto efficiatur. Sequitur etiã functiones sensuum non esse vitales, siquidem omnis vitalis actio ab interno principio dimanat. Adde quod sępe recipimus speciem rei in oculo, nec tamen rem videmus: quod fieri non posset, si receptio speciei esset visio.

*3.* Postremò quod hæc sententia palam Aristoteli aduersetur ex eo constat, quia hoc in libro capit. 4. text. 36. docuit animam esse causam effectricem alterationis eius, quæ secundum functiones sensuum fit; quod etiam repetit in lib. de memoria, & reminiscentia. Et in libro de sensu & sensili coarguit Democritum asserentem visionem esse operationem obiecti, quia tunc etiam speculum videret, cùm in eo obiectum per speciem ab eo produ-

*D. August.* ctam eluceat. Accedit auctoritas D Augustini lib. 11. de Trinitat. cap. 2. vbi docet ad operationem nõ sufficere imaginem rei impressam. Argumẽta autem quæ in aduersam partem adduximus facile explicabit qui ad primum dixerit eum, qui rei imaginem recipit, percipere rem in habitu, non actu; sensionem verò esse actualem rei cognitionem. Aristotelis mens est, actiua sensus externi, id est, obiectum, quod speciem mittit in sensum esse extra. Et esse eundem actum sensus & sensibilis, id est, tam obiectum quam sensum cõcurrere ad eundem actũ, quia ad actum sentiendi, quem potentia sensitiua exercet, concurrit etiam obiectum interuenta specie, quam in eodem sensu produxit.

*Impugnatur qui sensionẽ fieri dicunt.*

Alter etiã modus tuẽdi sensum esse dunta-

*1. Ratio.* xat potentiã passiuam, à veritate aberrat. Etenim si sensus tantummodo passiuè conueniret ad actum sentiendi, cùm nobilius sit agere, quàm pati, vt docet D. Augustinus lib. 12. super Genesim ad lit. cap. 16. & Aristoteles lib. 3. huius operis cap 5. text. 19. sequeretur animæ vegetatrices facultates, quæ omnium confessione agunt, sensitivis nobiliores esse, quod admittendum nõ est: siquidem vt anima sensitiua vegetatricem, ita illius facultates huius potentiæ dignitate vincunt.

*2. Arg.* Deinde, quia si sensus nullum ex se actum eliciunt, frustra dantur à natura. Nam ad sensionem recipiendam sat erit organum, id est, materia subiecta formæ, sub certa figura, & reliquo congruentium dispositionum appa-

ARTICVLVS II.

### *QVAESTIONIS conclusio.*

EX superiorum sententiarum cõfutatione non difficile erit perspicere, quænã proposita quæstionis conclusio esse debeat. Dicendum potentiã sensitiuam tripliciter spectari posse; videlicet, vt recipit speciẽ ab obiecto, vt ea informata actũ sentiendi profert, vt eiusmodi actum in se recipit. Si igitur primo, vel tertio modo cõsideretur, haud dubiè potentia passiua est, cùm sic nõ operetur, sed patiatur: si secundo modo, est potentia actiua; quia sic nõ patitur, sed operatur. Pro qua re lege D. Nemesium cap. 6. de natura hominis. Atq; ex dictis etiam liquet non esse probandam sententiam interpretum Græcorũ, qui vt constat ex Philopono, & Simplicio, aiunt dicendum non esse potentiam sensitiuam pati, sed eius organum. Latinis potiùs assentimur, qui passionem non organo tantum, sed potentiæ simul accommodant. Etenim cum & species, & operatio sensus non recipiatur in organo immediatè, sed interuentu potentiæ, inficiandum nõ est tam sensorium, quam potentiã recipiẽdo pati. Hanc sententiam approbat D. Thom. 1. p. q. 79. art. 3. eiusq; sectatores, vt Capreolus in 3. sent. dist. 14. quæst. 1. & in 2. dist 3. quæst. 2. Ferrariensis lib. 2. contra gent. cap. 82.

*Confule Arist. c. 5. huius lib. Auer. lib. 7. Physic. comment. 1. Potẽtia sensitiua tripliciter spectatur. Species, & sensio recipitur in potentia. Quæ argumenta probẽt*

Erit tamen, qui adhuc probare contendat nulla ratione sensum potentiam actiuã dici posse.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*sensum non esse actiuam facultatem.*

posse. Primùm, quia Aristoteles proximo capite absolutè asseruit sensum esse potentiam passiuam; quod minimè pronũtiasset, si sensus aliqua consideratione esset actiua potentia; præsertim cùm nulla maior esset ratio, cur passiua, quàm actiua potentia dici deberet. Secundò, quia potentia actiua, vt ab Aristotele lib. 5. Metaph. cap. 12. text. 17. definitur, est principium transmutandi aliud; at sensus quantumlibet actionem sentiendi ab se promat, non transmutat per eã aliud quid. B piam. Tertiò, quia Aristoteles sect. 31. probl. quæst. 12. & 13. videtur omnem agendi vim sensibus denegare. Cùm enim quæsijsset cur cùm dextra pars sit fortior, quàm sinistra: tamen æquè videamus sinistro, ac dextro oculo. Respondet primò quia pars dextra sit fortior exercitatione: at vtrumq; oculum æquè exercemus. Secundò quia potentiæ sensitiuæ ab obiecto immutantur: obiectum verò æquè agit in sinistrum, & in dextrũ oculum. C Quartò, quia sensus non magis est actiuus, quàm intellectus, quem patientem vocant: Quòd verò hic nullo modo actiua potentia sit, ex eo videt. quia ipsum intelligere vocat Aristoteles pati lib. 3. huius operis, ca. 4. tex. 2.

*Lege D. Th. de verit. qu. 16. art. 1. ad 13.*

Ad primum horũ dicendum ideò Aristotelem sensum potentiam passiuam potiùs, quàm actiuam nuncupasse; quia loco citato conferebat potentias cum obiectis, à quibus speciem sortiuntur; & quia quędam potentię D agunt in sua obiecta, vt altrices in alimentum; aliæ ab ijs patiuntur eorum in se imagines recipiendo, vt sensus; ideirco hos, potentias passiuas absolutè vocauit: præsertim vt veterum Philosophorum dogmata reijceret, qui sensus non ab obiectis pati, sed in ea potius agere docuerant.

*Solumnitur.*

Ad secundum, Illam potentiæ definitionem non in omnem potentiam conuenire, sed in solam Physicam, cuius actio in alienam E materiam transit. Ad tertium dicendum Aristotelẽ eo loco tantùm docere potentias sentiendi immutari ab obiectis, non aũt negare eas operari simul, concurrendo cũ speciebus.

*Intellectus patibilis potentia actiua est.*

Ad quartum concedendum est id, quod primo assumit, negandum verò intellectum patibilem esse potentiam purè passiuam; & ad huius rei confirmationem respondendum, propterea Aristotelem dixisse intelligere esse quoddam pati; quia intellectus dum actũ F intelligendi ab se elicitum recipit, recipiendo patitur. Vel protulisse id in sensu causali; quasi diceret intellectionem effici ex eo quòd intellectus priùs patitur recipiẽdo speciem, qua informatus prodit in actum intelligendi, ac rerum notitias efformat. Ita verò quod hoc loco de sensu diximus, de intellectu quoque patiente assertum esse volumus, quod ad rationem actiuæ, & passiuæ potẽtiæ attinet; vtrobiq; enim eadẽ ratio est. Tametsi lib. 3 repositus nobis locus sit ad eos refellendos, qui intellectui patienti omnem prorsus actionem denegarunt.

## QVAESTIO II.

### *VTRVM SPECIES ALIQVAE sensibus ad operationes obeundas imprimantur.*

### ARTICVLVS I.

### *QVI SPECIES NEGARINT ET quibus adducti argumentis.*

SAepe in superioribus controuersijs, & in explanando Aristotelis contextu incidit mentio specierum; postulat iam hic locus, vt vtrum hæ necessariò ponẽdæ sint, disquiramus. Ac nunc quidem de ijs tantùm, *Lege contra Democritũ Alexand. in lib. de sensu & sens.* quæ ad sensus pertinent disputabimus, acturi C de ijs, quæ intellectus propria sunt in tertio libro. Negantem huiusce quæstionis partem secuti fuere, non modò qui animam ex elementis coëretam esse fabulati sunt, vt ex eo. *Species solũt Porphyrius, Plotinus, Galenus, Durand.* rum, quę ipsi inessent, cognatione omnia intelligeret: sed etiam Porphyrius in libro de sensu, Plotinus Enn. 4. lib. 5. Galenus lib 7. de decretis Hippocr. cap. 6. Et ex Peripateticis Durandus in 2. dist. 3. quæst. 6. idemq;, quod ad sensus externos attinet, tuetur Ochamus *Ocham. Gabriel. Gregorius.* in 2. quæst. 17. & 18. Gabriel quæst. 2. Gregorius in primo distinct. 3. quæst. 1. & in 2. distinct. 7. quæst. 3. qui vt sensus in obiecta sua ferantur, sat esse putant, si intra ẽbitam distantiam constituta sint. Priuatim verò quod non requirantur species visiuæ ad actum videndi, scribit Thomas Garbius defendisse se Bononiæ in celebertimo doctorum consessu, vt videre est in eius summa lib. 1. tractat. 5. quæst. 63. Nititur autem Durandus eo potis- *Argumenta pro his auctoribus.* simum argumento, quia cùm species ab eaĩ assertionibus ponantur vt rationes cognoscẽdi, oportebit eas obiectiuè esse in sensu, ab 1. *Arg.* eoq; cognosci; alioqui id, quod incognitum est, in alterius notitiam duceret. Cùm ergo liquido conflet non sentiri à nobis eiusmodi species, priorius fictitiæ existimandæ erunt. Corroboraturq; huiusce rationis vis ex eo, quia vt priùs à nobis cernitur imago externa, in qua Cæsarem, verbi gratia, aspicimus, ita oporteret imaginem ipsam coloris videri, si per eam colorem sentiremus.

Secundo, Species ab ijs, qui eas ponunt, quæruntur ob similitudinem cum obiecto: sed inter obiectum, & species non potest esse similitudo: ergo frustrà quæruntur. Probatur minor, quia quæ differunt natura, dissimilia sunt: at quòd species, & obiectum natura differant, patet; quia albedo, & nigredo contraria sunt: earum verò species minimè; cum in eodemmet oculo simul recipiantur iuxta oppositam sententiã. At enim ex alia parte, 2. *Arg.* quòd



quòd oporteat species albedinis, & nigredinis contrariari esse, probatur; quia contrariarum causarum contrarij effectus esse debent. Si ergo species dantur, sunt simul contrariæ, & non sunt contrariæ, quod repugnat.

3. Tertiò. Si eæ species darẽtur, vel essent diuiduæ, vel indiuiduæ, & sectionis expertes; atqui neutrum horum dici potest. Nõ igitur tales species dantur. Prior pars minoris suadetur. Primùm quia Perspectiui sumũt in quolibet puncto medij pyramidem terminari, totamq; rem videri; quod fieri non posset, nisi species in puncto essent. Item, quia si species essent extensæ educerentur de potestate materiæ ad cuius ingenium sese accommodarent. Quod tamen non videtur admittendũ, cùm eiusmodi eductio requirat præuiam alterationem, vel saltem fiat per successiuam transmutationẽ; species verò, saltem visiles, traijciant medium instanti. Accedit auctoritas D. Augustini lib. 12. super Genesim ad lit. C cap. 16. vbi species sensuum spirituales vocat. Posterior pars ostenditur, quia id, quod subiecto extenso inhæret, extẽsum est, hac enim ratione probauit Aristoteles cap. 12. libri 3. text. 122. sensum esse potentiam corpoream, quia in organo, quod magnitudine prædituũ est, recipitur: si ergo darentur species sensiterijs exensis inuitæ, vtique extensæ, ac diuiduæ forent.

4. Quartò. Species sensuales multo sunt nobiliores, quàm obiecta, è quibus transmitti dicuntur. Nõ ergo ab eis gigni possunt: alioqui effectus propriam causam dignitate vincerer. Ex quo sequitur eas nullã habere causam in natura rerum; atque adeò commentitias esse. Assumptum probatur, quia eæ species, si dantur, mediæ sunt inter materialia & spiritalia accidentia, vtpote defæcationis naturæ, quàm illa, crassioris, quàm hęc. Deinde, quia ponuntur vt instrumenta vitalium fun- E ctionum, quæ operationibus rerum non viuentium excellentiores sunt.

### ARTICVLVS II.

### *CONSTITVITVR PARS AFFIRmatiuæ quæstionis, diluuntur aduersariæ partis argumenta.*

*Species necessariò admittendæ sunt.*

VErum qui species dari negant à veritate, & à Peripatetico dogmate longè recesserunt. Quod hisce rationibus planum fit. Facultas sentiendi ex se est indeterminata ad hoc illúdve singulare percipiendum. Igitur vt huius potiùs, quàm illius sensionem edat, necessium est vt ab aliquo determinetur; sed non est aliud, à quo determinari queat, præterquam ab obiecto per sui similitudinẽ sensui impressam; datur ergo obiecti similitudo,

A sine specie in sensu. Assumptio probatur, quia si aliud quid daretur, à quo determinari posset, id maximè esset obiectũ ipsum, quod nullius speciei interuentu concurreret. Hoc aũt non posse esse, demonstratur. Nam vel obiectum concurreret effectiuè, vel nõ: si effectiuè, cùm sæpe à facultate cognoscente differt, & nihil agat primò in remotũ, vtiq; deberet priùs agere in intermediũ, tum verò in potẽtiam: atqui dempta specie nihil est, per quod B ad eum modum agere possit, & quo potentiam ad operandum suscitet, nõ potest ergo, sublata specie, concurrere effectiuè. Quod si *Obiectũ ad sensionẽ non cõcurrit sũlum formaliter extrinsecè.* non effectiuè concurreret, sed duntaxat formaliter extrinsecè, atq; actum potentiæ terminãdo, sequeretur aspectum neq; tenebris, neq; longa spatij intercapedine impeditum iri, quod est cõtra experientiam. Consecutio probatur, quia ideo in tenebris res nõ videntur, quia colores egent luce, vt sui speciẽ mittant. Item ideirco res in magna distantia non intuemur, quia species ab eis traiectæ in medio languent, & euanescunt.

Secundò. Nonnulli per inspicilla concaua 2. acutiùs vident, non nisi quia tunc in centro plùs vnuntur species reddunturq; efficaciores in repræsentando, quemadmodũ & radij solares in cauitate vitri magis coeunt. Nõ est igitur negandum dari eiusmodi species. Ter- 3. tiò. Oculus non videt se ipsum; videbit tamẽ, si ei obijciatur speculum: id verò non nisi, quia ab oculo producitur imago ipsius in speculum, quæ inde ad oculum reflectitur, eaq; informata potentia videndi actum elicit. Datur igitur talis species. Quartò, Idem in inter- 4. no sensu ostenditur. Nam cùm hominẽ, quẽ anteà non vidimus, primò contuemur, paulò post clausis oculis, eiusdem notitiam interiùs efformamus, nõ ob aliam rationem, nisi quia eius imaginem aspectu hausimus, hausiamq; in interno sensu retinemus. Patet ergo dari eiusmodi species. Quod item constat ex memoria sensitiua non hominum tantùm, sed etiam brutorum, quandoquidem recordatio non nisi ministerio specierum fit.

Postremò quod in Aristotelis doctrina præ dictæ species necessario constituendæ sint probatur. Nam hoc in libro cap. 12. text. 121. & 124. docet sensum esse id, quod sensibiles absque materia formas, id est, imagines susci- F pere potest. Vbi species vocat formas, absq; materia; quia species candoris, verbi gratia, non est ipse candor materialiter, sed id, quod candorem repręsentat. Et in libro de memoria cap. 1. cum quæsijsset qua ratione nostri absentis recordari contingat, respondet id fieri ob simulachra rerum in interno sensu asseruata. Itaque & externis & internis sensibus, attribuit Arist. species. Eiusdẽ sent. est D. Anselmus in Monologio c. 36. D. Damasc. *D. Ansel.* nus lib. 2. fidei orth. c. 20. D Augustinus li. 10. *D. Damasc.* confess. cap. 10. & ca. 15. & lib. 12. super Gene- *D. Augusti.* sim

Universidad de Deusto
Biblioteca



sim c.10.& lib.11. de Trinit.c.2. alijsq; in locis, A quos citat Capreolus in 2. dist.3. qu.2. art.3. Denique idem tuetur maior, ac melior philosophantiũ pars D.Thomas 1. part. q.55. art. 1.& 3.cõtra gentes c.49. alijsq; in locis. Alensis 2. part. suæ summæ à quæst.22. vsq; ad 26. M.Albertus 2.part. summæ de homine tract. 4.q.14.& de quatuor coæuis q.5. D.Bonauẽtura in 2. dist.3. art.4.q.1. Scotus quæst.10.& 11. Argentinas quæstion.2.art.4. Richardus quæst.5.Capreolus loco citato,Marsilius in 1. B qu.7. Heruæus quodlibeto 5. quæst.6. Aegidius quodlibeto primo quæst.11. Ac quòd etiam Plato posuerit species visuales, quæ vna cum radijs, ex oculo ad obiectum emicantibus,vt fingit, videndi actum perficiant; constat ex Timæo, & ex ijs, quæ ibidem Chalcidius annotauit.

*D. Thomas. Alensis. Albertus. D. Bonauẽt. Scotus. Argent. Richardus. Capreol. Marsilius. Heruæus. Aegidius.*

*Argumenta diluuntur.*

Neque aduersariorũ argumenta negotium faciunt. Ad primum enim respondendum est, licet species dentur à natura, vt potentiæ C ijs consignatæ rerum notiones effingant, nõ debere proinde species ipsas potentijs obijci, aut per se cognosci, cùm non sint signa instrumentalia seu formalia. Nec oportet id, per quod res, vt per suum formale signum, innotescit, secundum se apprehendi; quãuis id concedendum sit in ijs, quæ nos tanquam signa instrumentalia in alterius rei notitiam ducunt, vt alibi diximus. Argumenti etiam corroboratio vim non habet: Statua enim D Cæsaris instrumentale signum est, nõ formale. Capreolus loco citato respondet nõ oportere cognosci à nobis id, quo, sed in quo aliquid percipimus; nos verò non in specie, sed specie res obiectas cognoscere. Quæ est solutio D.Thomæ quodlib.10.art.1 quæst.3.

*Solutio 1.*

*Similitudo duplex in essendo altera, altera in repræsentãdo.*

Ad secundum, cõcessa maiori negandã est minor, & ad eius probationẽ dicendum duplicem esse similitudinem: vnam in essendo, alteram in repræsentando. Primam non inueniri inter res diuersæ speciei; inueniri tamen secundã, vt patet in anima hominis, quę cum nec specie, nec genere cum Deo conueniat, est tamen Deo similis: atq; hunc posteriorem similitudinis modum sortiuntur species comparatione suorum obiectorum. Ad id verò, quod in aduersam partem obijciebatur, nimirũ oportere species albedinis, & nigredinis esse contrarias, dicendum contrariarum causarum, si collatione effectorum vnioꝫ sint, contrarios esse effectus: at obiecta non ita se habent, cùm sint causæ æquiuocæ respectu imaginum, quas ab se mittunt. F

*Solut. 2.*

*Solut 3.*

Ad tertium, respondemus species esse quidem indiuisibiles in repræsentando, diuisibiles autem in essendo, quod solum ostendit posterior pars argumenti, etsi oppositum asseruerit Venetus, & Alfonsus Toletanus. Igitur ad posteriorem partem respondemus. Perspectiuorum doctrinam esse, visionem fieri per pyramidem radiosam, hoc est per speciem visilem modo pyramidis productam, cuius basis sit in superficie rei visæ, vertex in centro oculi: & hoc centrum dari in qualibet parte medij, è qua res cernitur. Vetũ ex hac pyramidis, & centri similitudine, quæ traditur a perspectiuis ad rem explicandam, colligi non debet, quemadmodum centrum oculi, & vertex pyramidis, siue vltimum punctum in fastigio pyramidis constitutum, est quid indiuisibile; ita speciem, per B quam res videtur, recipi in puncto, atq; indiuisibilem esse: nec enim similitudo in omnibus conuenire debet. Immò si in ea facienda vis est, inferri ex eadem potest speciem nõ esse indiuisibilem, saltem ex parte basis, cùm constet hanc extensam, ac diuiduam esse. Appellantur autem à D. Augustino species sensuũ spirituales eo modo, quo ab Aristotele vocãtur formæ sine materia, quod iam suprà exposuimus. Ad illud de eductione è potestate materiæ, qua de re ex professo in Physicis disseruimus, respondendum est, vt formæ accidentariæ educantur de materiæ potestate, nõ requirere præuiam alterationem, aut transmutationem successiuam, sed sat esse dari in subiecto naturalem potentiam ad illas recipiendas, eandemq; pendere quoad suam effectionem, & conseruationem ab eodem subiecto, seu tempore, seu momento producantur. Quæ duæ conditiones cùm speciebus sensibilibus cõpetant, non est cur quis neget exiri illas è gremio materiæ, in qua recipiuntur. Aduerte tamen germanam rationem, quę probat species sensuum esse diuisibiles, non esse quòd exeant è potentia materiæ. Nam animæ brutorum animantium perfectorum exeunt è materiæ potẽtia, & tamẽ, vt est grauium auctorum sententia, indiuisibiles sunt, atq; inextensæ. Legitima ergo ratio est, quia inhæsiuè recipiuntur in subie- E cto extenso: quod verò ita recipitur, ad naturam recipiẽtis se se accommodat. manetq; extensum, & diuiduum, si illud tale sit.

*Quomodo intelligendum speciem visilem modo pyramidis produci.*

*De potentia materiæ species educentur.*

*Contra Soto. cinas lib. 3. Meta. q. 8.*

Ad quartum, negandum est species sensibiles nobilioris naturę esse, quàm accidentia, quæ ipsæ repræsentant, & à quibus effunduntur. Re enim vera perfectius quid est color, quàm eius imago, ob idq; esse imaginum intentionale, id est, diminutum, & imperfectum nuncupatur. Nec species absolutè dicendæ sunt formæ mediæ inter materialia, & spiritalia accidentia, quasi inter illa medium dignitatis locum obtineant, sed quia aliquantulum è materia emergunt, cùm non cadant sub sensum, vt ea quorum similitudines sunt: & tamen ad spiritalem naturam nõ pertingunt. Nec propterea quòd vitalibus functionum instrumenta fiunt, ad altiorẽ naturæ gradum prouehũtur, præsertim cùm ad eiusmodi functiones non concurrant nisi tanquã formæ vicariæ obiectorum, quorum locum subeunt, vt paulo post dicemus. Hoc tamen

*Solut. 4.*

*Species quia species non sunt obiecta potentiarum.*

non



non obstat quominus species intelligibiles A materialium accidentium excellentia naturæ ijs accidentibus longè præstent, cùm simpliciter spiritales sint.

## ARTICVLVS III.

### *DVBIA QVAEDAM explicantur.*

DVo in hac quæstione pertractanda superB sunt. Alterum est, quonam modo species cum potentia ad actionem concurrant. Alterum, num species externis sensibus impressæ, præsente duntaxat obiecto, in ijs conseruentur. Quod ad primũ attinet. Sunt qui putent species cõcurrere tantũm in genere materialis causæ, determinãdo videlicet potentiam, quæ indiscriminatim se habet ad percipiendum quodlibet particulare sub obiecto suo comprehensum, vt paulò suprà diximus. C Quod enim nõ concurrant cum potentia vti causæ partiales actiuæ ad eundem effectũ ex eo probant, quia actio vitalis à solo principio vitæ, quale species non est, proficisci potest. Deinde, quia quælibet duæ causæ partiales actiuæ ita comparatæ sunt, vt vna sine altera queat effectum edere, saltem imperfectum; vt duo luminosa, quorum vtrumq; producit lumen, etsi minus intensum quàm ambo simul: at nec species sine potentia, nec D potentia sine specie valet per se operari. Verũm licet hæc sententia suam probabilitatem habeat, multo verisimiliòr tamen est contraria, quæ statuit speciem concurrere etiã actiuè cum potentia ad eius actionem. Hanc sequitur Scotus in primo distinct. 3. quæst. 7. & in quodlibet. quæst. 15. Thomas prima part. quæst. 56. art. 1. & lib. 1. contra gent. cap. 51. 52. 53. & quodlib. 7. artic. 1. Magnus Albertus 2. part. summæ de homine in tractatu de sensi- E bus animæ. Capreolus in 1. distinct. 35. qu. 1. art. 1. & alij; probaturq; ex eo, quia anima constituitur per speciem in actu primo ad intelligendum, sicut ignis per calorem ad calefaciendum: nulla verò ratio est, cur potiùs calor cum igni, quàm species cum anima actiuè concurrat.

*Species cum potentia ad actionẽ concurrit effectiuè.*

*Scotus. D. Thomas. Albertus, Capreolus.*

Secundò, quia omnis forma agẽtis, cui per se assimilatur effectus, concurrit actiuè vt principium talis effectus, siue sit forma substantialis, siue accidentaria, vt, verbi gratia, forma equina est principium effectiuũ formæ equi geniti, quia huius forma est similis formæ illius. Species autem, quæ per actionẽ cognoscendi producitur, producive potest, est similis illi speciei, à qua actio cognoscendi oritur. Tertiò idem confirmatur, quia vt docet Diuus Augustinus nono libro de Trinitate cap. 12. cognitio rei efficitur à cognoscente, & cognito: cognitũ verò cùm non per se, sed sui speciem, & similitudinem in potẽtia insit; consequens est, vt similitudo vicem illius habens, tanquam semen generantis, cognitionem quasi prolem gignat: atque adeò fatendum est speciem actiuè concurrere. Quòd si petas an tota virtus actiua potentiæ sit virtus actiua speciei? quemadmodum tota virtus ignis est calor. Respondemus non ita se rem habere, sed potentiam vendicare suam peculiarem virtutem ad agendum, similiterq; speciem vendicare suam, ita vt ambæ tanquam duæ partiales causæ diuersæ tamen rationis, seu tanquam duæ partes vnius integri agentis immediati vires suas conferant, iungantq; ad actionem cognoscendi. Nam quòd species suam habeat actiuitatem, probatum est. Quòd verò illa nõ sit tota actiuitas potentię ex eo ostenditur, quia sæpe accidit, vt potentia ex eadem specie eliciat intensiorem noticiam, quia nimirum profert exse maiorem conatum; quod non esset, nisi ipsa haberet propriam actiuitatem distinctã ab actiuitate potentiæ.

*Potentia & species duæ partiales causæ.*

Aduerte autem speciem concurrere non solum actiuè ad operationem, vti diximus: sed etiam formaliter, quatenus concurrit ad specificationem actus, determinando potentiam ad hanc potiùs, quàm ad illam operationis speciem. Item quatenus præstat vnionem obiecti cũ potentia in esse cognoscibili; quæ vnio est proprius effectus causæ formalis. Et verò, quia prius est potentiam vniri intentionaliter cum re cognita, quàm tendere in obiectum: prius se habet species vt principium formale, quàm vt principium efficiens. Atque hoc, quod de causalitate formali, & actiua speciei asserimus, cõuenit tam in speciem sensibilem, quàm intelligibilem: immo & in ea, quę obtinent modum speciei intelligibilis respectu potentiæ intellectiuæ, vt essentia diuina respectu intellectus beati, & substantia Angeli comparatione intellectus ipsius Angeli, cùm hic se per suammet essentiã intelligit. Quòd si obijcias nullam substantiã creatam posse esse immediatum principium operandi; atque adeò non posse substantiam angelicam per se concurrere actiuè ad actionem intelligendi. Occurrendum erit nullam substantiam creatam posse esse principium proximum elicitiuum actus, per modum potentiæ & virtutis; posse tamẽ per modum obiecti, quando illa simul est obiectum actuale, maximè cum in eo euentu non integra, sed partialis tantùm causa actionis sit.

*Quomodo substantia possit esse immediatũ agendi principium.*

Igitur ad primum contrariæ opinionis argumentum dic, licet cognitio ab specie proficiscatur; oriri nihilominus ab anima vt a vitæ fonte, præcipuaq; vitalium functionũ causa, cuius instrumẽta sunt potentia, & species. Quòd si argumentum hoc vim haberet, pari modo probaret, eũ intellectus, aut voluntas per habitus virtutum sibi inhærentes operãtur, talem operationem non esse vitalem; vel

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Ex duabus causis partialibus nō semper quælibet se sola effectū producere valet.*

cos habitus neutiquam posse actiuè concurrere: quod à communi philosophorū, Theologorumq; sententia abhorret. Ad secundū dicimus non quoties duæ partiales causæ ad aliquem effectum consluunt, quamlibet earum posse per se effectū edere videlicet cùm ita concurrunt, vt secunda non detur à natura ad facilius operandū, sed ad simpliciter operandum, quo pacto se habet species respectu potentiæ nec enim potentia valet absq; specie vllo modo operari.

*Manent ne species in sensibus externis amotis obiecto.*

Quod ad dubium secundum spectat, videlicet num rerū imagines, quæ externis sensibus imprimuntur à præsentia obiectorū ita dependeant, vt ijs amotis illico euanescant. Negatiuā partem secuti sunt nonnulli Aristotelis interpretes in libro de sensu, & sensibili, & in libro de insomnijs, concedentes amoto sensibili, dari adhuc per breues quasdam sensiones elicitas ex speciebus nondū extinctis.

*Pars affirmans quibus probetur.*

Potest verò hæc sententia ita cōprobari. Huiusmodi species habent suam intensionē, & incrementi gradus, secundum quos successiuè augeri, imminuiq; possunt. Igitur si obiectum subitò amoueatur, adhuc secundū aliquam partem suæ intensionis in sensitenijs manebunt, poterūtq; sensus ijs ad continuādam sensionē vti. Antecedens ostenditur, quia ideo obiectum quāto visui magis appropinquat (seruata tamen conuenienti distantia) tanto distinctiùs videtur, quia species magis dearticulatur, & perfectiùs actuat potentiam secundum nouos sui gradus. Iccirco etiam ex eodem loco sonus, & odor, si actior sit, percipitur, non verò si tenuis; quia ille efficaciorem, & intensiorem speciem iacit.

Secundò. Albedo, & odor inhibita causa effectrici & conseruante nihilominus in subiecto perseuerant; ergo & species potentijs obsignatæ saltem aliquanto tempore seruari in ijs poterunt, licet obiecta, à quibus productæ fuerunt, præsentia non sint; cùm vtrobiq; par ratio esse videatur. Tertiò. Accedit experientia, quam affert D. Augustinus lib 10. de Trinitate cap. 10. hisce verbis. Cùm diù solem attendetimus, & deinde oculos clauserimus, quasi versantur in cōspectu quidam colores lucidi, quos intelligendum est reliquias esse illius formæ, quę facta erat in sensu, dum corpus lucidū videretur. Additq; infrà, eiusmodi formam esse visionem. Itaq; putat D. Augustinus, ablato corpore luminoso, remanere illius speciem in sensu. His consentanea scribit Aristoteles libro de insomnijs cap. 2. sensilia, inquit, ipsa in nobis, per singula sensoria, sensionem efficiunt: & affectio, quam ea inuehunt, non modò in sensorijs inest, cùm sensus agunt, sed etiam cùm ab opere discesserē. Et paulò inferius, si sensum de tole in opacum conuertamus, comitatur eum affectio: euenit enim, vt nihil cernat, propterea quòd commotio, quæ à lumine profecta est, oculos adhuc possideat. Item si quid albū, aut viride diutiùs aspexerimus, ad quodcunque aspectum nostrum deferamus, concolor illi videtur. Hæc Aristoteles. Auerroes quoq; in suo tractatu de somno & vigilia, ait nos in somnijs sentire per quinq; sensus sensibilia externa, licet absentia, idq; accidere redeuntibus ab internis sensibus ad externos absentium rerum imaginibus. Sicut enim, inquit, in vigilia sensibilia externa mouent sensus externos, & hi sensum communem, is imaginatiuam, sic inter somniandum conuerso ordine, imaginatio mouet sensum communem, hic sensus externos. Igitur sensus externi possunt elicere operationes circa sensibilia absentia.

*Auerr.*

*Pars negans probabilior.*

Verùm licet hæc opinio admodum probabilis sit, maximè ob Aristotelis & D. Augustini auctoritatē, contraria tamen quæ asserit sensuum externorum species nō nisi præsentibus sensibilibus, etiam breuissimo tempore seruari, & communior, & verisimilior videtur. Namq; experientia illa, qua potissimùm aduersarij nituntur, admodū fallax est. Accidit enim non rarò, etiam extra morbum, & somnia (quod D. Augustinus lib. 11. de Trinitate cap. 4. animaduertit) vt quæ quis in interno sensu effingit, ea intellectus externo percipi arbitretur. Sæpeq; euenit facta à vehementi sensibili aliquā in sensu læsione, vt exempli gratia, facultas videndi ad alia obiecta percipienda minùs parata sit, atq; adeò vt decipiatur phantasia iudicās adhuc sensui obuersari idem sensibile, quod anteà. Certe si vehemens sensibile externum tanta efficacitate speciem in sensu imprimeret, vt illā etiam in absentia conseruaret: vtiq; aut semper, aut maiori ex parte ita accideret. Quod tamen repugnat experientiæ. Vnde Aristoteles hoc in libro cap. 3. text. 32. & 59. discrimen statuit inter sensum, & intellectum, quòd ille obiecti præsentiam exigat; hic verò non item.

*Cur sensus externo obiecto absente obuersari videatur.*

Argumenta in contrariam partem adducta hanc habent explicationem. Ad primum concesso antecedente, negandā est consecutio: talis enim est harum specierum natura, & conditio, vt quantumlibet in subiecto intensæ fuerint, subitò amittantur, nec sine perenni suę effectricis causę influxu permanere queant: etsi id in plerisq; alijs effectis secus accidat. Quo etiam patet, quid ad secundum argumentum respondendum sit. Ad tertium dicimus amoto luminoso, non dari iam eius aspectum, sed accidere deceptionem modo antè explicato. Idq; voluisse auctores in argumēto adductos, videlicet ablato sensibili datī sensiones non te ipsa, sed apparenter, seu secundum fallacem æstimationem. Atq; huius dubij enodatio planior euadet ijs, quæ proxima quæstione pertractanda sunt.

QVAE-



## QVAESTIO III.

### *VTRVM PER DIVINAM POtentiam aliqua notitia abstractiua in externis sensibus dari queat.*

### ARTICVLVS I.

### *QVID IN RE PROPOSITA sentiendum videatur.*

*Quid notitia intuitiua.*

IN hac quæstione prænotandum imprimis est discrimē inter notitiam intuitiuam, & abstractiuam. Notitia intuitiua, quę etiam visionis dici consuevit, vt Scotus in 1. distinct. 2. part. 2. quæst. 1. & quodlib. 6. art. primo, Ferrariensis lib. 2. contra gent. cap. 96. Durandus in prologo quæst. 3. alijq; auctores definiunt, est notitia rei præsentis, vt præsens est, id est, cognitio, qua ita rem attingimus, vt per eam cernatur præsentia obiecti in se, & ex vi ipsius cognitionis, nō verò quia aliunde cōprobatur. Eiusmodi est notitia, qua quis videt candorem in pariete, & qua sonū audit, & ea, qua beati diuinā naturam intuentur, quā D. Paulus Epistol. 1. ad Corint. cap. 13. appellat facie ad faciem. Immo & ex hoc loco Apostoli credit Scotus quodlib. 6. art. 1. & Gregorius in primo dist. 3. quæst. 3. art. 1. desumpsam fuisse appellationē notitiæ intuitiuę, cuius aut nulla, aut propè nulla extat mentio apud veteres Philosophos. Aduertit aūt D. Anselmus, Hugo, Magister, D. Thomas, Gregorius, Paludanus, Caietanus, Durandus, & alij communi consensu cognitionē intuitiuā oportere esse immediatam, ita videlicet vt res nō percipiatur in alio cognito, sicuti cognoscitur Cæsar in sua statua. Etenim per cognitionem intuitiuam conspicitur res in se, quod esse nō potest cùm res videtur in alio priùs viso. Notitia abstractiua, quæ etiā Simplicis intelligentiæ vocatur, est cognitio rei nō vt præsens est, verbi gratia, notitia, qua cogito de Socrate absente, & ea, qua Astrologus domi suæ considerat eclypsim, quā non intuetur, esto sciat ea hora interponi terrā inter lunam, & Solē. Et item ea, qua Philosophus ex creaturis cognoscit Deū esse. Licet enim hæ cogitationes tendant in rem sub esse existentiæ nō tamen sic tendunt, vt per eas cernatur præsentia obiecti. Non diximus cognitionē intuitiuā esse eam, quę pendet à præsentia obiecti, nec qua obiectum mouet potentiā; quia notitia, qua Deus & se, & creaturas intuetur, est intuitiua; & tamē nec ab ipso Deo, neq; à creaturis dicitur pendere, vt neq; causari.

*Quid abstractiua.*

*1. Concl. Sensus externus diuina virtute potest tendere in rem absentem, modo in illam feratur, tanquā in rem præsentē, alioqui non.*

His positis sit prima conclusio. Sensus externus potest diuina virtute tendere in rem absentem, modo in illam feratur, tanquā in rem præsentē, alioqui non. Hæc conclusio quoad priorem partem probatur; quia potest Deus ponere in meo oculo speciem Socratis absentis, qua ille informatus Socratem videat. Socrates enim ad sui visionem dupliciter concurrit, nimirū in genere causę efficientis, quatenus sui imaginem in potentia imprimit. Hanc verò causalitatem non est inficiandum posse diuinitus suppleri, quemadmodum & alias id genus causalitates efficientiū causarum. Præterea, concurrit Socrates ad prædictam visionem in genere causæ formalis exigitiuę, eam terminando, specificandoq;. At quòd hæc dependentia nō obstet, quominus talis visio dari queat, ex eo ostenditur, quia Socrates absens, ac non existens potest eam terminare, eiq; speciē tribuere, eo modo quo eclypsis, quæ vno abhinc anno erit, terminat, & speciem confert cognitioni, quam de illa nunc Astrologus habet. Nimirum hęc terminandi, & specificandi ratio nec in eo, quod specificatur, nec in specificāte terminantéve existentiam requirit.

*præsentē tamen apprehendere.*

Secunda verò pars conclusionis ea ratione suadetur, quia potest Deus speciē, quàm Socrates in meū oculū impressit, amoto Socrate conseruare, quæ cùm Socratē eodē pacto, quo anteà referat, adhuc eum tanquā præsentem aspectui obijciet: potestq; id confirmari ijs, quæ in mysterio diuino Eucharistiæ interdū apparent. Nonnunquā enim Deus puerum, carnem, manū, & quædam alia oculis repræsentat, producendo in eis talium rerum, etsi præsentes non sint, species, vt docet Sanctus Thomas 3. part. quæst. 75. art. 8. Durandus in 4. distinct. 10. quæst. 4. & alijs. In hasce verò res ita fertur aspectus, ac si præsentes essent; vnde & intellectus nisi aliunde edoctus iudicium cohibeat, eas præsentes iudicat.

*In obiectum absens, vt absens externus sensus nulla vi ferre potest.*

Denique tertia pars cōclusionis inde comprobatur, qa sensus externi talis naturæ sunt, vt tendant in obiecta, prout se habent hic & nunc, id est, prout materialibus, situs, distantiæ, & quantitatis conditionibus affecta existunt; atq; adeo, vt in præsentia à parte rei, vel saltem repræsentata tanquā præsentia. Quare nō poterunt sensus externi vllo modo versari circa rem absentem, qua talis est. Hanc porrò conditionem intrinsecē addunt obiecta sensuum externorum supra obiectum intellectus, & phantasiæ. Nam intellectus fertur in rem tam absentem, quàm præsentem; tam singularem, quàm vniuersalem. Phantasia etiam in rem præsentem, & absentem, sed singularem tantùm. At externi sensus, vt qui in infimo cognoscentium facultatum gradu steterint, tendunt in solam rem singularem, & præsentem, vel exhibitam in specie vt præsentem. Non secimus in hac cognoscibilium dispensatione mentionem sensus communis, propterea quòd hic sit quasi interstitium internorum, & externorum sensuum, ad vtrosque pertinens; quatenus externorum sensiones dignoscit, & eadem ad internos trāsmittit: vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca



tit: vnde & vtrorumq; naturam aliquo mo- A
do participat. Nam dum sensus externi circa
obiecta sua versantur, ipse ingeadē percipien-
da incumbit, & tunc quidem non nisi singu-
laria præsentia intuetur: in somnijs verò, vt
est multorum opinio, quàm in libris paruo-
rum Naturalium exposuimus, singularia etiā
absentia recognoscit: atq; ita tam præsentia,
quàm absentia pro vigiliæ & quietis diuersi-
tate apprehendit.

*Sensus communis eam præsentiā, quam absentia naturaliter cognoscit.*

Ex superiori conclusione licebit deducere B
secundam, quæ propositæ quæstioni directò
respondeat. Pro qua aduertendum prius du-
bium esse an ad notitiam intuitiuam requi-
ratur, vt potentia per eam tendat in obiectū,
quod re ipsa existat præsens; an verò sufficiat
ferri in rem, quæ tametsi alioqui sit ab-
sens, nihilominus repræsentatur vt præsens,
atq; ita notitia tendat in rem præsentem, vt
præsentem imaginariè. In qua dubitatione,
etsi parum referat vtram partem quis appio- C
ber, nobis tamē posterior magis arridet: pro-
pterea quòd notitia abstractiua ab omni præ
sentiæ modo, abstracta, ac libera debere esse
videatur. Sit ergo secunda conclusio. In sen-

*2. Conclusio. Neq; virtute diuina sensus externi notitiam abstractiuā elicient.*

sibus externis non potest dari, etiā diuina vir-
tute, notitia abstractiua. Probatur: quia istius
modi notitia fertur in rem secundū se, seclu-
sa præsentia, & existentia: externi autem sen-
sus tendunt in sua obiecta, saltem repræsen-
tata tanquam præsentia, vt ex dictis constat. D
Itaq; prædicta notitia, qua sensus externus,
fertur in obiectum, quòd à parte rei non est
præsens, dicenda erit intuitiua.

## ARTICVLVS II.

### *ARGVMENTA ADVERSVS EA, quæ superiori articulo conclusa sunt, eorumq; dilutio.*

1. *Argum.* VErum contra primam partem primæ con-
clusionis, qua asseruimus posse diuina vir-
tute sensum externum rem absentem percī-
pere, hæc se offerunt argumenta. Vel obiectū
externi sensus comprehendit tam sensibile
præsens, quam absens: vel solummodo præ-
sens. Si detur primū, sequitur sensum extern-
num suopte ingenio posse tēdere in rem ab-
sentē, cum quælibet potentia vi propria pos- E
sit obiectum suum attingere. Si autem poste-
rius, fatendum erit nec diuina virtute posse
sensum versari circa rem absentem, quando-
quidem repugnat potentiam extra proprium
obiectum vagari. Quare non videtur prima
conclusionis pars veritati consentanea.

2. Secundò. Eadem rursus impugnatur, quia
si res absens posset sentiri, posset mel nō exi-
stens gustari, pariq; modo res sine cibo nu-
trire: poterit ignis non existens tangi, & ani-
mal ab eo vri: poterit cymbalum non exi-
stens audiri, & eius sono auditus lædi; aliaq;
multa, quæ videntur implicationem inuol-
uere. Tertiò, quia sequeretur dari duas pro- 3.
positiones contradicentes simul veras; esset
enim verum cerni Socratem currentem si-
quidem obijcitur potentiæ vt currens; &
eundem cerni non currentem, quia re vera
non currit.

Deinde contra secundam partem conclu- 4.
sionis, quæ statuit externum sensum posse
ferri in obiectum absens, quod tamen diuini-
tùs efferatur vt præsens, illud opponi solet,
quia cum in eo euentu intellectus iudicet
rem, quæ præsens non est, præsentem esse,
concedendum erit Deum, qui eam speciem
imprimit, aut anteà impressam conseruat, es-
se causam eiusmodi erroris, & deceptionis,
quod nemo dixerit.

Denique contra tertiam partem, quæ affir- 5.
mat non posse externum sensum tendere in
obiectum, nisi sub ratione præsentis. Nam
minor proportio est inter essentiam diuinā,
& intellectum creatum, quàm inter sensibile
non existens, & sensum externum: siquidem
inter Deum, & creaturas est distantia infini-
ta, inter ipsas verò creaturas finita duntaxat:
atqui intellectus creatus eleuatur ad noti-
tiam intuitiuam diuinæ essentiæ: ergo & sen-
sus externus promoueri à Deo poterit ad
percipiendam rem non existentem.

Præterea, Sēsus externi possunt diuina vir- 6.
tute tendere extra suum obiectum: poterunt
igitur ferri in rem non existentem. Antece-
dens probatur, quia non minus est eleuare
quam ad productionem gratiæ in baptismo,
quàm excitari potentiā ad operationem ex-
tra obiectum non suum: ergo cùm illud di-
uinitùs fiat, effici hoc etiā poterit: atq; adeò
nō repugnat sensus externos versari circa ob-
iectum non existens; licet id nō contineatur
E intra cancellos obiecti ad eos pertinentis.

*Solutio 1.*

Non erit tamen difficile his argumentis
satisfacere. Ad primum contra primam par-
tem conclusionis primæ, dicendum est cum
de alicuius potentiæ obiecto agitur, posse
nos loqui, vel de obiecto adæquato simplici-
ter: vel de obiecto non adæquato. Est autem
obiectum simpliciter adæquatum id, in quod
potentia fertur seu vi propria, seu diuinitus
adiuta. Obiectum non adæquatum est id in
quod potentia vi propria tendit. Si ergo de
obiecto externorum sensuum simpliciter ad-
æquato sermo sit, respondendum erit id esse
sensibile præsens, vel non præsens, repræsen-
tatum tamen vt præsens. Si de obiecto non
adæquato, id esse sensibile re ipsa præsens.
Ex quo non sequitur externum sensum, aut
posse vi propria ferri in obiectum non præ-
sens, aut diuinitus adiutū non posse in id ten-
dere: quandoquidem dum circa illud insistit,
non vagatur extra proprium obiectum ab-
solutè sumptū, vt liquet ex dictis. Ad secun-

*Quod obiectū adæquatū quod inadæquatum sensuum externorum.*

*Solutio 2.*

dum



*Solut. 2. Non repugnat cibum non existentem gustari, aut non existentem igne sentiri.*

dum contra eandem partem conclusionis re- A
spondendum est, nullam esse contradictio-
nem si mel non existens gustetur interuentu
suæ imaginis inhærentis in gutture. Non posse
tamen neque ex dictis sequi nutriri rem abs-
que cibo, quia nutritio importat conuersio-
nem cibi in substantiam rei viuētis. Quæ con-
uersio sublato cibo non datur. Item nulla est
implicatio, quòd ignis nō existens sentiatur
per species qualitatū tangibilium ignis; qui-
bus tamen speciebus non dicitur animal vri; B
quia vstio non fit nisi per calorem realiter in-
hærentem in re, quæ vritur. Nec item impli-
catio est, quòd cymbalum non existens per
existentes soni species audiatur, quibus tamē
non sequitur offendi auditum, quia hæc of-
fensio non à speciebus, aut sono est, sed à ve-
hementi agitatione aëris sonum, speciēsve
deferentis. Ad tertium argumentum negan- *Solut. 3.*
dum est sequi dari duas contradicentes simul
veras. Non enim hæ duæ propositiones, Cer- C
no Socratem currentem, & cerno Socratem
non currentem, sunt contradictoriæ; sed hæ,
Cerno Socratem currentem, non cerno So-
cratem currentem, vt alibi docuimus: hæ au-
tem non sunt simul veræ, quia in proposito
euentu hæc, Cerno Socratem currentem, id
est, repræsentatum mihi vt currētem vera est:
& illa, Non cerno Socratem currentem, id
est, repræsentatum mihi vt currentem, falsa.
Immò nec illæ priores de prædicato infinito, D
ambæ veræ sunt, si vocabulum, currens, eodē
modo exponatur, vt attendenti planum erit.

*Solut. 4.* Ad id, quod contra secundam partem
eiusdem conclusionis obiectum fuit, respon-
dendum est ex eo quòd intellectus in tali e-
uentu aliquādo iudicet rem esse præsentem,
quę tamen præsens non est, non sequi Deum
decipere. Non enim decipere dicitur, nisi qui
voluntate fallendi aliquid efficit, vel pronun-
tat; licet alij inde errandi occasionem im-
prudēter capiant. Qua de re consule D. Chry-
sostomum libro primo de Sacerdotio, & D.
Augustinum in libro contra Mendacium, &
in Enchiridio, cap. 6.

*Solut. 5.* Ad primum contra tertiam partem dici-
mus, inter essentiam diuinam, & intellectum
creatum in genere entis maiorem esse distan-
tiam & improportionem, quàm inter sensum
externum & sensibile non existens (intellige
& repræsentatum vt non præsens, ac nō exi-
stens) non tamē secundum rationem & pro-
portionem cognoscibilitatis. Etenim essen-
tia diuina continetur inter latitudinem obie-
cti adæquati intellectus creati; sensibile verò
non existens, prædicto modo sumptum, non
includitur intra metas obiecti adæquati, per-
tinentis ad externum sensum. Lege D. Tho-
mam 1. part. quæst. 12. artic. 1. & 3. ibique eius
interpretes. Ad secundum respondemus,
quemadmodum aqua assumitur à Deo tan-
quam instrumentum ad productionem gra-

*Essentiæ diuinæ conuenit non esse sub ratione adæquati intellectus creati.*

*Solut. vlt.*

tiæ, & ita externum sensum posse diuinitùs
promoueri ad aliquam operationem, supra
suam facultatem, qua non tendat in naturale
suum obiectum; vt verbi gratia, potentiam
videndi ad attrahendum ante oculum aerem. Quod
tamen non repugnat ijs, quæ diximus; videli-
cet non posse externū sensum vagari extra
suum obiectum, id enim intelligendum est
de sensu secundùm operationes vitales ipsi
proprias, quæ cùm ad naturale suum obie- *Cur potētia in operatione vitali extra obiectum suum nec diuinitùs ferātur.*
ctum respectu transcendenti referantur, ab
eoque essentialiter dependeant, fieri nequit,
vt secundùm eas potētia extra tale obiectum
vllo pacto excurrat.

Sed videri fortè alicui possit repugnare
his D. Augustinum vlt. lib. de Ciuit. Dei, ca-
pite 29. vbi de beatorū statu loquens, ita scri-
psit; Vis præpollentior oculorum erit illo tū,
non vt acutiùs videant, quàm quidem pethi-
bentur videre Serpentes, vel aquilæ: quanta-
libet enim acrimonia cernendi ea animalia
vigeant, nihil aliud possunt videre, quā cor-
pora, sed vt videant, & incorporalia. Quibus
verbis indicat D. Augustinus aspectum secun-
dùm functionem vitalem, ac sibi propriam,
qualis est actio videndi, posse tendere in rem
spiritalem, quam constat extra metas obiecti
externorum sensuum esse. Occurrendum ta- *Nō oculo corporeo vī spiritualem videri repugnat.*
men cum D. Thoma 1. part. quæst. 12. artic. 3.
ad 2. D. Augustinum hæc non tam asseren-
do, quàm differendo pronuntiasse, eiusque
mentem esse, vt constat ex ijs, quæ paulò post
subijcit, beatos etiam ex ijs, quæ aspectu cer-
nent, & ex refulgētia diuinæ claritatis in cor-
poribus apparente, Dei præsentiam singula-
ri intellectus perspicuitate cognituros: non
autem ipsam diuinam naturam in se, aut rem
vllam spiritalem oculis corporeis videndam.

Obiter etiam aduerte, quemadmodum
fieri non potest, vt aliquid spiritale cadat sub
E sensus externos; ita fieri non posse vt sub in-
ternos cadat, etiam diuina virtute, cùm vtro-
bique eadē repugnantia occurrat; propterea
quòd spiritale transcendit metas obiecti sen-
sibilis. Quod similiter pronuntiandum est de *Implicat etiam spiritualē ab interno sensu cognosci.*
appetitu sensitiuo, cuius obiectum est sensi-
bile bonum. Si quis verò obijciat tristitiam
de Deo offenso terminari aliquo modo ad
Deum, & hinc frequenter dari in appetitu
sensitiuo; proindeque appetitum inferiorem
simulque phantasiam, cuius ille apprehen-
F sionem sequitur, tendere in rem spiritalem,
nempe in Deum. Respondendum erit, nec
inferiorem appetitum, nec phantasiam ten-
dere in Deum distinctè, & per se, sed confu-
sè, & sub aliqua ratione sensibili. Quo pacto
ait D. Thomas 1. part. quæst. 12. art. 3. ad 3. cùm
Isaias cap. 6. narrat vidisse se Dominum seden
tem super solium; intelligendum id esse de
visione imaginaria repræsentante Deum, se-
cundum aliquem modum corporeæ simili-
tudinis, quo nobis diuina in sacris literis per-

Universidad de Deusto
Biblioteca



res sensibiles frequenter declarari, atque exhiberi solent.

## QVAESTIO IV.

### *SINT NE QVINQVE SENSIBILIA communia.*

### ARTICVLVS I.

### *VIDERI PAVCIORA: videri plura.*

*Argumenta, quæ ostendunt esse pauciora.*

SEnsibilia communia quinque recensuit Aristoteles cap.6.huius lib.tex.64.videlicet motum,quietem,numerũ,figuram, magnitudinem. Sunt tamen in contrariam partẽ argumenta.In primis ꝙ videantur pauciora esse. Nam motus cùm non consistat,sed raptim fluat, comprehendi nequit sine memoria & vi collectrice, quæ partes præteritas & futuras colligat, & inter se conferat; hoc autem altioris potentiæ est non externorum sensuum. Deinde,Brutæ animãtes haudquaquam numerant, cùm id soli homini competat, vt docet Aristoteles in Probl.sect.30.q.5. sicq; nõ videtur numerus brutarum animantium sensibus apprehendi, atque adeò neque nostris, qui eiusdem speciei ac facultatis cum illis sunt. Tertiò,Idem ostẽdi potest in quiete,quæ cùm priuatio sit, sub nullum sensum per se cadit. Quare nec motus,nec numerus, nec quies recte videntur constitui ab Aristotele inter sensibilia communia.

*Quæ probãt esse plura.*

Exalia verò parte ostendet quispiam plura numerari debuisse; siquidem perspectiui, vt videre est apud Vitellionem ad initium libri 3. multò plura recensent, verbi gratia, distantiam,situm,discretionẽ,asperitatem,curuitatem,rectitudinem,& alia. Præterea,Tempus, vt docet Aristoteles 4.Physic.cap 11 text. 98. percipitur sensibus, nõ per accidens,cùm eodem pacto videatur sensum afficere, quo motus.cuius mensura est: ergo per se; atque adeò debet etiam inter sensibilia communia reponi. Nec satisfaciet qui dixerit contineri sub motu, propterea quod idem re sit cum eo;nam alioqui etiam figura quę re ipsa à magnitudine non differt, ad magnitudinem reuocari deberet, quod non ita est. Adde quòd substantia, cùm ad imprimendas horum sensibilium imagines in sensibus vel principa cadsa concurrat, siquidem actiones omnes sunt suppositorum;non poterit non cæteris sensibus communibus rure addi.

## ARTICVLVS II.

### *QVINQVE TANTVM ESSE sensibilia communia; nec oppositum concludi superioribus argumentis.*

NOn est tamen ob hæc,aliáve his similia argumenta recedendum à sententia Aristotelis.Quod fecit è recentioribꝰ Medicis Christophorus lib.1 de Art.med.cap.5.vbi motum & quietem è communium sensibilium numero remouit, & ante ipsum Galen.de Dignosc. pulsib. vbi statuit motum ratione, non sensu dignosci; sed enim quia sensus ratio conflicta est, & mentis transcursus est velocissimus sæpe nõ ratione, sed sensu videri deprehendendi. Vt autem pro Aristotele superioribus argumentis respondeamus, aduertendum est ad rationem sensibilis communis non requiri, vt omnibus sensibus percipiatur,sed vt pluribꝰ, aut esi nullum est sensibile,aut cùm maximè motus, quod omnibus externis sensibus sit obnoxium, vt experienti planum fiet; quapropter non immeritò Auerroes hoc loco, comm.64.Themistium reprehendit, quòd vniuersim communia sensibilia omnibus sensibus percipi affirmarit.

*Solvitur. Motus abstracto sensu perfectè non percipitur.*

Secundo, Aduertendum Aristotelem non omnia sensibilia cõmunia speciatim enumerasse,sed quinque generalia capita,ad quę cætera reuocari debeant,vt mox patebit. Ad primum igitur argumentum eorum, quæ ostendere nitebantur, motum sub externos sensus non cadere, respondendum est,motum perfectè nõ nisi eo modo, qui in argumento exprimitur,quique ad altiorem facultatem pertinet, cognosci; imperfectè verò & quasi materialiter, ac citra vllam partium inter se collationem externo sensu apprehendi.

Ad secundum. Numerũ dupliciter cognosci,vel recensendo vnum post alium: seu replicando numerum maiorem supra minorẽ, aut nouam vnitatem minori numero addendo, sicq; per incrementa numeralem seriem amplificando; qui modus cognoscendi solis hominibus conuenit: vel duntaxat percipiendo plura discreta,quę numerum faciunt,vt duos aut tres sonos,tres quatuórve lapides inter se distinctos, quo pacto numerus externis tam hominum,quàm brutorum animantium sensibus dignoscitur.

Ad tertium. Quietem non sentiri per se positiuè.quasi agendo sensum moueat;sed negatiuè quia quantũ fas est priuationi modificat speciẽ rei,quę perspicitur,ita vt res sub quadã consistentia,non sub fluxu apprehendatur.

Ea verò,quæ probare videbãtur plura esse sensibilia communia, hũc in modum diluenda sunt. Ad primum dicendum,Perspectiuos minutiùs eiusmodi sensibilia dispertiri; quia singulas eorum differẽtias contemplantur, vt ex radiorũ reflexione, refractione & incidentia, aut curuitate, aliisq; id genus affectionibus diuersorum aspectuũ causam exactè reddant,quod ad Physicum nõ pertinet,qui sensibilia communia prout certis & præfinitis ratiõnibus sensum mouẽt, solummodò expendit. Itaque omnia communia sensibilia,quæ perspectiui

*Sensibilia communia adscita à perspectiuis ad 5.*



*Aristotelica reuocantur.*

perspectiui addit, ad Aristotelica reduci possunt, vt distantia & situs ad magnitudinem, discretio ad numerum, asperitas, curuitas, & rectitudo ad figuram, cæteraque similiter. Ad secundum, Tempus aut nullo modo externis sensibus percipi,aut sub notitia adeò tenui & obscura, vt simpliciter dici debeat eorum captum effugere; nisi quoad eam realitatem, quàm cum motu commune habet, consideretur; quo pacto interpretandus est Aristotelis loco citato ex 4.Phys.Ad tertium, Licèt actio transmittendi speciem ad instrumenta sensuum,substantijs,vti primarijs causis effectricibus attribuenda sit, non proinde tamẽ substantias inter sensibilia communia numerandas esse,cùm ꝙ se primò sensus afficiant; quia id solis qualitatibus alteratricibus(id est,sensibilibus propijs)conuenit; nec per se secundaria ratione, quia id proprium est eorũ, quæ motum sensibilium propriorum determinãt, ac modificant; quod nulli substantiæ in se spectatæ conuenit, sed vt magnitudine, motu,quiete,aut aliquo alio communium sensibilium affecta est;quod proinde non nisi sensibilibus ipsis communibus per se defertur, vt proxima quæstione liquidiùs fiet.

*Substantia non est sensibile commune.*

## QVAESTIO V.

### *VTRVM SENSIBILE COMMUNE propriam speciem sensitiuo inurat, an non.*

### ARTICVLVS I.

### *EORVM OPINIO, QVI ad affirmatiuam partem deflexêre.*

VAriæ sunt interpretum sententiæ circa modum, quo sensibilia communia sensus afficiunt. Reliquis tamen omissis, duas,quæ celebriores habẽtur,in medium afferemus. Altera est Scoti in 4.d.12.q.3. Aegidii ad cap. 6.huius lib.Landuni q.18.& Gentilis,quem refert Simon Portius cap.5. de Dolore.Hi opinantur sensibilia communia propriam sui similitudinem diuersam à proprio-rum sensibilium specie in sensibus producere. Quod hisce argumentis videtur concludi.

*Affirmant Scotus, Aegidius, Landunus, Gentilis.*

*Argum 1.* Vel sensibile commune aliquid in sensum imprimit, vel nihil. Si nihil,est igitur sensibile p accidens: si aliquid nõ nisi speciem; ergo,&c.

*Argum.2.* Secundò; Magnitudo & color sunt formæ diuersæ: ergo exigunt distinctas imagines, per quas sentiantur. Item percipiuntur diuersis sensionibus,ergo & diuersis typis,qui sunt sentiendi principia;at hi nõ nisi ab ipsis obiectis producũtur. Item,Si quis corpori cœlesti manum admoueat, sentiet magnitudinem resistentem;non per aliquam tactilem qualitatẽ, quę nulla cœlo inest,vt docet Aristot.1.de Cœlo,cap.3.tex.20. Igitur ipsa magnitudo corpo-

*Argum.3.*

ris cœlestis absque sensibilis proprij consortio peculiarem imprimit. Quarto,Sæpe turris eminùs conspecta,ita videtur,vt nõ discernatur, albane, an alio colore imbuta sit. Igitur aspectus percipit nudam rei quantitatem sine alia qualitate visili, atque adeò per propriam speciem à quantitate immissam.

*Argum.4.*

### ARTICVLVS II.

### *NEGATIVAM PARTEM VERAM esse,nec aduersariorum argumenta quicquam efficere.*

COntrariam opinionem amplexus est D. Thomas 1.p.q.78.art.3.& hoc loco lect.13. item Philoponus, Thienensis, Ferrariensis & alij, affirmãtes sensibilia communia peculiares species non injecere sensui; verum determinare & modificare species proprioꝝ sensibilium. Nam,verbi gratia,coloratũ propriam sui immittit imaginem; sed enim aliter eam efformat, si præditum sit magnitudine quadrata; aliter si triangulari, aliter si oblonga,aliter rotunda; libet verò quæ in hanc sententiam D.Thomæ loco cit. dixerunt,huc transferre: Magnitudo, inquit, & figura, & huiusmodi,quæ dicuntur communia sensibilia,sunt media inter sensibilia per accidens, & sensibilia propria, quæ sunt obiecta sensuum. Nam sensibilia propria primò, & per se immutant sensum,cum sint qualitates alterantes; sensibilia verò communia omnia reducuntur ad quantitatem. Et de magnitudine quidem & numero patet, quia sunt species quantitatis. Figura autem est qualitas circa quantitatem, cùm consistat ratio figuræ in terminatione magnitudinis. Motus autem & quies sentiuntur secundùm qd subiectum vno modo, vel pluribus modis se habet secundùm magnitudinem subiecti,vel localis distãtiæ, quantum ad motum augmenti, & motum localem, vel etiam secundum sensibiles qualitates, vt in motu alterationis. Et sic sentire motum & quietem, est quodammodo sentire vnum & multa. Quantitas autem est proximum subiectum quantitatis alternatiuæ, vt superficies coloris. Et ideò sensibilia communia non mouent sensum primò & per se, sed ratione sensibilis qualitatis,vt superficies ratione coloris. Nec tamẽ sunt sensibilia per accidens; siquidem huiusmodi sensibilia aliquam diuersitatem faciunt in immutatione sensus. Alio enim modo immutatur sensus à magna superficie, & à parua, quia etiam ipsa albedo dicitur magna,vel parua. Hæc D. Thomas.

*Negant & melius censent D. Thomas, Philoponus, Thienensis, Ferrariensis. Thienen.ad text. 65. Ferr. qu.11. huius libri.*

*Explicatur opinio D. Thomæ.*

His adde ad maiorem explicationem,quæ idem S.Doctor tradit, quæst.17. artic.2. eiusdem operis; videlicet, similitudinem alicuius rei tri fariam in sensu esse. Vno modo per se primò, sicuti similitudo coloris est in aspectu, & cuiuslibet sensibilis per se in propriò

Universidad de Deusto
Biblioteca



prio sensu. Alio modo per se nō primò, sicuti in visu est similitudo figuræ, vel magnitudinis, & aliorum communium sensibilium. Tertiò, nec primò, nec per se, sed per accidens, sicuti in visu est similitudo hominis. Porrò autem licet vna eademque similitudo ad sensibile proprium & commune attineat; dicimus tamen eam non spectare primò ad sensibile commune, sed ad sensibile propriū; quia proprium sensibile principaliter illam exprimit, commune verò solùm per comitantiam, & tanquam id, à quo species nō tam entitatem, quàm modum, siue affectionem entitatis accipit. Nam cùm id, quod agit, non sit color, sed coloratum, vt ipsum coloratum in se est affectum, secundùm communia sensibilia, quæ cum propriis natiuam cognitionem habent, ita in sensum agit, ac talem speciem in organo obsignat, quale ipsum in se est. Quòd autem sensibilia propria & communia eadem specie percipiantur, ex eo conuinci potest, quia nec sensibilia communia vim per se agendi habent, cùm vel sit quantitas, nempe magnitudo, motus, numerus, vel modus quantitatis, nimirum figura, quæ ex se nullam efficiendi vim obtinet, vel priuatio, nimirum quies, quæ multò minùs ad agendum valet. Secundò, Idem ex eo corroboratur, quia superuacanea omnino est eiusmodi specierum multitudo, cùm vna sufficiat ad repræsentādam alteratricem qualitatem, & id, quod eius modum euariat, hoc est, sensibile commune.

*Eadem species videri sensibile cōmune & proprium probatur.*

1.

2.

*Diluuntur argumenta partis contrariæ.*

Aduersariorum verò rationes sic explicandæ erunt. Prima, dicendo sensibile commune nō imprimere aliquid, id est, propriam ac peculiarem sibi speciem, sed duntaxat attemperare speciem sensibilis proprij, quod tamen sensibilia per accidens nō præstant. Secundæ respondetur, etsi magnitudo & color diuersæ formę sint, nō proinde diuersam imprimere imaginem, cùm vna sufficiat, nec diuersis sensionibus apprehēdi, sed vna; in qua primò sensibile proprium, secundaria ratione sensibile cōmune elucet; quicquid in contrariam partem scripserit Auicenna 6. Natural. cap. de Tactu, vbi licet proprij & communis sensibilis vnam esse speciem fateatur; tamen non vnam, sed plures eorum sensiones constituit. Ad tertiam, respondendum est manum cœlo admotam non percepturam magnitudinem cœli, inuenturam tamen obstaculum, quod eam vlteriùs progredi non sinat, quia ipsa cœli quantitas etiam citra vllius qualitatis opem penetrare se neutiquam fert. Quòd si obijcias manum cœlesti corpori allisam dolore afficiendam, qui dolor ex alteratione & dissolutione tactus oritur. Occurrendum erit dolorem, vt suo loco dicemus, nō ex sola alteratione, sed ex diuisione etiam & compressione carnis proficisci, qualem sentiet manus per vim cœlo impacta. Ad quartum dicendum, turrim è loco remoto videri sub colore aliquo, licet aspectus, ob intercapedinem, quis nam color sit, non dignoscat.

*Solutio 1.*

*Solut. 2.*

*Solut. 3.*

*Solut. 4.*

## QVAESTIO VI.

### *VTRVMNE IN SENSV CIRca proprium sensibile error accidat, an non.*

### ARTICVLVS I.

### *PROPONVNTVR IN CONtrarias partes argumenta.*

QVod neutiquam externus sensus (de hoc enim præsens quæstio est) in deceptionem incurrat, dum proprium sensibile apprehendit, videtur ostendi posse. Primùm, Quia si sensus errant, vtique, ab eo ata eorum fide, nulla erit certitudo in scientijs, nulla constantia; cùm scientiæ principijs innitantur, hæc verò experimento & æstimatione sensuum, vt est in schola Peripatetica peruulgatum, rectèque cecinit Lucretius libro quarto sui Poëmatis:

*Deniq; vt in fabrica si parua est regula prima,*
*Normaque si fallax rectis regionibus exit,*
*Omnia mendosè fieri, atq; obstipa necessum est;*
*Praua, cubantia, prona, supina, atque absona rectis,*
*Prodita indicijs fallacibus omnia primis.*

*Non errant probatur.* 1.

Secundò, Idem ostenditur ex eo, quia sensus apprehendit rem vt ipsi in specie repræsentatur; species verò talis est, quale obiectum ipsum in se, cùm naturalis eius imago sit: quò fit, vt sensio respondeat speciei, species rei cognitæ, sicque nullus deceptioni locus relinquatur. 2.

Tertio, Accedit argumentum Tertulliani in suo libro de Anima, cepite de Quinque sensibus, vbi eum, qui sensibus auctoritatem denegat, hisce versibus coarguit. Recita Ioannis testimonium: Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris; quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ: falsa vtique testatio si oculorum, & aurium, & manuum sensus natura mētitur, &c. Quinetiam Aristoteles 8. Physic. cap. 3. text. 22. cogitatione hebetem eum censet, qui sensibus fidem abrogat. 3.

Ex alia verò parte, quòd sensus interdum hallucinetur, patet, quia intellectus dicitur sensum corrigere, non nisi errantem: ut quia ita esse commonstrat experientia. Idque ob multas causas accidere passim deprehenditur: videlicet ratione organi, medij, internalli, obiecti & situs, compositionisve ipsius obiecti. Ratione organi, si organum syncerum, ac probè affectum non sit, vnde ictericis ea, quæ alba sunt pallore circumfusa videntur, & ijs,

*Errare sensum experientia ostenditur.*

*Consule Galenū libro de Morb. dignos. cap. 6. & de Sympt. caus. cap. 2.*



ijs, qui oculorum suffusione laborant, omnia cruenta apparent. Ratione medij, qui matutinum Solem conspiciunt, rubeum apprehendunt ob interiectos vapores. Ratione interualli, qui eminùs quadratam turrim vident, rotundam æstimant; quia angulorum prominentiæ ob inuisum interstitium abscondūtur. Ratione obiecti, in speculis, si diuersè collocentur, diuersæ apparent rerum spectabilium magnitudines, nunc paruæ, nunc magnæ, aliàs rotundæ, aliàs oblongæ, modò versis in cœlū pedibus, modò recto corpore.

### ARTICVLVS II.

### *CONTROVERSIAE Explicatio.*

*Duæ extremæ sententiæ.*

IN hac disceptatione duę in primis fuerunt extremæ sententiæ. Altera Epicureorum, qui tantùm sensibus attribuerūt, vt eos nunquam falli dicerent, in ipsisque omne veritatis iudicium collocarent. Qua de re D. Augustinus 8. de Ciuitate Dei, cap. 7. Tullius in Academicis quæstionibus. Altera quorundam Academicorum, qui omnem fidem à sensibus ablegarunt, aduersus quos etiam tres libros edidit D. Augustinus. Sed omnium veterum Philosophorum circa præsentem controuersiam tuxas accuratè descripsit Miandula lib. 2. de Examine vanitatis.

*Tertia sententia, quæ vera est.*

Tertia opinio inter duas superiores media Peripatetica, atque omnino vera, asserit sensus nec perpetuò falli, nec nunquam decipi: pro cuius intelligentia aduertendum est. Cùm error propriè non nisi iudicio spectetur, quo aliquid esse, aut non esse æstimamus; in sensibus verò externis huiusmodi iudiciū nec expresè, nec virtute contineatur, eatenus tantùm dici posse sensus circa propria sensibilia errare, quatenus eiusmodi notitias eliciunt, quibus superiores potentiæ, ad quas iudicium spectat, in errorem falsamque æstimationem inducantur. Secundò, Nec illud prætereundum est, sensibile proprium cuiusque sensus bifariam sumi posse. Vel sub ratione communi, vt album quatenus coloratum, sonum acutum, tantùm vt sonus est, saporem dulcem, vt sapor est: Vel secundùm suam peculiarem naturam, vt candorem secundum naturam specificam candoris, similiterque cætera peculiaria sensibilia.

1. *Assertio. Nō errat sensus circa sensibile proprium sub ratione communi consideratum.*

His ita explicatis, sit prima assertio: Sensus nunquam errat circa proprium sensibile priori modo spectatum. Hæc ex eo nota est, quia fieri nequit, vt potentia extra sui obiecti metas excurrat, sicque visus nō nisi visile, auditus non nisi sonum percipere potest. Ideóque in ijsmodi sensionibus nulla prorsus hallucinatio continget.

2. *Assertio.* Secūda assertio: Circa sensibile proprium secundo modo sumptum interdum sensus decipitur. Hanc assertionem planè ostendit argumentum, quod ad calcem superioris articuli proposuimus. Vbi tamē aduerte, si impedimēta omnia tam ex parte organi, quàm aliunde proueniētia remoueantur, non deceptum iri sensum etiam circa proprium sensibile sumptum secundum peculiares suas rationes, vt Themistius, Simplicius & Iandunus annotarunt.

*Errat circa sensibile, vt particularis naturæ est.*

Argumenta verò, quæ probare nitebantur externos sensus nullo pacto in errorē incidere, facilè explicantur. Ad primum respondetur, nullam dari potuisse humanam scientiam, si sensus nihil probè nuntiarent, sed perpetuò mentis aciem eluderent. Nunc verò multò secùs res habet: nam plerumque non errant. Ac tametsi nonnunquam labantur, non perinde euertitur experientia, quæ ex plurium sensionum sibi consentientium collectione enascitur, & ad primordia primorū principiorum assensione magnoperè iuuat.

Quod ad secundum argumentum attinet, eo permoti M. Albertus tract. 3. cap. 5. & Apollinaris quæst. 13. asseruerunt nullo pacto sensum hallucinari circa proprium sensibile & error expendi debeat secundùm speciem in sensu efformatā. Respondendum tamen cum tenientur ijs, quæ diximus; Esto sensus talem exprimat sensionem, qualem habet speciem, & species sit naturalis imago eius, qd̄ repræsentat, tamen errare sensum, cùm sensibile quodpiam ita apprehendit, ac si haberet in se aliquam qualitatem, quam re vera nō habet, saltem vt apprehenditur, sicuti accidit, verbi gratia, cùm gustatus percipit cibum vt amarum, cùm simpliciter amarus non sit, quatenus propter sensibile maius, id est, propter amarorem biliosi humoris, quo tenetur, & qui etiam aliqua ex parte cibum infecit, apprehendit cibum quasi amarum tantummodò, non dignoscendo in eo dulcedinem, quam habet. Vnde intellectus occasionem habet iudicandi prædictum cibum absolutè amarum esse. Itaque species amari saporis verè ac syncerè amarum saporem refert. Nec in eiusmodi nuda apprehensione fraus interuenit, sed in errabunda amari saporis quasi applicatione ad alienū subiectum vti diximus. Quòd si obijcias, cùm cibus re vera aliquem habeat sibi à biliolo humore iniectum, & gustatus sub eo amatore ipsum percipiat; nullam ibi fraudem, aut errandi occasionem esse. Occurrendum etsi cibus aliquem amarum saporem habeat, quia tamē ponimus eum simpliciter dulcem esse; (alioqui exemplum non esset ad rem) catenus dici deceptionē intercenire, quatenus gustatus ob causam anteà dictam, non apprehendit in eo saporem dulcem, sed amarum duntaxat, atq; ita quodammodò applicat illi amarum saporem; simpliciter, dum cum non percipit, nisi vt amarum.

*Errat sæpe à sensum applicanda qualitate subiecto qđ illam nō habet.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Ad Tertium dicendum est, argumento illo Tertulliani reuinci eos, qui contendebant sensus in perpetuo errore versari, nec A quicquam vt se habet intellectui offerre. Non tamen concludi nunquam ipsos decipi.

## ΚΕΦ. ζ.

Οὗ μὲν οὖν ἐστιν ἡ ὄψις, τοῦτ' ἐστιν ὁρατόν. ὁρατὸν δ' ἐστὶ χρῶμά τε, καὶ ὃ λόγῳ μὲν ἔστιν εἰπεῖν, ἀνώνυμον δὲ τυγχάνει ὄν. δῆλον δ' ἔσται ὃ λέγομεν προελθοῦσι μάλιστα. τὸ γὰρ ὁρατόν ἐστι χρῶμα. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἐπὶ τοῦ καθ' αὑτὸ ὁρατοῦ· καθ' αὑτὸ δὲ οὐ τῷ λόγῳ, ἀλλ' ὅτι ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὸ αἴτιον τοῦ εἶναι ὁρατόν. πᾶν δὲ χρῶμα κινητικόν ἐστι τοῦ κατ' ἐνέργειαν διαφανοῦς, καὶ τοῦτ' ἐστὶν αὐτοῦ ἡ φύσις. διόπερ οὐχ ὁρατὸν ἄνευ φωτός, ἀλλὰ πᾶν τὸ ἑκάστου χρῶμα ἐν φωτὶ ὁρᾶται. διὸ περὶ φωτὸς πρῶτον λεκτέον τί ἐστιν. ἔστι δή τι διαφανές. διαφανὲς δὲ λέγω, ὃ ἔστι μὲν ὁρατόν, οὐ καθ' αὑτὸ δὲ ὁρατόν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀλλὰ δι' ἀλλότριον χρῶμα. τοιοῦτον δέ ἐστιν ἀήρ, καὶ ὕδωρ, καὶ πολλὰ τῶν στερεῶν· οὐ γὰρ ᾗ ὕδωρ, οὐδ' ᾗ ἀήρ, διαφανές· ἀλλ' ὅτι ἐστὶ φύσις ἐνυπάρχουσα ἡ αὐτὴ ἐν τούτοις ἀμφοτέροις, καὶ ἐν τῷ ἀιδίῳ τῷ ἄνω σώματι. φῶς δέ ἐστιν ἡ τούτου ἐνέργεια τοῦ διαφανοῦς, ᾗ διαφανές. δυνάμει δὲ ἐν ᾧ τοῦτ' ἐστί, καὶ τὸ σκότος. τὸ δὲ φῶς, οἷον χρῶμά ἐστι τοῦ διαφανοῦς, ὅταν ᾖ ἐντελεχείᾳ διαφανὲς ὑπὸ πυρός, ἢ τοιούτου, οἷον τὸ ἄνω σῶμα· καὶ γὰρ τούτῳ τι ὑπάρχει ἓν καὶ ταὐτόν. τί μὲν οὖν τὸ διαφανὲς καὶ τί τὸ φῶς, εἴρηται· ὅτι οὔτε πῦρ, οὔθ' ὅλως σῶμα, οὔτε ἀπορροὴ σώματος οὐδενός· εἴη γὰρ ἂν σῶμά τι καὶ οὕτως· ἀλλὰ πυρὸς ἢ τοιούτου τινὸς παρουσία ἐν τῷ διαφανεῖ· οὐδὲ γὰρ δύο σώματα ἅμα δυνατὸν ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι. δοκεῖ δὲ τὸ φῶς ἐναντίον εἶναι τῷ σκότει· ἔστι δὲ ὁ σκότος, στέρησις τῆς τοιαύτης ἕξεως ἐκ διαφανοῦς, ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ἡ τούτου παρουσία τὸ φῶς ἐστι. καὶ οὐκ ὀρθῶς Ἐμπεδοκλῆς, οὐδ' εἴ τις ἄλλος οὕτως εἴρηκεν, ὡς φερομένου τοῦ φωτός, καὶ γιγνομένου ποτὲ μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τοῦ περιέχοντος, ἡμᾶς δὲ λανθάνοντος· τοῦτο γάρ ἐστι καὶ παρὰ τὴν ἐν τῷ λόγῳ ἀλήθειαν, καὶ παρὰ τὰ φαινόμενα· ἐν μικρῷ μὲν γὰρ διαστήματι λάθοι ἄν· ἀπ' ἀνατολῆς δ' ἐπὶ δυσμὰς τὸ λανθάνειν, μέγα λίαν τὸ αἴτημα. ἔστι δὲ χρώματος μὲν δεκτικὸν τὸ ἄχρουν, ψόφου δὲ τὸ ἄψοφον. ἄχρουν δ' ἐστὶ τὸ διαφανές, καὶ τὸ ἀόρατον, ἢ τὸ μόλις ὁρώμενον, οἷον δοκεῖ τὸ σκοτεινόν. τοιοῦτον δὲ τὸ διαφανὲς μέν, ἀλλ' οὐχ ὅταν ᾖ ἐντελεχείᾳ διαφανές, ἀλλ' ὅταν δυνάμει. ἡ γὰρ αὐτὴ φύσις, ὁτὲ μὲν σκότος, ὁτὲ δὲ φῶς ἐστιν. οὐ πάντα δὲ ὁρατὰ ἐν φωτί ἐστιν, ἀλλὰ μόνον ἑκάστου τὸ οἰκεῖον χρῶμα. ἔνια γὰρ ἐν μὲν τῷ φωτὶ οὐχ ὁρᾶται, ἐν δὲ τῷ σκότει ποιεῖ αἴσθησιν· οἷον τὰ πυρώδη φαινόμενα καὶ λάμποντα· ἀνώνυμα δ' ἐστὶ ταῦτα ἑνὶ ὀνόματι· οἷον μύκης, κέρας, κεφαλαὶ ἰχθύων, καὶ λεπίδες, καὶ ὀφθαλμοί· ἀλλ' οὐδενὸς ὁρᾶται τούτων τὸ οἰκεῖον χρῶμα. δι' ἣν μὲν οὖν αἰτίαν ταῦτα ὁρᾶται, ἄλλος λόγος. νῦν δ' ἐπὶ τοσοῦτον φανερόν ἐστιν, ὅτι τὸ μὲν ἐν φωτὶ ὁρώμενον, χρῶμα. διὸ καὶ οὐχ ὁρᾶται ἄνευ φωτός. τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ τὸ χρώματι εἶναι, τὸ κινητικῷ εἶναι τοῦ κατ' ἐνέργειαν διαφανοῦς· ἡ δ' ἐντελέχεια τοῦ διαφανοῦς, φῶς ἐστι. σημεῖον δὲ τούτου φανερόν. ἐὰν γάρ τις θῇ τὸ ἔχον χρῶμα ἐπ' αὐτὴν τὴν ὄψιν, οὐκ ὄψεται. ἀλλὰ τὸ μὲν χρῶμα κινεῖ τὸ διαφανές, οἷον τὸν ἀέρα· ὑπὸ τούτου δὲ συνεχοῦς ὄντος, κινεῖται τὸ αἰσθητήριον.

οὐ γὰρ

## CAP. VII.

Cuius igitur visus est perceptiuus, i. visibile, visibile verò est color, & id, quod ratione quidem explicare ac dicere licet, nomine autem caret: atque id ipsum maximè patebit, cùm vlterius procedemus. a Visibile est color: hic autem est id, quod est eo, quod per se visibile est, per se verò non ratione, sed quia in se causam habet, vt sit visibile. b Color autem omnis motiuus est eius, quod est perspicuum actu, & id est ipsius natura. Quapropter non est visibile absque luce, sed omnis vniuscuiusque color in lumine sanè videtur. Quamobrem quidnam sit ipsum lumen priùs dicere, declarareque oportet. Est igitur aliquid perspicuum. Perspicuum autem id dico, Text.68. quod est quidem visibile, non est autem, vt simpliciter dicam, per se, sed per alienum colorem visibile. Atque res talis est aer, & aqua, & solidorum complura, vt vitrum & glacies, & huiusmodi corpora. Non enim aqua vel aer, vt est aqua, vel aer, perspicuum est, sed quia natura eadem inest in his vtrisque, & in perpetuo supero corpore. c Lumen autem actus est huiusce perspicui, ea Text.69. nimirum ratione, qua perspicuum est. At id est potentia, in quo nunc idipsum inest, nunc tenebræ. Atque lumen quasi perspicui color est, cùm est perspicuum actu ab igne, vel ab huiusmodi corpore, quale est ipsum superum corpus. Nam huic inest aliquid vnum & idem. Quid igitur est perspicuum diximus, & quid etiam lumen. d Nam neque ignis est, neque omnino corpus, neq; corporis est vllius defluxus (esset enim quoddam, hoc quoque pacto profectò corpus) sed est ignis, vel huiuscemodi cuiusdam in perspicuo præsentia corporis; fieri namque non potest, vt in eodem sint duo corpora simul. Videtur autem tenebris contrarium esse lumen. Text.70. At tenebræ priuatio sunt talis habitus, atque ignis vel corporis talis absentia à perspicuo. Quare patet huiusce præsentiam esse lumen. Atque non rectè dixit Empedocles, & si quis iisdem censuit, lumen ferri atque extendi tandem inter terram & continens, nosq; id ipsum latere. Hoc enim & rationis metas egreditur, & est præter ea nimirum, quæ apparent, in paruo namque spatio motus fortasse lateret, sed ab ortu Solis ad occasum tanti corporis motum latere, magna nimium profectò est postulatio. Atqui coloris quidem id est Text.71. susceptiuum, quod colore vacat, soni autē id quod sono. Vacat autem colore perspicuū ipsum & inuisibile, vel id quod vix tandem videtur, quale id esse videtur, quod tenebris est affectum, atque tale est ipsum, vt patet, perspicuū: attamen non cùm est perspicuum actu, sed cùm potentia. Eadem enim natura modò est tenebræ, modò lumen. e At Text.72. verò non vniuersa visibilia in lumine sunt visibilia, sed solùm vniuscuiusque proprius color. Nonnulla namque in lumine quidem non videntur, in tenebris autē efficiunt sensum: vt ea, quæ apparent ignea, atque splendent, hæc autem nomine carent vno, vt fungus, cornu, piscium capita, squammæ, oculi: Sed nullius horum proprius color videtur. Atque quam ob causam hæc visibilia sunt, alia ratio est. Nunc tantùm patet, id inquam quod in lumine videtur, esse colorem. Text.73. Quocirca sine lumine non videtur. Hæc est enim sanè coloris ratio. Esse inquam eius motiuum, quod est perspicuum actu. Actus autem perspicui lumen est, vti diximus. Id ita esse ex eo, tanquam è manifesto signo patere potest, nam si quispiam id quod habet, colorem super ipsum visum posuerit, non sanè videbit, sed color quidem mouet perspicuum, vt aerem, ab hoc autem cùm sit continuus, sensus instrumentum mouetur.

f Non

## CAPITIS SEPTIMI EXPLANATIO.

*Aspectus cæteris sensibus excellentior.*

Particulatim acturus de singulis externis sensibus exorditur ab aspectu, quòd hic cæteris dignitate prælucear, tum ratione organi, quod nobilissimum est, maximeque conspicuum, tum merito obiecti, quod cùm colores & lucem comprehendat, non solùm ad caduca & elementis coagmentata, sed etiam ad immortalia & cœlestia corpora sese diffundit, tum denique ob excellentem cognoscendi modum, qui à materia liberior, expeditior certiorque est. Bipartito autem distribuitur huiusce capitis doctrina. In priori parte agitur de obiecto visus, in posteriori de medio rationeque videndi. Principio igitur docet proprium & adæquatum obiectum visus esse spectabile, seu visile, quod non solùm colorem comprehendit, sed etiam splendorem, tam earum rerum, quæ noctu & in tenebris duntaxat conspiciuntur, vt quædam ligna putrefacta, aliquorum piscium squammæ & cicendulæ, cæteraq; eiusmodi, quàm aliarum, quæ etiam in lumine videntur, vt ignis.

*Obiectum visus quod.*

a *Visibile est.*] Disputaturus singulatim de ijs, quæ sub obiecto visus continentur, agit primò de colore, quem docet comprehendi sub visibili in commune. Hoc autem inquit esse per se visibile, quia ei per se conuenit posse sub aspectum cadere: conuenit, inquam, nō primo modo eorum, quibus per se aliquid inesse dicitur, vt in primo posterioris Analyticæ declaratum fuit; siquidem visibile non pertinet ad essentiam eius, quod est adæquatum obiectum visus: sed secundo modo quia ab illius natura dimanat. Ita hunc locum intelligit D. Thomas, Caietanus & Auerroes, etsi eum aliter interpretentur Simplicius, Themistius & Philoponus.

b Color



*Coloris definitio.*

b *Color autem omnis.*] Definit colorem, aiens esse id, quod mouet actu perspicuum, id est, quod pellucidum actu illustratum sui similitudine imbuit. Tum infert colorem absque lumine videri non posse, cùm sine prædicta motione visio non fiat, & perspicuum sine lumine actu illustrari nequeat. Colligit secundò in hac de obiecto visus disputatione de lumine agendum esse; & quia perspicuum est luminis subiectum, quid perspicuū sit declarat. Perspicuum, inquit, est visibile non per se, sed per alienum colorem, id est, non proprio, sed ascititio lumine quod à præsentia lucentis corporis, à quo productum est, pendet. Huiusmodi verò sunt aer, aqua, glacies, aliaque eiusmodi.

*Quid sit perspicuum.*

*Quid lumen.*

c *Lumen autem.*] Tradit definitionem luminis. Lumen est actus perspicui, vt perspicuum est, id est, actus, quo formaliter perspicuum constituitur actu perspicuum, siue illustratum. Monet autem perspicuum corpus, quod interdum lumine affusum est, interdum nō, esse veluti colorem perspicui, quod actu collustratum est ab igni, aliòve externo corpore, vt à Sole. Est autem lumen quasi color, quia vt colorata colore, ita perspicua lumine spectabilia sunt.

*Lumen non est corpus.*

d *Nam neque ignis.*] Refellit eorum sententiam, qui lumen corpus esse putabant; primùm ex definitione luminis. Nam lumen est actus perspicui corporis, insidetq; in eo secundùm omnem dimensionem; quare si corpus esset, iam duo corpora sese permearent, eodemq; loco simul continerentur. Secundò, quia tenebræ sunt priuatio actus perspicui, seu formæ perspicuo inhærentis, in eoq; resultantis ex præsentia corporis lucidi, ac proinde lumen accidentaria quædam forma est. Tertiò, quia si lumen esset corpus, moueretur loco, sicq; non momento, sed tempore fieret illuminatio, quod experientiæ repugnat, cùm videamus subitò, ac citra vllam moram lumen ab vna parte ad aliam diffundi. Nec satisfacit Empedocles, aiens lucem videri momento spatium transcurrere, eò quod quàm breuissimo creatur tempore. Non, inquam, satisfacit, quia tametsi (inquit Aristoteles) latio, qua exiguum spatium decurritur, videri possit in instanti confici, licèt tempus consumat: tamen ea, quæ totum interuallum ab Oriente ad Occidentem pertransit, vt cùm primùm Sol se suprà Orizontem exerens lucem spargit, non posset moram occultare, ac non palàm videri in tempore fieri.

e *At verò non vniuersa.*] Persequitur cætera, quæ sub visus obiecto continentur: do-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cerique multa esse corpora lucentia, quæ, qua talia sunt, non exigunt medium ab alio corpore illustratum, vt cadant sub aspectum (id enim colorum proprium est, qui non nisi aduentitio lumine cernunt) sed nocte & in tenebris videntur, esto qua colorata sunt, non nisi in lumine conspiciantur, cuiusmodi sunt fungus, piscium squamnæ, aliaq; his similia. Huiusce verò rei causa est, quia quædam sunt corpora tenui luce prædita, quæ medium illustrant, quantum satis sit, vt ipsa videantur, nō vt colores proprios imagines fundant, quibus se in visum dent. Deinde quòd corpus medium fiat actu perspicuum à luce, indicio quodam ostendit; color enim aspectui impositus non videtur; sanè non ob aliam causam, nisi quia oportet colorem priùs spatium actu illuminatum, deinde illius interuentu sentiendi officinam mouere.

*Cur corpora aliqui calore rara & lucida solū quatenus incida in tenebris videantur.*

---

ἐκ δὲ κενοῦ τοῦτο λέγε Δημόκριτος οἰόμενος, εἰ γίνοιτο πᾶσιν τὸ μεταξὺ κενόν, ἑωρᾶσθαι ἂν ἀκριβῶς, κἂν μύρμηκα ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι· τοῦτο γὰρ ἴσον ἐστὶ τῷ κενὸν εἶναι. πάντων δὲ τῶν αἰσθητῶν μάλιστα ποιεῖ πίστιν ἡ ὄψις διὰ τὸ μεταξὺ εἶναι. οὐ γὰρ ἐνεργοῦντος τοῦ αἰσθητηρίου οὐδὲν ἂν ὁρᾶται διὰ τὸ μὴ κινεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὸ μεταξύ, οἷον ἢ ἀκοὴ καὶ ἡ ὄσφρησις· ἀπὸ γὰρ τούτων κινούμενον οὐθὲν ἡμῖν προσέρχεται, οὔτε ψόφος οὔτε ὀσμή· διὸ καὶ περὶ τὴν καρδίαν ἐστὶν ἡ αἴσθησις, ὅτι ἐν αὐτῇ τὸ αἰσθητήριον ἐνυπάρχει. ὅταν δ' ἐν αὐτῇ πως κινῆται ἢ ψαυόμενα ἢ τὰ ἔξω διὰ τῶν ἐντὸς ἢ τὰ ἐντὸς αὐτὰ καθ' αὑτά, αἰσθάνεται· ὅταν δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις αἰσθητηρίοις, οὐδὲν ποιεῖ. διὰ δὲ τοῦτο ἡ ὄψις καὶ ἡ ἀκοὴ σοφαί, ὅτι ποιοῦσι τὸ μεταξὺ μᾶλλον· ἀλλὰ διὰ τὸ ἀέρα καὶ τὸ ὕδωρ ἢ τὸ ἔξω ἐνδύεσθαι αἰσθητὸν ποιοῦσι. διὸ καὶ ὀσφραίνονται ὑπὸ τοῦ ὕδατος, καὶ ἀκούομεν, καὶ φωνεῖ) δι' ἃ δὲ διὰ τοῦτ' αἴτια, ὕστερον ἐροῦμεν· τὰ δὲ μεταξὺ ψόφου μέν, ἀλλ' οὐκ ὀσμῆς ἐστὶ, κἀνώνυμον πολὺ μᾶλλον πάθος ἐν αἰσθητοῖς ἐν ὕδατι ἐστὶ καὶ ἀέρι· ὁμοίως τὸ διαφανὲς χρῶμά τι, ἐπεὶ καὶ ἐγχέλυς ἐκ μιᾶς οὐσίας ἐστὶν ὑπάρχει τούτοις· φαίνεται γὰρ καὶ τοῦτο ἔχειν ἡδονήν τινα ὀσμῆς. ἀλλ' ὁ μὲν σύμφυτος καὶ τῶν πρώτων ἐστὶν ἀναγκαῖος, ἀδιάφορος δὲ πρὸς τὸ εὖ ζῆν· ἡ δ' ἀκοὴ καὶ ὄψις τούτου ἕνεκεν λέγονται.

ΤΕΛΟΣ.

---

f *Non enim hoc loco.* Democritum incusat, qui dixerit aeerrimè nos visuros, si medium inane, quasi medium aspectui impedimentum afferat. Vnde asseruit si totū hoc interuallum, quod à terra ad cœlum est, foret vacuum, futurum vt formicam in cœlo existentem videremus. Huiusce dogmatis falsitatem ex eo ostendit Aristoteles, quia visio non fit nisi organum sensus ab obiecto priùs immuterur, immutari autem ab eo immediatè non potest, sed per interstitium, quo imagines transmeent. Ex dictis patet, quid secundùm Peripateticam disciplinam de coloris medio existimandum sit; videlicet, esse diaphanū interiectum inter rem spectabilem & sensiterium, in quo facultas videndi inest. Text.74

g *Eadem autem est.*] Dixerat visum medio egere, per quod res obiecta in sensiterium agat. Nunc eodem modo in cæteris sensibus rem habere edocet, ita vt eorum quoque obiecta suprà ipsos constituta sensionem edere nequeāt. Quod etiam in tactu & gustatu euenire asserit, esto in ijs minùs conspicua res sit. Deinde quasi ex occursu aliorum sensuum media explicat, aiens medium soni esse aerem: odoris, innominatum quiddam: coloris, aerem & aquam, prout corpora perspicua, & diaphana sunt, eademq; sub alia ratione spectata medium esse odoris. Namq; odorem hauriunt: quæ verò in terris degunt, non nisi attractione aeris olfaciunt. Qua de re suis locis plenius ac planius. Text.75

*Quæ tacta sensuum cæterorum.*

Text.76

*Non enim hoc loco vellè sentire videtur Democritum, qui quidem putat si medium spatium vacuum fiat, formicam etiam si sit in cœlo, exactè perfectéque videri. Etenim id ipsum fieri non potest. Visio namque fit patiente aliquid sensitivo. At vt patiatur ab ipso colore, qui videtur, fieri nequit. Restat igitur vt à medio. Quare necesse est aliquid esse medium inter colorem ipsum & visum. Quòd si id vacuum fiat, non modo non exactè, sed neque quicquā omnino videbitur. Quam igitur ob causam necesse est in lumine colorem videri diximus. At ignis in virisque planè videtur, in tenebris ingnam, atque in lumine. Id autem necessario accidit. Ipsum enim perspicuum ab hoc perspicuum sit. g Eadem autem est & de sono, & de odore etiam ratio. Nihil enim ipsorum sensus instrumentum tangens, efficit sensum. Sed ab odore quidem & sono mouetur medium: ab hoc autem vtrumque sensuum instrumentum. Quod si quispiam super ipsum instrumentum sensus, vel id quod sonat, vel id quod olet, posuerit: nullus profectò sensus efficietur. Simili modo res sese habet in tactu, & etiam gustu: sed non apparet. Quam autem ob causam, posita dicetur ac patebit. Atque medium quidem in sonis, est aer: in odoribus autem nomine vacat. Nam vt perspicuum in colore communis est quidam affectus in aere atque aqua: sic aliud quidam in odoribus est affectus, qui quidem inest in his vtrisque, in aere, inquam, & aqua. Videntur enim & animalium ea, quæ versantur in aquis, sensum odoris habere. Verum homo, cæteraque animantia, quæ degunt in terra, atque respirant, nequeunt sine respiratione olfacere. Ea causa etiam huiusce posterius explicabitur.*

CAP.

---



## QVAESTIO I.

### *NVM RECTE ARISTOTELES perspicuum, & colorem definierit, nec ne?*

### ARTICVLVS I.

### *RECTE PERSPICVVM definiisse.*

VTà perspicuo exordiamur. Perspicuū definijt Aristoteles proximo superioris capite hunc in modum. Perspicuū, seu Diaphanum est id, quod non per se, sed alieno lumine visibile est. At quòd hæc definitio vitiosa sit videtur facilè probari, primū, quia ignis & aer in sua regione perspicua sunt, de quibus hoc loco agitur; & tamen non videntur, etiam cùm alienam lucem imbibunt, vt patet. Item Luna est visilis nō proprio lumine, sed alieno, quod à sole mutuatur, neq; tamen est perspicua vt hìc perspicuū sumitur, quia nō est medium, quo visio fiat. Igitur alicui perspicuo non conuenit, alicui non perspicuo conuenit Aristotelica definitio.

*Perspicuum duplex: interminatū, vel terminatum.*

Pro huiusce dubij explicatione aduertendum est, perspicuū bifariam sumi apud Aristotelem. Vno modo pro quolibet corpore transparenti, qualia sunt aer, aqua, & ignis, quod vocari solet perspicuum indefinitum, siue interminatum, quod nimirum aspectus in illius extremitate nō subsistat, sed vlteriùs videndo commeet, ac totum peruadat. Alio modo accipi pro corpore, quod lumine participat, nec tamen translucidum est, ob admixtam videlicet densitatem; ideoq; ab Aristotele in libro de sensu, & sensili cap. 3. perspicuum terminatū dicitur, cuiusmodi sunt astra, resq; omnes coloribus imbutæ. Perspicuum priori modo est medium visus, posteriori haudquaquā. Rursus aduertendum est perspicuū secundum priorem notionem duplex esse; Vnum, quod proprio lumine collucet, vt ignis in sua sphæra; Alterū, quod alieno, vt aer, & aqua, quæ nō nisi lumine ab aliquo externo corpore defluente splendent. Quo fit vt priora illa semper actu sint illustrata, cùm innata luce fulgeant: hæc verò interdum actu illustrata sint, interdum potestate duntaxat. Igitur Aristoteles in illa perspicui definitione compraxens nō est perspicua terminata, quòd hæc maximè ad oculum species minimè obseruant. Nec item omnia conspicua interminata, quæ ab se lucem habent, comprehēdit; quia licet hæc media sint per quæ visio perficitur, semper tamen actu perspicua, & lucida sunt. Itaq; ea tantū perspicua interminata definijt, quæ ab externo corpore lucem accipiūt, & interdum illustrata sunt, interdum non, vt aer, aqua, crystallus, vitrum, aliaq; id genus. Quod verò hæc sola complecti voluerit, inde patet, quia paulò infernùs subijcit, lumen esse quasi colorem perspicui corporis, cùm est perspicuum actu ab igni, alióve eiusmodi corpore, quale est sol.

*Indefinitum perspicuum aut suo, aut alieno lumine lucet.*

*Quod ab Aristotele definitum sit.*

His animaduersis, primò argumēto occurrendum est, ignem esse perspicuū, non tamen quale Aristotelica definitione explicatur, quia semper actu perspicuum est, & natiua affectum luce, quānquam ex se visibilis sit, vt mox dicetur. Quod ad aërem spectat, cùm visibilitas fluat à quopiam innominato, quod colori, & lumini commune est, sicuti colorata omnia per se visibilia sunt, ita & omnia, quæ lumine participant. Et verò vt colorata videri actu nequeunt ni medium illustratum fuerit: ita nec lumine prædita sub aspectum venire, nisi certo quodammodo compacta, addensataq; sint. Quapropter ignis, & aër *Cur aër, & ignis non videantur.* cum lumine actu imbuta fuere, sunt quidem *supremus* per se visilia, tametsi à nobis nō conspician- tur ob defectum requisitæ densitatis, sicuti colorata in tenebris constituta, suopte ingenio visilia habentur; cum etiam tum colores seruēt, quorum naturā visibilitas comitatur. Liquet ergo quid ad primum argumentum, quod ad aërem attinet, respondendū sit. Ad secundum verò dicito, Lunam tum natiuatum mutuatitia luce fulgere, & esse quidem perspicuum corpus, terminatum tamē, quod proinde Aristotelica definitio non comprehendit.

Ex dictis colliges cùm perspicuum dicitur, quod alieno lumine cernitur, id ita esse intelligendum, vt videatur secundum se totum; alioqui conueniet definitio coloribus, qui non proprio, sed aduentitio lumine conspicui sunt. Postremò, non ignorabis varias esse perspicui generatim sumpti differētias, quòd alia magis, alia minus eius natura participēt. Quippe omnium maximè perspicuū cœlum est; secundo loco ignis elementum: hinc aër, demū aqua, eodemq; ordine ex horum permixtione constantia. Eius ordinis ratio est quoniam ab terrena crassitie, & opacitate longiùs abest natura cœlestis, tum ignis, inde aër, &c.

---

### ARTICVLVS II.

### *PROBE ETIAM COLOREM definiisse.*

NVnc ad coloris definitionem expendendam venimus. Coloris vim, & naturam duplici definitione explicuit Aristoteles. Vna hoc loco. Altera libro de sensu, & sensili cap. 4. Prior est huiusmodi. Color est, quod mouet actu perspicuum. Posterior ita habet. Color est terminus perspicui in corpore determinato. Sed aduersus vtramque *impugnatur.* sic obijcere licebit. Solis, & reliquorum syderum lux mouet actu perspicuum, cùm per *Duplex coloris definitio* *sentitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ipsum imaginem suam ad aspectum iaciat, neq; tamen lux color est. Item, Color ater est priuatio candoris, vt docet Aristoteles citato cap. libri de sensu & sensili, & 10. Metaph. cap. 4. text. 7. sed priuatio sicuti est expers entitatis, ita & actiuitatis, atque adeò & motionis; igitur color ater nõ mouet perspicuum, cùm tamen inter colores censeatur; quare nec toti, nec soli rei definitæ, prima coloris definitio quadrat. Item, Color cùm oriatur ex permistione primarum qualitatum, quæ corpus totum permeant, non in extima tantùm superficie, sed interiùs quoque insidet; perperam ergo color terminus perspicui definitur. Quòd si respõdeas eam definitionem explicare vim coloris non in se, sed vt visibilis est, quo pacto in sola superficie spectatur, cùm in ea duntaxat visum terminet. Contra id rursum obijcitur, quòd aliqui sunt lapides, in quorum profunditate colores videntur; & intra succinum etiam quasi parui culices apparent. Quo fit vt non in sola corporum extremitate colores videantur.

Ad primum horum dic, Coloris definitionem sic esse intelligendam, vt color moueat actu perspicuum, non tamen vim habeat ad faciendum perspicuum actu, quam vim Soli, ac reliquis astris inesse constat. Ad secundum, Colorem atrum dici ab Aristotele priuationem abusu vocabuli, quia videlicet nigredo si cum candore conferatur, quasi priuatio illius est, propterea quòd deterioris notæ sit. Et quidem hoc de quibuslibet duabus speciebus sub eodem genere contentis, quarũ vna semper aliam naturæ dignitate vincit, edocet etiam Aristoteles, vt alibi monuimus. Tertio argumento rectè occurrebatur. Ad id verò, quod contra solutionem obiectum fuit, respondendum est eiusmodi colores non videri nisi in extrema, atq; externa superficie transluentium lapidum, licet species visilis cùm à superficie, quæ in imo est, mittitur, totam eorum substantiam permeet. Quod verò attinet ad succinum, aliaq; corpora similia, dicimus non cerni in profundo eorum colores, esto cernantur intercluse bestiolę quoad externam superficiem ipsarum.

*Colores etiã in lucidis corporibus nõ nisi in externa superficie videntur.*

A placitis cap. 17. Alexander lib. 1. Naturalium quæstionum cap. 13. Cæteris verò omissis, Pythagoras vt qui ad quantitatem, & Mathematicas rationes omnia referebat, censuit colorem esse ipsam corporis superficiem, eo adductus argumento, quòd cum color sectilem naturam habeat, nec tamen corpus, aut linea sit, necessariò erit superficies; non quæuis tamen, sed extima, quæ se palàm in conspectũ dat. Plato verò in Timæo docuit colores esse lumen, quæ sententia placuit etiam Auempaci & Alpharabio, vt videre est apud Auerroem com. 65. Itemq; Auicennæ lib. 6 part. 3. cap. 1. asserentibus absente lumine nullum esse in corpore colorem, sed eius appulsu colores effici, eosque nihil esse aliud, quàm lumen ipsum in corpore receptum, quod placitum sequutus fuisse videtur Poeta cũ Aeneid. 6. dixit. Rebus nox abstulit atra colorem. Idem fermè tuetur Magnus Albertus in libro de sensu, & sensili tractatu 2. capite primo, vbi in eam partem magis inclinat, vt putet colorem esse lumen in perspicuo terminato, ita tamen vt abscedente lumine maneat qualitas quędam ex primis qualitatibus oriunda, quæ coloris velut materia sit, eius verò forma lux.

*sium lib. 1. cont. cap 25. Color superficies Pythagoræ.*

*Colorem, & lumẽ idẽ esse putãt Plato. Auempace. Auicen. Pro cuius sententia quòd color sit lux stat Caiet. ad text. 37. Iamellus q. 33. Soncin. 10. Metaph. q. 2.*

Quòd igitur color nihil aliud sit quàm lumen probari potest; primum quia videmus nubes ex diuersa solis irradiatione nunc albo, nunc rubeo colore perfundi, alias magis obscurari, alias minùs. Item, mare ob eandem causam nunc purpurascere, nunc canescere, eminùs album, propius nigrum exhiberi. Videmus etiam columbarum ceruices, & pauonum crudas diuerso lucis aspectu mirificè colores variare. Quę omnia argumento sunt, nihil esse aliud colores, quàm lumen ipsum.

*Argumenta pro hac sententia.*

1.

Secundò. Idem probatur, quia non ob aliã causam oculi cum præalba corpora intuentur, lassantur, & fatiscunt; cum autem viridia, & herbescentia vident, recreantur, ac vegetiores fiunt, nisi quia candor multum habet de luce, quæ videndi organum dissipat; color autem viridis mediocritatem quãdam illius obtinet, quæ modicè, & occulta quadã conuenientia sese conspectui offert, proindeq; minimè ledit. Igitur colores de natura lucis sunt, alij magis, alij minùs eam imprimentes.

2.

Tertiò, Idem confirmatur ex trito philosophorum proloquio, aientium colorem esse commune, & adæquatum obiectum visus; quod minimè verum foret, si color, & lux inter se distinguerentur. Nã cùm lux sub aspectum cadat, non omne visibile esset color. Pro eadem sententia facit id, quod Aristoteles lib. de sensu, & sensibili cap. 1. ait, Videlicet omnia corpora colore participare. Item definitio coloris proximo capite text. 67. tradita. Color est, quod mouet actu perspicuum. Quæ definitio tam lumini, quàm colori conuenit; cùm vtrumque moueat, id est, propria similitu-

3.



similitudine afficiat, obtinetq; perspicuum.

Postremò, pro Alberti Magni sententia est ea ratio, quia color absente lumine obliteſcit, ac secundum se consideratus non est visibilis, sed à lumine visibilitatem mutuatur, nec per se absq; luminis consortio speciem mittit. Quo fit vt lumen ad colorem comparatum illius perfectio, actus, ac forma iure optimo dici possit, ac debeat.

## ARTICVLVS II.

### *APPARENTES COLORES à lumine non distingui; veros distingui.*

*Lege Senecã lib. 1. Natur. quæst. cap. 5.*

PRo huius controuersiæ explicatione annotandum est duo esse colorum genera, alios quibus visus illuditur (apparentes vocant) alios veros. Apparentes sunt qui ex solo lumine iecundum diuersum illius aspectum corporibus affunduntur, vt in iride accidit, & ijs, quæ primo superioris articuli argumento retulimus. Veri colores sunt, qui non ex luce, sed ex varia elementorum, & primarum qualitatum mixtura obueniunt, cuiusmodi est in cygno candor, in coruo nigredo. His animaduersis, prima conclusio

*1. Conclusi. Colores apparentes lumẽ non sunt.*

sit. Colores apparẽtes nihil aliud sunt, quàm lumen. Hæc conclusio ex eo liquet, quia istiusmodi colores secundum diuersum aspectum, distantiam, & situm ad corpus luminosum varie sese visui repręsentant, vt in progressu magis patebit: quod sanè indicat eos nihil aliud esse, quam ipsam lucem in corpore receptam. Sit secunda conclusio. Veri colores diuersam naturam habent à luce. Hæc probatur, quia si veri colores à luce non distinguerentur, non essent ita fixi, & permanentes, sed versatiles secundum diuersum respectum ad lucẽ, vt de apparentibus diximus.

*2. Conclusio. Veri colores à luce distinguuntur. Ratio 1. &c.*

2. Secundo, quia lux qualitas est cœlestis, contrarium proinde nõ habens, cũ cœlestia corpora a contrarijs qualitatibus natura exemerit docente Aristotele primo de cœlo cap. 3. textu 20. At candori nigredo contraria est. Item, quia si color esset lumen, nigror cùm omnino expers lucis sit, nihil esset aliud, quã lucis priuatio, quod à communi Philosophorum sensu abhorret. Tertiò. Quia sequeretur colore candidum, herbaceum, puniceũ, pallidum, & deniq; omnium colorum discrimina sub vna specie infima contineri; quod à vero non minus abest. Quartò, Quia ad lucem non est proprie alteratio, quæ tamen est ad colores, vt sentit Aristoteles lib. 7. Physicorum c. 3. Postremò, Argumentatur Auerroes hunc in modum. Color est motiuus diaphani, quod actu est diaphanum; actus autem diaphani lumen est. Igitur diaphanum, quatenus lumen habet, est per se mobile à colore. Sed omne susceptiuũ per se alicuius naturæ, caret natura, & specie, quam recipit: ergo color, qui per se est motiuus diaphani, quatenus est lumine collustratũ, non est eiusdem speciei cum lumine. Hanc rationem pulchram, & efficacem vocat Contarenus lib. 5. de elementis. Nobis tamen parũ efficax videtur, quia sicuti diaphanum illustratũ, adhuc moueri potest à luminoso intensiorem lucem habenti, ita moueri poterit à colore, si color sit lumen. Illud verò axioma, Omne susceptiuum, &c. locum non habet in productione luminis, vt constat ex ijs, quæ de illius intelligentia in hoc opere disseruimus.

Respondeamus nunc ad ea, quæ superiori articulo opponebantur. Et quidem Pythagoræ argumentum nullam vim habet. Non enim color ratione sui diuiduus est, sed merito superficiei cui inhæret. Ad primum verò eorum, qui lucem à colore nõ distingui contendebant, dicendum, concludere solummodo apparentes colores à luce non distingui. Ad secundum, etsi è veris coloribus quidam magis ad lucem accedant, vt candor, alij minùs, vt color herbaceus, & liuidus, alijq; nonnulli, qui ad nigrorem declinant, non proinde existimandum eandem ipsorum, ac lucis naturam esse, cùm eiusmodi accessus nõ pertingat ad conuenientiam in specie. Cur autẽ quidam colores aspectui officiant, alij nõ, lege apud Aristotelem in problematis sect. 31. quæst. 20. *Ad tertium*, colorem interdum sumi laxiori significatu; ita vt tam lucẽ, quàm colores omnes complectatur, quo modo adæquatum visus obiectum est, ab eoq; omnia colorari dicuntur: quia corpora omnia aut colore, aut luce, aut vtroq; participant. Quod verò ad coloris definitionem spectat, proprium est coloris precisè sumpti mouere perspicuum, non quouis modo, sed ita vt ipsum actu perspicuũ non reddat, quod lucí conuenit. Ad quartũ, etsi luce absente, colores abscondantur ac veluti oculis eripiantur, eorũ imaginibus è medio sublatis, (has enim vtpote colorum vicarias intelligendum est absẽsse noctem apud Virgil.) non ideo tamen lucis discessu interire; nec ideo ex se visibiles nõ esse, id est, aptos vt videantur, saltem aptitudine remota, esto nõ actu cadant sub aspectum, nisi lucis consortio: quę ob id quasi externa, ipsorum forma dici potest, quatenus eos actu spectabiles facit: non tamen interna, quasi ex ipsa colores, vt ex actu proprio, & essentiali componantur cum lux, & color duæ species sint, in suo quæq; genere perfectæ, & completæ, quæ proinde in naturã vnam conuenire minimè possunt vt ex Porphyrij Isagoge cap. 6. passim celebratur.

Solut. 1.

Color ex se visibilis est.



## QVAESTIO II.

### *NVM EADEM COLORIS & lucis natura sit, an non?*

## ARTICVLVS I.

### *QVI EANDEM ESSE PVTENT, & quibus argumentis.*

*Pro defensione Platonis. Lege Valle.*

APud veteres Philosophos variæ de colorum natura extitere sententiæ, quas commemorat Plutarchus primo de

Universidad de Deusto
Biblioteca



## QVAESTIO III.

### *QVI-NAM SIT COLORum ortus, & origo.*

### ARTICVLVS I.

### *DE COLORIBVS APPAREntibus, & fictitijs.*

COlorum multitudo tanta est, tam multiplex eorũ reciproca mistio, vt rectè quidam pronuntiarit non alibi naturam copiosiùs, aut maiori ambitione opes suas cõmendasse: quandoquidem animãtes, stirpes, herbas, flores, metalla, gemmas, marmora; denique penè omnia, quæ genuit picturata colorum varietate induit, distinxitq;. Igitur philosophorum non pauci tam eximia naturæ spectatione allecti, colorum causas, & discri-
*Plato.* mina explicare conati sunt: Plato in Timæo,
*Aristot.* Aristoteles partim hoc loco, partim in libro,
*Galen.* qui nunc extat de coloribus inscriptus (si tamen eius est illud opus) & primo lib. Meteor.
*Contarenus.* cap. 5. & lib. 3. cap. 4. & lib. 5. de generatione anim. cap. 4. 5. & 6. Galenus lib. 2. de temperam. cap. 5. Contarenus lib. 5. de elemẽtis, Si-
*Simon Portius, Scaliger.* mon Portius libro de ea re compositio, Scaliger exercit. 325. in Cardanum, aliiq; nonnulli. Porrò cùm ex coloribus, vt superiori quæ-
*Vt Thylesius Cosentinus.* stione diximus, alij veri sint, alij apparentes: vtriq; inter se, partim conueniũt, partim differunt. Conueniunt primò, quia sunt veræ res; nec enim apparentes, ideo hoc vocantur nomine, quòd veram, & expressam entitatẽ non possideant; sed quia secundum naturam colorum veri nõ sunt, ac tantummodò colores vocãtur ex analogia ad veros colores, qui ex certa primarũ qualitatũ mistione oriuntur. Conueniunt secundò, quia vtriq; ad obiectum visus propriè pertinent, & aspectum mouent. Tertiò, quia non mouent misi sint in corpore congruenter denso, & non nihil terminato in quo visus figi possit. Vnde ignis in propria regione ob suam tenuitatem nõ cernitur. Differunt autem inter se nõ solùm ob
*In quo differant.* commune illud naturæ discrimen, quòd apparentes sint formaliter lumen, cum veri sint secundæ qualitates: sed quia veri colores habent esse fixum, semperq; manent, dum non mutatur qualitatum temperies, ex qua ortũ habent. Apparentes autem non diu manent, & plerumque varie mutantur ex diuersitate luminis, medij, situs, & aspectus, tum ad lucem, tum ad veros colores, vt docet Aristoteles lib. de coloribus cap. 2. & lib. 1. Meteor. & lib. 3. cap. 4.

*Apparentiũ colorũ inter se distinctio, & varietas.* Distinguitur quoq; inter se colores apparentes ex parte subiectorum. Aut enim sunt in corpore terminato, aut interminato, & quidem in corpore terminato oriuntur sæpe ex vario oppositu verorum colorum ad lumen; seu verus color sit vnus, vt color viridis seu plures, & ij vel natura coniuncti, vt in pennis pauonum; vel per artem, vt in sericorum, & lanificiorum texturis. Redduntur enim tunc alij noui colores ex incidentia luminis, & radiorum, cum radij vel recti, vel reflexi, vel refracti, aut alio modo se habentes reciprocantur: sic fit sæpe vt coloribus rerum adiacentiũ parietes perfundantur.

Similiter in corpore interminato proueniunt ijdem colores ex irradiatione luminis, variantur q; ob diuersam habitudinem ad lumen ostium, vt videre est cùm lunæ, aut solis radij interiectum vaporem secant: & cùm per quædam corpora vitrea multis distincta angulis ingrediuntur: tunc enim dum in altum aspicimus incredibilem varietatem, & distinctionem istiusmodi colorum nõ sine magna aspectus illecebra, & animi oblectatione intuemur. Concurrunt autem nonnunquam simul corpus vnum diaphanum interminatum, & aliud opacum: vt cum radij vitrum viride permeant, & in parietem incidentes, ad ipsum quasi herbescentem viriditatẽ refundunt.

*Elemẽtis eorum non inesse.* Quod ad veros colores attinet, pura elementa nullum sibi vendicant quia cõstat eos nasci ex primarum qualitatum permixtione. Itaq; nihil obstat, quòd nostratẽ ignem flauus color perfundit: id enim efficit opaci terrei admistio, de qua nihil habet ignis elemẽtaris in propria regione, vbi syncerus est, & à fæce terrena liber: Oriuntur igitur veri colores ex temperatione primarum qualitatum, nõ tamen quauis, sed certa. Nam & quædam sunt mista corpora; in quibus necesse est inueniri omnes quatuor primas qualitates, quę colorata non sunt, vt in oculo humor crystallinus, de quo alibi.

Docet Aristoteles in libro de coloribus candorem, & nigrorem sequi elementa simplicia, hoc est, vnum elemẽtum magis, quàm aliud, & si omnium mixturam supponãt. Sic mista, in quibus aër, & aqua excellũt, candida euadere: in quibus ignis, flaua: in quibus terra, nigra. Idem quoq; in eodem libro ait colorem nigrum oriri ex commutatione quadam aquei humoris ad siccitatem: atque hinc fieri prædicat, vt cisternarũ tectoria, quę iub aquis latent, nigredinem cõtrahant: & vt fumus lignorum humidorum ater sit, carboneq; arti, fumo scilicet illo crassiori, & aqueo intincti. Qui tamen si exurantur consumpto vapore nigro resoluti in cinerẽ, redeunt ad albedinẽ; quamuis cinis aliquid adhuc retineat illius tinctura: ac propterea sit pallidus. Quæ si omnino vi ignis cõsumpta fuerit, vt in calce, tunc conspicitur, purus nitor, & candor. Alij totam hanc rem digerunt in hunc ferè modum. Albus color variè ortum habet ex elementis, vt ex copia humoris aquei non concocti, quod patet in radicibus, quæ terra abscondũtur.



sconduntur. Item cum calidum externũ corrumpit naturalem calorem; vnde in senibus canicies. Item cum humido calidum accedit: vnde lac concoctione fit albũ, & calidæ aquæ pilum album reddunt: sicuti & frigidæ nigrum. Si tamen calidum cum terrena portione iungitur nigrum potius efficit. Vnde qui ad meridiem incolunt magna ex parte fusci aut nigri sunt.

Quidam etiam singulis elementis in misto coeuntibus, ita colores ascribunt, vt albus sit in sicco, & in terra, hoc est, terream portionem comitetur. Nam his color cernitur in cineribus, saxis, & arenis, igni, aut sole exustis. Viridis in humido crasso, cuius quasi mater sit aqua, vt pote quæ dum crassior fit, virideſcit. Cæruleus in humido tenui, qui sit ab aëre: nam aëra, cærulea existunt. Flauus in calido, qui oriatur ab igni: siquidem hunc, cum addensatur, sequitur flauedo. Hæc tamen colorũ ad singula elementa accõmodatio non cõspectat, vt putet quis ab his elemẽtis prædictos tantum colores exoriri, aut hos colores ab alijs etiã elementis nasci non posse: sed vt pateat nullum esse in re mixta elementum coloris gignendi expers. Vbi est etiã diligenter aduertendum nullam esse doctrinæ repugnantiam, cùm eidem elemẽto diuersi colores in mixto attribuũtur. Siquidem ex diuerso gradu aliarum qualitatum tum primarũ,
*Ex varijs qualitatum tam primarum quã secundarum gradibus dissimiles colores existunt.* tum secundarũ (Nam hæ quoq; suo modo ad euariandos colores faciunt) sæpe accidit, vt eodem elemento denominãte, diuersitas illa existat: præsertim, cùm interdum vel minima gradũ differentia discrepantes colores edat. Sed nec illud ignorandũ est, ad ortum, varietatemq; colorũ non parum conferre in misto maiorem, minorémve à diaphaneitate, & lumine remotionẽ. Est autem lumini propinquissimus, & corpore minus opaco gaudens candor: remotissimus vero à lumine, & opacũ magis affectans, nigror. Medij etiam colores pro diuersa ipsorum proportione magis minúsve ad lumen accedunt, & opacum minus, aut magis amant, quantoq; sunt lucidiores, tanto magis visibiles; & contra: quia lumen maximè visile est.

Medij autẽ colores oriuntur similiter, atq; extremi ex primarum qualitatum temperie, pro vt eorum causæ magis, vel minùs appropinquant ad causas, ex quibus primi nascuntur: sicut enim medij quodam modo participant extremos, ita, & illorum ortus ad horũ originem, respectũ, ac proportionẽ habent.

### ARTICVLVS II.

### *DE VARIETATE, NOMINIbus, & mutatione colorum.*

DVo sunt extremi colores, cãdor, & nigror. Ex quibus candor est quasi habitus, nigror veluti priuatio, vt alibi ex Aristotelis doctrina explicuimus. Non quod nigror haud sit verum, & positiuum ens, cùm per se moueat visum, quod priuationi minimè conueniat; sed quia cùm duæ species sub eodem genere continentur, ea, quę deteriotis notæ est, perfectioris priuationẽ quodammodo in se habet. Esse autem colorem candidum nigro perfectiorem, patet ex eo, quia vt paulò ante diximus, candidus magis accedit ad lucem, à qua colores quasi degenerant. Vnde & tenebriæ nigri speciem referũt, & ea, à quibus parum luminis ad visum reflectitur, nigricare videntur, vt vmbræ omnes, & loca opaca. Sic & aqua fluctib. nigrescit; quia agitata superficie dissipatur lux; & nubes admodum densa nigrore opacatur, quia solis radium non admittit. Contra verò candida se offerunt, quæ in materia rara plurimum lucis obtinent.
*Candidi coloris præstantia.*

Hinc est, quòd candor apud Aristotelem lib. 10. Metaph. cap. 10. text. 23. definitur color disgregans visum. Nigror verò color visum congregans. Namq; disgregare visum, est dissipare spiritus visorios, qui ad pupillam à cerebro confluunt. Id verò præstat potissimum lux interuentu calotis, cuius parens est. Idéq; suo modo candor, qui ad lucem propè accedit. Cõtrario verò modo se habet nigror. Ob perfectionem albi coloris naturam, cum esse Dijs chariorem veteres crediderunt. Cicero 2. de legibus, Color, inquit, albus præcipuè Deo charus est, & Plato de legũ latione Dialogo 12. asseruit colores albos, tum in alijs, tũ textili artificio Dijs congruos esse. Laërtius in Pythagora, Dijs cum laudibus amictuq; candido semper honores adhibendi. Imò D. Ioannes in Apocalypsi cap. 1. cùm diuinum Verbum indutum humana natura describit, caput eius ait, capillosq; tanquam lanam albam, & niuem, candidos esse; vt hoc colore summam puritatem, sapientiam æternitatemque significaret interprete Hieronymo in Daniel. cap. 7.

Sunt aũt mediorum colorum species propè innumeræ, sed præcipui quinq;, ita vt numeratis extremis, ceprem sint quasi capita ad quæ cæteri reduci debent: nimirum albus, purpureus, ruber, flauus, viridis, cæruleus, niger. Et horum magna varietas. Nam purpurei triplex distinctio potissimùm celebratẽ. Vna, quæ in rosis, & croco visitur: altera, quæ in violis, & amethysto lapide. Tertia, quæ propria est conchylij, ad mouendũ aspectũ viuacissima. Rubro etiam comites rubidus, rubicundus, rutilus, sanguineus, giluus, spadix, igneus, flãmeus, puniceus, vinosus, & alij. Sub flauo, vel post ipsum ad fuscedinẽ vergentes, numerantur mellinus, pallidus luteus, galbaneus, buxeus, citrius, croceus, ictericus, aureus, russius, fuluus, æneus, mustelinus, ferrugineus, pullus, roanus, tanatus, regius, leonatus, cereus, cerinus, & alij. Ad viridem
*Medij colores præcipuè quinq;.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



pertinent æruginеus, herbaceus, prasinus, lusidus. Ad cæruleum cæsius (Ponūt enim Auctores inter hos duos aliqui differimins) ité plumbeus, glaucus, venetus, & alij.

*Colorib. imponuntur nomina à rebus in quibus vigent.*

Habent colores nomina (nam & hoc nosse ad eorum naturam mueſtigādam iuuat) tum aliunde, tum sæpe à rebus, in quibus primo visi fuere, aut in quibus excellunt. Sic ab herbis, à papauere, à rosa, à croco, à cœlo, vocantur herbaceus, papauceratus, roseus, croceus, cæruleus. Ab elementis igneus, aërius, aqueus, terreus. A metallis plūbeus, æneus, argenteus, aureus. A lapidib. hyacinthinus. Ab animātibus aquilus, ab eorū partibus eburneus.

*Mutatio colorum vnde.*

Mutantur autem colores aut secundum repræsentationem, siue apparentiam; aut re ipsa. Secundum apparentiam, cùm alij alijs superinducuntur, prioribus seruatis; veluti cùm albedo chartæ, atramenti substantia integitur. Potest enim seruari candor sub atro humore latens. Sic interdum panni tinctura capiunt, quę in multis adeò est tenax, vt dilui non possit. Sumuntur autem colores à tingentibus multipliciter, vt aduertit Aristoteles in libro de coloribus. Multa enim terra nascentibus tinguntur, vt radicibus, corticibus, lignis, foliis, floribus, fructibus: alia fumo, spuma, vino, lixiuio, animalium succis, ac nōnullis alijs. Interdum etiam non omnino, sed ex parte absconduntur subiecti colores: sicq; pictorum artificio mirificè temperātur, & qua si commiscentur, alij alijs liquorum interuētu impositi.

Re autem vera immutantur colores cùm prior interit, eiusq; vicem alius denuò subit, vt in segete, cùm flauescit, in capite, cùm canescit; in herba, cùm purpurascit. Nec solùm quæ istiusmodi sunt, sed quæ mediis proximè explicatis intinguntur, interdum insitos colores perdunt. & ascititios re ipsa admittunt: cùm videlicet humores, qui ad infectū præstandum adhibentur, vim habent immutandi qualitates primas, quarum varietatem mutatio colorum insequitur. Si quis porro quos animi affectus colores exterius indicent, velit cognoscere, (nam pro varietate passionū, quæ in nobis excitantur varij quoq; colores in ore expanduntur) legat quæ Claudius ad Emblema Alciati annotauit.

*Emble. 17.*

## QVAESTIO IV.

### *VTRVM LVMEN RATIONE MEDIJ, an obiecti tantum, vel etiam, ratione vtriusq; ad visionem requiratur.*

### ARTICVLVS I.

### *DIVERSAE PHILOSOPHORUM sententiæ.*

CIrca cōtemplationem luminis, de quo Aristoteles hoc loco egit, solet hic in controuersiam adduci, an lumen substantia sit, vel accidens; & vtrum in medio intentionale tantùm esse habeat, an reale. Verùm hæ quæstiones pertractatæ à nobis sunt in libris de cœlo, cùm de sydeum luce ageremus. Quod verò ad præsentem disceptationem attinet, non consentiunt inter se Philosophi. Nam qui putant colores à luce non distingui, seu lucem internam eorum formam esse; iij, modò sibi ipsis cōstare velint, tueantur oportet, deposci lumen ex parte obiecti visilis, imò & esse id, quod formaliter videtur, nec aliquid præter lumen à nobis in corporibus cerni. Sed enim adhuc eis opinandi libertas relinquitur, num lumen etiam ratione medij necessarium sit: ita vt videri res non possit, nisi medium actu illustretur.

*Lib. 2. de anim. lect. 7. à q. 2.*

*Hoc retulimus sup. q. 2. art. 1.*

Auicenna lib. 6. Nat. part. 3. cap. 1. cōcludit lumē tantùm exigi propter obiectum. Quod ita esse ex eo ostendi potest, quia oculus in obscuro loco videt procull obiectum, si assusum sit lumine: contra verò si obiectum in obscuro sit, non aspicitur; esto oculus in loco illustrato consistat. Quod tum quotidianis exemplis patet, tum eo, quòd interdiu videntur stellæ è profundissimis puteis, vt testatur Galenus lib. 10. de vsu partium. Et oculi felium, cicendulæ, & quorcus putridæ interlucent in tenebris, vt Aristoteles hoc ipso cap. text. 72. annotauit. Huic argumento occurrunt Caietanus, & Ferrariensis hoc loco, in exemplis propositis, semper in medio, & prope oculum non nihil luminis esse, esto id non appareat, & prope obiectum vberiorem lucem requiri in medio ad recipiendam primò speciem, eamq; trasciendam, quam in reliqua parte spatij. Non videtur tamen satisfacere hęc respōsio, cùm ridiculum sit affirmare dari in toto medio vsq; ad oculū eam lucem, quæ neq; visu dignoscatur, nec efficaci ratione comprobetur.

*Videri solum requirit ratione obiecti.*

Alij, è quorum numero est Auerroes, putant lumen exposci tantùm ratione medij, quod asserit etiam D. Thomas hoc loco. Verùm idem 1. p. q. 79. art. 3. explicata vtraq; opinione, videtur magis inclinare in eam, quæ statuit requiri lumen ex parte obiecti. Quod etiam docet in quęstionibus de verit. q. 8. art. 14. Quin & primo libro cōtra Gent. c. 76. ait colorem esse obiectum materiale visus, lumen verò formales: vnde, inquit, eadem visione intuemur colorem, & lucem, qua color fit actu visibilis. Probari autem potest hæc sententia quatenus asserit non requiri lumen ratione obiecti; primùm, quia color suopte ingenio, ac per se visibilis est, cùm sit obiectum visus, eiusq; propriū sensibile; quare & Aristoteles hoc cap. text. 66. docuit colorem in se ipso causam habere, cur sub aspectum cadat. Secundò, quia odor, sonus, cæteraq; aliorum sensuum obiecta, vt sui similitudinē mittant, nō egent alterius causæ consortio; ergo neq; color,

*Qui illud statuunt lumen rationem medij necessarium esse contra communem sententiam.*



color, præsertim cum non minore ad id efficacitate præditus esse videatur.

### ARTICVLVS II.

### *CONCLVDITVR LVMEN TAM ratione medij, quàm obiecti ad visionem requiri.*

*Tam ratione medij quā ratione obiecti lumē requiritur.*

PRopositæ controuersiæ hac assertione facilemus satis. Lumen requiritur ad visionem tam ratione medij, quam ratione obiecti. Hæc est D. Thomæ loc. cit. Apollinaris hic, & aliorum. In primis autem quoad priorem partem, quam statuit etiam Auerroes, Thienensis, Iandunus, & alij, ex eo suadetur, quia cum agentia non in quoduis discriminatim agant, sed oporteat inter id, quod agit, & patitur proportionem quandam, & reciprocam aptitudinem dari: Cumq; ad id singula agentia peculiarem dispositionem in patiente exigant, cuius defectu nullo modo actio proceder: dispositio, quam color in diaphano requirit, lux est, sine qua non posset in eo gignere speciem, quæ ad oculum perfertur. Ideoq; Aristoteles cap. 7. text. 73. definijt colorem esse motiuum perspicui actu illustrati. Ac quòd prædicta dispositio in perspicuo necessaria sit, probatur. Sit coloratum A. quod cernatur in toto spatio D. in quo desinguetur punctum B. vicinum ipsi A. itemque punctum C. ab eo remotum: tum lumen, quod erat in toto D. incipiat deficere paulatim à puncto C. In istiusmodi defectu dabitur instans, in quo A. conspiciatur in puncto B nec tamen in puncto C. Idq; non ob aliam causam, nisi quia iam punctum C. non est illustratū (siquidē interim dum in eo lux fuit, videbatur.) Igitur necessariò ex parte medij diaphani lumen ad visionem requiritur. Quę est sententia Aristotelis in lib. de sensu, & sensili c. 2 & c. 7. huius lib. text. 73. vbi docuit ideo obiectum visile supra sensum positum nō sentiri, quia oportet obiectum alterare priùs medium actu illustratum.

*Probatur quoad priorem partem.*

*Probatur quoad posteriorem.*

Secunda verò pars conclusionis, quā tradit Aegidius hoc loco, Durandus in 2. dist. 28. q. 1. Vitellio lib. 3. perspectiuæ theoremate 1. ostenditur cōtra eos, qui putant neutiquā requiri lumen per se ratione obiecti, adeò vt si totū medium colore nō illuminato collustrari posset, adhuc color in ipsum speciem iaceret; probatur, inquā, ex eo, quia lumen concurrit tanquā causa partialis vnā cū colore ad emittendam speciē. Quo fit vt per se etiā ex parte coloris requiratur. Concurrere verò lumē eo modo, nec tantùm vt dispositionem siue medij, siue obiecti, ea ratio suader, quia nullum naturale agens postulat formam excellentioris naturæ, vt solam dispositionē requisitam, ad ignobiliorem formam: lux verò tam imaginе coloris, quàm colore ipso præstantior est. Quare non exigerur lux tantummodo vt dispositio, ad trajciendas colorum imagines in oculum; sed vt causa partiatim eas proferens simul cum colore obiecto. Item colores, quò magis illuminantur, eò melius videtur: igitur ex participatione luminis fiunt actu visibiles.

*Lux & color sunt causæ partiales imaginum pro. ductarum.*

Diluamus nunc argumenta, quæ pro superioribus sententijs auduximur, quatenus ei, quam defendimus, aduersantur. Ad primum pro Auicenna aptè respondebatur, ad respō. nionis verò cōfutationem dicendum erit, etsi lux non semper à nobis palam dignoscatur in toto medio, quo visio fit, conuinci tamen dandam esse, ratione, quam paulò supra attulimus. Certè si obiectū vt primò gignat speciem in medio, requirit in eo lumen, multò magis mediū id requiret ad speciem vlterius extendendam. Ad primum verò pro secunda opinione, quā admodum probabilē confitemur; dicendum est colorem esse ex se visilē, id est, suapte naturā posse videri; etsi vt actu videatur, aliquid aliud requirat; quo etiā modo interpretadus est Aristoteles, cùm ait colorem in se habere causam, cur videatur; quā licet nō expressè docuerit requiri lumen ratione obiectij, nō id tamē negauit. Ad secundum, peculiare hoc esse coloribus, vt non nisi concurrente luce speciem transmittant, sicuti proprium est eisdem, vt etiam secundæ sententiæ defensores cōcedunt, exigere illustrationem diaphani, tanquam præparationem ad trajciendas species; nihil verò minū quòd nobilissimus externorum sensuum, eiusmodi apparatum ad functiones suas obeundas expostulet.

*Solulitur argumenta priorum sententiarum aduersariorum.*

## QVAESTIO V.

### *VTRVM VISIO FIAT EMISsis ab oculo radijs, an receptis ab obiecto imaginibus.*

### ARTICVLVS I.

### *PHILOSOPHORVM QVORVNdam præsertim Platonis opinio, & eius confirmatio.*

HAec quæstio in contrarias partes à Philosophis disputata fuit. Nā Empedocles, Stoici, & Platonici arbitrati sunt aspectum fieri radiorum ex oculis emissione. Itaq; Plato in Timæo docuit aspectū nō affici imagine aliqua à re visa affluente, sed emicare ex oculis lucē, quæ vna cū lumine externi aëris obiectum quasi manibus prehendat, ipsumq; suo contactu visibile efficiat: tum verò refundi eam lucem ad oculum affectam alterationē alterati visibilis, & vbi in pupilla insederit, fieri visionem. Platonis sententiam

*Qui putent visionem fieri exeuntibus radijs.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*De Platonis opinione D. Nemesius de natura hominis cap 7. Priscianus Lydus in lib. de Phœnissa. Macrobius 7. Satur. cap. 14. Gellius lib. 5. cap. 16. Plut. lib. de visione. Atticus in li. de doctrina Plat. Plato. Aphrodis. Seneca. Chalcidius. Euclides. Ptolemæus. Alchindus. Lactantius. Galen. Argumenta præsentia Platonica.*

1. secutus est Aphrodisæus: lib. probl. q. 75. Seneca lib. 1. Nat. qu. Chalcidius in commentariis super Timæo, Euclides in libello de Perspectiua, Ptolemæus in Catoptrico. Alchindus in lib. de aspectibus. Lactantius in lib. de opif. Dei c. 8. vbi ideò negat species visuales esse necessarias, quia putat mentem esse, quæ immediatè videt per oculos tanquam per fenestras intrò perlucētes. Idem Platonis dogma tuetur, Galenus lib. 7. de placitis Hippoc. & Platonis, & lib. 10. de vsu partium, & lib. Prognost. sent. 19. addens quemadmodum nerui sensionem perferunt ad cerebrum, à quo sentiendi vim accipiunt, sic externum aerem appulsu radiorum, qui ab oculis exiliunt reddi accommodatum ad deferendam visilis alterationem ad oculum.

Solent autem ad Platonis sententiam cōfirmandam permultæ adduci rationes, quas collegit Theophilus hoc loco ad text. 69. & Macrobius 7. lib. Saturnal. c. 14. Ac primùm, quòd aspectus ex se visorios radios eiaculetur ostendi potest, quia nō ob aliam causam videtur natura oculis igneum lumen accendisse. Deinde, quia nulla ratio afferri potest cur is, qui nebuloso aëre circunfusus est, proximam nebulam non videat, distantem videat; nisi quia radij visorij cum primùm ex oculis emicant, fortiores sunt, sicq; vicinam nebulam penetrant, longiùs verò progressi languescunt, neciam perrumpere nebulam valent: atq; ita ex ea quasi ex opaco corpore ad oculos regrediuntur. Deinde, res impositæ pupillæ non videtur, idq; propterea accidit, quia radius impeditur quominùs extra sese effundat: igitur visro fit emissis radijs.

3. Deinde, quòd vitio non fiat recepris ab obiecto simulachris, probatur, quia nequaquā verisimile est typos innumerabilium penè rerum, quas vno ictu videmus, simul oculis illabi. Et ram exiguā pupillam tantam influentium idolorū copiam capere, quin illa se mutuò perturbent, & impediant, præsertim cùm nihil sit, quod ea compunat, & distinguat, ne in turbatam congeriem abeant. Item, Vel eiusmodi imagines, & quasi exuuiæ à rebus demittitur, cùm est, qui videre velit: vel etiā cùm nullus aspicit, vltro emicant. Si dent primum; cuius tunc imperio illæ confestim accurrunt? Si secundum; perenni igitur fluxu à corporibus dimanant, nō sine magno earum 4. dispendio, (quod Aristoteles Democritici obiecit aientibus corporum actiones defluxu fieri) ac nullo ordine passim oberrāt, quod est absurdum.

5. Præterea, In speculis imago contemplatorem suum aduersa respicit, quæ tamē si à nobis proficisceretur, cùm recta exeat, posteram sui partem deberet ostendere: quo modo histrio dum personam, id est, confictam faciem induit, nonnisi posteriorem cauernam cernit: quare nullo pacto admittendum est fieri aspectum per imagines à rebus emissas, quæ emitti ab his nequeunt.

## ARTICVLVS II.

### *VERAE OPINIONIS Explicatio.*

*Visionē fieri recepto ri specierum.*

COntrariam sententiam tuetur Peripatetica schola asserens visionem non fieri emissis ab oculo radijs, sed receptis à re obiecta imaginibus; quod docuit Aristoteles cap. 7. huius lib. text. 67. & 74. & c. 11. text. 121. & lib. 3. c. 1. 2. & 3. & in lib. de sensu, & sensili c. 2. Nec officit quod tertio Meteor. cap. 3. 4 & 6. & in problemat. sect. 31. probl. 16 Platonis opinione ad dubitationes quasdam dissoluendas vtatur. Id enim propterea fecit, quia tunc nondum propria sententia comprobata, communi vti voluit, præsertim cùm nihil ad præsens institutum faceret, vtram partem sequeretur, vt inibi Alexander, & hoc loco Philoponus annotarunt.

*Contrariā fieri, ostenditur.*

Quòd ergo aspectus emissione radiorū nō fiat, ostenditur. Nam vel radius visorius pertingit ad res, quæ videntur, vel non. Non secundum, quia iam ille radius nō alteraret obiectū. neq; aliqua qualitate alteratus ad oculum rediret, vt aiunt. Primum etiam dici non potest, quia incredibile omnino est è tantula pupilla tantum luminis ab oculo exilire posse, vt ad res tam varias, tamq; inter se distares, quas simul contuemur peruenire queat, ita vt magnam cœli partem occuper, quam vndiq; oculis obiectam conspicimus. Deinde, quia si lumen Solis quantumlibet rectà incidat, nunquam reflectitur è terra vsq; ad mediam aëris regionem, multo minùs eiusmodi radij à stellis, quas in firmamento cernimus ad nostrum aspectum reflectentur. Item, Vel qualitas illa, qua radij in re videnda imbuuntur, est similitudo ipsius rei, vel aliqua alia qualitas, vel corpus aliquod renue, & subtile. Si est similitudo: Iam igitur conceditur visionem fieri receptione imaginū; quanquam in eo hallucinentur, quòd dicant ad imaginis productionē requiri lumē ab oculo exiliens, cùm sufficiat id, quo ponimus obiectū illustrari. Si verò dicant esse aliam qualitatē, cùm non appareat quænam ea sit, aut qua necessitate inuehatur, certè fictitia existimanda erit. Quòd si dent secundū cùm non sit admittenda corporum quantumlibet subtilium penetratio, asserere nequaquam poterunt radium visorium transmeare interiecta corpora vsq; ad rem visam. Neq; defendent visionem esse momentaneam, cùm nullum corpus momētò moueatur.

*Contrariā fieri, ostenditur.*

Deniq; quòd admittendæ sint rerum imagines, quibus non solùm aspectus, sed reliquæ etiam potentiæ cognitrices ad obiecta percipienda obsignentur, cōstat ex ea quæstione, qua



*Potentiæ cognoscentes intus manent, appetēs quodammodo se foras dat.*

quæ superiùs hac de re priuatim disseruimus; è qua ad præsens institutum corroborandum plures rationes desumi possunt. Quibus accedit quòd communi philosophantium consensu hoc discrimen inter appetente & cognoscentes vires traditur; quòd illæ natura propensione ferantur in sua obiecta, & ab ijs alliciantur: hæ verò obiecta ipsa ad se trahant; videlicet per eorum similitudinem, qua imbuuntur.

*Quo modo species visiles fundantur.*

Vt autem planū fiat, quonam modo species visiles obiectum repræsentent, nonnulla obseruanda erunt. Primùm sit, quemadmodum à qualibet parte corporis luminosi in quoduis punctum medij, perspicui intra eius sphæram contenti, producitur lumen, modo nullū corpus opacū interiectū sit; ita à quauis parte corporis colorati emitti ipsius similitudinem ad quoduis punctum medij actu illustrati, intra ipsius sphæram cohibiti, modò nullum corpus opacum interpositum sit. Quod ex eo constat, quia cùm agentia naturalia necessitate naturæ in actiones suas ferantur; sublatis impedimentis, non possunt non agere secundùm omnes suas partes in quoduis punctum spatij. Ideoque corpora tam lucida, quàm colore affecta, quò maiora sunt, eò per longius spatium lumen & sui similitudinem profecunt. Nam cùm secundùm omnes suas partes in quoduis punctum spatij agant, quanto hæ plures amplioresque extiterint, tantò lumen & imago, quę in parte spatij obiecto vicina progignuntur, maiorem vim habebunt, vt se longiùs diffundant. Quo etiam fit, vt quò res grandiores sunt, eo è remotiori loco perspici valeant, & vt in quouis puncto, seu quauis parte medij actu illustrati totum corpus obiectum sensui repræsentetur, singulæque eius partes, à quibus ad huiusmodi punctum, seu partem medij licebit rectam lineam ducere: quandoquidem in qualibet parte medij imprimitur similitudo à quauis parte obiecti colorati. Id quod experientia confirmat; siquidem ex quacumque parte medij fas est obiectum cernere, omnesque eius partes, ad quas licet ab oculo videntis lineam rectam protrahere, si nihil sit interiectum quod impediat continuum speciei productionem per totum spatium, atque minus omnes partes intueri, nisi per earum similitudinem: ergo partes omnes ac singulæ obiecti colorati producunt sui similitudinem in quauis parte medij; atque adeo in quauis huiusmodi parte repræsentantur omnes ac singulæ partes obiecti. Deinde idem probatur hunc in modum: Quæuis pars obiecti colorati est agens naturale, ac minimè liberum ad sui similitudinem producendam, & habet se indifferenter ad agendum in quamuis partem medij actu illustrati intra eius sphæram inclusi, ad quam licet rectam lineam ducere. Quælibet igitur obiecti

*Quæ quo res grandiores, eo è remotiori loco videantur.*

*Quilibet obiecti sibi partes ducit ipse in quælibet medij partes.*

pars in quamuis partem medij sui imaginem imprimit, & ex consequenti in quauis parte omnes, ac singulæ obiecti partes repræsentabuntur. Postremò, idem confirmatur, quia si diuersæ partes obiecti visilis producerent sui similitudinem in distinctis partibus medij, non autem omnes in eadem, nequiret Sol, quem Astrologi tota terra vicibus sexies 167. maiorem esse inquiunt, totus ex quauis parte medij à nobis conspici. Etenim vt omnes eius partes sui similitudinem produceret, egerent spatio tantæ magnitudinis, quantæ Sol ipse est, quod repugnat experientiæ, quandoquidem è quauis parte medij totum Solem conspicimus. Quare necesse est omnes partes obiecti visilis mittere sui similitudinem in quamuis partem medij, in qua repræsententur.

*Non tamē diuersæ imagines à diuersis partibus eiusdem obiecti.*

Aduertendum præterea est, diuersas partes eiusdem obiecti non facere distinctas sui similitudines in eandem partē medij, in qua videntur; sed vnam & eandem, quæ tamen exactior sit & perfectior, quàm si à quauis parte singulatim accepta emitteretur. Porrò autem iliusmodi species cùm à singulis partibus obiecti, tanquam à partialibus agentibus suum esse accipiat, singulas eius partes repræsentat; quantumcunque ille quoad intensionem, situm & figuram dissimiles sint. Namque hæc similitudo, quatenus mutuatur esse à parte B. repræsentat partem B. & vt habet idem esse à parte C. repræsentat partem C. atque ita cæteras, prout à singulis suū esse partiatim sumit. Quod quidem ita se habere hūc in modum ostenditur: Sit corpus aliquod secundùm suas partes inæquabili intensione candidum. Si igitur diuersæ huiusce corporis partes distinctas sui similitudines in eandem partem medij producerent, quemadmodum duæ eius medietates duas producerent similitudines, sic quatuor quartæ quatuor similitudines, atque ita cæteræ partes proportionales eodem modo, quæ cùm infinitæ sint, darentur in eadem parte medij species infinitę, quod fieri nequit. Patet igitur omnes ac singulas partes obiecti visilis, pijcere in quamcumque partem medij illustrati intra sphæram contenti vnam eandemque sui similitudinem, & ob eam rem eadem omnino imagine ex quacunque parte medij singulas partes rei obiectæ à nobis conspici, nisi quid obstet.

Ex dictis colligo, speciem obiecti visilis, etsi vnum numero accidens sit, extensione subiecti per accidens extensum; tamen ita affectum esse, vt quælibet pars illius extensionis referat omnes partes obiecti, ad quas licet rectam lineam ducere, quia, vti diximus, quælibet huiusce speciei pars ab omnibus obiecti partibus capit esse, modò ad eas possit duci recta linea, non pertranseundo per corpus opacum. Nam alioqui si ad aliquam

Universidad de Deusto
Biblioteca



obiecti partè huiusmodi linea duci nequeat ab aliqua parte speciei in medio existentis, hæc non capiet esse ab illa parte, proindeque eam in tali loco non repræsentabit.

## ARTICVLVS III.

### SOLVTIO ARGVMENTORVM, quæ articulo primo proposita fuêre.

RElinquum est vt argumentis pro Platonica opinione initiò adductis respondeamus.

*Solut.1.* Ad primum dicimus, oculos non esse igneos, quasi in se ignem contineant, cùm igneicalo ris excessus temperiem viuentium dissoluat; nec verò ita lucentes esse, vt procul ex se lumé iaculentur. Quòd verò motis oculis, splendor quidam in eis appareat, id ex eo prouenit, quia polita & leuia corpora, cuiusmodi sunt oculi & piscium quorundam capita, aliaque eiusmodi, in tenebris præsertim rendent, ac fulgent. Non est tamen inficiandum pupillæ non nihil esse innatum lucis, vt quasi tessera hospitem & affinem suum, hoc est, lucem, qua species vehitur, sese extrinsecùs insinuantem recipiat, eiq; vt minister familiaris præsto adsit. Qua de re Ioge Scaligerum Exercit. 198. n. 16. Concedendum præterea animalia nonnulla ex oculis aliquid lucis extrà emittere, vt feles, & alia quædam ex ij, quæ noctu venantur.

*Solut.2.* Ad secundum, nebulam remotam non ob eam causam, quæ in argumento affertur, videri, proximam verò nò videri, sed quia propè oculos minor lux sufficit, ad illustrandum visile proximum, q̃ remotum. Adde q̃ nebula per eandem lineam longè porrectam identidem aspectui occurrés, atq; adeò crassescés, obscurior apparet, quàm quæ per breuiorem lineam cernitur. Ratio autem cur res pupillæ imposita non videtur, non est ea quæ affertur in argumento, sed quia oportet illustrari medium ad inferêdam speciem. Ad tertium; nihil mirum q̃ tot rerum imagines oculis simul occurrantium pariter oculo inurantur, cum ijs imaginibus sit plenum totum diaphanum actu illustratum, vtpotè quæ neque sibi impedimento sint, nec potentiam degrauent, nec sua mole aut contrarietate se extrudant, cum non sint corpora, nec contrarium habeãt, nec se perturbent, licèt in eodem situ cocant, quia vbicunque existant, per se naturæ suæ distinctionem & significandi vim retinent. Sunt verò istiusmodi simulacra perpetuo in diaphano illuminato, quia naturaliter à re visili emittuntur, nec verò temerè huc illuc oberrant magis, quàm lux, quæ ipsa comitatur, & quasi fouet; si quidem eius concussu, vt superiùs diximus, gignuntur, eaque euanescente occidunt. Ex quo patet, quid ad quartum argumentum respondendum sit.

*Solut.3.*

*Solut.4.*

Ad quintũ, dicendum in primis in speculo nõ videri imaginem, vt progressu patebit, sed videri rem obiectam per imaginẽ, à speculo repercussam ad oculum; videri, inquam, aduersa facie, non auersa, quia eiusmodi species nõ est vt persona histrionis ex vna facie aliud, ex altera aliud exhibẽs, sed est quidpiam simplex, atq; purum ex vtraque facie (vt ita dicamus) obiectum repræsentans; quo etiam fit, vt obiecti corporis partes dextræ efficiantur in speculo læuæ, & ediuersò: videlicet quia imago ad oculũ repercussa ita rem nobis repræsentat, vt ab ea prodijt, atq; adeò etsi res visa nobis sit aduersa, manus quasi cõmutat, eiusq; dextra nostræ dextræ respondet, cùm secùs fieri oporteret, vt videmus, cùm Socrates, qui antea erat auersus, nobis aduersus fit. Tunc enim eius dextra læuæ nostræ respondet. Itaque tota huiusce diserti minis ratio est, q̃ species non alia sit auersa, quàm aduersa.

*Solut.5.*

*Lege Pitã. lib.5. Persp. propos.55. Rich.in 4.d. 11.q.1. in 6. princ.*

## QVAESTIO VI.

### AN OCVLORVM COMPOSITIO ad visionem obeundam accommodata sit, nêcne.

## ARTICVLVS I.

### DE OCVLORVM PRAESTANTIA, situ & figura.

ASpectus omnium sensuum præstantissimus habetur. Primò, quia tenuioribus, & à materiæ fæce liberioribus, ac nõ nisi per diaphanum illustratum transmissis imaginibus ad functiones suas vtitur, nullamq; realem immutationem ab obiecto recipit, sed tantùm notionalem; nec enim, verbi gratia, exalbescit viso candore. Secundò, quia eius actio celerrima est, vtpotè quæ momento fiat. Tertiò, quia è longiori tractu res attingit. Quartò, quia (vt cæteras eius prærogatiuas omittamus) plures rerum differẽtias comprehendit; quandoquidem visu totius mundi fabricam & ornatum intuemur, lucis pulcritudine fruimur, colorum varietatem distinguimus, corporum omnium magnitudinem, figuram, numerũ, proportionem, situm, motum & quietem assequimur. Ideoq; nullus sensus ad cognitionẽ inuentionemq; propria comparandam magis idoneus est. Vnde Plato in Timæo visui acceptã refert Philosophiam; & eius imitator Philo Iudæus in lib. de Specialibus legib. Defluxit (inquit) Philosophia è cœlo in hominum animos, sed oculis sequestris deducta est in hospitium. Nam hi primi conspexerũt vias, quæ à cœlo ad nos tendunt, regias. Item in lib. de Mundi opific. Quod, inquit, mens in animo est, id oculus in corpore. Videt enim vtrique: altera intelligibilis res, alter sensibiles. Visus autè mentis ad noscenda incorporea, oculi ad contemplationẽ cor-

*1. Ratio prior oculoꝝ præstantiæ. D. Thomas 1.p.q.78.ar. 3.*

*porum



porum, quæ res ad alia multa prodest, & in primis ad id, quod maximum est, scilicet Philosophiam.

*Situs oculorum. D. Ambros.*

Quòd verò ad oculorum situm attinet, libet quæ D. Ambrosius lib. 6. Hexam. cap. 9. ea de re scripsit in hunc locũ transferre. Adhærent veluti quibusdam montium supercilijs oculi, & vt protegente montis cacumine tutiores sint, & tanquam in summo locati, de quadam scena superiore vniuersa prospectẽt. Neq; enim oportebat eos humiles esse, sicut aures, vel os, ipsosq; narium interiores sinus. Specula enim semper in alto est, vt aduenientium cæteruarum hostilium explorari possit aduentus, ne improuisò occupent otiantem, vel vrbis populum, vel Imperatoris exercitũ. Sic latronum quoq; cauentur incursus, si exploratores in muris, aut turribus, aut montis excelsi supercilio sint locati, vt desuper spectent plana regionũ, in quibus insidiæ latronum latére non possint. In mari quoq; positus si quis terræ appropinquare se conijcit, in ipsa mali fastigia, & celsa antennarum cornua voti explorator ascendit, & adhuc inuisibilem reliquis nauigãtibus eminùs terram salutat. At fortè dicas, Si specula editiori necessaria fuit, cur non supra summum verticem capitis oculi constituti sunt, sicuti cancris, vel scarabæis in summo sunt, quibus hæc nullum caput appareat, colla ac dorsa tamẽ cætero corpore celsiora sunt? sed illis testa valida, nec tam tenuis membrana sicut nobis, quę facilè possit offendi, ruboq; & cæteris interiscindi sentibus. Itaque nobis in summa propemodũ corporis parte constitui oculos oportuit, tanquam in arce, & ab omni, vel minima offensione defendi, quæ duo sibi compugnantia videbantur. Nam si in humili essent, propter tutamen, munus impediretur; si in vertice, patetent ad iniuriam. Hæc D. Ambrosius. Lege etiam D. Basilium homil. 11. Hexam. Sanè verò mirificè natura prouidit, vt oculi tuti esse possent, vtque ea quæ foris ingruunt, incommoda propulsarent, ideoq; concauis foraminibus inclusit; & genis, ac palpebrarũ tegmine circumuallauit (etsi has Struthio camelus altrum sola, vt homo vtrinque habeat,) quæ identidem celeritate magna non solùm excipiendis rerum imaginibus aditum aperiant, sed etiam incidentibus & noxijs claudant: tũ supercilia quoq; addidit pilis breuibus adornata pariter, & alternè mobilia, quę sudorem à capite & fronte defluentem repellant. Sed enim & hæc, vt Plinius 11. Natur. hist. lib. cap. 37. aduertit, maximè fallunt indicant. Superbia aliubi conceptaculum, hic sedem habet. In corde nascitur, huc subit, hic pendet. Nihil altius simul abruptiusque inuenit in corpore, vbi solitaria esset. Hæc ille.

*Cic.1. de Natura deorũ. Palpebrarũ vsus.*

*Oculorũ figuræ. Lege Vuell.*

De oculorum autẽ figura sic habetor: Sunt oculi in globum conformati duabus potissimùm de causis. Primùm, quia forma globosa promptiori agilitate in hanc & illam partem voluitur, & aspectum circumferre voluit autem naturæ auctor Deus aspectum circumferri (vt inquit Timæus) circuitus, qui in cælo aguntur, in vsum redigamus nostræ mentis, discursionesq; ipsius illis coguatas, sed pertutbatas ad illorum temperiem reuocemus, & conuersiones Dei, quæ sine vllo errore aguntur, imitemur. Deinde, quia, vt Mathematici demonstrant, nisi oculi essent rotundi, non possent rerum quantitatem demõstrare, nec aliquid perciperent, nisi æquale sibi. Etenim visio fit per lineas rectas super oculum perpendiculariter incidentes, quarum concursus fit in oculi centro. Quare si oculus esset superficiei planæ, non ingererent se perpendiculares lineæ, nisi à superficie æquali; sicque omnis æquale cerneretur.

*lib.3. Perspec. Eling. theor. 3. Cantuar. lib.1. Per. c. 3. coroll.3.*

## ARTICVLVS II.

### DE IIS, QVAE AD INternam oculorum fabricam spectant.

*Hac de re Aristot.3. de Gener. an. c.1 & de hist. an. c.10. & 11. Gal. lib.10. de Vsu part. Theophilus lib.4. de Fabr. hom. Vesal. lib.14. c.7. Sim. Part. de Color. ocul. c.3. Guenara lib.1. Defens in Gal. c.7. Fernel. lib. de Part. corp. hum. cap.9. Thomas à Veiga in lib.4. de Lucis affectis, cap.1. Conciliator differ.64. Forlius q.19. in tecni.*

*Oculorũ tunicæ septem.*

NNec ad internam oculorum compositionem veniamus. Constant oculi, quod ad præsentem considerationem attinet, septem musculis motoribus: tunicis quinque, etsi alij hæc secùs numerent: tribus humoribus; duobus neruis. Musculi dati eis à natura sunt, vt globum ad aspectum facilè conuertãt: è quibus vnus sursum, alter deorsum; duo ad dexteram læuamq; trahunt; alij duo circumferunt, septimus sustinet, illigatq;. Ex tunicis intima vocatur specularis, quia vt speculum nitet, & transluret, græcè à continua araneæ telarum imagini ἀραχνοειδὴς. Huic proxima græcè ἀμφιβληστροειδὴς, latinè reticularis nuncupatur, qa venulis multis & arterijs intexta tetis effigiem exhibet. Tertia græcè ἰνωειδὴς, latinè vuea, quia similis est vuæ folliculo, à quo pedunculum detraxeris. Quarta græcè κερατοειδὴς, latinè cornea, quia cornu in laminas tenuissimas insectum refert, & splendida ac diaphana est. Quinta græcè σκληροειδὴς, latinè adnata, siue adhærescens, quia eius beneficio vndique totus oculus consistit, & sibi cohæret; quæ etiam alba à colore nuncupatur.

*Tunica 5.*

*Humores in oculis tres.*

Ex humoribus intimus dicitur à Græcis κρυσταλλοειδὴς, à Latinis crystallinus, seu glacialis, quòd crystallum, seu glaciem pelluciditate æmuletur, etsi aliquantulum mollis sit. Huic

proxi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



proximus græcè ἀμφιβληστροειδὴς, latinè vitreus, seu albugineus, quòd consistentia & colore vitro fuso, siue recocto, vel oui albo sit similis. Tertius græcè ὑαλοειδὴς, latinè aqueus, ab aquæ similitudine.

*Quæ sit tunicarum horum trium cõpositio et connexio.*

Horum verò compositio hunc ordinem inter se habere deprehenditur. Est oculus, vti diximus, in globi figuram conformatus. Eius centrum obtinet humor crystallinus, quem vndique ambit tunica specularis. Huius humoris medietas vna in humore vitreum, qui proximè sequitur, immersa est; altera in eo extat, & quasi innatat. Deinde humorem vitreum posteriori parte ambit tunica reticularis, desinens vbi glacialis humor eminere incipit supra vitreũ. Hinc duæ se offerunt membranæ; nempe vuea, per cuius foramen humor crystallinus & pupilla cernitur; & à colore huius tunicæ, quæ variè intingitur, oculos nigros, cæsios, glaucos, aut alio colore imbutos dicimus. Altera tunica est cornea, quæ totum oculum ambit, & splendida est. Inter hasce duas tunicas humor aqueus cõtinetur: tum postremum atque extimum locum habet tunica adhærens, quæ oculum in propria sede cohibet, ducens originem à tunica caluariam inuestiẽte; vnde & pericranium nuncupatur. Concurrunt etiam ad oculi structuram duo nerui, qui optici, seu visorij appellantur; hi verò à cerebro proficiscuntur, alter è dextera parte, alter è sinistra: sed aliquantulum progressi, inter se cocunt, tursumque antequam oculos subintrent, separantur: & quia duplici membrana vestiti sunt; interna tenui, & externa dura; ex illis ortum habent duæ tunicæ, vuea & cornea. Per eos simulacta rerum, quæ sub aspectum cadunt, in communẽ sensum influunt, simulque per eosdem à cerebro emicant visorij spiritus, sine quorum ope facultas cernendi munus suum obire nequeat. Hinc est quòd affecto cerebro, etsi oculi nihil aliunde incõmodi patiuntur, hebescit visus, vt patet in ebrijs, deliris & phreneticis, è quorum cerebro desiliunt spiritus nebulis obducti, ac minùs puri minusq; apti ad operationem. Addimus etiam ex inordinato huiusmodi spirituum ad oculos motu interdum prouenire, vt ebrijs circumuerti omnia videantur: Quod Aphrodisæus lib.2. Problematum, quæst.67. hisce verbis edisserit; Larga vini copia nimiam exhalationem spiritus fumei ad cerebrum mittit, qui spiritus cùm digeri atque consumi nequeant, priùs quam temporis spatium concoctionem exhibeat, per cerebrum voluitur, & quaque versus percurrit, atq; ita perturbatus profluit per neruum visorium, pupillamque ad res conspectui obuias; facitque vt tales videantur, qualis ipse est. Affectum etenim interiorem foris esse imaginantur: quocirca efficitur, vt etiam caligent, & vertigine tantisper tententur.

*Nerui visorij duo.*

*Quis ortus tunicæ vueæ & corneæ.*

*Cur ebrijs obiecta circumagi videantur.*

*Spiritus in*

Sed & ijs, qui nulla perturbatione, aut morbo laborant, propter inopiam inhabilitatémve spirituum deterior visus cõtingit, & econtrariò. Sic nimirum quibus spiritus modicus est, & facilè dissolubilis diu obtutum figere nequeunt: quibus lucidus & copiosus, aciem diu firmãt, & res minutas ac distinctas ad vnguem discernunt; quibus spiritus multus & crassus, obtuentur quidem res absque fatigatione, verùm eas non exactè distinguunt. Sic denique, vt annotauit eodem libro Aphrodisæus, quæst.52. ij, qui aquam bibere consueuerunt, acutiùs vident, quia vini copia flatus nimium excitans spiritum visorium turbat. Facit etiam non parum ad commoditatem, vel incommoditatem cernendi ipsa compositio oculorum. Nam qui oculos emissitios ac prominentes habent, obtusè vident; qui caauos & profundos, acutè: quia illis præterquã q; species ab obiectis emissæ minùs vniuntur, ipsi etiam spiritus magis effluunt: his verò spiritus conglobati & coacti diutiùs conseruantur, ac visionem intensiùs exequuntur. Quod similiter euenit ijs, qui vt aciem intendant, oculos aliquantulum claudunt. Ac præter hęc, quæ à nobis commemorata sunt, multa alia afferri possunt, quæ aspectum vitiant, aut iuuant, sed omnia prosequi non est huius loci. Ex dictis iam facilè quiuis intelliget, maximè idoneam esse ad visus functionem oculorum fabricam, cum tam singulari artificio coagmentata sit, & tot musculis, tot tunicis, tot humoribus, & tam assiduo spirituum defluxu ad id munus præstandum abundet.

*videtèdo multa tam diuersa tatem efficia. Lege Aristotelem lib. 1. de Generat. anim. cap. 10*

*Oculi seruandùm varium compositionem aut actionẽ, aut obiecta videndi.*

## QVAESTIO VII.

## *VTRVM VISIO FIAT IN humore crystallino?*

### ARTICVLVS I.

### *QVIBVS ARGVMENTIS ostendi videatur non ibi fieri.*

PRoximum est, vt vbinam visio fiat expendamus. Ac primùm, quòd non fiat in crystalloide, qui vnus est è tribus oculi humoribus, de quibus paulò antè disseruimus, videtur hisce argumentis concludi; Humor crystallinus est coloratus, cùm sit corpus viuens, atque adeò constans quatuor primarum qualitatum permixtione, quam color necessariò sequi videtur: igitur non potest esse idoneum visus instrumentum. Probatur consecutio, quia alioqui perpetuæ in oculis hallucinationes contingerent: siquidem omnia nobis eo colore infecta apparerent: sicuti ictherici omnia cœrulea, & qui per vitrum viride intuẽtur, omnia viridia æstimant. Quòd si quis respondeat, non vniuersim ex qualibet primarum qualitatum permixtione colorem oriri

*Argum. 1.*



oriri, sed in ijs tantùm corporibus, in quibus densum & opacum affatim abundat; humorem verò crystallinum non ita se habere, sed rarum ac translucidum esse. Contra id obijcitur: Nam si humor crystallinus transparens sit, proindeque lucem à circumfuso aere admittat, saltem non omnem lucem intueri poterit, quemadmodum nec colores internoscere, si eorum aliquo esset imbutus.

*Argum. 2.*

Imò quòd visio in nulla oculi parte fiat, hunc in modum accidit: Sæpè accidit integro oculo & potentia, receptaq; imagine, nõ videri à nobis rem præsentem: hoc verò neutiquam eueniret, si visio in oculo perficeretur, quia cũ ea actio naturalis sit, posita causa non impedita confestim ex eo dimanaret; alia igitur interior facultas, in qua visio fiat, danda est.

*Argum. 3.*

Tertiò, Visio fit, vt perspectiui docent, p radiosam pyramidem, id est, per speciem productam in oculo ad modum pyramidis, cuius basis est in superficie obiecti, seu rei visæ, cuspis autem in centro instrumenti visorij: sed hoc nequit fieri, si videndi facultas in oculis insit: non igitur visio in oculis fit. Probatur Minor, quia pyramis clauditur puncto, atque vna & eadem nequit in duobus oculis simul terminari, at sicuti res visa vna est, ita vnam tantùm ab ea pyramidem ad potentiam duci oportebit.

*Argum. 4.*

Quartò, Aspectus fit in congressu nerui optici: non igitur in oculis. Probatur assumptum: primùm, quia nõ ob aliam causam videtur natura huiusmodi neruos, q à cerebro, vti superiùs diximus, diuisi oriuntur, postmodum coniunxisse, nisi vt in ea parte, qua coëunt species ab vtroque modo transmissæ ad actionem videndi in vnum copularentur. Secundò, quia aisi in ea nerui coniugatione perficeretur visio, deberẽt nobis gemmata apparere ea, quæ simplicia sunt, vtpote per geminatam visionem, & duplicem imaginem conspecta.

*Non fit visio in congressu nerui optici.*

### ARTICVLVS II.

### CONSTITVITVR PARS *affirmatiua quæstionis.*

IN hac controuersia nonnulli, è quorũ numero est Auicenna, referente Cœlio lib.4. cap.20. Cyruelus lib.1. Perspect. cap.3. concl. 6. & Vitellio lib.3. theor.4. & 20. putant visionem effici in congressu nerui optici, quibus faueo vltimum proximi articuli argumẽtum. Hæc tamen sententia ex eo refellitur, quia si ibi fieret visio, sequeretur eos homines, in quibus eiusmodi nerui inter se minimè iunguntur (quorũ nonnullos repertos fuisse constat) aut omnino visu carere, aut, vt contrariæ opinionis assertores volunt, omnia eis videri duplicia; quod tamẽ falsum esse experientia comprobauit. Scribit enim Vesal. cap.4. lib.4. de Fabr. corp. hum. quendam se Patauij disse cuisse, cuius nerui visorij à cerebro ad oculos vsque diuisi peruenirent, qui tamen geminata à simplicibus internoscerer, affirmaretque nunquam simplicia sibi dupla visa esse.

*Fit in oculo; scilicet crystalloide.*

Secundò, Quòd visio fiat in oculo suadetur, quia non ob aliam causam affecto oculo confestim visus læditur, nisi quia illic facultas videndi residet, ibi functionem obit. Nec satisfaciet qui dixerit affecto oculo lædi visum, quia impeditur delatio specierũ ad neruum. Non enim imaginum traiectio tam morosa & difficilis est, vt medij offensio vsquequaquè ei nocere existimanda sit. Denique quòd visio fiat in crystalloide ex eo confirmatur, quia hic humor est in medio omnium aliorum humorum collocatus, eoque læto, amittitur visio. Item hæc pars oculi maximè splendida & conspicua est, ac nullo colore infecta, quod ad videndi actionem apprimè obseruit. Vnde Galenus 8. de Vsu part. cap.6. docet reliquas oculi partes huiusce humoris gratiã, siue vt contineant, siue vt celent, fuisse conditas. Et 10. eiusdem operis, cap.1. statuit organum visus in huiusmodi humore consistere. Idemque sentit Aristoteles lib.1. de Gener. animal. cap.5. vbi ait in ea parte effici visionem, quæ tota nitida est & splendida, vt ab omni colore & luce moueri possit. Et lib.1. de Historia animal. cap.9. Idem assent Vitellio lib.3. Perspectiuæ, theoremate 4. Valesius lib.2. Controuers. cap.8. Vega in Galenum de Loc. affect. lib.4. cap.1.

*Galenus.*

*Aristoteles.*

*Vitello.*

*Valesius.*

*Vega.*

Argumenta verò, quæ in contrariam partem adduximus, facile explicantur. Ad primũ aptè respondebatur. Quòd verò deinde obiectum fuit, diluitur, aiendo; Etsi color sensitorio affusus aliorum colorum visionem impeditus esset, tamen lumen, quod humor crystallinus ab aere collustrato recipit, non impedire cæterorum luminum aspectum, quia lumen ita est obiectum visus, vt sit etiam medium, cuius interuentu omnia cernuntur, qd proinde nullius visionem debuit inhibere. Ad secundum dicitur; Cùm anima rebus alijs nimis intenta est, ita vt nihil ad rem visam aduertat, non dari visionem; quia nec datur integra illius causa, deficiente videlicet applicatione ipsius facultatis, à qua videndi actio manat. Ad tertium: Concessa Maiori propositione, neganda est Minor, & ad eius probationem dicendum, pyramidem claudi puncto; sed enim ad duos oculos non vnam duci pyramidẽ, sed ad vnumquemque suam. Nec obstat quòd obiectum sit vnum, quia ab eadem re infinitæ pyramides proficisci queunt. Ad quartum dicendum, Nõ ob eam causam, quæ in argumẽto efficitur, coniungi neruum opticum; Nam quod non fit necesse coire in eo species, ne res geminæ appareãt, ex eo planè conuincitur, quia alioqui oporteret dari

*Respõdetur argumentis aduersariæ opinionis.*

*Solut. 1.*

*Solut. 2.*

*Solut. 3.*

*Solut. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



etiam ante cerebrum aliquem nerum, in A quo species audibiles hinc inde in vnum copulentur, ne soni simplices duplici videantur. Quid autem causæ sit, cur geminata in oculis visione, & in auribus auditione, non appareat geminatum id, quod simplum est, in Problematis exponemus.

*In Problemat. sect. 31. q. 5. & 6. probl. 29.*

## QVAESTIO VIII.

### *VTRVM IN SPECVLO imago videatur, an non.*

### ARTICVLVS I.

### *AFFIRMATIVAE PARtis argumenta.*

COnstat quædam esse corpora, quę imagines reddunt, vt aquam, æs politum, & gemmas quasdam. Nihil tamen eas C æquè perspicuè reddit, ac specula è vitro, cui plumbum auersa parte illitum sit. Etenim vitrum ob lævorem & pellucentiam facilè imagines excipit; sed impressas non remittet, nisi eas opposito alienius corporis denso & obscuro fulciat. Hinc solertis naturæ ingenium occultis ac pellucida species animantium ad speculorum imaginem efformasse videtur: siquidem humori crystallino nigrorem quendam à tergo adiunxit, è quo ad eos, qui aliorum pupillam introspiciunt imago resiliat, vnde scite dictum est, Vt speculum oculus est artis, ita oculum esse naturæ speculum. Antequam verò ad institutam quæstionem veniamus, illud hoc loco monuerimus; videlicet speculorum vsum, qui magna ex parte in luxum abijt, ad animi vtilitatem non posse parùm conferre. Hinc Socrates, vt Apuleius refert, speculo ad morum disciplinam vtebatur, idq; etiam adolescentibus, vt faterentur, præcipiebat; quo si liberali E forma essent, ne illam vitijs contaminarent, si deformi specie, eam motum elegantia compensarent. Quo spectat illud Senecæ Naturalium quæstionum libro primo, capite decimoseptimo. Inuenta sunt specula non vt barbam faciemque velleremus, aut vt faciem viri politremus, sed vt homo ipse se nosceret. Multi ex hoc consequuti sunt primò sui notitiam, deinde & quoddam consilium; formosus, vt vitæ et famæ; deformis, vt sciret reddendum esse virtutibus, quicquid corpori deesset. Iuuenis, vt flore ætatis admoneretur, illud tempus esse discendi, & fortia audiendi: senex, vt indecora canis deponeret, & de morte aliquid cogitaret. Ad hoc rerum Natura facultatem nobis dedit, nosmetipsos videndi. Fons cuique perlucidus, aut lævę saxum imaginem reddit. Nuper me in littore vidi, cum placidum ventis staret mare. Quales frustra cultum putas ad hoc speculum secerimus vultum? Aetas illa simplicior, & fortuitis contenta, nondum in vitia beneficium detorquebat, nec inuētum naturæ in libidinem luxumque rapiebat.

*Oculi velut ti fissat. Speculorum vsus etiã ad animi compositionem. Seneca.*

His positis, solet in controuersiam adduci, num in speculo, (quod similiter de alijs corporibus, a quibus rerum simulachra ad aspectum desiliunt, intelligendum erit) num, inquam imago rei, an potius res per eam repræsentata videatur. Quam quidem controuersiam Seneca libro septimo Naturalium quæstionum, capite quinto, cùm proposuisset, integram reliquit. Quod ergo imaginem cerni affirmandum sit, tum communi hominum existimatione, tum sensu ipso conspicuum videtur. Item, quia si obiectum cerneretur, & non imago, interemur obrectum in suo proprio situ & loco, ac sub ea magnitudine, qua præditum est: cum tamen secus rem habere conflet. Id enim, quod aspicimus, non nisi in speculo constitutum sese nobis offert; & multo minus apparet, atque etiam in longiori distantia, quàm est. Tertio, quia in speculo plano secundùm Orizontem collocato, summa pars rei visæ apparet suprà, ima verò infrà; & in speculo facto simpliciter videntur gemina, atque in speculis quibusdam certo modo compositis, non geminata tantùm, sed numerosa multitudine. Quæ omnia non à liunde videntur prouenire, quàm ex diuerso modo, quo imago in speculis recipitur, & inde se spectandam offert. Postremo, quia cum ab aere, vt interdum accidit, reflexio ad visum fit, id, quod cernitur non est res ipsa, sed eius simulacrum, vt non obscurè tradit Aristoteles 3. lib. Meteororum, capite 4. vbi ait, cuidam (hunc Antipheontem Orejanum fuisse memorant) semper imaginem suam ab aere repercussam ante oculos obuersari solitam. Itaque non sensit Aristoteles Antipheontem se ipsum, sed sui imagine in aere obtueri contigisse. Quod etiam de speculo prorsus dubio pronunciasset, cum vbique eadem omnino ratio sit.

*1. argumentum probans imaginẽ videri.*

*2.*

*In speculo facto multiplex sim. pars sim. cur multiplex appareat obiectum.*

*3.*

*Cantuar. & alij. 2. Perspect. c. 3. conclus. 4.*

### ARTICVLVS II.

### *NON VIDERI IN SPEculo imaginem.*

INpropositadubitatione variè sunt auctorum sententiæ. Nam Scotus in lib. 2. dist. 13. quæst. 1. Auerroes lib. de Sensu & sensi. cap. 1. D. Thom. de Veritate, quæst. 8. art. 5. & art. 15. assent lapidem & eius imaginem in speculo semel videri, idemque repetit 1. part. q. 58. artic. 3. quod exemplum vberius enarrans Capreolus in primo, dist. 35. quæst. 2. artic. 1. in solutionibus argumentorum contra secundam conclusionem, ait visile producere speciem sui vsque ad speculum, quę visile duntaxat referat; tum ab speculo vsque ad oculum effundi vnam tantùm speciem, quæ vtrumq; repræsentet. In eadem sententia sunt Caiet. 1. P. q. 56. art. 3. Cælius lib. 15. c. 1. Ioan. Gand. q. 9. de Sensu & sensili, Thimon 3. Meteor. q. 4.

*Videri silicem & imaginẽ eius, D. Thomas Caietanus Capreolus Cælius.*

† *Ant. Andr. super authorem 6. princ. Tolet. q. vlt. huius lib. Lemn. lib. 2. de Occul. nat. mir. cap. 33. Palatius in 2. Sent. dist. 3. disp. 5.*

*Contrariã opinantur Cyrurnus, Vitellio, Richardus, Conclusio.*

† Contraria tamè opinio vera est, quã omnes fere Perspectiui amplectuntur, vt videre est apud Ciruel. lib. 2. Perspect. cap. 2. concl. 13. & Vitell. lib. 5. Richardum 4. dist. 11. q. 1. in 6. princ. Apollin. hoc in lib. q. 17. alioqui non pauci. Ea verò hæ conclusione explicabitur: In speculo non videtur sola imago rei, nec res simul cum imagine, sed sola res à qua imago speculo imprimitur. Hæc assertio cùm tribus constet partibus, quoad priorem ita concluditur: Quicquid videtur aut color est, aut lux; hæc enim tantùm sub obiecto visus continentur; sed imago neutrum horum est; ergo ea non videtur. Secundo, species visualis est homogenea, ac quælibet eius pars totum obiectum refert, vt supèrius diximus: atqui in speculo in alia parte caput, in alia pedes, cæteraque membra sese aspectui ingerunt. Non potest ergo id, quod cernitur, esse species visualis. Tertio, quia imago diffunditur toto speculo, & tamen id, quod aspicitur, nõ in toto speculo cernitur. Quarto, quia imago est in sola superficie speculi confecti ex chalybe, & tamen se vsq; apparet in profundo. Quinto, quia si imago videretur in speculo, cùm nihil nisi per similitudinem potentiæ inditam percipiatur, vel imago cerneretur per similitudinem eiusdem speciei, vel diuersæ. Non eiusdem; tum quia esse notionale, quale est imaginis, semper ab eo, quod significat, distinguitur natura, tum quia nulla maior ratio est, cur simulacrum coloris, quàm cur similitudo imaginis differat specie ab eo, cuius simulacrum est, tum postremo quia similitudines distinguuntur specie per obiecta, quæ repræsentant: cùm igitur color & eius similitudo naturam specie diuersam obtineant, consequens est, vt etiam imago coloris & imago similitudinis ipsius coloris naturam specie differentem sortiantur. Quòd autem imago in speculo per aliam similitudinem ab ipsa specie distinctam non cernatur, ex eo suaderur, quia tunc visio, quæ circa speculum fit, non esset reflexa, siquidem à speculo ad oculum ducitur recta linea. Quod si aduersarius dicat obiectum respici per lineam reflexam, imaginem verò per rectam, iam negat solam imaginem videri, quod antè asserebat. Secundo, lux directa & reflexa sunt eiusdem speciei; ergo imago per rectam lineam effusa ab obiecto in speculum, & per reflexam ab speculo desilliens ad oculum, erit eiusdem speciei: atqui illa solum repræsentat obiectum; ergo & hæc.

*Non videtur*

Iam verò quòd simul & imago & res per eam significata non spectetur, inde iam constat; quia earenus tantum dicerentur videri à nobis simul res & imago, quatenus idem est motus in imaginem & in rem, quam imago repræsentat, vt scriptit Aristoteles lib. de Memor. & remin. cap. 2. Quare cùm obtensum sit, aspectum nostrum non ad imaginem speculo insidentem terminari, planum sit, inquiunt, deci non posse, nos & imaginem & rem, quam imago significat, in speculo videre.

*simul res & imago.*

*Solum res in speculo cernitur.*

Superest ergo, vt quod in speculo cernitur, sit res speculo opposita, v. g. cùm Socrates in speculum intuetur, seipsum in eo videt per speciem à speculo desilientem; quia nimirum primò in speculum sui imaginem rectè impressit, deinde imago ab speculo repercussa ad oculos redit, qua obsignati oculi ipsiusmet Socratis visionem eliciunt, tenduntq; in Socratem, non in proprio situ, sed in alieno, videlicet in eo, à quo imago ad aspectum resiliat. Nec id mirum videri debet, cùm id visioni reflexæ peculiare sit. Quæ de re multa apud Vitell. lib. 5. Perspect. & sequentibus.

*An videris se in aere Antipheontem.*

Nunc aduersæ partis argumentis occurramus. Ad primū dicendum, etsi non solùm vitrea, sed lapientum nonnulli censuerint videri in speculo imaginem, idque ita esse sensui videatur, re verà tamen aliter rem habere, vt suasit à nobis commonstratum. Ad secundum quid dicendum sit, ex proximè dictis patet.

*Solutio rõ gumenti 1.*

*Solut. 2.*

Ad tertium, varietatē illam penes situm, qua res spectata in speculis offert, item geminationem multitudinemve eiusdem, nasci ex situ ipso, vel compositione speculorum, & ex modo, quo regreditur imago, per quam res videtur. Quæ omnia si à nobis particulatim, & enucleatè expendēda essent, oporteret ea de re integram atque alienam à præsenti institutio tractationem attexere.

*Solut. 3.*

Ad vltimum, quod etiam in lib. Meteor. tract. 4. cap. 3. differimus, respondemus, locutum fuisse eo loco Aristotelem ex communi vulgarium hominum sententia; quemadmodum & eandem, cur Antipheonti sui imago præue semper videretur, reddidit non ex suo, sed ex Platonis dogmate, qui, vt supèrius diximus, aspectum per egressum radiorum visualium ab oculis heri credebat. Itaq; docuit ibi Aristoteles ideircò Antipheonti sui simulacrum obseruari solitū, quia adeo imbecilli visu erat, vt radij ab eo exilientes non possent vltrà progredi, & aerem propellere; sicque à proximo aere quasi à speculo confestim ad oculum redirent, & vbi ea repercussio fiebat, propriam formā intuebatur; ita Aristoteles. Si tamen germanam huius rei causam requiris, respondet Alexander nubeculam aliquam Antipheontis ante pupillam coactam fuisse, è qua ob densitatem reflexio imaginis ad humorem crystallinum fiebat, atque ita videre se illum in aere putabat, cùm re vera intra oculorum orbem videret; quemadmodum ob

Universidad de Deusto Biblioteca



eiuſmodi materiæ intra oculos concretionem, interdum culices in aere volantes intueri nobis videmur, venulis, quæ ad pupillam ſunt materia illa oppletis, ideoque aliquantulum ſublatis, ita vt alarum quandam ſimilitudinem præ ſe ferant.

Huic tamen ſolutioni illud obſtat, ꝙ cùm intra oculum non poſſit gigni imago totius corporis, vel faciei, cùm oculus non opponatur illis ex aduerſo, vtique non poterat Antipheron ſe per imaginem in oculo ipſo genitam conſpicere. Quare dicendum potiùs, ab aere ad Antipherontis oculos ophthalmia laborantes, reflecti ſolitam quaſi ab ſpeculo imaginem, qua ſe aere vicino intuebatur. potuit enim ab oculis eo morbo affectis humor diffluere, quo aer craſſeſceret, eamque repercuſſionem faceret. Altera ſolutio ſit: Forſitan Antipheron neque intra oculum, neque in aere ſeipſum videbat, ſed læſa imaginatione, id quod apprehendebat, exteriùs accidere putabat. Narrat enim de ipſo Ariſtoteles in libro de Memoria & reminiſcentia, cap. 1. eum idola omnia, quæ phantaſia concipiebat, tanquam facta & geſta narraſſe. Lege Galenum de Loc. affect. lib. 3. cap. 3. quo loco oſtendit, propter affectum humore melancholico cerebrum, ſibi perſuaſiſſe nonnullos, exteriùs obuerſari oculis plurima, quæ interiùs ſolummodò conficta erant.

## QVAESTIO IX.

### VTRVM II QVI AQVARVM *inſpectores vulgò habentur, re vera ſub terris aquas videant.*

### ARTICVLVS I.

### *QVAESTIONIS IN VTRAMque partem diſceptatio.*

PRo explicatione propoſitæ dubitationis aduertendum eſt, ex ijs, qui Aquileges nuncupantur, quoſdam eſſe, de quibus Plinius lib. 31. Natur. hiſtor. cap. 3. agit, qui tantùm externis quibuſdam indicijs explorant, vbi aquæ ſubſint; quibus ad id præter vulgares notas, videlicet iuncum, aut arundinem, multumque alicui loco incubantem ranam. Illud peculiare ſignum eſt; Si ante Solis ortum longiùs intuentibus exhalatio aliqua nebuloſa prætenuis appareat; quam tamen ex edito ſpeculantur proni, terram mento attingente. Eſt etiam, vt loco citato ait Plinius, alia æſtimatio peritis tantũ nota, quam feruentiſſimo æſtu ſequuntur, dieique horis ardentiſſimis, qualis ex quoq; loco repercuſſus ſplendeat. Nam ſi terra ſitiente humidior eſt ille, indubitata ſpes promittitur, ſed tanta

*Indicia latẽtis aquæ. De his ſignis Vitruuius libro 8. de Architectura.*

A intentione oculorum opus eſt, vt indoleſcãt, quod fugientes ad alia experimenta decurrunt, &c. Alij ſunt, qui profitentur ſe aquas terra latentes intueri. De his noſtra quæſtio eſt. Nam quòd hoc fictitium omnino ſit, ex eo videtur oſtendi, quia cùm viſio non fiat, niſi tranſmiſſis ab obiecto ſpeciebus per diaphanum actu illuſtratũ, terra verò opaca ſit, ac nequaquam lumini peruia: quonam modo aqua terræ ſinu obliteſcens videri poterit? B Secundò, quia vel id prouenit ex perſpicacitate & acumine; vel ex qualitate aliqua ijs hominibus naturæ dono inſita. Primum dicendum non eſt, cùm ij homines cætera non acutiùs videant. Nec ſecundum, quia non apparet, quænã eiuſmodi qualitas ſit; ergo, &c. Accedit ꝙ nonnulli, qui hoc munus venditabant, fatſi ſunt nihil ſe minùs, quàm aquam ſub terris videre, ſed id ad quæſtum finxiſſe. Quare & ij, quorum dicto effoſſis puteis aquæ repertę ſunt, quibuſdam venêre in ſuſpicionem initi cum Dæmonibus fœderis.

*Quibus rationibus probetur nõ videri aquas ſub terra.*

At enim in contrariam partem non deſunt etiam argumenta. Ac primùm, quòd tametſi mirum ſit, non debeat tamen impoſſibile iudicari, quoſdam eſſe, qui eo naturę munere afficiantur, vt ſub terris aquas videant, reddi poteſt probabile multorum hominum exemplis, quibus peculiares quædam affectiones præter communem ordinem & con- D ſuetudinem ab ipſo ortu datæ ſunt. Nam Alexander Macedo ex cute & membris ſuauiſſimum odorem afflabat; & qui eius menſis præerat Demophoon, in Sole balneoque rigebat, æſtuabat in vmbra. Tiberius Cæſar expergefactus noctu paulisper non aliter, ꝗ̃ meridia luce, omnia continebatur, paulatim tenebris ſeſe obducentibus: & noſtra etiam ætate ciuis quidam Brigantinæ vrbis in Luſitania noctu adeo acute videbat, vt minutiſſi- E ma quæque diſtingueret. Athenagoras Argiuus à Scorpionibus percuſſus nihil dolebat. Tintyritæ incolæ Aegypti inter Crocodylos impune verſantur. Quædam Aethiopũ gens ex aduerſo Meroes ad vſque fluuium Hydaſpem citra periculum aſpides comedũt. Longum eſſet cætera perſequi. Solet quippe natura hiſce quaſi digreſſionibus extra chorum ſaltare, vt extraordinaria varietate vniuerſi pulchritudinem augeat.

*Pro aquarũ inſpectoribus.*

*Cælius libro 29. cap. 17.*

*Plin. lib. 11. c. 37. Tranquill. in Tiberio, c. 68.*

*Cælius libro 30. cap. 9.*

Item, quòd non repugnet cerni prædicto F modo aquas, probatur ex eo, quia lynces dicuntur ea, quæ trans parietem ſunt, aſpicere: quod etiam Hiſtorici de quodam Argonauta, qui Lynceus dictus eſt, memoriæ prodiderunt. Nec officit quòd non videantur per terræ obſcuritatem tranſmitti poſſe imagines ab aqua ad aſpectum. Enimuerò haud improbabile eſt, quod Stoici Philoſophi tuebantur; videlicet terram nonnihil luminis imbibere, atque adeò etiam ea, quæ terræ ſinu latent ad aliquã diſtantiam incluſa ſunt, iacere

*Cælius libro 16. cap. 2.*

ex ſe



ex ſe proprias imagines, verum ita tenues, vt ordinariæ, & communi videndi facultati non congruãt; ſed ei, qua præditi aquileges ſunt. Nec item ſpecierum traiectionem impediet terræ denſitas: ſiquidem denſior quàm terra eſt cryſtallus, quæ tamen luce perfuſa ſpecies tranſmittit.

### ARTICVLVS II.

### *QVAESTIONIS EXplicatio.*

HIs ita in vtramq; partẽ diſputatis, nonnulli ætatis noſtræ nobiles Philoſophi affirmatiuam partem amplectũtur: nimirum, reperiri homines, qui re vera aquas terra latentes conſpiciunt. Adducũtur autem vt ita opinentur, non tam philoſophicis rationibus, quàm experientia. Fuerunt enim non pauci extantq; adhuc nonnulli, qui multis in locis occultam aquæ vim ſua inſpectione offenderunt: nõ interueniſſe autem ad id opem Dæmonum ſuadet diligens, & accuratũ examen; quo eorum hac in re probitas publici iudicij authoritate explorata fuit. Tum verò quòd quibuſdã etiam brutis animãtibus hanc cernendi vim à natura datam fuiſſe perhibent, argumẽto quod certis quibuſdam locis aſpectu magnoperè terrebantur, vbi eruta terra, ſubterfluentes aquæ repertæ ſunt.

*Sint aquileges necne, vtrũq; probabile.*

Qui negatiuam partem ſequuntur, ea, quę diximus experimenta ad externa ſigna, ad mendacia, ad veneficia, ad caſum referunt. Si qui tamen affirmatiuam ſequi voluerint, ad

*Satisfit argumentis pro vtraq; parte adductis.*

A primam aduerſariorum rationem reſpondebunt cum Stoicis, terram quidem opacam, & obſcuram eſſe, non quia nihil prorſus luminis interiùs ſaltem intra poros admittit, ſed quia id adeo exiguum eſt, vt pro nihilo habeatur, præſertim cùm ordinariè ſub aſpectũ non cadat. Non videre aũt aquileges aquam ſine aliquo lumine, argumento eſt, quod aquam exploraturi, meridianã lucem quærũt, & ſolis ſplendorem, quo nimirum è profun- B do ſpecies hauriant, & ad aſpectum euocent. Quæ ſpecies per aërem poris terræ contentũ forte traijciantur.

Ad ſecundum dicendum, vt plurimum id nõ prouenire ex nimia perſpicacitate, ſaltem reſpectu omnium viſilium, vt probat argumentum, ſed ex peculiari affectione occulta, quæ viſus proportionẽ ad vſum talium ſpecierum, & tam exigui luminis habet: quanquam interdum cum ea proportione repertũ C fuiſſe dicitur mirum acumen ad res omnes quam longiſſimè tuendas; vt in Lynceo Argonauta, cuius ſuprà mentionẽ fecimus, qui non ſolùm terra interpoſita videbat, ſed ſolitus etiam fuiſſe perhibetur exeuntem à Carthagine claſſem Punicam, numerumq; nauiũ ex ſpecula Lybicana manifeſtiſſimè notare. Idemq;, quod paucis mortalium contigit, nouiſſimam lunam, primamq; in ſigno Arietis eodem die conſpexit.

*Non videbitur aqua ſub terra ſine aliquo lumine.*

*Plinius lib. 2. cap. 17.*

D Ad vltimum, haud mirum eſſe, quòd quidam videre ſe aquas finxerint cùm non viderent, nihil eſt enim in iſtiuſmodi rebus tam certum, & conſtans, quod ſimulatores non inueniat.

ΚΕΦ.

### ΚΕΦ. Θ.

Νῦν δὲ πρῶτον περὶ ψόφου καὶ ἀκοῆς διορίσωμεν. ἔστι δὲ διττὸς ὁ ψόφος. ὁ μὲν γάρ ἐνέργειά τις, ὁ δὲ δύναμις· τὰ μὲν γὰρ οὔ φαμεν ἔχειν ψόφον, οἷον σπόγγον, ἔρια· τὰ δ᾽ ἔχειν, οἷον χαλκὸν, καὶ ὅσα στερεὰ καὶ λεῖα, ὅτι δύναται ψοφῆσαι. τοῦτο δ᾽ ἐστὶν αὐτοῦ μεταξὺ καὶ τῆς ἀκοῆς, ἐμποιῆσαι ψόφον ἐνεργείᾳ. γίνεται δ᾽ ὁ κατ᾽ ἐνέργειαν ψόφος ἀεί τινος πρός τι καὶ ἔν τινι· πληγὴ γάρ ἐστιν ἡ ποιοῦσα· διὸ καὶ ἀδύνατον ἑνὸς ὄντος γενέσθαι ψόφον· ἕτερον γὰρ τὸ τύπτον καὶ τὸ τυπτόμενον· ὥστε τὸ ψοφοῦν πρός τι ψοφεῖ, πληγὴ δ᾽ οὐ γίνεται ἄνευ φορᾶς.

ἄνευ

### CAPVT VIII.

NVnc autem poſt hæc de ſono & auditu determinemus oportet. Eſt itaq; ſonus duplex: quidam enim eſt actu: quidam potentia ſonus. Nam corporum quædam non habere dicimus ſonum, vt ſpongiam, lanam, & huiuſcemodi, quædam habere, vt æs, & quæcunque ſolida, leniaque ſunt, quia poſſunt ſonare, id eſt, inter ſe, & auditum ſonum efficere. Text. 77. b Fit autem actu ſonus alicuius ſemper ad aliquid, & in aliquo: ictus eſt enim, qui ſonum efficit ipſum. Quapropter fieri non poteſt, vt ſi vnũ ſit corpus, ſonus efficiatur; quippe cùm aliud ſit id, quod verberat, aliud quod verberatur. Quare id, quod ſonat, ad aliquid ſonat. Sine autẽ latione nunquã efficitur ictus. Text. 78.

c Atq;

### CAPITIS OCTAVI EXPLANATIO.

NVnc autem ]A viſu ad auditum tranſit, quòd hic ſenſus ſecundum dignitatis locum inter cæteros ſenſus externos vendicet, vt progreſſu patebit. Continet autem hæc diſputatio partes quinq;. Vnam de obiecto auditus, hoc eſt, de ſono: alterã de eius functionibus: tertiam de organo: quartam de ſonorum differentijs: quintam de inſtrumentis, & generatione vocis. Docet ergo in primis ſonum duplicem eſſe: vnum actu, alterũ poteſtate. Sonus actu, eſt cùm corpora ſonũ efficientia actu collidũtur: poteſtate, cùm corpora, quæ ſonare queũt, non actu collidũtur, ſed potentia tantùm.

b *Fit autem actu ſonus.* ]Aggreditur ad explicandũ quonam modo ſonus actu fiat; cum verò

Universidad de Deusto
Biblioteca



sonus duplex sit: directus, & reflexus, priùs de directo, qui reflexũ necessariò antecedit, disseritur. Docet igitur ad directum sonum edendum tria corpora concurrere, nimirum corpus percutiens, percussum, & medium: quod iam ostensum est. Id verò ita probat: Sonus resultat ex ictu, seu percussione, hæc autem nõ datur, nisi vnum corpus percutiat, alterum plagam excipiat. Igitur ad sonum producendũ duo exiguntur corpora. Deinde, percussio nõ fit, nisi vnum corpus ad alterum loco moueatur: hæc autem motio indiget medio, cum latio non sit in vacuo. Igitur tria corpora ad sonum conueniunt; duo extrema, & vnum medium.

*Trium corporum concursus sonum facit.*

c *Atq;*

---

c *Atq; vti diximus, non quorumuis ictus corpus sine vllo discrimine sonum efficit, nullis enim effecit soni, si percussa fuerit lana, sed æs, & quæcunq; sunt lanis cõtinuæ; at quidē, quia corpus est leue, concauum verò, quia aer reflexione copiosus post primũ efficiunt ictum, quippe cùm nũ possit aer motus, ac agitatus exire. Præterea audiuntur quidē sumus & in aere & aqua. At verò nec aer est auctor soni, nec aqua, sed opus est, vt inter se solidorum corporum, atq; ad aërem ictus fiat, quod quidem tum fit, cùm aër percussus permanet, neq; dissundit. Quapropter si cito, vehementerq; percutiatur, sonat, opus est enim vi percutientis motus dissusionē præuenire aërem: per inde atq; si cumulũ aut acerui arenæ cum feriat, velocitèr quispiam verberet. At fit autem Echo sonitus, inquam, qui post sonum redditur, cùm aer factus vnus ob eas, vel locis, qui terminant ipsum, atque dissolui prohibuit, inde refilit, veluti pila reflexus. Videtur autem talis sonitus fieri semper, sed nõ semper clarus efficitur. Nam ex infinito perinde atque in lumine fit. Lumẽ enim semper refrangitur: alioquin non fieret lumen vbiq; sed essent exiti a loctum eum tenebræ, quò radij soli perueniunt. Verùm non ita semper refrangitur, vt vmbram efficiat, quà terminat lumen solemne, quod quidem tum fit, cùm ab aqua, vel aere, aut vmbris, vt quæ sese*

Text. 79.

Text. 80.

Text. 81.

*Echus quid sit.*

*Illitur. Reflexũ autem à veteribus audientis vacuo vibratur auctoritas. Nam aër vacuum esse videtur, si autem est, qui audire facit, cum continuus vnusquisq; fuerit agitatus. Verùm quia fragilis est, nõ personat nisi id, quod est percussum, sit lane, si enim vnus ipse simul ob planitiē ipsam enadit, leuis nanq; corporis planè est vnum. Id igitur sonum efficit, quod mouet vi, ad auditum continuatione aërem vnum.*

*Inest*

---

c *Atq; vti diximus.*] Docet qualia esse debeant ea corpora, quæ percussa sonum editura sunt, idq; nonnullis propositis conditionibus edisserit. Prima est, vt sint ænea, sic enim sibi mutuo obsistent, & intercluſum aërem sonent: cuius conditionis defectu corpora lanea non reddunt sonum. Secunda est, vt sint læuia, quia læuiõ vna est æquabilis superficies, qua totus aër simul diuerberatus sonabit: nec fluctuatim comminutus silentio egredietur. Tertia, vt sint concaua: Nam hæc ad sonũ efficiendum aptiora sunt: quia aër intus inclusus postictum ad latera concaua repercutitur, vt in tintinnabulis videmus. Deinde, agit de medio soni, docetq; id esse aërem & aquam: licet hæc non sint præcipua causa sonum efficiens, sed corpora solida aërem comprimẽtia, ita vt percutientis motus dissipationem aeris præueniat, ac vincat. Vnde fit vt percussio velox, & ocyssima esse debeat, alioqui sensim aer diffluet absq; sono. Quod Aristoteles exemplo declarat. Nam arenæ cumulum descendentem, si quis celeriter, ac vehementer percutiat, ita vt ob velocitatem eius diffusionem præuertat, sonum efficit; contrà verò accidet si arenam sensim & leuiter feriat.

*Corpora ænea sonum efficiunt ob duratiem, concauaque sunt.*

*Quod sonus audiatur.*

d *Vti autem Echo.*] Differit de generatione Echus seu soni reflexi, quem ait fieri cùm sonus Ex sono resultat, id est, cùm aër ictus in corpus, quod ei tentitur incurrit, cumq; vlterius progredi non possit, dispergitur, & dissultat, vt pila: Docetq; semper huiusce modi reciprocas voces fieri, licet præ sua exilitate sensum effugiat: quod & in lumine accidit, nam etsi nõ ita nobis effulgeat, semper resilit, etiã in eas partes, vbi est vmbra: alioqui tenebræ vbiq; essent, excepta



ceptis locis soli oppositis, vbi splendor & radius palam incubat. Sic igitur & soni reflexio semper fit, quia semper ex sono percussus aer inuenit corpus, vnde recipiuceatur: non tamen sensu percipitur, aut quia species recurrẽtes prætenues sunt, & iam penè emortuæ: aut quia adhuc adhuc species directæ, aut etiã multo ante factæ: quod in causa est, ne Echo vti diuersus sonus percipiatur. Cõmonet deinde probè asseruisse antiquos philosophos aerẽ esse medium, quo sonus percipitur, qui tũc aptè immutat, vt auditio fieri queat, cùm totus aer inter corpus, quod sonat, & audiendi facultatem interiectus afficitur, vt in auditum species transmitti possint.

*Quemadmodum sonum comitatur Echo, quamquam non semper percipiatur.*

c *Inest*

---

c *Inest autem auditui quidam insitus aer, atque cum auditus in aere sit, cum externus aer mouetur, & internus mouetur at agitatur. Quapropter animal non omnis audit ex parte, neq; quòuis aer penetrat, quippe cum animalium no habeat aerem vbiq; qui possit quauis sua parte moueri. Ipse igitur aer vacat ex sese, quia facile dissipatur ac dissoluitur: verum cum prohibetur dissolui, tum motus ipsius est sonus. At is aer qui in auribus est celeratur, intus est coditus vt sit immobilis, atq; vt hoc exactè sentiat differentiat motus motui. Et propter hoc in aqua etiã audimus, quia non ingreditur in ipsum insitũ aerem, nec in aurẽ ob obliquitatem ipsius aqua, quod si acciderit, non audimus. Nec item, si aperuerit ipsa membrana. Quemadmodum etiam non videmus: cùm capellis agrotat, quæ pupillam complectitur. Et enim signum id est audiendi, vel non audiendi. Nam aurem semper sonus perinde ac cornu, semper enim aer insitus motu sua quadã in auribus agitatur. Verum ipse sonus alienus est, & non proprius. Et propterea veteres vacuo non inquiunt audire, ac personare: quia audimus ea, quod determinatum aerem habet. g Sed virum horum duorum sonet: virum id quod verberatur, an id quod verberat. At constat virumq; sonare, multo autem diuerso. Sonus enim motio est eius, quod eo motu mouerit potest, quo mouetur ea, quæ resilint à corporibus læuibus cùm quippiã percutit. Nec tamen quodnus tam verberatis, quàm verberans sonũ efficit, vti diximus, non enim vt pars, sonus efficitur, si aëra feriat aut. Sed opus est, vt id, quod verberatur, sit planum, quo simul aer inde resiliat, tollive circumstetur.*

*Aerem insitum esse organum auditus.*

*Tũ genitũ, quã percutiens corpus vi resilit.*

h *Atq;*

---

e *Inest autem auditui.*] Explanat qua ratione audiendi instrumentum à sono immutetur. Habet quippe auditus organo suo congenitũ aerem, qui ab externo aere moto notionaliter etiam, id est, per species mouetur. Ideoq; non omnia animantium membra audiendi vi polleant: quia non omnibus huiusmodi aer innatus est, sed tantummodo auribus, intra quas ob id sonus melitescit. Porrò discrimen est inter externum aerem, & eum, quem auribus natiuum ponimus, ait enim quod licet vterq; sono expers sit, ille tamen facilè dissipatus, sonumq; edit, hic verò immotus persistit, vt omnia sonorũ genera comprehendat, & dignoscat, quemadmodũ & humor crystallinus omni colore vacat, vt colores omnes percipiat: ob eamdẽ causam etiam intra aquã audimus, quia ipsum aerem auditui congenitũ aqua non subit. Quod si vnquam vehementiori facto impetu, eò irrumpat, non sentitur sonus. Quod similiter accidit cum membrana aerem illum complectens vitio aliquo laborat.

*Quo pacto auditus instrumentum à sono immutetur.*

*Aerem insitum esse organum auditus.*

f *At enim signum.*] Quod congenitus aer atq; immotus organum sit audiendi signo quodam ostendit. Si enim auris quodam veluti bombo pertonat instar cornu, minimè audimus, moto scilicet & agitato atq; adeo malè affecto interno illo aere. Qua de causa (inquit Aristoteles) veteres quidam putarunt etiam in vacuo audiendi actionem elici posse, quod satis esset intra nos congenitum aerem pulsari.

*Tũ genitũ, quã percutiens corpus vi resilit.*

g *Sed virum horum.*] In quæstionẽ adducit, quidnã soni causa dici debeat: percutiẽsne, an percussum. Respõdet vtrumq; esse causam soni: alia tamen, atq; alia ratione. Percussum quatenus resistendo, percutiens quatenus feriendo in causa est vt interceptus aer dissiliat; si-

quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca



quidem sonus ex conflictu duorum corporum. & ærис desultu nascitur. Deinde, rursus explicat cuiusmodi esse debeant corpora, quæ se ferunt ad sonum, vtriq; læuia, & plana esse oportere, quia ab asperis ob eminentias, & superficierum inæqualitatem non sesilijt vnus aër continuus, quod ad sonum necessum est, sed dissiluit, ac dispergitur.

h *Atq;*

---

αὐ ἧ λεῖα φορεῖ τῶν ψοφούντων, ἐν τῷ ποιεῖ ἀνίεσθαι ψόφον ὀξύτητι· ὥστε ἀφ' ἑβδόμου φωνοῦ ἐς τὸ ἕκτον τὸ ἀπὸ τούτου, ὅτου ὑπὸ ταῦτα ψόφου τὸ ὀξὺ ἔσται τὸ βαρύ. τοσοῦτο ἧ λέγεται κῶ μεταφορᾷ, ὅτι τὸ κίνησιν τὸ ἀφ' ὑμῶν ποιεῖ τῷ αἰῶνι ἐς ὀλίγον χρόνον ἐπὶ πολύ. τὸ ἧ βαρύ, ἐν πολλῷ ἀντ' ὀλίγου· κῶ ὀξὺ τοὐναντίον τὸ ὀξύ, τὸ ἧ βαρὺ βραδύ, ἀλλὰ χίλιοι τὰ μὲν. ἀφ' ὧν τὰς πληγὰς ποιοῦν· τὸ ἧ. ἀφ' ὧν βραδὺ γίνεται. ἔοικε δὲ ἀβέλτερον εἶναι τὸ ἀφ' ὧν τὸν ψόφον ὀξὺ ἔ βαρύ λέγειν. τὸ μὲν γὰρ ὀξὺ οἷον κοστεῖ, τὸ δ' ἀμβλὺ οἷον ὠθεῖ ἀφ' ὧν τὰ κινοῦν, τὸ μὲν ἐν ὀλίγῳ, τὸ ἧ ἐν πολλῷ· ὥστε συμβαίνει τὸ μὲν ταχύ, τὸ ἧ βραδὺ εἶναι. ἀφ' ὧν μὲν ἡ ψόφου, ποιοῦν ἀκούειν. ὃ ἧ φωνή, ψόφος τίς ἐστιν ἐμψύχου· τὸ γὰρ ἄψυχον οὐδὲν φωνεῖ, ἀλλὰ κατ' ἐφαπτομένου λέγεται φωνεῖν· οἷον αὐλός, καὶ λύρα. ἔοικε δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀνάγκην, δοκοῦσαν ἔχειν ἔ μιλεῖν, ἔ ἀξιόλογον· ἔοικε γὰρ ἐν ἔ ἀφωνεῖ τοσοῦτο ἔχειν· πλὴν ἧ ἔ ζώων ἕκαστον ἔχει φωνὴν. διὸ τὰ τε ἄναιμα μόρια ἔ τὰ ἀναίμων οὐκ ἔχουσι φωνήν. ἔ τῶν ἐναίμων, ὅσα μὴ ἀναπνοὴν ἐπιδέχεται ὁ ψόφος. ἀλλ' οἱ λεγόμενοι φωτῆρες, οἷον ἐν τῷ Ἀχελῴῳ ἰχθύες ψοφοῦσι τοῖς βραγχίοις, ἢ τισὶν ἑτέροις τοιούτοις. φωνεῖ δὲ ἐν ζώῳ ψόφος, καὶ ὧ τῶν ψυχρῶν μορίων, ἀλλ' ἐπὶ πᾶσι ψοφεῖ τοῖς ἔχουσι τοῦτο, καὶ τί, καὶ ὧ τοῦτο· τοῦτο δ' ἐστὶν ἀὴρ, ἀλλ' οὐχ ὅταν ἐκπνεόμενος ἀφῇ ἀπαθὴς ὁ ἀήρ, ἀλλ' ὅταν πληγεὶς ὑπὸ τῆς ἀναπνοῆς καὶ τῆς ἀφῆς ὑπὸ τῆς γλώττης ἢ τῶν χειλῶν ἢ τῶν ὀδόντων ἢ τῶν ῥινῶν. ἐὰν δὲ ἄλλως ἐκπνεόμενος ἀφῇ ἢ ἄλλως ἐμπνεόμενος, οὐ φωνεῖ· οὐδὲ ἐὰν ἐκ τοῦ ἐντὸς ἐμπνεόμενος ἢ ἐκπνεόμενος ἀφῇ ἢ ἐμπνεόμενος ἀφῇ· ὥστε τὸ ἐκ τοῦτο τοῦ μορίου ψυχῆς ποιεῖ τὸν κεκινημένον ἀέρα. φωνὴ ἐστὶν ὁ τοῦ πνέοντος ζώου ψόφος, φωνεῖ κεκινημένῳ πως ἀέρι τῷ ἐν τῇ γλώττῃ ψοφοῦντι, ὥσπερ οἱ βαπτόμενοι· ἀλλὰ δεῖ ἐμψυχόν τι εἶναι τὸ τύπτον, καὶ μετὰ φαντασίας πως· σημαντικός γάρ τις ψόφος ἐστὶν ὁ φωνή· καὶ ὁ τῷ ἀναπνεομένῳ ἀέρι, ὥσπερ ὁ βὴξ ἀλλὰ τούτῳ τύπτει τὸ τῆς ἀρτηρίας σῶμα· σημεῖον δὲ τὸ μὴ δύνασθαι φωνεῖν ἀναπνεόμενον μηδ' ἐκπνεόμενον, ἀλλὰ τούτῳ τύπτειν· ἀλλ' ὁ λίγγων ἐν φωνεῖ ἀεί χει. διόπερ οὐδὲ ἐμπνεόμενος ἢ ἐκπνεόμενος ἐν τοῖς ἄναιμοις ἐστὶν ὁ λόγος.

h *Atq; differentiæ sonorum.* ] Soni species, seu differentias innestigat, & qua ratione percipiatur docet aiens, sicuti visus nō distinguit colores absq; lumine, ita neq; auditū sono internoscere, nisi cum actu eduntur. Explicat vero quid sit acutum, & graue in sonis, ducta similitudine ab ijs, quæ tactū feriunt. Vt enim in his acutū dicitur quod in mucronē desinens breui tempore magnam plagā infert: obtusum vero, quod multo tēpore non facit, sic acutū sonū appellamus eum, qui breui tempore auditū acriter mouet, graue, qui parum. Vnde recte colligit Aristot. nō eundem esse velocem, & tardum sonum, acutū, & graue. Nam vt in ijs, quę tanguntur, acutum sequitur incisio, & velox diuisio corporis; obtusum verò pulsio, & tarda sectio, sic acutum sonū celeritas comitatur, grauem tarditas. Quod ex fidium sonis accōmodate explicat Philoponus. Earū enim postrema, quæ Nete dicitur, quia nimis tensa est cùm pulsatur, aërem velociter percutit, & acute sonat, diuq; eundem sonum retinet: contra verò accidit in prima fidiū, quæ grauem edit sonum, dicituriq; Hypate. Lege Arist. sect. 19. Problem. q. 11. & q. 17.

*Quid sit acutum sonus, quid graue. Acutus sonus velox est, grauis tardus.*

Text. 86.

*h Atque differentiæ sonorum absq; sono manifestè fieri solent. Nam vt absque lumine non videntur colores, sic neq; acutum graueue, sine sono discernitur. Hæc autem tangibilibus tranſitatione dicuntur acutum namq; multùm in breui tempore sensum mouet: graue verò longo in tēpore parum. Non igitur idem est acutum, & velox, neq; graue tardumue, sed fit alterius quidem motus propter velocitatem salis: alterius autem talis ob tarditatem. Et similia esse videntur acuto, atque obtuso, quæ sunt in tactis (nam acutū quidem quasi pungit, obtusum autē quasi pellit) quia illud in paruo, hoc in multo tempore mouet. Quasi sit vt illud sit velox, hoc tardum. Atq; de sono quidem determinatum sit hactenus.*

1 *Vox autem sonus quidā est animantis.* Text. 87.

*1 Vox autem sonus quidā est animantis. Nihil enim inanimatorum, vocem habet sed similitudine quadā dicuntur voce emittere, vt ignis, lyra, cæteraq; inanimata, quæ tantùm extensionem, consonantiā, & locutionem: hoc in eniṁ soni similes esse voci videntur, quia vox ei hæc eadem habet. Atqui complura sunt animalium, quæ non eiciunt vocem, vt ea, quæ sanguinis experitia sunt; & eorum quæ sanguinem habent pisces, atq; id non absq; ratione. Siquidem sonus motus quædā aëris est. Sed qui vocē edicunt oportere, vt Acheloi fluuij pisces y branchijs sane sonitant, vel aliqua simili parte. Vox autem & sonus est animalis, & non quauis efficitur sine discrimine parte. Sed cum aliquo percutiente aliquid, & in aliquo, quod quidem est aër, sonus effici soleat, iure professò vocem, animalium ea solùm habebūt, quæ suscipiūt aërem.*

Text. 88.

*Iam*

---

h *Atq; differentiæ sonorum.* ] Soni species, seu differētias innestigat, & qua ratione percipiātur docet aiens, sicuti visus nō distinguit colores absq; lumine, ita neq; auditū sono internoscere, nisi cum actu eduntur. Explicat vero quid sit acutum, & graue in sonis, ducta similitudine ab ijs, quæ tactū feriunt. Vt enim in his acutū dicitur quod in mucronē desinens breui tempore magnam plagā infert: obtusum vero, quod multo tēpore non facit, sic acutū sonū appellamus eum, qui breui tempore auditū acriter mouet, graue, qui parum. Vnde recte colligit Aristot. nō eundem esse velocem, & tardum sonum, acutū, & graue. Nam vt in ijs, quę tanguntur, acutum sequitur incisio, & velox diuisio corporis; obtusum verò pulsio, & tarda sectio, sic acutum sonū celeritas comitatur, grauem tarditas. Quod ex fidium sonis accōmodate explicat Philoponus. Earū enim postrema, quæ Nete dicitur, quia nimis tensa est cùm pulsatur, aërem velociter percutit, & acute sonat, diuq; eundem sonum retinet: contra verò accidit in prima fidiū, quæ grauem edit sonum, dicituriq; Hypate. Lege Arist. sect. 19. Problem. q. 11. & q. 17.

*Quid sit acutus sonus, quid grauis. Acutus sonus velox est, grauis tardus.*

1 *Vox autem sonus.* ] Egit de sono in communi, nunc de quadam eius parte, hoc est, de voce disseritihoc verò integrā vocis definitionē colligat, eius particulas singulatim pertractat. Monet ergo in primis, vocem esse sonum animantis. Quod si quis obijciat tibiam, aliaq; instrumenta quibus concentus efficitur, etiam dici vocem ederet respondet, ijs non propriè sed per analogiam vocis nomen accommodari: imo nec omnibus animantibus vocem competere, cum ea careant exanguia, & ex ijs, quæ sanguine præditā sunt pisces. Quibus omnibus vna communis causa est, quia non respirant. Vnde etiam natura instrumenta eis ad vocem negauit, siquidem vox absq; attracti aëris respiratione edi nequit. Nec obstat, inquit Aristot. quòd pisces Acheloi fluuij vocem emittere videntur. Non enim veram vocem, sed sonos quosdam branchijs aut ore, vel cauda, aliòue eiusmodi excitāt. Hinc aliam definitionis particulam habere vult, vt nimirum vox sit sonus animalis respirantis.

*Animalia, quæ nō respirant, vocem non edunt.*

k *Iam*

---



ἀλλὰ τῷ ἀναπνεόμενον καὶ ἐκπνεῖται ἡ φύσις ἐπὶ δύο ἔργα, καθάπερ τὴν γλῶτταν ἐπὶ τῷ λέγειν καὶ τῷ γεύεσθαι· ὅτι ἡ μὲν γεῦσις ἀναγκαῖον· διὸ τὰ πλείστου ἐστὶν ἐγκέφαλα· ἡ δ' ἐμψυχία ἕνεκα τοῦ εὖ. ὅτου καὶ τοῦ πολεμεῖν, ὡς ἐν τῷ θερμοτέρῳ τῷ ἐστὶ, οὐκ ἀναγκαῖον. τὸ δ' ἀέριον ἐν ἀτρεμοῦσι περίεστιν· ἢ ὡσὶς τῷ φωνῷ, ἵνα ἐμπέσῃ τὸ οἰκεῖον ἡ τῷ ἀκοῇ, ὁ φέρουσι· ὃ δ' ἐστὶν ἀὴρ ἐν τῷ μορίῳ ἐμφυόμενον· τοῦτο δὲ τῷ μορίῳ πολὺ ἐν τῷ ἄνω μέρει τῆς κεφαλῆς τῷ ἐγκεφάλῳ. διὸ καὶ ἡ ἀκοὴ τῷ ἀφῇ τῶν ἐναίμων ἐστίν· ὁ δὲ ἀὴρ ἐν τῷ κοιλότητι τοῦ ἀγγείου. διὸ καὶ ἀναγκαῖον ἅπαν ἀναπνεῖν, ἐπίναι τὸ ὑγρόν· ὥστε ἡ πλευρὰ τὰ ἀναπνεόμενα ἀεί· ὥστε τὸ ἐν τούτοις τοῖς μορίοις ψυχρὸν ποιεῖ τὸν κεκινημένον ἀέρα. φωνὴ ἐστὶν ἡ τοῦ πνέοντος ζώου ψόφος, φωνεῖ κεκινημένῳ πως ἀέρι τῷ ἐν τῇ γλώττῃ ψοφοῦντι, ὥσπερ οἱ βαπτόμενοι· ἀλλὰ δεῖ ἐμψυχόν τι εἶναι τὸ τύπτον, καὶ μετὰ φαντασίας πως· σημαντικός γάρ τις ψόφος ἐστὶν ὁ φωνή· καὶ ὁ τῷ ἀναπνεομένῳ ἀέρι, ὥσπερ ὁ βὴξ· ἀλλὰ τούτῳ τύπτει τὸ τῆς ἀρτηρίας σῶμα· σημεῖον δὲ τὸ μὴ δύνασθαι φωνεῖν ἀναπνεόμενον μηδ' ἐκπνεόμενον, ἀλλὰ τούτῳ τύπτειν· ἀλλ' ὁ λίγγων ἐν φωνεῖ ἀεί χει. διόπερ οὐδὲ ἐμπνεόμενος ἢ ἐκπνεόμενος ἐν τοῖς ἄναιμοις ἐστὶν ὁ λόγος.

k *Iam enim ipsa natura vt ad gustū, & locutionem vtitur lingua, quorū gustus quidem necessarius est (quapropter pluribus inest) interpretatio verò est gratia boni, sic & aere, qui respiratione trahitur ad duas vtitur operationes, ad internū, inquam, dispensandum calorem, quod quidem est necessarium, & causam in alijs explicabimus, & ad vocem etiam conficiendam ob bonum. Instru-* Text. 89.
*mentum autem respirandi fauces sunt, pulmo, id est, gratia cuius est ista pars. Nam ea, quæ gradiuntur, hac in parte plus habent caloris, quam cætera. Is præterea locus, qui circa cor est primus, respirationē nimirum egeſ. Idcirco necessarium est autem ingredi respiratione attractum: Quare* Text. 90.
*vox est ictus aeris respiratione attracti, qui quidem ab anima fit ea, quæ in his partibus collocatur ad eam partem, quæ gurgulio appellatur. Non enim omnis quinis animalis sonus, vox est: vti diximus, (si enim, vt & lingua sonus efficiatur, & etiam vt instrumentes efficiūt) sed oportet & animatum sit id quod verberat, & aliqua cum imaginatione. Vox enim sonus quidem est significatiuus, & non aeris ictus, qui respiratione trahitur vti instrumentum, sed hoc fieri autem tum, qui est in gurgulione ad ipsum. Signum autem est non posse quenquā edere vocem spirantem, aut respirantem, sed aerem retinentem: detinens enim hoc ipso nimirum mo-*

*Vox sonus est respirantis animalis.*

*uet. Patet autem & quam ob causam pisces vocem non fundunt, fauces enim non habent: at hanc partem non habent, quia non suscipiunt aerem, neq; respirant. Sed qui ita dicant vehementer aberrant, quam autem ob causam, alius sermo est.* Text. 91.

k *Iam*

---

k *Iam enim ipsa natura.* ] Aeris, sine cuius interuentu neutiquam vox esse potest, duplex munus esse inquit. Alterū quidem vitæ necessarium: alterum ad commoditatem duntaxat: quippe necessarium est aër ad animantū respirationem, vt eius accessu, & reciprocatione cordis calor temperetur, ac simul etiā foueatur: alioqui breui tēpore animal nimio æstu, ac feruore interiret. Obseruit quoq; aër ad vitæ commodum, & ornatū, quatenus absq; illo voces, & sermo esse nō possunt: quemadmodū & linguæ duplex est vsus: alter necessitatis ad gustandum, alter vtilitatis ad vocem. Tandem hanc colligit vocis definitionem. Vox est ictus aeris respiratione attracti, qui ab anima in pulmonibus existente cum quadam imaginatione efficitur. Quæ definitio in progressu enucleanda à nobis est.

*Vox sonus est respirantis animalis.*

QVAESTIO

---

QVAESTIO I.

*QVIDNAM SONVS, QVAE-VE eius causa effectrix sit.*

ARTICVLVS I.

*STATVVNTVR NONNVLLAE propositiones.*

1. *Propositio. Sonus nō est motus.*

HAec quæstio aliquot propositionibus enodanda est. Prima sit. Sonus non est ipse motus corporum sese collidentiū. Hæc propositio, quam communis philosophorum sensus approbat, traditurq; ab Auicenna sexto Natur. part. 2. cap. 6. suadetur.

*Probatur* 1. Primò, quia motus est sensibile commune;

A sonus verò sensibile proprium ad solam audiendi vim pertinens. Item, quia potest sonus diffundi ad eas partes aeris, & aquæ, ad quas motus non peruenit. Tertiò, quia sonus motus fit, vt docuit Aristoteles hoc loco text. 78. nihil verò à se ipso efficitur. Quartò, quia motus non est qualitas, vt patet, sonus autem qualitas est ad tertiam qualitatis speciem pertinens. Quòd si obijcias sonum esse fluxum, & in successione positū, cùm eius partes simul cohærere nō possint, sed vni interuenti succedat altera: Id verò, quod ita se habet, vel esse tempus, vel motum. Quare cū tempus non sit, necessariò motum esse videri; id ad mentem Aristotelis, qui hoc loco text. 85. libro de sensu, & sensili capite sexto, dixerit sonum esse motionem. Occurren ū

2.

3.

4.

*Obiectio.*

*Soluitur.*

erit

Universidad de Deusto
Biblioteca



erit sonum esse quid successiuum, vt probat argumentum, non tamen per se, & intrinsecè, sed per accidens, atque ita non esse tempus, aut motum; nec de genere quantitatis, alioqui esset etiam per se, ac vi sui extensus. Itaque successiuum non eadem ratione, sed secundum analogiam tantum de sono, & de quantitate dici. Enim verò successiuum in quantitate supponit extensionem partium, quæ ad indiuisibilia copulentur: in sono autem minimè. Item successiuū in quantitate est, cuius partes per se, ac ratione sui continenter fluunt. In sono autem earum tantùm continuatione fluere dicuntur, quia ad successionem motus, quem sequuntur, siue a quo geniti fuerunt, sese accommodant. Aristoteles verò cum sonum motionem esse dixit, loquebatur in sensu non formam, sed causam prædicante, hoc est, non in sensu formali, sed causali, vti vocant, quasi diceret sonum ex motu resultare. Si igitur petas quidnā sit so- *Definitur sonus.* nus, dicimus esse qualitatem sensibilem, quæ auditu percipi potest.

*2. Propositio. Soni productio, non est ipsa corporū motio.*

Secunda propositio. Generatio soni non est ipsa motio corporum sese impetentium; eam tamen consequitur. Priorem partem huiusce propositionis ex ratio probat, quia motus localis non nisi ad vbi, siue ad locum per se contendit: nec vllam nouam realitatē nobili ex se infert, vt docuit Aristoteles octauo Physicæ Auscultationis libro cap. 7. text. 59. Itaque generatio soni formaliter est alia actio terminata intrinsecè ad sonum, vt ad terminum per ipsam genitū. Quæ actio posset sonatio appellari, nisi verbum hoc tam malè auribus sonaret; quemadmodum ex ipso etiam locali motu alia dimanat sæpe actio ad colorē terminata, vt 2. lib. de cœlo c. 7. qu. 6. disseruimus: ac forsitan eo modo plerique cœlestes influxus mediante latione dispensantur. Posterior verò pars inde conspicua est, quia nullus sonus nisi post corporum inter se conflictum gigni solet. Addendū tamen velle Arist. quoties sonū motionem corporum sese collidentiū esse ait; cum enim id in sensu formali intelligi nequeat, vti diximus, reliquum est, vt ad sensum huius posterioris partis nostræ conclusionis accipi debeat.

*3. Propositio. Sonus immediate ex aëris fractione.*

Tertia propositio. Sonus non sequitur immediate collisionem corporum, sed fractionem aëris intermedij. Pro explicatione huius propositionis aduertendum est, ad sonum ex eorum saltē perfectū nō solū requiri collisionē corporū sese percutientiū, sed etiā fractionē intermedij corporis: (quod si de perfecto ita sono agimus semper est aer, vt progressu patebit) hæc enim duo interuenire oportuit Arist. text. 78. & text. 79. Est ergo inter philosophos disceptatio, num sonus prædictā collisionē an potius fractionē proximè cōsequatur. Statuimus verò cōsequi proximè fractionem, quia aer inter duo corpora attritus pri-



prorogatur. Quamobrem vasa inania magis perstrepant, & tintinnabula tenui loco suspensa acriorem sonum reddūt, quàm apprehensa manu, vti Philoponus annotauit.

## ARTICVLVS II.

### *PROPOSITIONES aliæ traduntur.*

*5. Propositio. Flatus sonus ex percussu solum aquæ, problema est.*

QVinta propositio in vtramq; partē probabile est nō solum aëris, sed etiam aquæ percussione sonū effici. Parte affirmante assentiuntur hoc loco Simplicius, & Themistius, Autcenna 6. Natur. p. 2. cap. 6. eo argumento, quòd flumina lapides versantia sonos emittant. Quod etiā Scaliger exerc. 297. in Cardanū confirmat ex eo, quia cōflictu nubiū, quæ sunt naturæ aqueæ, sonus fit. Accedit quòd sonus non per aërem tantùm, sed per aquam etiā deuehitur, teste Aristotele tex. 76. Quod si ita est, cur nō etiā in aqua sonus generetur? Philoponus com. 79. M. Alber. tract. 3. c. 18. Aegidius com. 77. D. Thomas, ac fere latini interpretes negatiuā amplectūtur. Affert aūt pro se Philoponus eā rationē, quòd sonus nō fiat corporibus vtcūq; cōcurrentibus, sed cū impetu, neq; medio corpore vtcūq; elisō, sed cōfestim. Quare cū aqua corpus graue sit, & ob crassitudinē antequam duo corpora solida concurrant, paulatim nō vniuersim elidatur, consequēs est, vt eius percussu haudquaquā sonus excitetur. Sed neq; hoc argumentum, neq; priora omnino cōcludunt. Ad illa enim respōdent aduersarij, aerē tenuitate sua aquā permeare, eiusq; nō aquæ attritu flumina, & nubes sonare. Itē, minùs requiri deferendum sonū, quia ad generandū, & ob id, licet aqua facultate sonī delatricem habeat, nō proinde tamen effectricem obtinere. Ad alterius verò partis rationē dicendū erit, tam vehementē posse esse vim, quæ aquā impellat, vt antequā ea fluat, apte, congruēterq; ad sonū diuerberetur. Quare nihil minū quod nec illi, qui se intra aquā percutiunt, nec pisces natantes sonum edāt, cum aquā eo pacto nō ciēant. Sanè verò probè hoc loco scripsit Theophilus eos, qui negāt posse ex collisu aquæ sonū fieri, illo potius debere niti argumēto, quòd ea sit natura aquæ, & aëris, vt vtriq; insit facultas deuehendi sonum; & tamē eadem attritu suo generandū, non aqua, sed aëris facultatem habeat. Pro certo tamē habendum est, etiam apud eos, qui priorem sententiam defendūt, aëris naturam multò plus, quàm aquæ ad sonum conferre: idq; in causa fuisse dicent, cur Aristoteles, cùm de corporibus ad soni generationem se collidentibus ageret, non aquæ, sed aëris mentionem fecerit.

*Quomodo affirmantis sententiæ arg. euitari possit.*

*Quo item modo eludatur.*

*Theoph. Zimara.*

*Quo argumento per negantem solum firmetur.*

*6. Propositio.*

Sexta propositio. Haud necesse est motum, quo sonus editur ad aures vsque pertingere.

*Probatur 1.*

Huius propositionis veritas ex eo cōstat, quia alioqui, cum sonus tintinnabuli ad leucæ distantiā percipitur, opporteret totū aërē intermediū agitari, quod ridiculum est. Secundò, quia nō possent duo è regione inclamantes à se mutuo audiri, siquidē motus contrarij, atq; ex aduerso occurrentes, sese impedirent. Tertiò, quia pisces in stagnis immota aqua sonos audiunt, & nos in locis vndiq; occlusis, quo motus aëris nō meat, sonos percipimus procul editos. Sunt tamē qui cōtrà sentiant, asserantq; totū aërē vsq; ad auditū moueri, ita vt vna pars vicina tintinnabulo, plagā accepta, aliā sibi cohærentē feriat; illa similiter aliam, quousq; ad aërē insitū cauitatibus auriū perueniatur, atq; ita sonū nō absq; successiu motus ad sensoriū euadere. Quod Alexandri huius sententiæ auctor teste Philopono, & Simplicio, eumq; secutus Auerroes com. 78. explicat similitudine ductā ab aqua percussa lapide in eam proiecto. Vt enim cōstituit Themistius, Aër, qui primò insonat, nō adeo longē sic, vt ad auditū ipse accedat, sed proximū sibi, & contineatē aërem cōmouet, atq; hic subinde aliū excitat eo modo, quē in fluctibus cernimus, in quibus altes altem trudit, & pulsus obiter sequentē impellit. Similiter Vitruuius. Mouetur, inquit, vox circulorum fluxibus infinitis, vti si stante aqua, lapide immisso, nascantur immunerabiles vndarum circuli à centro crescentes, & quam latissimè possint vagantes, ni loci interpolati angustia eo tamē interstitio quòd in aqua circuli æqua planicie in latum mouentur: vox etiam in latitudinem progreditur, & altitudinem gradatim scandit. Non desunt verò argumenta, quibus hæc sententia probari videatur. Nimirum ad sonum deferendum moueri totum aërem vsque ad auditum. In primis, quia nō ob aliam causam videtur sonus, eiusq; species successione tēporis ad aures prolabi (vnde teste Aristotele in lib. de sensu cap. 7. propinquiores prius sonum audiunt, cùm species colorum momento ad oculum perueniant:) nisi quia moto aëre deferuntur. Item, quia flante in aliam partē vento ideò minus audiuntur soni, quia impeditur, aut retardatur motus aëris ad nos. Accedit etiam testimonij Aristotelis, qui proximo superiori capite, text. 82. hoc ipsum videt palam docuisse, cùm asseruit vnum eundemq; continuum aërem vsque ad auditum moueri. Nihilominus ad primū *Solutio 1.* horum respondemus, ideo sonum, & species audibiles non instanti, sed tempore deferri, licet visiles momento ad oculos trajiciantur: quia tam sonus quàm eius species magis materiales sunt, quàm imagines colorum. Ad secundum dicendum est, ventum in aduersam partem flantem tum sonum, cuiusque speciem alio deuehere delato aëre, tum etiam obsistere motui, quo ad aliquam distantiam aër vicinus corporibus sonantibus agitari solet, atque ita sonorū perceptioni non parùm

*Contraria sententia.*

*Eius auctor. Alexander. Auerroes.*

*Lib. 5. de Architect. c. 3.*

*Similitudo soni cū aquæ circulis.*

*Eorū arg. Aristot.*

1.

2.

3.

*Solutio 1.*

2.

Universidad de Deusto
Biblioteca



incommodare. Denique locus Aristotelis non A de motu locali, sed de eo, quo aer sonũ, etiúsve species recipiendo alteratur, intelligẽdus est.

## QVAESTIO II.

### *QVODNAM SONI SVBIectum sit, quod medium.*

### ARTICVLVS I.

### *SONVM NON RECIPI IN B corporibus solidis, quorum conflictu editur; eius medium esse aerem, & aquam.*

*Opinio quòd sonus in sonante tantùm insit.*

QVorundam opinio est sonum recipi tantùm in corpore sonante, primùm, quia cum odor, color, sapor, & qualitates, quæ sub sensum cadunt, inhæreant in obiecto, non autem in medio, consentaneum videtur, vt idem quoq; sono conueniat; atq; C adeo vt solum in corpore, quod audimus, recipiatur. Item, quia ipsa corpora, quæ sonum edunt, à sono denominantur, & nos ea audire dicimus, certè non nisi quia sonum ipsa in se habent. Asserendum tamen est, Cum duo corpora solida, intercepto aere, vel etiam, vt quibusdam placet, in aqua sonum edunt, eiusmodi sonum in solidis corporibus, sed in intermedio excipi: sicut enim ex fractione, & compressione medij corporis sonus resultat, D ita in eo, non in corporibus solidis recipi videtur, alioqui etiam in vacuo posset sonus fieri, & cœlestia corpora concentum facerent, vtpote quibus ad hoc præter medium aerem qui motum excipiat, nihil desit. Contrariæ verò partis argumenta facilè soluet, qui ad primum dixerit, peculiare, ac proprium sono esse non herere in obiecto: cuius dissimilis causa est, quia cæteræ qualitates sensibiles habent esse fixum, & stabile, sonus verò E non est nisi dum fit; ideoq; vbi gignitur, hoc est, in intermedio corpore, ibi vt in subiecto recipitur. Quid verò hac in re de reliquis sensibus, quod ad medium attinet pronuntiandum sit, progressu patebit. Ad secundum respondendum est corpora, quæ sonum edunt, appellari sonantia, non vt sono affecta, sed vt sonum efficientia quemadmodum & sonora dicuntur, quę idonea sunt ad proliciendum sonum excitandum.

*Vera assertio.*

*Illius cõprobatio.*

*Soni mediũ, aër & aqua.*

Quod verò ad soni vehiculum attinet, hoc est, ad medium, quo sonus siue eius species ad auditum deuehuntur, dicendum id esse tum aërem, tum aquam, vt docet Aristoteles hoc loco text. 79. & de aëre quidem plana res est, de aqua verò etiam constat, tum vrinantium testimonio, tum quia pisces sub aquis audiunt, cũ vocibus terreantur, vnde & silentium piscatoribus. Quin etiam scribit Plinius lib 10. Natur. historiæ cap. 70. pisces plausu congregari solitos ad cibum in quibusdam viuarijs & in piscinis Cæsaris, tum genera piscium, tum etiam quosdã singulos ad nomen venisse, specialim verò auime producitur mugil, lupus, salpa, & chromis, ac præsertim delphini non audire tantũ, sed etiã mulceri symphoniæ cantu dicuntur. Fatendum tamẽ est cum Aristotele in problem. sect. 11. q. 6. multò liquidius facilíusq; sonos per aërem traduci, quàm per aquam, obtunduntur enim, & obscurantur crassitudine aquæ sicuti & species visiles; ob eamq; rem tempore pluuię madefacto aere, minus perspicuè dignoscuntur soni, quàm sudo, & sereno cœlo.

### ARTICVLVS II.

### *QVO PACTO SONVS, eiúsve species ad auditum trayciantur.*

*Tres de re propositam sententiæ.*

SEd est adhuc non parum dissidij inter philosophos, vtrum sonus secundũ suum esse reale, an secundum notionale duntaxat, hoc est, per suas species ad auditum vsq; perferatur, sicuti colorũ imagines ad visum. Occurrit verò hac de re triplex sententia. Vna, quæ *Prima.* statuat à primo sono facto in aere diffundi, ac multiplicari sonum tantum, modo secundum esse reale vsque ad auditum. Secunda, 2. quæ defendat à primo sono spargi continuò solas species ipsum repræsentantes. Tertia, 3. quæ asserat à primo sono fundi, tum alium sonum ad certum spatium, tum species vsq; ad auditum.

*1. Pronuciatum.*

Hęc difficultas hisce pronũciatis explicanda est. Primum sit. Ab ea parte, in qua primò sonus recipitur, siue sonus secundũ esse reale multiplicetur, siue non, cõtinuò species mittuntur. Probatur, quia sonus non nisi per suas species, vti reliqua sensibilia, in sensum cadit. Quare si qua foret pars medij, cui inesset sonus, & non species, sequeretur intra illud spatium, in quo tantummodo sonus versaretur, non posse sonum audiri. Præterea dicendum esset non posse integrum sonum à nobis percipi. Nam cum impossibile sit totum sonum auribus illabi, ea tantum ratione auribus integer percipietur, si species, quæ integrum repræsentat, auribus imprimatur. Rursus verò, nisi ab eamet parte aeris, qua sonus editur, continuò species soni effluerent, non possemus dignoscere, vndenam sonus veniret, nõ enim species soni locum indicat, nisi quia ex eo soluit.

*2.*

Secundum pronunciatum sit. Quamquã sonus ad aliquam partem medij secundum esse reale multiplicetur; non est tamen verisimile eo pacto diffundi ad omnem distantiam ad quam eius species deueniunt. Hoc pronunciatum quoad priorem partem exuo suadetur, quia cùm sonus secundum esse reale in aere tanquam in proprio subiecto, & in aqua



in aqua non solùm tanquam in vehiculo; id A enim constat, sed etiam vt in subiecto proprio, vt quidam volunt, similiter recipiatur, nihil sanè repugnat aliquantulum sese in eo extendere eo modo, quo calor aliam caloris portionem se vlteriùs communicãdo gignit: quanquam non sit inficiandum, nullam rationem planè conuincere ifiusmodi secundas qualitates diffundere se ipsas realiter, cùm ad earum perceptionem sufficiat emitti ab eis species ad sensuum officinas. Quod ità B fieri in coloribus manifestum est; nec enim vnus color alium gignit, sed duntaxat sui imaginem ad aspectum iacit: Verùm nostram opinionem de extensione soni secundum esse reale in medio sequitur D. Thom. in 2. d. 2. q. 2. art. 2. ad 5. Quoad posteriorẽ verò partem idem pronunciatum inde ostenditur, quia sonus breuissimo temporis spatio procul auditur; nõ videtur aũt probabile inesse sono tantã vim se diffundendi, etsi id lux ob excellen- C tem prærogatiuã inter sensiles qualitates obtineat, vt se non solùm in instanti, sed etiam secundum esse reale q̃ longissimè explicet.

*Sonus nõ in rectum solum, sed & in orbẽ spargi.*

Illud verò constat, quocunque modo sonus diffundatur non in rectam lineam tantummodò porrigi, sed orbiculatim spargi continuata serie, more circulorum, qui tactu lapidis in aqua à centro versus omnem loci differẽtiam abeuntes excitantur, cuius rei argumentum est, quod à tergo, & ex obliquo, D ac denique ex omni parte sonus audiri soleat. Quod verò ad reflexum sonũ, siue Echo spectat; is tunc fit, cùm sonus incurrit in aliquod corpus læue & concauum, à quo tanquam pila repulsus ad aures resilit ita vt exaudiri possit oblocutio. Nam si corpus, in quod incidit, inæquale sit, ita vt vnitas reciprocantis soni minimè seruetur, audiri vocis responsum, seu vox æmula nequibit. Si item corpus sit humidum, aut molle & quod ictui cedat, eumq; E resoluat, non duplicabit sonum, nec imaginem edet. Si autem petas num Echo fiat repercusso aere, qui sonum suo quasi remigio vehat, reuehatq;, dicimus conuenienter iis, quę superiùs statuimus, sicuti non necesse est aërem cieri toto spatio, quo sonus funditur, nec sonum secundum esse reale spargi toto eo tractu, quem species peruagantur; ita non requiri ad Echus generationem, vt totus aër agitetur vsque ad locum, vnde voces reciprocæ fiunt: nec item necessum esse, vt sonus se- F cundum esse reale eò perueniat, semper tamẽ dari reflexionem specierum per quas sonus percipitur, vt ex superiùs dictis patet. Contingit autem eandem vocem non semel tantum per reciprocationem ad auditum peruenire, sed sæpiùs, ita vt decies interdum audiatur; sicuti Patauij quodam in loco fieri narrant, & olim Olympiæ in porticu, quam ob id Hepta-phonon appellabant; eandem vocem septies reddi solitam auctor est Plin. lib 36. Nat. hist.

*Lege Alber. in Sum. de bom. in tractatu de Anima, q. 7. Vnde numerosa vocum reuerberatio.*

*Cur Echo vltima reddat verba.*

*Quæ fuerit origo fabulæ Echus, de qua Ouid. libro 3. Met. si ge si placet, apud Alex. lib. 1. Probl. quæst. 14.*

cap. 15. Nam cùm vox semel repercussa in loca alia vicina incidit, & in cauos anfractus, à quibus similiter dissultet per etusmodi reflexus repetitos; eadem vox identidem ad aures perlabitur. Non audiuntur verò in Echo nisi vltima fere verba; quia licèt fiat reflexio totius vocis, tamen priores eius partes ab vltimis à tergo vrgentibus turbantur. Quare non nisi eæ partes, quarum regressus non impeditur, quales sunt nouissimæ, à nobis percipi consueuerunt.

Obijciet tamen aliquis: Solida corpora, modò translucida sint, deuehunt species coloris; ergo & species soni, cùm in vtrisque par ratio videatur. Deinde talpæ audiunt sub terra compensante auditu perpetuam cæcitatẽ, qua damnati à natura sunt. Tertiò, nõ videtur negandum per interpositum ignem audiri sonos. Quartò, beati post corporũ resurrectionem in cœlestis patriæ domicilio, vbi neque aer est, neque aqua, inter se externo sermone colloquentur, vt est cõmunis Patrum sententia. Igitur nõ solùm aer & aqua, sed alia etiam corpora vim sonorum delatricem habent.

Ad primum horum dicendum; sicuti visus auditui præstat, & species visiles nobilioris notæ existunt, q̃ audibiles, ita latiùs patere medium visus, q̃ auditus; & per plura corpora species illius, quam huius, meare. Ad secun- *Talpæ sub terra audiunt.* dum, nõ transmitti species soni ad talpas per D terræ cicmentum, sed per aërem potiùs terræ inclusum. Ad tertium, videri quoq; per ignem transiuehi sonos; imò & eius percussu gigni. *Per Ignem trayci sonus.* Aristotelem verò nõ nisi de notioribus & celebrioribus medijs subiectiue sonorum disseruisse. Ad quartũ, dicimus cum D. Thoma in 2. dist. 2. q. 2. art. 2. ad 5. in pulmone & gutture beatorum fore connaturalem quendam aerem à Deo illis concessum in resurrectione, non ob necessitatem respirandi, aut expirandi; nec enim illis respirationis, aut expirationis vsus necessarius erit; sed ad voces efformandas: illo enim aere ad vocalem arteriam *Beati in cœlo in quo patio eluant voce.* librato, & lingua, dentibus, ac reliquis vocalibus instrumentis percussò, vocem efformabunt, quæ modo magis immateriali, quam apud nos, id est, tantùm secundum esse intentionale diffundetur per corpus cœleste. De quo medio nihil mirum si Aristoteles nõ egit, cùm nec illud cognouerit.

## QVAESTIO III.

### *QVO PACTO VOX FORmetur, & quæ eius natura sit.*

### ARTICVLVS I.

### *DE FORMANDAE VOCIS instrumentis, & artificio.*

EFfingendæ vocis instrumenta varij Auctores diligenter explicuere. D. Grego-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tinus Nicenus in libro de Hominis opificio, ca pite 9. Theodor. serm. 3 de Prouidentia. Lactantius in lib. de Opificio Dei, cap. 11. Aristoteles lib. 1. de Histor. anim. cap. 16. & lib. 4 cap. 9. Galenus 7. de Vsu part. cap. 5 &c. 8. de decretis Hippocr. & Platonis, cap. 6 & in lib. de Vocalium instrumentorum dissectione. Vesalius lib. 7. de Fabrica humani corporis, à cap. 4 ad 8. Fernelius in libro de Partium corporis humani descriptione, cap 8. Occurrunt ergo in primis quinque potissimùm instrumenta ad id munus præstandum, videlicet, Pulmones, thoracis, & intercostales musculi; aspera arteria, larynx, Gargario. Pulmones obseruiunt ad excipiendum aerem, ideoque inest eis raritas quædam, & assimilis spongiæ mollitudo, qua se contrahunt & dilatant. Musculi facultate motrici, qua pollent, siue thorax eorum interuentu, compressum aerem diuerberant & extrudunt; alioqui neque vox, neque sonus vllus edi posset. Arteria aspera est via, quæ à faucibus aeram ducens variis compacta cartilaginibus per collum in pulmones decurrit, & vt trahere, ac reddere spiritum possit, assiduè patet: Dicitúrque aspera ob inæqualitatem, sicuti & eæ, quæ à corde procedunt, & pulsum denuntiant, ἀρτηρίαι nuncupantur. Larynx est caput, siue superior finis asperæ arteriæ, quod transglutientibus sursum fertur, constatque tribus cartilaginibus. Laryngis verò summum ostium, ne quid cibi, potúsve per id illabatur, contegit membrana cartilaginosa, oblonga & fistularum linguæ assimilis, vnde ei nomen ἐπιγλώττιος. Hæc verò cùm spiritum identidem reciprocamus, sursum erigitur. Gargario, seu gurgulio, qui etiam columella dicitur, est caruncula rotunda in extremo palato dependens, sub qua est epiglotis; vocatur quoque vuula, præsertim cùm humoris influxione, ad similitudinem vuæ intumescit, & inflammatur. Porro hisce omnibus formandæ vocis instrumentis inter quæ præcipuum est larynx, vt docet Aristoteles 9. lib. de Historia animalium, cap. 2. hunc in modum vox editur: Musculis thoracis & intercostalibus vehementer compressus aer, è pulmonibus per arteriam vocalem confestim deducitur, qui angusta via tractus in aerem in arteria ad laryngem vsque, epiglotidis oppositu retentum impingit: hic ad guttur summamque arteriæ partem allisus sonat; ac vocem effingit, quam si lingula oppositura non esset, formare non posset, quia totus sine percussione prosiliret. Confert verò plurimum ad modulandam vocē lingula & gurgulio, quia vox ad eas partes frangitur, & remperatur, ac pro varietate percussionum diuersi modi & vocum flexiones fiunt, præsertim vero gurgulio quasi plectrum ad suauitatem & moderationem vocis conducit. Præter instrumenta hactenus commemorata, alia quoque voci obseruiunt, licet priora ad vocem

*Instrumēta vocis quinque numerantur.*

*Confert ad vocem modulandā in primis gula et gurgulio.*

A simpliciter, reliqua potissimùm ad rationē, dearticulatæ vocis data sint, videlicet lingua, palatum, dentes & labra. Ex his lingua nocem struitur musculis vndique constitutis, quos media linea ad dextram lævamque dimittit: & quia summe volubilis est, ne sentimum in loquacitate soluat subdito vinculo, tanquam habenis coercetur. Distinguit autem lingua sermonem, seu (quod idem est) vocem dearticulatim format, vt in orationem abeat, dum aerem à concauitate arteriæ pulsum, & in amplitudinem oris incidentem varie frangit, ac pro verborum varietate dispescit, distribuitque, ad quod idoneè præstandum certa temperatura exitur. Qua B si lingua humectior ac mollior sit, vt in pueris, & interdum in prouectioribus balbuticm inducit, eò quòd tunc musculi firmiter nequeant stabiliri. Vnde & ebrij aliquando balbutiunt, & turbide loquuntur: tum quia multa humiditate perfunditur cerebrum, tum quia illius multitudine lingua prægrauatur. Sed & qui balbi natura sunt, hi aut cerebrum nimis humectum habent, aut linguam, aut vtrumque. Palatum verò ad primores dentes extenditur, estque multis scabrum asperitatibus ad detinendam in his vocem, & tum ob alias commoditates, tū ob eam potissimùm vocem iuuat, quòd cauum sit, proindeque ad eius latera vocis ictus diu congemineatur. Dentes etiam ad vocem magnopere conducunt. Nam, vt Plinius lib. 7. Natur. histor. cap. 16. ad primores dentes vocis sermonisque regimen tenent concētu quodam excipientes ictum linguæ, feriemque structuræ, atq; magnitudine mutilantes, molientésve, aut hebetantes verba, & cùm defluxēre explanationē omnem adimentes. Denique labia magnum vsum præbent formandæ voci, cùm verborum syllabarum, literarumque distinctio eorum compressione & diductione magna ex parte contineatur. Itaq; fit nos labris vocum, & sermonis discrimina, vt tibicines digitorū opera, spiritum in fistulis, & cautus harmoniam moderantur.

*Vnde existat balbuties, et quibus accidat.*

*Primores dentes vocis regimen tenēt.*

---

## ARTICVLVS II.

### EXPLICATVR VOCIS DEFINITIO *ab Aristotele tradita.*

EX dictis non erit difficile intelligere vocis definitionem ab Aristotele traditam proximo superiori cap. tex. 90. nimirum; Vox est ictus aeris respiratione attracti, qui ab anima in pulmonibus existente, cum quadam imaginatione efficitur. Vbi primū aduertes discrimen inter sonum, vocem & sermonem. Nam sonus etiam inanimatis corporibus conuenit: Vox solis animantibus, cùm non fiat nisi instrumentis, quæ animalium propria sunt: Sermo solis hominibus, quia hi tantùm

*Vocis definitio.*

*Lege Themistium hoc in capite 30. quæ paraphratione*



ratione pollent, & sensa mentis cum alijs com A municant, quod sermone fit.

*Quæ animātia vocis expertia.*

Secundo, illud obseruabis, quod iam suprà attigimus, monetq; Aristoteles hoc capite, videlicet ita solis animantibus vocem conuenire, vt nō omnibus competat. Nam exanguia, in quibus sunt insecta non edunt vocem, & vniuersim quæcunque nō respirant, tantummodo sonum quendam simílem voci emittunt. Itaque ex his alia, cum tactu stridorem cantui simílem edunt, vt cicadæ. Recepto e- B nim sub pectore spiritu mobili, occurrente membriana intus, attritu eius sonāt. Alia murmur excitant, vt muscæ & apes, cùm volatui se se attollunt, & contrahunt. Pisces quoque vocales non sunt; vnde Pythagoras, vt est apud Plutarchum in quæstionibus conuialibus, propterea eum piscium interdixit, quod ij Pythagoricæ disciplinæ quodammodo contubernales sint ob silentium, ita vt in prouectibium abierit, Magis mutus, quàm pisces. Si C vero etiam pisces, qui vocales videntur, non veram vocem, sed strepitum voci simílem tantummodò branchijs, aliisve eiusmodi instrumentis edunt. Quo pacto matinæ hirundines cùm sublimes volitant, pinnis aerem extrahunt, ac resonant: & is, qui caper vocatur in Achelōo amne quasi grunnitum excitat. Animalia autem amphibia, id est, ancipitis naturæ, vt equi marini, pulmonem & arteriam habent vocemque edunt. Itemq; Delphin, qui D non ambigue naturæ sunt, sed simpliciter inter aquatilia numerantur, pro voce gemitum humano simílem edunt.

*Delphines gemitum edunt.*

*Quæ sint animantibus respirationis causa. Lib. de respir. cap. 3.*

Tertio, nec illud ignorandum est, aeris recipiocationem in animātibus multis de causis fieri. Primùm ad nutritionem & reintegrationem spirituum, vt alibi ostēdimus. Secundò, ad refrigerationem caloris, alioqui ibi mio actu disflorescetur animal; vel (vt quidam volant) ad ventilationem: hanc à refrigeratione eo distinguentes, qp ventilatio sit suscitatio & accensio potiùs caloris ex motu, siquidem motu calor accenditur, vt monstrat experientia, tradidimusq; cum Aristotele lib. 2. de Cœlo, cap. 7. quæst. 6. Tertiò, ad effortmandam vocem: quod munus in vocis definitione exprimitur.

His ita constitutis, vt ad propositam definitionem veniamus, dicitur vox, ictus aeris, in sensu causali, non formali, id est, non quod vox sit ipse ictus aeris, sed quia ex ictu aeris F resultat: quo etiam pacto non semel dixit Aristoteles, vt superiùs commonuimus, sonum esse solidorum corporum collisionem, id est, collisione procreati. Quare idem valet, vox est ictus aeris, atque, est sonus editus ictu aeris; additum; attracti ab anima, &c. id est, aeris, qui primùm attrahitur, tum redditur virtute motrice in pulmonibus constituta; cum imaginatione, id est, applicata eiusmodi virtute ad operandum ex motione phantasiæ, & appetitus sensitiui. Hinc subijcit Aristoteles vocem datam esse à natura ad significandum; quia vox tum sensa phantasiæ (& in hominibus etiam mentis) tum interni affectus declarantur. Itaque ea etiam, quæ rationis expertia sunt, affectus animæ, voce exponunt, vt canes, aues canto, boues mugitu, oues bala- tu, aliaq; similiter: sed de hac re latiùs ad lib. de Interpret. Porrò hac definitione quatuor causarum genera comprehendit Aristoteles.

*Rationis expertia affectum animæ exponunt.*

*Vocis causa multiplex.*

Aer enim materia vocis est, anima efficiens, forma sonus, finis significatio. Quod si quis opponat non omnem vocem significatricem esse, cùm Dialectici voces in significantes & non significantes dispertiant. Occurrendum erit, si de affectuum significatu agamus, omnem vocem significare, adq; natura sua, si antem de significatione ex hominum instituto tantùm & arbitratu, omnes quidem humanas voces potestate significare, quia potest eis significatio indi, non tamen omnes actu significantes esse, quia multis nulla est imposita significatio. Dialecticorum autem diuisio secundùm hanc postremam significandi rationem intelligenda est.

*Vox omnis aptitudine significat naturali.*

---

## QVAESTIO IV.

### *DE POTENTIA AVDIENDI.*

## ARTICVLVS I.

### *QVAE SIT EIVS PRAEstantia; quæ officina.*

† *De hac re Aristot. 1 de Iuuent. anim. cap. 11 & 5. de Gener. anim. cap. 2. Auic. 3 Can. 4 Fen. Auerr. Colle. Sect. 1. cap. 16. & lib. 3. cap. 27. Vesalius lib. 1. cap. 8. 12 36 & lib. 6. cap. 16. & 18.*

EGimus † de obiecto auditus, nunc de ipsa audiendi facultate, eiusque organo breuiter differemus. Habet hæc potentia inter alios sensus externos secundum dignitatis locum. Præbetque magnum vsum in primis ad vitam ciuilem. Nihil enim prodest oratio & sermo, quo sensa mentis & studia nostra communicamus, ni sermonem ipsum audiremus. Imo nec firmo vllus sine auditu esset; siquidem qui ab ortu surdi existunt, vt muti, sermonem audierūt nunquam, sic nec effor mare orationem queunt, atque adeò muti fiunt: quanquam & huius rei aliam esse Medici causam reddunt, quam lege apud Aphrodiseum primo libro Problem. quæst. 133. Secundo plurimùm conducit auditus ad artes ac scientias de Magistro comparādas. Idcóque capite secundo, libro de Sensu & sensili, auditus disciplinæ sensus vocatur; & animantes, quæ auditu carent, omnis disciplinæ expertes sunt. Tertiò, quia excepta auribus vehemēter affectus mouent, præsertim si musicis numeris constent. Cuius rei inter alia exempla est illud Pythagoræ, qui iuuenem

*Auditus post visum excellit.*

*Cur qui nati surdi, eosdem & mutos fieri.*

Phrygio

Universidad de Deusto
Biblioteca



Phrygio modulo, quod harmoniæ genus est, ad continentiam flexit. Et illud Timothæi Musici, qui Alexandrum Imperatorem conuiuio indulgentem eo concentu, quem Orthia vocabant, bellicum personante, ad arripienda arma, & poscendum equum mouit, aientem eiusmodi esse musicam regiam opportere. Cur autem sonus tantopere animũ commoueat, hisce verbis edisserit Scaliger Exercit. 302. in Cardanum, num. 2. Propterea quòd spiritus, qui in corde agitant, tremulum ac subsultantem recipiunt in pectus aerem, atque cum affini suo vnum fiunt, & cætera, quæ ibidem fusiùs persequitur. Quartò, auditricis potentiæ dignitas eo maximè commendatur, quod ad cœlestis fidei disciplinam capessendam obseruit; siquidem fides ex auditu est, vt cap. 10. Epistola ad Romanos D. Paulus edocet.

*Galen. libro 8. de Vsu partium, cap. 6.*

Quod verò ad ipsam audiendi officinam attinet, occurrunt in primis aures, quæ auditui consimilem vsum præbent ei, quem oculis supercilioru pili, vt enim hos natura ideo supra oculos statuit, vt si quid a capite in ipsos defflueret, exciperent; sic aures auditui præposuit, vt incidentia prohiberent. Sunt ex cartilaginosæ, atque adeò mediocriter molles; quia si nimium molles essent, vt carnes, paruo negotio tunderentur, nec ipsæ aliquem sonum refunderent; si duræ facilè frangi possent. Abundant verò flexibus obliquis instar labyrinthi, tum ne sonus recto impetu, affatimque intro subiens sensum lædat. Atq; ob eandem causam earum meatus, etsi intùs admodum amplus cauusq; sit, est tamen tortuosus, atque anfractui cochleæ similis; vnde hoc ipso capite, text. 83. scribit Aristoteles ob prædictam obliquitatem vsque ad insitum aerem non subire aquam, cum caput mergimus; tum verò vt aeris eò illabentis frigiditas flexuum varietate sensim mitescat. Insuper mira naturæ prouidentia eandem cauitatem viscoso humore ex illarum partium recrementis coalito inficit, vt si qua bestiola, vel aliud quid noxium irruperit, quasi in visco inhæreat & capiatur. Porrò, intra prædictum foramen membrana quædam est, (tympanum auditus vocant,) quæ cauitatis orbicularem quandam partem transuersim complectitur, eandemque stabiliunt tria ossicula, quorum vnum incudis pedunculis duobus innixi, alterum malleoli, tertium stapedæ figuram refert. Intra ipsam congenitus quidam aer seruatur, vt ex dissectionibus conspicuum sit, quibus inibi inanis quædam sedes inuenitur. Cohibetur autem prædictus aer eiusmodi vallo, quia alioqui diffluere, aut saltem vehementibus flagellis dissipari retur. Postremò, vt oculi in neruos opticos, seu visorios desinunt, sic tympanum auditus neruo cuidam affixum est, e cerebro descendenti, per quē tum spiritus animales ad tympanum inuehuntur, tum sonorum species ad sensum communem inuehuntur.

*Cur natura aurium anfractus molita sit.*

## ARTICVLVS II.

### *QVA IN PARTE FACVLtas audiendi constituta sit.*

*Vbinam audiendi facultas insideat.*

EXposita vtcunque auditoriæ officinæ fabrica, reliquũ est, vt videamus in qua eius parte facultas ipsa audiendi insideat. Quanquam enim, vt cæteris sensibus, ita & auditui partes multæ famulentur, vnam tamen præcipuam oportet esse, quæ instrumenti primarij vicem subeat, vt in visu, humorem crystallinum. Themistius igitur putat præcipuum organum auditus esse spiritum, ad quem per innatum aerem, quasi per domesticũ nuntium, soni tranſuehuntur, sed decipitur. Nam cùm spiritus eandem cum sanguine naturam habeat (siquidem nihil est aliud spiritus quàm sanguis ad magnam redactus tenuitatem:) atque adeò cùm animæ expers sit, vt primo libro de Ortu & interitu ex professo ostendimus; fit inde vt nequaquam vitalis potentiæ instrumẽtum, aut subiectum esse possit; alioqui eliceret anima vitalem functionem, vbi ipsa non resilet. Alij, in quorum numero est Vesalius lib. 1. de Humani corporis fabrica, ea pite 8. censent organum auditus esse ossicula intra tympanum inclusa. Sed neque hæc sententia nobis probatur: quia ossa ob terream concretionem, qua constant, nõ sunt apta ad sensionem obeundam; adeò vt neque tactu, nisi fortè admodum hebeti & obscuro polleant.

*Lege Themistii ad lect. 82. lib. 2.*

His ergo opinionibus reiectis amplectimur sententiam Aristotelis 2. lib. de Partibus animalium, cap. 10. existimantis aerem congenitum, siue inædificatum auribus, quem membrana inclusum esse diximus, ne foras expiret, nève externis iniurijs pateat, esse verum, ac proprium audiendi instrumentum. Quod item non obscurè significauit Aristoteles proximo superiori capite, text. 83. vbi docuit oportere huiusmodi aerem immobilem ac tranquillum esse, vt externos sonos percipiat, omnesque eorum differentias exactè cognoscat. Aristotelem secutus est præter alios Galenus lib. 8. de Vsu partium, cap. 6. quo loco ita scripsit: Alteratur non à quouis leuissimo omne sensorium, sed splendidum quidem, ac lucidum à coloribus; aerem à sonis; vaporosum ab odoribus, &, vt in summa dicam, simile simili notum est, ac familiare. Quibus verbis ad hanc sententiam comprobandam huiusmodi rationem Galenus innuit: Quod sensorium tale esse debet, vt à proprio obiecto affici possit, eius in se imagines recipiendo: eiusmodi verò est aer insitus auribus. Sicut enim id, quod potissimum recipit, ac transuehit sonos, est elementum aeris, ita ad eosdem secundum esse notionale suscipiendos maximè idoneus prædictus aer nobis insitus, proindeque par est in eo audiendi organum constituere.

*Auditoria facultatis instrumentum.*

At obiciet aliquis: Vel aer ille aurium meatibus inclusus, est eiusdem naturæ cum elemento aeris, vel alterius. Si eiusdem, non ergo est animatus; atq; adeò nec auditoria potentia informari potest. Si diuersæ, non igitur ad recipiendas sonorum species idoneus est. Huic argumẽto occurrendum videtur, aerem illum analogicè tantùm vocari aerem: est enim animatus, vt ait Simplicius, probatque

*Eandem sequitur Fernel. li. 5. Physiologiæ, capite 6. Instrumentum audiendi aer dicitur analogicè.*



argumentum, nec aeris nomen obtinuit, nisi ob similitudinem, quam cum aere elementari habet; vt enim hic tenuis est, ac transmeabilis; ita & ille. Neq; repugnat aliquam portiunculam corporis animati, admodum subtilem & tenuem esse, & quasi aeriam; cùm ita postulet ratio facultatis inibi sedem habẽtis: licet totum corpus, vt integrum animæ perse ẽtibile non possit in tantam tenuitatem aptum esse ad animæ informationem. Neq; verò ad audibiles species recipiendas necesse est sensiterium auditus esse eiusdem naturæ cum aere elementari; sufficit enim cognatio illa & conuenientia in subtilitate, ac raritate.

*Aliquid simile aeri elementari potest species audibiles recipere.*

KEΦ. Θ.

Περὶ δὲ ὀσμῆς καὶ ὀσφραντοῦ, τίνες διάφοροι τῶν ἐνεργειῶν τοῦτο πάσχοντος καὶ ποιοῦντος, ἔστι μὲν ἀπορῆσαι καὶ περὶ τοῦτο, διὰ τί ποτε οὐκ ἔστιν ὄνομα τῷ ὀσμᾶσθαι κοινὸν ἐπὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ἀκούειν καὶ ψοφεῖν καὶ ὁρᾶν καὶ ὁρατὸν εἶναι· ἀλλὰ τὸ μὲν ὀσμᾶσθαι τοῦ πάσχοντος καὶ κρίνοντος ἴδιον, τὸ δὲ ὀδωρίζειν ἢ ὅπως δεῖ καλεῖν τὸ ποιοῦν ἄλογον. ἔοικε δὲ καὶ τὸ ὀσμᾶσθαι τοῦ ἀκούειν ἧττον ἐπιστητὸν εἶναι καὶ ἧττον λόγου μετέχειν· διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ἡδέων καὶ λυπηρῶν ἐστὶ τῶν ὀσφρήσεων· τὸ γὰρ ὀσφραντὸν ἢ δυσῶδες ἢ εὐῶδες, καθάπερ τὸ γλυκὺ ἢ πικρὸν ἢ ἁλμυρὸν ἢ ἡδὺ ἢ ὀξὺ ἢ τραχὺ ἢ λιπαρόν, ἁφῆς ἐστὶ καὶ γεύσεως· ἀκούειν δὲ τὸ ὀσμᾶσθαι μᾶλλον ἔοικε τῶν ἄλλων αἰσθήσεων, ὅτι τὸ ἀκουστὸν καὶ τὸ ὀσφραντὸν ἧττον ἐπιστητὸν ἀνθρώποις ἐστὶ καὶ ἧττον ἔχει λόγον· ἐν ἅπασι γὰρ τούτοις ἐστὶν ἡ ἡδονὴ καὶ ἡ λύπη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ ὀνόματα μόνα τῶν ὀσφρήσεων ἐστὶ τῶν ἡδέων καὶ λυπηρῶν, ὅτι μόνοις τούτοις ἀκολουθεῖ τοῖς ζώοις ἡ ὄρεξις καὶ ἡ ἀποστροφή, ὅσα ἔχει τὴν αἴσθησιν ταύτην.

CAP. IX.

De odore verò & odorabili non æquè bene atque de illis, quæ dicta sunt, disserere, determinareque possumus. Non enim sic patet quale quid sit odor; vt sonus, vel lumen, vel color. Causa cuius est, nos non habere huius sensum exactum, sed inferiorem complurium animalium sensu; remisse namque homo olfacit, & nihil odorabile nisi percipit absque dolore, vel voluptate, propter ea quod ipsius instrumentum huiusce non sit exactum, atque perfectum. Atque consentaneum est eam vim animalium ea, quæ duros oculos habent, sic sentire colores, vt non aliter eorum percipiant differentias, quàm timendo, aut non timendo. quam hominum genus odores, & similem autem rationem subire videntur odoratus ad gustum, & odorum species ad species ipsas saporum. Verùm exactiorem gustum habemus, quàm odoratum, ex eo quia gustus tactus est quidam, qui quidem sensuum homo exactissimum habet. In cæteris namque sensibus vehementer à cæteris animalibus superatur, at tactu longè cæteris omnibus excellentius percipit. Quapropter & prudentissimum est animalium. Indicium autem est in hominum genere ob hoc instrumentum sensus ingeniosos esse hebetiores, & non ob aliud quicquam. Qui namque sunt duris carne, ij sunt inepti mente; qui verò sunt molles carne, ij sunt ingeniosi, mentèque dexteri.

*Text. 92.*

*Text. 93.*

*Text. 94.*

*Hebes in homine est vis odorandi.*

c 1v

## *CAPITIS NONI EXPLANATIO.*

DE a *odore verò.*] Aspectus & auditus contemplationem subsequitur doctrinæ ordine tractatio odoratus propter affinitatem & cognationem, quam hic sensus cum illis habet, vt progressu patebit. Quatuor autem ad illum spectantia explicat in hoc capite Aristoteles, odorii naturam, odorum species, medium & instrumentum. In primis verò admonet consideationem hanc difficilem esse, propterea quod odorandi sensus ob defectum & ineptitudinem organi admodum in nobis obscurus sit; ita vt neque odores exactè percipere, neque eorum naturam & varietatem satis dignoscere & penetrare valeamus. Odorari autem nos tenuiter argumento esse ait, quòd eos tantùm odores percipimus, qui acriter sensum ferunt, & dolore aut voluptate afficiunt. Id veris similitudine quadam illustrat. Nam vt animalia, quorum oculi dura dentaque membrana obtecti sint, acumẽ illud aspectus, quod in cæteris est, non obtinent: adeò vt licet colores sentiant, eorum tamen discrimina sine pauore & voluptate, sine molestia & iucundo, hoc est, sine vehementi motu rei visæ (id significant verba illa contextus, si timendo aut non timendo) non discernant; ita & homines in odoribus percipiendis sese habent. Aduertit hic duros oculos quales sunt piscium, & eorum animalium, quæ insecta & crustata dicuntur; de quibus Aristoteles lib. 2. de Partibus animalium, cap. 13. duas ob

Universidad de Deusto
Biblioteca



causas minùs acutè cernere. Primùm, quia eorum membrana, cùm tenera crassáque sit, ob duritiem & concretionem, spectabilium rerum imagines minùs promptè recipit. Deinde quia plerumque sunt exerti & prominentes, in quibus nequeunt benè come species ad centrum, sicuti coëunt in sensorijs demersis, ac profundis. Lege Aristotelem libro 1. de Historia animalium, capite 10.

*Per annulum aut aquam species odoris diffingui.*

b *Similem autem.*] Quia inter gustum & odoratum mutua similitudo & proportio intercedit, vnde & saporum nomina ad odores transferuntur: quia item homines gustum olfactu exactiorem habent, docet ex saporum speciebus odorum species cognosci posse. Quod verò gustus odoratu in nobis excellat, inde suadet, quia gustus tactus quidam est, videlicet tactus linguæ circa sapores. Esse autem hominis acerrimum tactum eo probat indicio, quia homo animantes omnes prudentia superat: at vna eademque prudentiæ & boni tactus communis ratio est; nempe carnis mollitudo. Vnde cor, qui carne molles sunt, mente & ingenio præstantes iudicamus: contrà verò hebetes, qui carnem habent duriorem, & crassipelles existunt. Hic aduerte ex bonitate tactus argui præstantiam ingenij, quia ex ea temperamenti bonitas colligitur, vt Themistius ait. Namque vt tactus fundatus in primis qualitatibus, & circa eas versatus, ita tunc est optimus, cùm illæ exactam perfectamque Symmetriam & temperiem sortiuntur: optima verò temperies & phantasiæ organum aptius, & ipsam phantasiam expeditiorem reddit: deinde a phantasia, mentis in intelligendo facilitas & promptitudo, in qua vis ingenij consistit, vt alibi expositum magnopere dependet. Quo fit vt temperamenti bonitas tanquam causa materialis & dispositiua ad excellentiam ingenij concurrat. Hinc ea quæ ex optimo temperamento proueniunt, subtilioris ingenij sunt indicia, vt color viuidus, subtilitas pilorum, tenuitas unguium, mollitudo carnis. Et hæc quidem mollitudo, cuius hic Aristoteles priuatim meminit, eò etiam ingenium iuuat, quia dispergit solutisque inutilia recrementa, quibus pulsis, spiritus, quos sanguine incalescenti, cor exhalat subtiliores manent, & tum maiori alacritate ad potentiarum obsequium accurrunt: vnde & phantasmata puriora ac detexatoria contingunt. His non obstat, quòd fœminis mollior caro insit, quàm viris, & tamen hi ordinariè, vt iudicio, ita & ingenio illis præstant. Nec quod phlegmatici, qui hebetiores sunt cholericis, teneriorem cutem habent. Non enim mollitudo ex aqueo & pituitoso humore orta, qualis est in fœminis & phlegmaticis, sed aeria comes est boni ingenij. Nec iis officit, quod Aristoteles in Problem. sect. 30. quæst. 1. scripsit omnes ingeniosos fuisse melancholicos: cùm tamen atrabilis, vt sicca frigidaque est, ita corpus non molle, sed durum terreumque efficere videatur: id enim qua ratione accipiendum est, ex professo ostendimus, libro 2. de Ortu & interitu. Nec denique sibi repugnat Aristoteles lib. 1. de Gener. animal. cap. 20. vbi ait, gustum & tactum mihi ad prudentiam facere: ibi enim loquitur de tactu secundùm se: hic autem vt ex illius præstantia arguitur excellens temperamentum, & tandem bonitas ingenij, ac iudicij. Sed hæc ad præsens satis sint, de quibus multa diximus loco citato. Lege Athenæum in Cœna Sapientum, libro 8. cap. 8. D. Thom. 1. part. q. 76. art. 5. Ficinum de Studiosorum sanit. tuenda, cap 3. & in 6. Platonis de Legib. Cœlium lib. 10. cap. 20. Leuinum lib. 1. de Occult. nat. miracul. cap. 16. Medinam lib. 2. de Recta in Deum fide, cap. 7.

*Mollitudo aquea index boni ingenij non est.*

---

τῶν δ' ἄλλων χυμῶν, τὸ μὲν γλυκὺ, τὸ δὲ πικρὸν ἢ τὸ ὀξὺ, καὶ τὰ μὲν ἁπτὰ τὰ δὲ μαλακὰ λέγεται ὁμοίως. καὶ γὰρ ἡ θιγὴ τὸ δὲ τοιοῦτον ἐστὶν ἁφή. ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἁφὴ καὶ θιγὴ μία, φανερὸν ἐκ τούτων· ἀλλὰ μὴν ὅτι γε ἔστιν ἁφὴ καὶ θιγὴ, οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν κοινῶν λαβεῖν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἰδίων τῶν περὶ ἑκάστην αἴσθησιν. ἐκ μὲν γὰρ τῶν χυμῶν ἡ ἁφὴ ἔοικε τὴν γεῦσιν ποιεῖν αἴσθησιν· ἐκ δὲ τῶν ἐν τῷ ἀέρι καὶ τῷ ὕδατι ἡ τὴν ὄσφρησιν· ἐκ δὲ τῶν ἐν τῇ σαρκὶ καὶ τοῖς μὴ ἁπλοῖς σώμασιν ἡ τὴν ἁφήν τε καὶ τὴν αἴσθησιν τὴν τοιαύτην. διὸ καὶ ἄνευ τούτων οὐκ ἔστιν ἄλλην αἴσθησιν εἶναι πλὴν ταύτας· ἐν μὲν γὰρ τῷ ὑγρῷ καὶ τῷ ξηρῷ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις οὐκ ἔστιν αἰσθάνεσθαι μὴ ἐν τούτοις ὑπαρχόντων ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καὶ τῷ διαφανεῖ καὶ τῷ ψόφῳ καὶ τῇ ὀσμῇ οὐδὲν κωλύει· ἐν γὰρ τούτοις οὐκ ἐνυπάρχει τὰ αἰσθητὰ ἐκείνων· ἐν δὲ τοῖς μεταξὺ ἐνυπάρχει τὰ ποιοῦντα τὴν κίνησιν τὴν αἰσθητικήν. ἔτι δὲ τὰ μὲν ἁπτὰ καὶ θιγὴ ἐν τοῖς ἐκτὸς οὐκ ἔστιν ἄνευ μεταξύ· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις αἰσθητοῖς ἔστιν ἄνευ μεταξύ· οἷον ὄψις καὶ ἀκοὴ καὶ ὄσφρησις· ἐκ τούτου γὰρ φανερὸν ὅτι ἡ ἁφὴ καὶ ἡ θιγὴ ἐν τῷ σώματι ἂν εἴη τῷ ἐν ἑαυτῷ· τὰ δὲ ἄλλα διὰ μεταξύ.

c *Saporum autem alius dulcis, alius est amarus &c.* & odorum quosdam dulces, quosdam appellamus amaros. Verum quædam odorem habent saporem quæ similitudinis dulcem inquam saporem, dulcemque odorem, quædam contra. Similiter & acer est & acerbus odor, & acutus & pinguis. Nam quin odores non sunt, vt diximus, manifestum: perinde atque sapores, ideò nomina odorum deducta sunt à saporibus per similitudinem rerum: alius enim est dulcis, vt croci mellisque: alius acer, vt thymi, ac hiusmodi rerum: idem & in cæteris modis seruatur. d *Atqui sicuti auditus* est audibilis, atque inaudibilis & visus visibilis, atque inuisibilis: & quisque similiter sensum: sic & odoratus est odorabilis, atque inodorabilis. Inodorabile autem multipliciter dicitur. Nam & id, quod omninò careat odore, neque vllo pacto odorem habet vt potest: & id, quod exiguum habet, & id etiam, quod malum: extremaque habet odorem, hoc appellari nomine solet. Similiter & ipsum ingustabile dicitur. e *Fit*

Text. 95.

Text. 96.

---

c *Vt autem saporum.*] Similitudinem, seu analogiam inter sapores & odores explicat. Ea verò



verò est quod vt saporum alij dulces, alij amari, alij acres, alij pingues sunt: ita & odorum totidem numerantur differentiæ, eandemque appellationem magna ex parte vendicant: videlicet quia similiter sensum afficiunt. Vt enim sapor acer, verbi causa, gustum mordet, sic odor acer, olfactum. Nonnulla tamen saporum vocabula, cùm ad odores traducuntur, latiùs aut minùs tracta sunt, vt progressu dicemus.

*Tactus præsentiam prius sensibilis in agnoscit.*

d *Atqui sicuti auditus.*] Ostendit conuenire olfactum cum cæteris sensibus, quòd non Proprium sensibile duntaxat; sed eius quoque priuationem cognoscat. Vt enim visus lucem & tenebras: auditus sonos & silentium: sic odoratus odorabile, atque inodorabile percipit. Deinde admonet inodorabile tripliciter dici; nempe quod omnino odoris expers est, quod obscurum habet odorem: quod male olet. Idem verò de iis, quæ sub gustum cadunt, affirmari posse inquit. Porrò quoniam pacto sensus priuationes cognoscant, alibi exposuimus.

---

ἐν δ' ἀέρι καὶ ὕδατι ἔστιν ὀσμᾶσθαι, διότι καὶ ἐν τούτοις ἐστὶν ἁπτὰ καὶ γεύσεως ποιητικὰ ἐνυπάρχοντα. ἔοικε δὲ καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ ἀναθρεπτικὸν, ἀναγκαῖον εἶναι τῷ τὴν ἁφὴν ἔχοντι· διὸ καὶ τὸν ἄνθρακα οὐκ ἔστιν ὀσμᾶσθαι οὐδὲ τὸν πεφυσημένον ὑπερβολῇ ξηρότητος. διὸ καὶ ἄπορόν τινα ποιεῖ, τί ποτέ ἐστιν ἡ ὀσμητὸν· ἢ γὰρ ἀέρος ἢ ὕδατος ἴδιον ἐστὶν ἢ ἀμφοῖν· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τούτων ἄνευ ἐστὶν ὀσμᾶσθαι· ἀεὶ γὰρ ἐν ὑγρῷ τινὶ τὸ ὀσμητὸν ὑπάρχει· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦ ὑγροῦ μόνου· ἐν γὰρ τῷ ὕδατι οὐκ ἔστιν ὀσμᾶσθαι· ἀλλὰ δεῖ τι καὶ ἀναθρεπτικὸν εἶναι· τοῦτο δὲ τὸ ἁπτὸν καὶ τὸ γευστόν. ἐπεὶ δὲ τὸ ἁπτὸν καὶ τὸ γευστὸν ἐν τοῖς στερεοῖς ἐστὶν ἐνυπάρχοντα, ὅσα μὴ ἐστὶν ἁπλᾶ, ἀνάγκη καὶ τὸ ὀσμητὸν ἐν τοιούτοις εἶναι· ἐν δὲ τοῖς ἀναθρεπτικοῖς ἀναγκαῖον· τοῦτο γὰρ ἴδιον τοῦ ἔχοντος ἁφήν. τὸ δὲ ἐσθιόμενον ἢ πινόμενον ἐστὶν ἡδύ.

ΤΕΛΟΣ.

e *Fit autem olfactus etiam per medium, vt aerem, aut aquam.* Etenim animalium ea, quæ in aquis degunt, videntur odorem sentire tam habentia, quam non habentia sanguinem, sicuti ea, quæ versantur in aere: harum namque nonnulla aerem alimenti percipiunt causâ, per quem ad ipsum. Quocirca dubitationem is tollere videtur, si cuncta quidem similiter olfaciunt; homo verò respirant, non respirant autem, sed spirant, aut desinunt spiritum, non olfacit. Neque emittit, neque continet, neque in ipsis naribus intus rem vllam ponere mus. Atque sensum quidem non fieri ex instrumento sensus res ipsa sensu percipienda penitus, communi omnibus est sed non sentire respiratione, proprium hominum esse videtur, quod quidem experientia late patet. Quare ea, quæ sanguinis expertia sunt, cùm non respirent, sensum quendam præter res sensu, quas dicunt, alium habent. At id esse non potest. Quippe cùm odorem percipiant. Sensus enim res tam male, quàm benè olentis, olfactus sine controuersia est. Præterea à vehementibus & ipsa corrumpi videtur odoribus, à quibus & homo corrumpitur, vt bituminis, sulphuris, & similium. Necesse est igitur ipsa olfacere non respirantia tamè. f *Atqui* huius instrumenti sensus in homine perinde videtur ab instrumento differre talium animantium, atque oculi differunt ab eorum oculis animalium, quæ tenera cutis habent. Nam animalium ea, quæ molles oculos habent palpebras ipsa vis septa & tegmen habent, quæ nisi mouerint, ac aperuerint, non vident, vt late patet. At ea, quæ duratum sunt oculorum, nihil habent præsidij tale, sed illicòres ea vident, quæ in perspicuo sunt. Sic igitur & instrumentum olfactus in hisce quidem, quæ non respirant: velamine caret prædito atque oculi dormiunt vt diximus: in his autem quæ suscipiunt, aerem habet velamen quod cùm respirant aperitur, venis membrisve assistentis & ulcerosis, quæ respirant, non olfacimus in aqua. Necesse est enim olfaciant respirando. At id in aqua facere nequeunt. g *Ipse autem* odor sicci, sicuti humidi sapor, h ipsum verò instrumentum olfactus est potentia tale.

Text. 97.

Text. 98.

Text. 99.

Text. 100.

CAP.

---

e *Fit autem olfactus.*] Agit de medio, quo odores deferuntur, statuitque id esse tum aerem, tum aquam. Quia verò de aqua posset quis fortasse ambigere, dubitationem removet eo argumento, quòd etiam ea, quæ in aquis viuunt, ciborum odore è locis distantibus alliciuntur. Itaque ait, tum esse inquit, non solùm quæ extra aquas degunt, sed etiam aquatilia, & in vtroque genere, tũ quæ sanguine prædita tũ exanguia, odorari. Et quia animalia pulmones habẽtia inspirando: cæteris non inspirando odores hauriunt: hinc quærendi occasionem sumit, num omnibus animantibus idem odoratus competat, an non. Respondet, omnibus eundem, minimũ specie cõuenire.

*Mediũ quo spargitur odor est aer et aqua.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Idque duplici ratione ostendit: primùm, quia in omnibus idem est obiectum; nempe tam bene, quàm malè olentium odor. Deinde, quia eundem sentium oportet esse eum, qui eisdem sensibilibus lædituri at omnium animantium olfactus vehementi odore, cuiusmodi est bituminis, sulphuris, aliarumque eiusmodi rerum, offendi solet.

*Animæ quæ respirant, organum odoratus habent.*

*Vtrique diuersa patitur.*

f *Atque huius instrumentum.*] Sicut in animantibus ea, quæ duriocula nuncupantur, oculos absque palpebris habent, sunt que perpetuò expedita, vt possint in rem obiectam ferri: cæteris vero palpebræ datæ sunt, quibus oculos recondant: ita quæ respirandi vi pollent, organum odoratum in recessu & velamine quodam munitum obtinent: adeò vt non nisi inspirando, hoc est, aerem attrahendo, aditumq; odoribus recludendo olfaciant. Vade & in aquis, vbi attractio spiritus esse non potest, minimè odorantur: cùm interim ea, quibus sensitenum patet, inspiratione haudquaquam egeant ad captandos odores. Sicut igitur, inquit Aristoteles, diuersitas illa cernendi diuersitatem aspectus ita arguit: ita atque huiusmodi in odorando varietas ad obiectus potentiam specie distinguendam sit eis. Hanc ipsam difficultatem mouet, eodemque pacto diluit lib. de Sensu & sensili, cap. 5.

*Odor est sicci, vt sapor humidi.*

g *Est autem odor.*] Odoris naturam paucis verbis explicans, ait odorem esse sicci, quemadmodum sapor est humidi: videlicet quia in subiecto odoris vincitur humidum ab arido; contrà verò in subiecto saporis aridum ab humido. Qua de re in quæstionibus plura.

h *Ipsum verò.*] Odoratus facultatis organum potestate tale esse ait, qualis ipse odor actu est: videlicet quia sensuum instrumenta aptitudine habent, vt ab obiectis patiantur, cumq; eam perpessione iam subeûr, saltem ratione imaginû, quibus configurantur, obiectis similia euadunt.

## QVAESTIO I.

### *SIT NE ODOR EXHALATIO corporis odorati, an non.*

### ARTICVLVS I.

### *AFFIRMATIVAE PARTIS argumenta.*

*Autores partis affirmatiuæ.*

AFfirmatiuam partem huiusce controuersiæ amplexus est Heraclitus, referente Aristotele lib. de Sensu & sensili, cap. 6. idem videtur sensisse Plato in Timæo, Theophr. 6. de Caus. plant. cap. 5. Gal. lib. de Olfact. instrum. Auicenna lib. 6. Natural. p. 2. cap. de Odore. D. Damasc. lib. 2. de Fid. orth. cap. 18. Item Alfarabius & Albetarab, quos refert Venet. text. 97. Possunt q; pro hac sententia hæc argumenta adduci: Odorum interuentu multa fiunt, quæ nomisi à substantia præstari queunt: agitur odor est ipsa fumea substantia. Probatur assumptum primò, quia odor nutrit, ac sustentat. Affomi enim, gens Indorum, ad extremos fines Indiæ, circa fontes Gangis, solo odore, quem è floribus & pomis captant, viuere dicuntur, vt narrat Strabo ex Onesicrito, lib. 16. & Plin. lib. 2. Nat. hist. c. 21. Galen. etiam 2. Aphorif. alijq; in locis distinguit in animali duo genera partiû; quasdam solidas, quas ait nutriri cibo; alias tenues & aereas, vt spiritus, quos affirmat attracto aere & odore ali. Secundò; idem suadetur, quia multi odores à mentis deliquio liberãt, & cerebrum iuuant, ac mulcent; adeo vt in lib. de Sensu & sensili, cap. 5. dicat Aristoteles odorem institutũ esse à natura ad temperandum cerebrum. Econtrà verò multi odores valdè incommodant, ac nocent, vt experimẽto constat. Commemorat enim Strabo lib. 16. Sabæos interdum odoribus stupefieri. Hippocr. lib. 3. Aphor. 28. docet aromatum suffitus grauedinem inferre. Plutarch. in lib. de Præcept. connubial. ait feles olfactu vnguentorum furere. Leunius lib. 2. de Occult. nat. mirac. cap. 9. affirmat in quibusdam regionibus odores, qui è fabarum flosculis emittuntur, delirium inducere. Postremò, quia rerũ odores, qui ex cadaueribus, locisq; cœnosis manant, aerem corrumpunt, atq; interdum pestilentiam inducunt. Atque hæc omnia non videntur fieri, nisi interuentu fumeæ substantiæ.

*1. arg. pro eadem parte.*

*Plutarch.*

*Leunius.*

*2. Confirmatio assumpti argumenti. Lege Gal. li. de fasibus. odorat. Hip. lib. de locis in vom. vlcer. & Nicol. peripat. apud Gal. lib. 24. cap. 22.*

Confirmatur quoque eadem sententia, quia homines respirant, vt odorentur, vtique vt fumidam excretionem ad sensorium attrahant. Item, quia constat res odoriferas assidua odorum expiratione flaccescere & absumi, certe nonnisi quia eiusmodi rerum substantia dum olet, in halitum & vaporem abit. Accedit postremò autoritas Aristotelis, quia licet in Problem. sect. 12. q. 10. cùm quæsisset, num odor sit exhalatio, aer, aut vapor; nihil ausus fuerit constituere: tamen sect. 13. eiusdem operis, q. 5. & cap. de Sensu & sensili, asseruit odorem esse halitum.

*2. Argum.*

*Aristoteles.*

## ARTICVLVS II.

### *ODOREM NON ESSE FVmeam exhalationem, nec argumenta superiùs adducta id confícere.*

*Strabo. Hippoc.*

SIt tamen conclusio: Odor non est fumea exhalatio corporis odorati, sed qualitas odorata sensibilis. Hæc conclusio quoad priorem partẽ inde constat, quia si odor esset exhalatio, cùm hæc sit fluxa; siquidem per se mouetur, & in sublimem locum euadit, sequeretur odorem non esse sensibile per se, quandoquidem nulla substantia per se cadit sub sensum.

*Eff. M. Alb. lib. 2. de Anima, tract. 3. ca. 1. tract. 9. c. 7. Auer. lib. 3. de Anim. c. 31.*

*Conclusio quæst. Probatur quoad priorem partem.*

Accedit testimoniũ Aristotelis lib. de sensu, & sensili, c. 5. vbi Heraclitum, Platonem, & alios ex antiquis philosophis, apud quos contraria opinio communis erat, refutat. Posterior eiusdem conclusionis pars liquet ex eo, quia cùm odor non sit substantia, vt probatum est, & denominet subiectũ quale, agatq; per se in olfactum, consequens sit, vt rectè dicatur qualitas odorata sensibilis. Verùm quænam sit odoris natura, ex ijs, quæ progressu dicemus, cum de odorum generatione disseruerimus, planius euadet.

*Item quoad posteriorem.*

*Solut. 1. arg. superioris artic. simul confirmatorium.*

Respondeamus nũc argumentis, quæ hanc nostram assertionem oppugnabant. Ad id, quod initio adduximus, negandum est assumptum; & ad primam eius cõfirmationem dicendum cũ Aristotele in lib. de sensu & sensili cap. 5. odorem non nutrire: id enim tantùm nutrit, quod in substantiam rei viuentis conuertitur; hoc autem soli substantiæ conuenit, non odori, qui accidens est, vt probatũ fuit. Itaq; quod de Affomis narratur, fictitiũ est, vt iam in libris de ortu, & interitu astruximus. Quod autem medici inquisit, in viuentibus quasdam partes tenues, id est, spiritus odore nutriri, & sustentarijid si de odore ipso intelligatur, à vero abest; si de aeria substantia, qua odor defertur, eatenus admitti debet, quatenus aer, vt libro citato ostendimus, spiritus nutrit, nutritione impropria, qualis est ea, qua lucerna oleo, & aere circunfuso sustentatur. Et verò eiusmodi substantia aeria, cum odore imbuta est, merito aliarum qualitatum, quæ odorem comitantur, mirifice etiam spiritus fouet, ac conseruat; vnde quibusdam odoribus vis benefica ciga spiritus, & cerebrum, atque etiam ad exhilarandum cor attribui solet. Quemadmodum & nonnulli odores ob aliquam excedentem qualitatem, cum qua simul meatus corporis subeunt, non parum afferunt nocumenti; & obputridos humores, qui vnà cum ipsis exhalantur, aerem vitiant. Ex quo non sequitur odorem substantiam esse, sed substantiæ vnà cum prædictis affectionibus inhærere. Vnde tam patet solutio primi argumenti, omniũq; eius confirmationum.

*Affomos odore nutriri, fictitium, quia dici verum esse possit. lib. 3. cap. 5. 9. 7. Lege Arist. 2. 5. de sens. & sensib. Galenum in lib. de instr. odorat. Vernelii lib. 4. de methodo medend. c. 21. Cæs. lib. 14. cap. 11.*

*Solut. 2. quoad priorem partem.*

Ad priorem secundi argumenti partem dicendum est inspirationem animantibus, non omnibus, sed ijs, quæ respirant, inseruire ad remouendum operculum, quo, vt Aristoteles ait, olfactus regitur; quod cum sit, simul attrahitur species odoris, vel odor ipse insidens aeri, exhalationiue, vt prægressũ exponemus: sed hinc nihil aduersus dicta habetur. Ad posteriorem partem concedendum est è rebus odoriferis sæpe emitti fumeam substantiam, sed negandum eam substantiam esse odorem. Aristoteles verò in problematis sect. 3. q. 5. & c. 2. de sensu, & sensili appellauit odorũ halitum non formaliter, sed subiectiuè, quia magna ex parte in halitu inest, ab eoq; defertur. Et in hunc modum explicanda erunt loca alia, in quibus odorem vocat halitum fumeum, seu fumosam vaporationem. In eundemq; sensum accipi possunt dicta, si nõ omnium, saltem quorundam auctorum ex ijs, quos initio superioris articuli retulimus.

*Quoad posteriorem. Explicatur Aristi.*



## QVAESTIO II.

### *QVONAM PACTO ODOR gignatur; quodq; eius subiectum sit.*

### ARTICVLVS I.

### *EXPLICATIO PROPOSItæ dubitationis.*

QVod attinet ad generationem odorũ, statuendum est cum Aristotele proximo capite, & vberiùs in lib. de sensu, & sensili, cap. 5. odorem resultare in mixtis corporibus, ex primarum qualitatum concretione, dominante siccitate, calore humidum decoquente, & excitante. Diximus, in mixtis corporibus, quia elementa, vt etiã loco citato monet Aristoteles, odorata non sunt; videlicet interim dum syncera, & pura existũt. Addidimus, siccitate dominante, quia siccitas est quasi materia odoris: Sapor enim, & odor ex humido, siccoq; oriuntur: sed hoc interest, quòd in sapore vincit humidum; in odore siccũ. Hanc verò originis differentiam inter odorem, & saporem illud, inter alia, testatur, quòd quæ impensè olent, valde amara sunt, quia nimis cocta; qua de re Theophrastus lib. 6. de causis plantarum cap. 24. Item quia dulcia raro sunt odorata; intellige natiuo odore, vt ait Plin. lib. 21. naturalis historiæ cap. 7. Nasci aũt odorẽ ex siccitate dominante, argumẽto est, quòd conflat aridos, & feruidos terrarũ tractus, vt Arabiæ, vt Syriæ, optimorũ odorum esse feracissimos. Item quod res odoriferæ, si nimiũ humectẽtur, inodoriferę reddunt: ideoq; in Aegypto flores minimè odorati sunt, quia incubat illis roscidus, & nebulosus aer à Nilo flumine, & è cõtratio rosa serenis diebus collecta maiorem odoris fragrantiã reddit. Quin verò, vt notauit Hippocrates lib. de carnibus, & ipsum organum olfactus, cùm pituitoso defluxu, aut aliquius humore scatet, odorẽ minus sentit. Est enim quædã instrumẽti, cum proprio sensibili naturalis cõsensio, & cognatio. Oportuit aũt in odore siccum, & tenue vincere, vt odor facilè diffundatur, & transmeet. Sed enim, & aliquid humiditatis ad ipsum requiri, inde patet, quia quæ exarescũt, & torrentur, odorem amittunt,

*Odor vnde nascatur.*

*Saporis & odoris eadem causa, sed tamen variata.*

*Terræ ille gaza fertilitatem, ita odor ratione.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



amittunt, quod videre est in cineribus ligni A odorati, vt obseruat præter alios, Theophrastus lib.6. de causis plant.cap.29. & è contrario multa nimis arefacta, humidi permistione odorata fiũt, vt testa, cùm primùm complutur post diuturnã siccitatem: nõ ita verò cum diũ maduit; tunc enim humor, non siccitas præualet. Denique adiecimus, (calore humidum decoquente, & excitante) quia non esset odor nisi caloris vis accedat, quę humidũ quasi diluat, & attenuet. Hinc Aristoteles in problematis sect.12. qu.11. ait semina, quæ olent, calida esse; quia odor calore efficitur: & in eadẽ sect. quæst.4. docet odorata omnia, calore abundare. Idemq; asserit Galen.lib.9.de simplic.medicam.facult.ca.12. Eiusq; causa est cur allia iuxtaposita consita, eas magis odoratas reddunt: videlicet quia solũ calefaciunt, & exsiccant; atq; ita odorem promouent, vt ait Contarenus lib.7. de elementis. Quanquam huius rei alia causa reddi potest: nimirũ quia C quælibet res trahit alimentum sibi consentaneum, atque ita grauseolentia cuiusmodi est allium, attrahunt nutrimentũ malseolens, & vicinis herbis, plantisq; odoriferis syncerius pabulos relinquunt. Experimur etiã aquam rosarum stillaticiã, dum igni sensim incalescit, habitum spirare suauiorem, & vniuersim, quæ odorata sunt, magis redolere, cùm calẽt, quam cùm frigẽt. & pius interdiu, quam noctu, vere, quam hyeme, æstate, quàm vere. D

*Odoramenta recalefacta fragrantiora sunt.*

*Alexandri sudor odorus.*

Hinc Alexandri Macedo, vt in eius vita Plutarc. scribit, propterea suauẽ odore ẽ membris effluisse creditur, quòd esset temperamento corporis pestermido, & igneo. Idemq; Plutarchus in lib. de causis naturalibus cap.25. quæstionẽ diluens, cur prima ferarum indagationẽ difficilẽ reddat, ait causam esse, quia odorum halitus, nonnisi à calore laxati, & soluti, dispergi queunt; frigus autem vehementius stringens, & claudens, nec eos fluere, nec ad E sentiendi instrumenta perlabi finit: & ob id etiam vina per hyemẽ minus redolentia esse ait. Ex dictis patet, quænam esse debeat odoris definitio; nimirũ, odor est qualitas ex primarum cõmistione resultans, dominãte ficco, & calido, atq; olfactum mouens. Patet etiam quodnam sit odorum subiectũ, hoc est, qui dnã sit, id, in quo odor primo enascitur. Nam cùm odor sit qualitas orta ex certo primarum qualitatum temperamento, quod nõ F nisi mistis corporib. per se debetur, sit inde vt proprium, ac natiuũ subiectũ odorum sit tale corpus mistũ. Vnde Plin.lib.15. Natur.histor. cap.27. Murũ, inquit, tria præcipua naturæ elementa sine sapore esse, sine odore; aquam, aëra, ignes. Addere & terã potuisset; sicuti addidit Aristi. lib. de sensu & sensili. cap.5. monens tamen intelligendũ id esse, nisi elementa mistura habeant, nam cùm hæc videmur redolere mare, & terram etiam, præsertim cùm post longam ariditatem madefit, vt superius di-

*Odoramenta definitio.*

*Odorem esse magis sicci quam humidi Aristo. text.100. habitus ex Elementa in aqua. Plin. Aristot. Eccl. sens. et sens. capalli. et lib. 2. cap. 26. M. Albert. sum. de hom. 2. p. tract. de olfa. Marcel.*

ximus, scripsisse; Theophrast. lib.6. de plantis cap.29. & 27. De hac re laudun. quæst.16. de sens. & sens.

Porrò odorũ species variæ sunt, nobis tamẽ propter huius sensus hebetudinẽ, & tardiatem magna ex parte ignotæ: liquidẽ prout homini sensus deficit, ita & scientia de re ad eum sensum pertinente, cũ nostra cognitio a sensib. oriatur. Quia igitur admodum tenuiter & remissè olfacimus, nec nisi eos odores, qui organũ vehementer lacessunt, ac pulsant, exactè percipimus, fit vt odorum differentias minùs tenear mus: ideoq; eas haud propriis significamus vocabulis, sed translatitijs, desumptisq; à saporũ differentijs. Ergo vt sapores, ita & odores acutos, acerbos, graues, & suaues dicimus, mutuatitia nomẽclatura eorũ species & discrimina indicantes. Est autẽ sapor acutus, qui celeriter ac fortiter sine fastidio sensum pũgit. Grauis, qui segniter, ac parùm mouet; vel qui ob densiorem fragrantiã, vt odoramentis, vel ob fœtidum halitũ, nares offendit. Suauis, qui leniter gratus, ac iucũdus est. Qua de re, de qi alijs odorũ speciebus Thom. Garbius in summ. q.69. Marcellus in suo 3. de anim. cap.74. M. Alber. 2. part. summ. de hom. tract. de olfactu, & lib. 2. de anim. tract. 3. cap. 24. D. Damasc. lib. 2. Fidei orth. cap. 18. Theophrast. lib. 6. de causis plant. cap. 1. & 4. & 13. vbi admonet, & si nomina saporũ odorib. tribuere solemus: nõ id tamen in omnibus nominibus ratum esse: nemo enim v.g. odorem fallsum rectè nũcupauit. Quod etiam scripsit Galen. lib. 3. de simplic. medic. facult. cap. 21.

*Porro odorũ species variæ sunt, nobis tamẽ propter huius sensus hebetudinẽ, & tarditatem magna ex parte ignotæ: liquidẽ prout homini sensus deficit, ita & scientia de re ad eum sensum pertinente, cũ nostra cognitio a sensib. oriatur. Quia igitur admodum tenuiter & remissè olfacimus, nec nisi eos odores, qui organũ vehementer lacessunt, ac pulsant, exactè percipimus, fit vt odorum differentias minùs tenear mus: ideoq; eas haud propriis significamus vocabulis, sed translatitijs, desumptisq; à saporũ differentijs. Ergo vt sapores, ita & odores acutos, acerbos, graues, & suaues dicimus, mutuatitia nomẽclatura eorũ species & discrimina indicantes. Est autẽ sapor acutus, qui celeriter ac fortiter sine fastidio sensum pũgit. Grauis, qui segniter, ac parùm mouet; vel qui ob densiorem fragrantiã, vt odoramentis, vel ob fœtidum halitũ, nares offendit. Suauis, qui leniter gratus, ac iucũdus est. Qua de re, de qi alijs odorũ speciebus Thom. Garbius in summ. q.69. Marcellus in suo 3. de anim. cap.74. M. Alber. 2. part. summ. de hom. tract. de olfactu, & lib. 2. de anim. tract. 3. cap. 24. D. Damasc. lib. 2. Fidei orth. cap. 18. Theophrast. lib. 6. de causis plant. cap. 1. & 4. & 13. vbi admonet, & si nomina saporũ odoribus tribuere solemus: nõ id tamen in omnibus nominibus ratum esse: nemo enim v.g. odorem fallsum rectè nũcupauit. Quod etiam scripsit Galen. lib. 3. de simplic. medic. facult. cap. 21.*

*3. de an. cap. 70. & 71. Ciliat. diff. 155. Contra. 5. de elemit.*

*Non omnia saporũ nomina odoribus quadrant.*

Deinde aduertendũ ex Aristotele de sensu & sensi. cap. cit. quosdam odores iucundos habere, quia saporibus respondent, & gustatui amica denuntiant: atq; ita efluentibus suauibus coniungunt; quitamen fastidij nullam afferunt voluptatem. Alios per se ac sine respectu saporum, delectationem parere, vt qui efflantur è quibusdam floribus, neq; enim, inquit Aristoteles, ij ad cibi cupiditatem excitandam conferunt, sed obstant potiũs. Vnde illud quod in Euripidem dixit Stratis;

*Odores quidam appetentiã excitant.*

*Alij hebetant.*

*Cum iam cognitur, vnguenta nil infundite.*

Aduertendum præterea quibusdã corporib. ineſſe odores simplices, cuiusmodi sunt, qui per naturam obueniunt; alij compositos varia commistione; quales magna ex parte sunt ij, quos ars pigmentaria ad luxum & delitias vnguentis miscet. Quem abusum maiorem esse inquit Plinius lib. 13. cap. 3. quàm gemmarum, & pretiosarum vestium: hæ nanq; diu seruantur, & transeunt ad hæredes illi cõfestim expirant, ac suis moriuntur horis: excedit libra denarios quadringenos; nec sentit ipse, qui gerit, summaq; commendatio habetur, si transeunte illo, muiter odor etiam aliud agentes. Tanti eminus voluptas aliena. Addę quod virilem animũ effœminat, vt nõ

*Odores simplices.*

*Odores compositi.*

*Maior odorũ quã gemmarũ abusus. Lege Arist. l. 3. Eth. c. 10.*

*Martialis li. 2. Epigr. 12.*

fine



*D. Hier. contra iouinian. olentes.*

sine causa dictum sit illud. Non bene olet, qui bene semper olet. Lege D. Hieronym. epist. 8. ad Demetriadem, iuuenes calamistratos & peregrini moris olentes pelliculas.

## ARTICVLVS II.

### *QVORVNDAM OBIECTIONUM dilutio.*

*1. Obiectio.* VErum contra superiora obijciat aliquis. Si B odor esset in misto odorato, vt in subiecto, sequeretur flores, & suffimẽta, è propinquo suauius olere, quàm è loco aliquantulũ remoto; cùm vnumquodq; prope suũ principium efficacius agat & ramẽ oppositũ experimur. Secundo. Vnus, idemq; cibus secundũ eandem partem sapidus est, atque odoratus. Igitur cum sapor fiat ex humido, docere Aristotele in hoc capite text. 100. si odor ex sicco prædominante oriretur, in eadem subiecti C parte esset siccum, & humidũ excellens, quod repugnat. Tertio, Multa corpora præhumida sunt odorifera, vt aquæ stillatitiæ, opobalsamum vinum, aliiq; id genus fuci non pauci: ergo odor non prouenit ex abundanti sicco. Quarto, Aromata acriùs olent, & oriũtur odorem seruant cinere suffita, quam igni & gummi, ac lacrymæ odoratæ, vbi igni exustæ sunt, odorem halant nullum, & tamen ignis calidior est cinere. Non igitur calor de D coquens, expirationem odoris perficit; si enim eam perficeret, vbi efficacior est vis caloris, acrior odoris afflatus sentiretur. Quinto. Tria sunt corpora odorum excellentia in primis nobilitata, videlicet moschus, zibettum, & ambarum: at in ijs non abundat siccitas, & calor: ergo odor non oritur ex harum qualitatum dominio. Probatur assumptio, quia moschus fieri dicitur ex sanguine feræ cuiusdam vulpem effigie referentis, zibet E tum, ex fudore quorundam felium; at iudor, & sanguis magis humida sunt, quam sicca. Item, ambarum videtur innasci balenæ, quæ vt est maris incola, ita frigidi est temperamẽti, atque adeo & ambarum, quod intra eam gignitur.

*2.*

*3.*

*4.*

*5.*

*Primæ obiectionis dilutio.*

Ad primũ horum respondet Aristoteles in problematis sect. 12. qu. 2. & quæst. 3. & 9. idcirco flores, & suffimenta è longinquo suauius olere, quia ad locum aliquantulum remotũ F desertur odor secretior a portione terrea, & desiccatior à fumo, cralliq; vaporibus, qui odorem vitiant, & ipsum odorandi vim hebetant. Verùm oportet non tantam esse distantiam, vt odor in traiectu pereat.

*Cur odores è longinquo suauius ferantur.*

*Secunda. Odor siccum magis quàm humidum se. quitur.*

Ad secundum, negari non potest interdũ cum suauí odore saporem cõcoctum, iucundumq; inueniri. Verùm maiori ex parte oppositum accidit: præsertim si semo sit de suauissimis odoribus, ad quos, vt ad rem præstantiorem in suo genere respicere oportet

*Quinta.*

*De origine muschi varia sentitia.*

*De hac re Auicen. & Paul. apud Cæl. lib. 14. cap. 25. Sipontini. Muschũ ait Ilermo fuisse pestis inquinam.*

cum de odorũ ingenio iudicamus. Adde ob id etiam dici odorem prouenire ex siccitate, saporem ex humiditate; quia cũ eadem res, & odora, & sapida existit, si constet alijs partibus siccioribus, alijs humidioribus; odor sequitur portionem magis siccam, sapor magis humidam. Item, quia quæ sunt odorata, cæteris paribus, quo siccliora eò plus halant odoris, vt patet in Cinnamomo, Gariophyllo, & alijs. Quod tamen in ijs, quæ saporem continent, secus euenit. Vnde & organum odoratus siccũ est, gustatus humidum: vt nõ modo sapor, etiã in aridis corporibus, succulentæ partes amet; sed neq; linguæ gustu dijudicet, nisi illa interno aliquo humore sit affusa.

*Tertia. Quæstio. Cur aeriùs olerent suffita cinere, quàm igne.*

Ad tertium, ex ijs, quæ proximè dicta sunt, patet responsio. Ad quartum, dicendum est cinere suffita aeriùs olere quàm igne; quia ignis præpropere abstulit habitum odorifer um, qui cineris calore paulatim emergit. Ex C quo non sequitur expirationem calore non fieri, sed vt exhibeatur accũmodatè ad enehendum, seruandumq; odorem, requiri moderatam caloris vim, qualis est in cinere. Nimis verò adusta ideò non olent, quia odor nonnihil fuci exigit.

*Quintæ. De origine muschi varia sentitia.*

Circa vltimũ argumentũ in primis quod ad muschum attinet, nonnihil de illius origine auctores differũt. Quidam tradunt moschum esse illius ferę, quam diximus, concretum sanguinẽ, inclusum in folliculis, qui ad nos perfertur, pestilissimum e Cinarum agro. Alij ferãm illam crebro verbere enectam, deinde putrefactam, comminui in particulas, atq; has esse moschum; qui prædictis vtercu lis alleuatur. Alij aliud narrant. Lege Matthiolum in lib. Dioscorid. c. 20. Scaligerum exercitatione 21. in Cardanum. Quicquid dicatur, constat moschum siccitatem habere, quæ odori sufficiat, esto sanguis, dum non concreuerit, præhumidus sit. Quod similiter de concreto illo sudore felium; pronuntiandum est.

*Anicen. & Serapion, quos citat Christophorus Costa li. de aromatibus cap. 16. Ambarum à pumice, vel spongia, & in istius expuitione.*

De origine ambari, maior est dubitatio. Plerisq; videtur esse aliquid innatũ balenis. Nam, & vbi plures vsiuntur, maior est illius copia; & in earum ventre certum est nõnunquam inueniri, cum vel tempestate ad scopulos allisæ, vel piscatorũ iaculis, fumibus q; tandem expugnatæ capiuntur. Alij volunt esse fungi marini speciem è profundo, vel taxis, vbi nascitur, diuulsam pelagi fluctuatus agitatu, quo ad littora euehitur, ibiq; sæpe legi cõsueuit. In balenis autem inueniri, non quod intra illas oriatur; sed quia marina bellua eo pabulo summopere delectatur, vt & terrestres, volatilesq; complures. Lege Matthiolum in lib. 1. Dioscoridis cap. 21. Fuchsium in libro de componendis medicamentis. Siue autem hæc siue alia sit ambari generatio, negamus deesse illi, quãtum sufficiat caloris ad odorem conciliandum.

Erit

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Obiectio.* Erit tamen qui obijciat. Aristotelem in problematis sect.11.problem.4 affirmare, nullum animantium sec vivum, seu mortuū, excepta panthera, suauē odorem mittere. Quare falsum esse quod de illis feris asserimus. *Diluitur.* Occurrendum, vel latuisse id Aristotelem, vt & alia, quæ eius ætate nōdum comperta fuerant, sed progressu temporū innotuere. Vel id ex communi tantùm sermone protulisse, sicuti & alia non pauca in eodem opere, vt nonnulli interpretes obseruarunt.

## QVAESTIO III.

### *QVO PACTO DIFFVNDATur odor, & per quod medium ad olfactum perueniat.*

### ARTICVLVS I.

### *DE ODORIS DIFfusione.*

*1. Quæstionis conclusio.* SIT prima conclusio in hac quæstione. Odor plerunq; diffunditur è re odorata, per substantiam fumeam. Hæc conclusio probatur ijs argumentis, quæ in hoc capite, art.1. quæst. primæ attulimus ad suadendum odorem esse exhalationem, seu fumeam substantiam. Licet enim non persuadeant odorem esse talem substantiam; concludunt tamen illam odorem comitari esseq; eius veliculum, cuius interuentu, è re odorata prodeat. Addidimus tamē in conclusione (plerumque) quia non necesse est, vt semper odor eo pacto exiliat; si nimirum res odorata, odorem ità perfectum concoctumq; iam habeat, vt ad exiliendum non egeat resolutione: vel si ita compacta sit, vt resolutionem non admittat; licet hoc posterius in corporibus odoriferis raro accidat.

*Conclusionis confirmatio.*

*2. Conclusio. Illius ambitus.* Sit secunda conclusio. Etiam cum res odorata vaporem exhalat, non vbiumq; percipitur odor, datur exhalatio odorifera. Hæc conclusio est de mente Auerrois text.97. huius lib. S. Thomæ ibidem, & in 2.d.2.q.2.art. 2.ad 5. Alberti tract.3. c.11. Aegydii, text.100. virtutiq; Caiet. Apollinaris q.26. Ferrariensis q.17.Iand. de sens. & sensi. q.27. & hoc in lib. q.14, Comiarenī lib.1. de elementis, Marcel li.3. de anima c.72. Cancilliarorū diff.15. & aliorum. Est tamen contra Auicen 6. Nat. q. *In quæst. v trū odor sit* p.2.c.5. Albertum in summ. de hom: Gatenū *substantia.* 3. 4 de simplic. medic. facult. c.21. Fernelium lib. *Qui contra* 6. Physiol. c.1. & alios existimantes citra hali- *sentiunt.* tum fumeum, odorem non dari. Probarunt ta- *3. Conclusio probatur.* men nostra conclusio; quia sæpe odor sentitur in locis admodum remotis, vt testantur vultures, aliaq; aues, quę odore allectę cadauera procul inquirūt: vt autem exhalatio tam longè, lateq; spargeretur, oporteret tem-



præsens: non est autem præsens cùm longissimè distat: ergo vt odor percipiatur, non satis erit peculabi ad sensum species odoris, sed odorem ipsum secundū esse reale. Quintò. Odor est qualitas secunda resultans ex temperamēto primarum, non magis actiua, quàm sit color, sed vnus color non producit alium: ergo nec odor alium odorem gignet; proindeq; nullo pacto poterit diffundi odor in medio secundum esse reale; cùm hæc diffusio nō aliter fieri deberet, quàm per productionē vnius odoris ab alio.

*Ad 1. impugnationem.* Ad primū horum dicendum, odorem datū esse à natura, vt illius interuentu sapores explorentur, dijudicenturq;, quod progressu magis patebit; item vt homo illius ministerio, sicuti & aliorum sensuum, intelligibilem cognitionem acquirat. Præterea, vt cerebrum mulceat eiusq; temperiem seruet. Verūm hic finis non omnibus odoribus conuenit, cùm multi cerebrum lædant: sed neq; opus est, vt suaues & beneficī odores eum finem *Ad 2.* perpetuò assequantur. Ad secundum respondemus ventum impedire perceptionē odorum, non solùm quia substantiam fumeam in diuersum rapit; sed etiam quia odores, & eorum species in aëre insidentes, vna cum ipso aëre, eodem, quo ferrur impetu, secum euehit. Quod tamen in colorum, & lucis perceptione, haud quaquam euenit: quia cùm species visiles momento ad aspectum pertingant, earum traiectio motum omnem præcurrit.

*Ad 3.* Ad tertium dic, vnum odorem secundum esse reale, posse à contrario odore, in medio retardari, vel omnino impediri, ne vlteriùs diffundatur. Quòd si odor contrarium non inueniat; putant nonnulli probabile esse, tam illum, quàm species odoris, momento ad olfactum peruenire. Sed his refragatur experientia. Sæpe enim videmus thus, aliaq; odoramenta, cùm primò igni calescunt, fumidum halitum procul expirare; & tamen nunquam eorum odorem, nisi aliquanto post tempore, à nobis sentiri. Quod tamen secus *Etiam qualitates citra vis vacantes aliquando egent tempore vt diffundantur.* cueniret si odor, vel eius species, sese in olfactum momento insinuarent. Quare dicendum potiùs non omnia, quæ in medio contrarium non offendunt, communicari in instanti; videlicet, quando illa suopte ingenio tarda sunt, ac moram requirunt, quo pacto se habet odor, & illius species: vt ea, quam diximus, Philosophiæ parens experientia demonstrat.

*Ad 4.* Ad quartum, concedendum est sensum externum nō percipere nisi præsens obiectum: *Sensus externi obiectorū præsentiam postulant, non eodem modo.* sed hanc præsentiam non eodem pacto requirit in omnibus sensibilibus respectu suæ potentiæ. Namq; vt res visibilis aspectui præsens dicatur, debet esse per lineam rectam obijci ab eo loco, in quo videtur: vt autē res odorabilis censeatur præsens olfactui, sat est atq; necessariū, extendi speciem odoris ab obiecto vsq; ad sensum, siue id recto tramite, siue flexuoso contingat. Vnde non odoratur nisi odorabile (cuius nomine intellige halitum odorificum, vel odorem, vel rem quę vtrumlibet difflauit) actu existat, eiq; coniecti medium, per quod species ad sensitiuum vsque effunditur. Dependet autem cōsecutio huiusmodi speciei à proprio obiecto, ità vt eo pereunte, mox euanescat, sicuti & species aliorum sensibilium obiecto sublato.

*Ad 5.* Ad quintum, (quo potissimū ū innititur, & quidem non sine magna probabilitate, qui negant dari realem odorem extra rem odoratam, fumeumq; vaporem) respondendum est, etsi odor resultet ex primarum qualitatum temperamento, vt & aliæ secundæ qualitates; posse tamē illum dari in elemento, nō quidem syncero, puroq; sed misturam earundem qualitatum participante, vt superiùs ex Aristotele, & Theophrasto docuimus. Negā- *Odor odorē dum verò est odorem non esse magis actiuū, generat, non quàm colorem. Potest enim odor, re ipsa dif- color colorē.* fundi, producendo odorem alium, sicuti & sonus sonum alium generando. Nec mirum; cùm ad generationem, communicationemq; harum qualitatum, quæ in subiectis nō permanent; sed paulo post euanescūt, minus requiratur, quàm ad productionē coloris, qui & nobiliorē obtinet naturam, & suopte ingenio est qualitas fixa permanensq;.

### ARTICVLVS II.

### *MEDIVM ODORIS ESSE aerem & aquam.*

MEdium, per quod odor diffunditur, duplex est, aër. & aqua, vt docuit Aristoteles hoc in libro cap.9.text.97.& libro 4.de histor.anim.cap 8. Theophrastus lib.6.de causis plantarum cap.1. Magnus Albertus 2 part. summæ de homine tractatu de olfactu, Fernelius lib.6 Physiol.ca.10. Gaibius in sum.q. 69. Themistius hoc in libro cap 34 suæ paraphrasis, Theophilus Algazelius, Auicēna, Simplicius, & alij auct. communi consensu.

*Aërem, & aquā medium esse odoris. Probatur.* Ecquidem aërem esse medium odoris, patet ex eo, quia terrestria, volatilia q; animantia per aërem odores captant. Quod verò etiā aqua medium sit, cōstat similiter ex piscium *Pisces odora ri sub aquis.* in aquis odoratu. Huius autē multa affert indicia Aristoteles loco citato de histor. anim. Nam complures pisces in speluncis latētes, salamento illitis faucibus, piscator euocat. Deinde, non pauci ad quosdā odores ex alto accurrunt, vt ad cæ sticulas sepiarū deustas, & assatū polypū, quæ ideò conijciuntur in nassas. Purpuris olidas escas purpurarij demittunt, ijsq; deceptas capiunt, Polypus cùm à saxo, cui adhæresci, diuelli nequeat, sed truncari

Universidad de Deusto
Biblioteca



potiùs se patiat, publicarię herbæ odore protinus resilit. Denię, compertũ est pisces esca, antequã vorent, olfactu explorare. Nec quisquã obijciat, inquit Philoponus, pisces non olfactus, sed visu alimenta sibi quęrere: siquidem cæci, qui oculorũ sensu destituti sunt, escas suas persentiscunt, & queritant.

*Dubitatio.* Erit qui dubitet quanã ratione aëri, & aquæ sint vrediuim ad transmittẽdos odores aptę; cùm hæc elementa humida existant, & alterũ eorũ frigidum sit, nẽpe aqua: humiditas verò, & frigiditas ab odorũ ingenio aliena habeantur, vt pote qui ex sicco, & calido oriũtur.

*Explicatio.* Occurrendũ tamen etsi hæ qualitates odoribus, ad primæuũ eorum ortum & diuturnam conseruationẽ minus conferãt: nihilo minus aërem, & aquã ad eorundem traiectionẽ maximè apposita esse: quia fumeus vapor, qui in igni confestim absumitur, per tenuã permeare nequit. Docet aũt Arist. tex. 67. cap. 7. quẽadmodũ medio coloris inest quædam affectio, ratione cuius traducunẽ per illud species visiles ad aspectũ, quam vocat Ἀλλοίωσιν: ita medio olfactus, id est, aëri, & aquæ cõpetere affectionẽ quandam innominatam, odorum traductricem. Hãc verò posteriores philosophi (inter quos fuit Theophrastus) appellarũt ὀσμήν, id est, vt vertit Hermolaus cap. 34 paraphrasis Themistij, perolariã, siue podolariã.

*Vt aër ad iuuem admittendam Ἀλλοίωσιν posit, sic ad odorẽ ὀσμήν.*

*Quæstio cur pisces odorẽtur, cùm non respirent.* Verùm si animantia inspirando olfaciunt, qui fieri potest, vt aquatilia, quæ nõ respirãt, odorentur? Respondet Plin. lib. 9. Nat. hist. cap. 7. aquatilia omnia respirare, idq; interuẽ tu aëris, quem etiam intra aquas latere putat: imò & odorẽ vult nihil esse aliud, quam infectum aëra. Sed non rectè philosophatur. Primùm, quia sub aquis detineri aer non potest, sed vbi intra eas gignitur, cõfestim emergit, vt ait Arist. in lib. de sensu, & sensa. cap. 5. videlicet, quia eũ aquis leuior sit, naturæ impetu in superiorem locũ euadit. Præterea, quod odor nõ sit aer infectus, cõstat ex iis, quæ superiùs à nobis disputata sunt, vbi ostendimus odorẽ qualitatẽ esse, non substantiã. Ac quòd nõ omnia aquatilia respirent, ex institutò demonstrauimus in lib. Pariorũ Naturalium ex Aristotele, alijsq; Philosophis, cõtra eundem Plinium, Rondeletiũ, & quosdam antiquos, nempe Anaxagoram, & Diogenem.

*Plin. lib. de respirat. cap. 3.*

*Vera responsio.* Ad argumentum igitur dicendum, non omnia animantia inspirando olfacere, vt superiori capite docuit Aristoteles, sed ea, quæ organum odorandi reconditum habent, ad quod aperiendum attractione aeris opus sit, quale organum minimè sortita sunt aquatilia, imò nec terrestria, & volatilia omnia, sed compin-

12.

## QVAESTIO IV.

## *QVODNAM SIT ORGANum olfactus.*

### ARTICVLVS I.

### *DIVERSAE OPINIONES.*

ORganum olfactus inuestigãtibus occurrit primò nasus, homini tãtùm aptior, eminentiorq; in facie; quo quasi tegumento nares occultantur. Hæ autem ad tria munia obseruiũt. Imprimis ad attrahendum, & emittendũ aerem; cuius vna pars tracta irrepit in cerebrũ, altera in cor, per quæ dã foramina, de quibus posteà. Secundò, ad excrementa defluentia, & mucosam eluuiem emungendam, ideoq; decliui meatu nasus patet. Tertiò, ad hauriẽdos odores. Vnde animãtia quæ lõgiores habent nares, sagaciora sunt. Priuatim verò elephãtis naris, plixæ, & in anfractũ flexibilis alius etiã est vius, nẽpe idem, qui manus, vt tradit Aristoteles li. 1. de hist. anim. cap. 11. Nam ea cibos tam siccos, quàm humidos colligunt & in os admouent.

*Consule Arist. lib. 1. de sens. & sens. ca. 5.*

*De causa istius inspirationis Lactantii lib. de hom. opif.*

*Elephãtis nasus pro manibus, Arist.*

Licet verò animalia, quæ nõ respirant, narib. careant, nõ proinde tamen ea omnia olfactus sunt expertia, vt iam suprà monuimus. Alia namq; brãchijs, alia fistulis, alia præcinctu quodam, vt insecta, odores sentiunt, referente etiã Aristotele lib. 2. de partibus anim. cap. 16. Videlicet ipsi odores absque anhelitu, & spiritus reciprocatione, eorum sensus feriunt.

*Odorãdi instrumẽta alia pro naribus, data à natura.*

Porrò in superiore extremitate natium, eminent duo tubercula mamillarũ similitudine, quę ob id carũculæ mamillares, seu papillares vocantur. His aũt subijcitur os quoddã bipartitũ, quod etiamsi multis foraminib. pateat, duos tamẽ meatus habet insignes, duobus nasi foraminibus respondentes, quod os propter similitudinem quam cum spongia & cribro obtinet: & cribrum, & os spongiosum dici consueuit: aiuntq; fabricatum id à natura, ne aeri inspiratione attractus confertim, ac liberè cerebri vẽtriculos ingressus, eis nimio frigore noceret. Hisce duabus partibus ossis spongiosi, respõdent bini meatus nasi qui in suam originem diuidũtur, & duo quidem ad fauces flexuoso ductu; duo ad nasum ipsum intercurrente septo cartilagineo, tendunt. Qui-bus postrema est quædã tunica exanguis continuata cum ea, quæ ad linguam, asperã arteriam, & palatum extenditur, eadem compositione, qua molliores nerui.

*Narium partes.*

*Papillares carunculæ.*

*Os spongiosum.*

*Meatus quæ spongiosi, respõdent binis meatibus nasi qui in suum.*

*Tunica exanguis.*

His ita constitutis, difficultas nõ parua est, *Odorãdi vis* vbinam odorandi potentia, vt in proprio or- *vbi resideat.*
gano resideat. Galen. 8. de vsu partiũ c. 6. & *Galeni sen-*
lib. de olfactu vim odorandi in anteriorib. *tentia.*
cerebri partibus, seu vẽtriculis collocat: neq; *1. eius arg.*
alibi constitui debere efficacibus argumentis *De organo ol-*
ab se



*factus Aristot. 1. de hist. anim. c. 8. et 11. & de gen. anim. cap. 2. Gal. 8. de vsu part. c. 6. & li. 9. in prin. & l. de inst. odoratus. Auer. 2. coll. c. 17. Auic. de anim. 12. c. 7. p. 3. tract. 1. c. 2. Vesal. li. 1. c. 6. & 12. et li. 4. c. 3. Cõcil. diff. 45. Garbius in sum. qu. 69. Fernelius 1. Physic. cap. 9. Marcel. 3. de anim. c. 78.*

ab se demõstratum putat. Ac primùm quòd non sit in aliqua parte nasi, ita ostendit. Nam vel esset in aliquo eius osse, vel in cartilagine, vel in tunica partes nasi vestiente. Non in osse, siquidem hoc teste ipso Aristot. lib. 1. huius oper. cap. 3. text. 79. & lib. 3. cap. 12. text. 66. sensus expers est. Non in tunica: nam hæc, vti proximè dicebamus, pertigitur vsque ad linguam, aliasq; partes, in quibus constat odores non sentiri. Non in cartilagine: alioqui nihil opus esset inspirare ad olfaciendum: quod tamen necessarium esse docet experientia, monuitq; Aristot. hoc in lib. cap. 9. text. 98. Igitur potentia olfaciendi in nulla parte nasi insidet. Deinde, cerebrum odoribus reficitur, & lædитur vtiq; dum eos sentit: ergo sensorium olfactus est in cerebro. Præterea tale oportet esse odoratus instrumẽtum, quales ipsi odores sunt, vt inter potentiam, & obiectum cognatio, debitaq; proportio seruet. Cùm igitur odores halitu, & vapore desiliant; halituosum, vaporosumq; esse debet odorandi instrumentum: tales verò sunt anteriores cerebri ventriculi, vtpote vberiore spiritu affusi & redundantes: igitur in ijs constitui debet eiusmodi instrumentum. Postremò, idem ex eo concluditur, quia nisi in ijs conceptaculis odorandi facultas resideret, ad quæ aer inspirationis motu subit, non exigeretur inspiratio ad captandos odores.

*Auerroïs sententia. 1. Illius ratio.*

Auerroes tamen 2. Collect. cap. 17. existimat odoratum cõsistere in narium membrana. Quod probat duplici ratione. Primùm, quia carũculæ mamillares sunt eiusdem substantiæ cum cerebro: at cerebrum est expers sensus, vt docet Aristot. li. 2. de partibus anim. ca. 10. fateturq; Galenus tertio de causis symptomatum, vbi cerebrum organum non sentiens appellat: ergo vis olfaciendi neque in cerebro, neq; in ijs carunculis constituta est.

*2. Ratio.* Secũdò, quia si odoris sensio ibi inesset, cùm ad eiusmodi tubercula palati foramen pateat, sequeretur posse per id occlusis naribus odorati cibi odorem sentiri; quod nemo vnquam expertus est. Tertiò, idem cõfirmatur, quia Aristoteles lib. 1. de hist. anim. cap. 11. alijsq; in locis palàm affirmat, olfactũ per nares administrari.

### ARTICVLVS II.

### *VERAE SENTENTIAE explicatio.*

*1. Assertio.* HAec difficultas aliquot assertionibus explicanda est. Prima sit. Olfactus non residet in cerebri ventriculis. Probatur. Primùm quia cerebri substãtia, vt Auerroes argumentabatur, non est apta ad munia externorum sensuum; adeò vt vix tactu polleat. Quare nec in eo odorandi potestas erit, vt nẽque

*Probatur 1.*

*Probatur 2.* alius externorum sensuum inest. Secundò, quia cùm in cerebrum commeent halitus odoriferi, conuenit ante ipsum collocari vim eiusmodi halituum exploratricem, vt malus vapor discerni possit antequã cerebrum ingrediat; hæc autem vis est facultas odorandi. Ad de quòd oblectatio, & dolor, quem odores inferunt, non in cerebro sentiuntur.

*Cõfirmatio.*

Secunda assertio. Odoratus non est in narium tunica, siue in neruo per nares expanso. Hæc suadetur primùm, quia, vt Galenus rectè opponebat, si odorandi vis consisteret in ea tunica, cùm hæc ad extimas vsq; nasi oras descendat, sequeretur rem odoratam ijs admotam absque inspiratione mox sentiri, reclamante experientia. Item, quia narium nerui instituti sunt ad tangendi, non olfaciendi munus; nec eandem temperiem tactus, & olfactus requirunt. Tertiò, quia non videmur odores percipere, nisi in additiori aliquo recessu.

*2. Assert. Suadetur 1. Secundò. Tertiò.*

Tertia assertio. Odoratus residet in tuberculis mamillaribus. Hæc est Auicennæ 5. Fen. 3. Can. 1. M. Alberti 2. part. summæ de hom. in tract. de olfactu, qui pro eadem sententia citat Algazellum. fiit item Philoponi c. 9. huius lib. Conciliatoris differ. 45. Garbij qu. 69. Fernelij in libro de partibus corporis humani cap. 9. Realdi lib. 8. de re Anatomica c. 2. & aliorum complurium. Suadetur autem, ex eo, quia cum facultas odoratrix nec in cerebro, nec in narium membrana sita sit, vt ex dictis patet; nec verò esse possit in osse illo foraminoso cuius ante mentionẽ fecimus, quia ossa ob concretionẽ terrestrem, aut nihil, aut vix sentiunt: Reliquũ est, vt in prædictis caruncu lis resideat; præsertim cùm non appareat ad quod aliud munus natura, quæ nihil frustra molitur, eiusmodi tubercula instituerit.

*3. Assert. Illius auctores. Et comprobatio.*

Diluenda nunc quæ primo articulo sunt obiecta, quatenus superioribus conclusioni bus aduersantur. Ad primum igitur argumẽtum pro Galeni opinione, cõcedendum est, sensorium olfactus, neq; in osse, neq; in cartilagine, neq; in tunica narium esse, sed in carunculis mamillaribus. Ad secundum dicendum, ex eo quòd cerebrum odoribus foueatur, non rectè colligi sentiri, dignosciq; ab illo odores, sed affici beneficis qualitatibus, quæ halitum fumeum, odoremve in halitu hærentem comitantur. Ad tertium, requiri aliquam cognationem inter sensiterium, eiusq; obiectum; & hanc, quantum satis sit, inueniri inter tubercula, & odorẽ: habent enim illa siccitatem calori admistam sicuti odor: cerebrum verò halitu præhumido scatet, & insuper desunt ei aliæ commoditates ad olfactionem administrandam, vt ex dictis patet. Ad quartum, & si facultas odorandi in cerebro non resideat, necessariam tamen esse inspirationẽ ob eam causam, quam paulò post exponemus.

*Solut. argumentor. pro Galeno. Ad 1. Ad 2. Ad 3. Ad 4.*

Ad primam verò rationem pro sententia

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Solutio rationum pro Auerroi. Ad primam.*

Auerrois dicimus, prædicta tubercula constare ex materia aliquantulum simili substantiæ cerebri, simpliciter tamen diuersa, vt pote magis compacta, ac minùs frigida, atq; ita ad olfaciendi munus aptiori. Aut secundam dicendum imprimis est, posse illam æquà vi retorqueri in auctorē. Nam cùm Auerroes dicat, sensorium olfactus esse membranam narium, quæ vsque ad illa foramina extensa est, quæri potest cur per eam odores cibi nō sentiamus. Causa igitur imprimis est, quia odor A ille cibi admodum est in ore confusus, ideoq; à nobis sentiri non potest, tametsi percipiatur ab alijs, ad quorum nares defœcatior peruenit. Item, quia odorem nō sentimus, nisi cùm inspiramus, inspiratio autem ducit aërem ad fauces, & pulmonem, atq; ita nō potest odor ab ore, aut ventriculo peruenire ad olfactū; siquidem non inde aërem attrahimus, sed illuc potiùs compellimus.

*Quid Arist. sentiat de sede olfactus. 1. opin. Vallesij.*

Postulat vltima ratio, vt dicamus quid Aristoteles de sede olfactus iudicarit. Vallesius lib. 2. controuers. medic. c. 26. ait illum putasse istiusmodi organum esse natum, (quod videtur quoq; existimasse Plato in Timeo.) Etenim Aristoteles lib. 1 de hist. anim. c. 11. ita ait, Olfactus quoque, id est, sensus odoris hac eadem parte, id est, naso subministratur, & libro 5. de generatione anim. c. 2. Quorum, inquit, nares porrectæ sunt longiùs, vt catelloru Laconicorum, hæc valent olfactu: ita enim motus nō interpellantur, sed à longe directi sensorū subeunt integri. Itaq; hanc sententiam, vt Aristotelicam, sequitur ipse Vallesius. Alij putant Aristotelem constituisse olfactum in cerebro, quibus fauet id, quod in problematis sect. 13. problemate 5. scripsit, nimirum tunc nos odorari, cùm odores ad cerebrum veniunt. Theophilus hoc in libro ad text. 100. arbitratur hac in re Aristotelem dubium fuisse, ideoq; nullibi sententiam (vt in ambiguis quæstionibus interdum facere cōsueuit) apertis verbis explicasse. Galenus etiam in libro de instrumento odoratus Aristotelem incusat, quòd cùm orationis, & eloquentiæ parens sit, rem hanc nequaquā oratione illustrarit, sed ità inuoluerit, vt opporteat nos, quænam eius de hac re mens fuerit, vaticinari. Certè nostræ opinioni cōstituenti odoratum in caruncules mamillaribus, adstipulātur verba philosophi c. 2. de sensu, & sensibili, vbi ait instrumentum odoratus esse circa cerebrum, & lib. 2. de generatione anim. c. 4. cum docet habere illud à cerebro originem. Nam caruncule illæ propè cerebrum constituunt, & ab eo propagantur.

*Altera opinio.*

*3. Opinio Theophili.*

*Opinioni superius probatæ fauet Aristot.*

*Explicatio locorum in quibus vellicatur vitetur.*

Neq; obstant loca, quibus Aristoteles videtur indicare nares, naſumve, esse instrumētum odorandi; tantùm enim vult, hæc obseruare ad olfactum; vt lib. 5. de generatione animal. cap. 2. docet. Vel appellat ea sensorium, quia continent pupillas mamillārea, vel saltem in eas desinunt. Item cùm ait tunc nos odorari, cum odores ad cerebrum veniunt, tantùm significat, ad olfaciendū requiri delationem odorum, qui ordinariè ad cerebrū etiam perferuntur: maximè cùm illius gratia sint instituti à natura, etsi non sit hic integer, & adæquatus eorum finis, vt progressu magis patebit.

*Organum olfactus opericulo tegi. Aristot. & alij.*

Adhuc tamen in hac quæstione explicandū restat, num verū sit, quod de operculo odoratus Aristoteles tradidit, asseruit enim hoc in libro c. 9. text. 100. & libro de sensu, & sensibili cap. 5 & lib. 4. de hist. anim. c. 8. eumq; secuti Garbius, Magnus Albertus, Conciliator, Alexander, Themistius, Marcellus, Auerroes, D. Thomas, & alij in animalibus, quæ respirant, præsertim hominibus, sensorium olfactus, operculo quodam tegi, ac muniri, quod vt odorū ganum subeat, attolli debet, ideoq; requiri inspirationem aeris, qui vi attractus integumentum eleuet. Eamq; causam esse volunt, cur prædictæ animantes, non nisi inspiratione præeunte, olfaciant. Multi hac in re Aristotelem reprehendunt. Primùm, quia Anatomes professores negant tale operculum inueniri. Secundò, quia tegumenta illa impetu aëris sponte ingruentis, non minus panderentur, quàm vi eiusdem inspiratione attracti. Quod tamē falsum esse constat; aliquin sine respiratione daretur aliquando olfactio. Tertiò, quia nulla apparet idonea ratio, cur id poni debeat. Nō enim ad tutelam potentiæ, cum odoratus naso satis contectus, sit, munitusq; ab externis iniurijs.

*Alijs id non placet.*

*1. Eorum ratio.*

*2.*

*3.*

*Dilutio primæ.*

Non est tamen cur propter hæc Aristotelem deseramus, cùm facilè à calumnia vindicari possit. Dicendum Aristotelem nomine operculi non intellexisse aliud quid distinctum ab ijs, quæ suprà numeranimus, cum de nasi structura, & compositione ageret: nec enim id in dissectionibus obseruatur: sed significasse extremam membranulam foraminum nasi decidentē supra caruncul as mamillares, quæ inspiratione attollitur. Idq; videtur indicasse cap. 9. huius libri text. 100. aiens septimentum, quod olfactui natura largita est, apertis dilatatis venis, & meatibus. Non potest autem vis aëris vltrò occursantis operculum istud dilatare, seu remouere; quia nequit aer eò intrare, nisi cedat is, qui intùs latet; non cedit autem nisi attractus inspiratione. Quare licet quis, inquit Galenus, in cubiculo odoribus repleto fistula aërem impelleret in nares, sine inspiratione non sentiretur odor. Quod verò aiunt, nō egere instrumentum odoratus operculo, falsum est, si de eo semo sit, quod ei datum esse asseruimus; neque enim id distinguitur ab ipso naso, qui ei ad arcenda caloris, & frigoris aliaq; eiusmodi nocumēta, opus fuit. Adde etiam cùm multi odores tetri sint, ac nexij; conueniens fuisse, vt organum olfactus contectum esset, ne semper omnibus odoribus necessariò pateret: sed eorum perceptio interdum à nobis impediretur, inhibita ad aliquantulum tempus inspiratione.

*Secundæ.*

*Tertiæ.*



*Multiplex olfactus ex inspiratione cōmoditas.*

Ex dictis colliges multiplicem vsum & commoditatem, quam olfactui inspiratio affert. Nam primùm attrahit vnà cum aere exhalationem odorificam, seu odorem per se,
1. seu species odoris. Secundò, remouet operculum. Tertiò, motu suo irritat sensum natura sua hebetem. Sed ex ijs tribus officijs, secundum tantummodò simpliciter necessarium est ad olfaciendum. Intelligē animantibus, quæ respirant. Nam odorifera exhalatio sine attractione potest meatus narium subire, neque ipsa interdum ita subit, quia vltrò ascendit: similiter odor & species odorabiles, quandoquidem suopte ingenio hac illac diffunduntur, & in sublime tendūt, quamuis attracto aere multò celerius nares penetrent. Item, licet odoratus aeris commotione aliquantulùm suscitetur; per se tamen, absque eo motu odorem percipiet: vt patet exemplo animantium, quæ respirandi vsu carent. At nisi tegmen remoueatur, olfactio nulla erit.

*Quæ respirāt, sine inspiratione non odorantur.*

*Eius rei probatio.*

Quod ex eo constat, quia animantibus, quæ respirant, necessaria est ad olfaciendum inspiratio, vt docuit Aristoteles proximo capite, alijsque in locis, & experientia ipsa demonstrat; adeò vt (quod vrinantium testimonijs liquet) sub aquis non odorentur. Non est autem necessaria propter primum, aut tertium munus eorum, quæ proximè retulimus, vt ex dictis est manifestum: nec verò aliud quid afferri potest, cuius gratia exigatur. Tantùm igitur requiretur ad operculum remouēdum, & olfactorios meatus laxandos. Vnde etiam argumentum duci potest ad probandum dari prædictum inuolucrum, quod Galenus in libro de Instrumento odoratus, alijque multi negant. Si enim olfactio absque inspiratione non datur, & hanc competit um est nō requiri necessariò ad olfaciendum, nisi vt illius interuentu operculum amoueatur, consequēs fit, vt negari non possit, dari tale operculum in animantibus, quæ respirant.

*Organum odoratus operculis hactenus ostenditur contra Galenum.*

*Galeni replicatio.*

Sed instat adhuc, vrgetque Galenus, non debuisse olfactum in tegumēto munitu, cùm longè præstantius sit, quemlibet sensum expeditum promptumq; semper esse, vt in obiectum suum feratur. Nec obstat, inquit, quod Natura oculis molliorib. palpebras tribuit, quibus tecti muniriq; essent. Nam quia lædi ab incidentibus facile poterant, vt eos defenderet, palpebras ipsis, quasi quædam propugnacula, dedit. Præterea etiam somni causa. Nec enim in aere lucido dormire, nisi tectis oculis, possumus. Vnde & animantibus, quæ palpebris carent, vt locustis, paguris, anceis Natura conceptacula & sinus quosdam tribuit, qui instante somno, quasi cubicula quædam oculos totos reciperent, e quibus finita quiete emergerent. Patet igitur quanta vtilitate Natura oculos palpebris texerit, vel somni tempore latibulis occultārit. Aut cur olfactum integumento inuoluere debuerit, non apparet.

*Eius explicatio.*

Huic argumento occurrendum est, sensus debere esse in promptu, ad functiones obeundas quantum ratio ordoq; naturæ exigit; qui tamen non postulat, vt olfactus in animantibus nobilioris notæ, qualia sunt ea, quæ respirāt, necessariò odoribus percipiendis perpetuò sit expositus, ob causam paulò antè à nobis assignatam; proindeque tectus esse debuit, ad eum modum, quem diximus. Neque hoc est seriari sensum absque necessitate; præsertim cùm tale otium, præsente re odorata non duret, nisi dum aërem foràs mittimus, quem confestim, reciprocante motu, attrahimus.

## QVAESTIO V.

### *VTRVM OLFACTVS HOminis hebetior sit, quàm aliorum animantium.*

### ARTICVLVS I.

### *PRAESTANTIA OLFACTVS.*

*Argumenta pro parte negatiua propositæ quæstionis.*

*Odorādi vis necessitate postrema, dignitate media inter reliquos sensus.*

POtentia odorandi inter sensus externos necessitate postrema est, dignitate tertium locum obtinet, vt obseruat Diuus Thomas prima parte, quæst. 78. artic. tertio. Nam visus remotissima cognoscit; auditus minùs distantia; tactus & gustus attigua, hæ sentiaque duntaxat: odoratus autem nec remotissima, nec attigua tantùm, sed mediocri interuallo dissita. Præterea, species odorum minùs spirituales sunt, quàm visiles & audibiles, cuius rei argumentum est tarditas, qua ad sensiterium perferuntur: defœcatiores tamen sunt, quàm gustatilium & tactilium, quia hæ semper sunt coniunctæ cum rebus, quas repræsentant, nec sine illis sensui imprimuntur, vt progressu docebimus; illæ verò non item vt ex ijs, quæ suprà disseruimus, manifestum est. Parit autem facultas odorandi animantibus, ministerio sensuum alimenta quæsitum, magnam commoditatem. Nam cum sint nonnulla, quæ, vel præsentia necem inferunt, vt venena præsentanea, necessum fuit, aliquam dari potentiam, quæ huiusmodi periculum anteueniret, & quæ noxia, quæ ve salubria essent, prænuntiaret: hoc autem exhibet odoratus, maximè brutis, quæ proinde ad cibos olfactum frequentius adhibent, quàm homines. Fit autem ea prænuntiatio

*Olfactus vi plex commoditas ad vitam suendam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



tiatio, dum homo quidem per discursum, sine iudicium; bruta verò per instinctum naturalem, ex odore dignoscunt conditionem ciborum, quos olfaciunt. Et hæc quidē est prima odorum vtilitas. Secunda, corroboratio 2.
cerebri. Tertia, refectio cordis. De quibus Auicenna in lib. de Virib. cordis, tract. 1. cap. 9. 3.
Hippocr. in lib. de Alimentis, & lib. Epid. Galenus de Vtil. resp. cap. 5. & lib. 7. de Vsu part.

*1. argum. pro parte negat. quæstionis.* Concil. diff. 155. His positis, quod ad excitatā quæstionem spectat, videtur eius pars negati- B
ua hisce argumentis ostendi. Potentia quæ à præstantiori forma oritur, nobilior est: sed vis olfaciendi in homine oritur à præstātiori forma, nempe ab anima rationali: ergo in homine nobilior erit, quàm in vllo alio animante.

*2. Argum.* Secundò, homini contigit organū olfactus, multò aptius ad munus odorandi, quàm belluis; ergo homo actiones odorandi melius præstabit. Probatur antecedens. Namque id organum censetur aptiùs ad percipiendum C
obiectum, quod ab eius cōditionibus magis est liberum: ita verò se habet organum nostri olfactus; siquidem ob vicinam cordis humiditate affluit: odor autem igneæ naturæ est, siccitatisque alumnus.

*Argum. 3.* Tertiò, Homo plures percipit odorū differentias, q̄ cætera animantia: igitur homo sagaciùs odoratur. Probatur antecedens, quia belluæ non sentiunt tetros fœtidosq; odores: cùm illos non horreant, vti nos, teste Aristo- D
tele cap. 5. de Sensu & sens. Item, quia non videntur delectari florum, aliarumq; similium rerum odoribus, vt idem Aristoteles eodem

*Argum. 4.* loco, & lib. 3. Ethic. cap. 10. ait. Quin verò q̄ solos alimentitios odores percipiant, ex eo ostenditur, quia non affectant cognitionem odorum, ipsius notitiæ causa; sed solùm in ordine ad cibos, cùm sensus non sint eis dati, etiam ad philosophiam, vt homini, sed tantùm vt persequantur salutaria, noxiaque de- E
clinent.

## ARTICVLVS II.

### CONTROVERSIAE DILVTIO.

*Perfectio olfactus duplex.* AD propositi dubij explanationem aduertendum erit, olfactum posse à nobis expendi, vel quoad perfectionem essentialem ipsius potentiæ: vel quoad perfectionem ac- F
cidentariam i quæ in eo potissimùm cernitur, quòd è longiori distantia olfaciat, vel plures odorum differentias percipiat.

*1. Conclusio.* Sit prima conclusio: Olfactus hominis, quoad perfectionem essentialem, non est deterior olfactu aliorum animantium. Probatur nam quæ sunt eiusdem speciei, parem habent in natura specifica perfectionem; at hominis aliorumq; animantium olfactus, in vnius speciei naturam conueniunt, cùm feran- A
tur in idem obiectum, eodemque modo ab illo immutentur.

*2. Conclusio.* Secunda conclusio: Olfactus hominis, quoad perceptionem odorum è longiori spatio, hebetior est olfactu multorum animantium. Huiusce conclusionis veritatem palàm testantur vultures, apes, corui, tigres, panthe- *Auerr. 2. de Anim. com. 97. Marcel. 3. de Anim. ca. 17. Land. hoc loc. q. 25 Quod deuulturis odoratu dici solet, ambiguum.*
ræ, canes, & aliæ quædam belluæ, quarum odora vis remotissima quæq; sectatur. Vultures, scribunt nonnulli, cadauerum odorem ad quingenta sequi milliaria. Sed huius rei fides fit penes auctores: nō enim est verisimile tam late sunū ipsas odorum species. Quod si aliquando vultures tam procul odoribus allectos aduolasse, historiæ memorantur, id non aliter videtur accidisse, quàm delatis illuc magno aliquo ventorum impetu cadauerum ipsorum halitibus, sicuti è longo terrarum tractu expirationes terreæ in mare deuehuntur.

*3. Conclusio.* Tertia conclusio: Homo non percipit plures odorum differentias, quàm cætera animantia. Hæc conclusio est cōtra Simplicium & Auerroem hoc loco. Est tamē de sententia *Videri ab Aristotele alienum.* Theophili & aliorum: videturq; Aristotelis in lib. de Sensu & sens. cap. 4. vbi ait nos pessimum habere aliorū animantium olfactum; *Homo pessimi olfactus.* & hoc cap. vbi docet hunc sensum esse in nobis hebetiorem, quàm in multis animātibus; quod scripsit etiam Theophrastus libro 6. de Caus. plant. cap. 5. post Platonem in Timæo: hoc autem minimè asseruissent, si crederent hominem plures odorum differentias penetrare, cùm id maioris sit perfectionis, q̄ longiori distantia pauciores sentire; siquidem is, qui plures percipit, simpliciter dicitur magis comprehendere obiectum: & in hoc saltem cognitionis genere, præstantius videtur plura minùs intensè, quàm pauciora intensiùs dignoscere.

*Cōfirmatur vationibus conclusio. 1.* Sed quòd homo non plures odores re vera percipiat, ex eo ostenditur, quia ineptitudo organi, quę potentiam imbecillam reddit ad procul odorandum, similiter hebetem facit ad plura odorum discrimina sentienda. Item, quòd belluæ multas odorum differentias percipiant, quæ ab homine non sentiuntur, planum est: siquidem non pauca olfactu dignoscunt, quæ homini prorsus inodora sunt, vt ferarum vestigia. Canes odore dominos absentes quærūt, & eos noctu inter alios agnoscunt. Tigris fœta abreptos catulos o- *De tigride sua Melabro 3. cap. 5. Plin. lib. 7. cap. 18. Solinus cap. 21.* dore vestigat. Panthere odore solæ belluæ ob lectantur, eamq; propterea sequuntur, vt re fert Plinius lib. 8. Natur. hist. cap. 17. post Aristotelem in Problem. sect. 13. quæst. 4. & Theophrastum lib. 6. de Plant. causs. At ilsiusmodi odores humanus olfactus non attingit. Deinde, quòd bruta animantia nō odores tantùm alimentitios, & ad gulæ illecebras, sed alios etiam percipiant, liquet tum superioribus exemplis, tum quia odor sulphuris muscas; galbani serpentes fugat; odor rosarum cantharos, *Bruta odores alios præter alimentitios etiam capiant.*



tharos vnguentorum vultures necat, vt scripsit Theophrastus lib. 6. de Caus. plant. cap. A
4. & 5. Præterea, quia videmus canes venaticos florum odores sentire; adeò vt in pratis floridis occupato sensu eiusmodi odorem habitu, ab inquisitione ferarum impediri, & obturbari soleant. Nec satisfaciunt, qui respondent retardari canes, dum picturatam florum varietatem intuentur. Etenim etiam vbi nulla est florum pictura, sed herba duntaxat odorifera, detinentur. Itaque minimè negandum B
est, sentiri à belluis etiam odores ad alimenta non pertinentes, quorum perceptione videbantur bruta ab homine superari.

Sunt tamen nonnulli, qui etsi concedant percipi ab illis istiusmodi odores, negant ea ipsis delectari. Ita Alexander de Sensu & sensili, com. 47. Buccaferreus lect. 45. Iandunus quæst. 20. Theophrastus lib. 6. de Caus. plant. cap. 2. Marcellus 3. de Anima, cap. 77. Albertus in Summa de Homine, tract. de Olfactu. C
*Iu quoque delectantur.* Apollinaris 2. de Anima, q. 27. Verùm cùm bruta animantia ex alijs rebus sua accipiant oblectamenta, non est cur ea, quæ ex talibus odoribus proueniunt, denegata illis à natura

*Probatur.* fuisse arbitremur. Nam delectatio odorum, quæ formaliter ad appetitum pertinet, propterea in nobis datur, quia odores offeruntur nostro appetitui tanquam vtiles, conuenientesque naturæ. Nulla tamen ratio conuincit, non posse prædictos odores similiter bruto- D
rum appetitui repræsentari sub aliqua specie conuenientiæ, quæ pariat delectationē. Quis putet cùm feræ odorem pardalis sine vllo respectu alimenti (nec enim eis in pabulum cedit) etiam cum vitæ periculo sequuntur, non ideò eam prosequi, quia eius odore delectātur? Certè in hoc etiam quadrat illud Poetæ:

*Eglog. 2.* —*Trahit sua quemque voluptas.*

Hæc tamen non impediunt quominùs sæpe alij odores hominibus, alij brutis ob tempe- E
ramentorum diuersitatem suaues, aut iniucundi existant.

*Præcipua quæst. conclusio.* Maneat igitur ex hac disputatione hominis odoratum hebetiorem esse, quàm multorum animantium: idque tam spectata distantia, quàm varietate odorum, qui percipiuntur. Quærit autem Philoponus, an homo ma-

*Quæstionis resolutio.* lè odoretur instrumenti, an ipsius potentiæ defectu. Quæ dubitatio soluta est ab Aristotele, superiori cap. text. 92. vbi docuit sagacitatis defectum in nobis ex organi vitio oriri, F
quod asserit etiam M. Albertus lib. 2. de Anima, tract. 3. cap. 23. Est enim in nobis odorandi officina coniuncta cerebro, quod homini pro corporis magnitudine maius, quàm cæteris animantibus datum est, vt docet Aristoteles lib. 2. de Partib. anim. cap. 7. cumque id eodem Aristotele auctore in libro de Sensu & sensili, cap. 5. humiditate abundet, quæ inde ad ipsum odorandi instrumētum effunditur; fit, vt odorū imagines minùs firmæ, minusq;

articulatæ nobis inuarantur, ac leuiter potentiam lacessant, quę etiam in humido, quasi sopita obdormiscit; cùm in calido & sicco excubare potiùs deberet, sicuti ipsi odores ex calidi & sicci commistione nascuntur. Annotauit autem M. Albertus in Summa de Homine, *Homo verò somniat odores.* tract. de Odore, nos admodum rarò odores somniare, quia illorum species, etiam in nostro interno sensu, infimæ sunt & euanidæ.

Respondeamus nunc ad argumenta, quæ probare contendebant, olfactū hominis non esse imperfectiorem, quàm aliorum animantium. Ad primum dicendum est, hominis ol- *Responsio 1. argum. pars. neg.* factum oriri à præstantiori forma, nempe intellectiua; nō tamen secundùm eum gradum, quo cæteris formis præstat, & à quo intellectiua dicitur; sed secundùm gradū sensitiuū, quem omnia animantia ex æquo participāt. Vnde non est cur odoratus maiorem essentię perfectionem in homine, q̄ in brutis sortiatur. Ad secundum, negandum est antecedens, 2.
& ad eius probationem dicendum, quamuis vt aliquid patiatur ab agente, debeat esse ei dissimile in qualitate, saltem quoad eum gradum, quem recipit; cùm nihil agat in id, quod ei omnino simile est: non proinde tamen organum cuiusque sensus debere esse affectum qualitatibus repugnantibus naturæ obiecti, in quod tendit, & à quo patitur, aut exutum ijs, quæ obiecto consentaneæ sunt. Quin verò debet potiùs cum obiecto conuenire, vt proportionatum atque habile fit ad ipsum percipiendum, vt ex Empedocle & Galeno docet Theophilus ad tex. 94. huius libri. Ad ter- 3.
tium, negandum quod assumit, & ad eius confirmationem dicendum, etiam belluas terros fœtidosq; odores sentire, vt exemplis, quæ superiùs attulimus, constat. Neque inficiatur id Aristoteles loco citato, in libro de Sensu. Tantùm enim vult belluas eiusmodi odores minùs fugere, atque ijs ordinariè minùs lædi. Nec etiam ibi, aut in Ethicis absolutè negat bruta animantia florum odores percipere, eisve delectari, sed eorum delitijs tam insigniter capi, atq; homines, vt annotauit Scaliger Exercit. 33. in Cardanum. Denique q̄ 4.
vltimò obijciebatur, bruta odores tantùm alimentitios dignoscere, falsum esse constat ex dictis; licèt enim nō percipiant odores solius cognitionis gratiā: alij tamen fines sunt præter nutritionem & cognitionem, in quos ductu naturæ ferri possunt, dum odorātur; veluti gratiā, vt ea, quorum halitus noxij sunt, deuitent, & quorum halitus iuuant, consectentur. Liquet autem ex hoc odorum genere multos esse, qui ad alimentum nō pertinent. Aduertè postremò, q̄ Themistius ait olfactum non *Olfactus homini ad philosoph. non maximè necessius.* esse datum homini ad cognitionem & philosophiam, nō vt absolutè verum, sed quasi per amplificationem dictum accipi debere ad significandum huius sensus in homine imperfectionem & hebetudinem.

CAP.

ΚΕΦ. ι.

Τὸ δὲ γευστόν ἐστιν ἁπτόν τι, καὶ τοῦτ' αἴτιον τοῦ μὴ εἶναι αἰσθητὸν διὰ τοῦ μεταξὺ ἀλλοτρίου ὄντος σώματος· οὐδὲ γὰρ ἡ ἁφή. καὶ τὸ σῶμα δὲ ἐν ᾧ ὁ χυμός, τὸ γευστόν, ἐν ὑγρῷ ὡς ὕλῃ· τοῦτο δ' ἁπτόν τι. διὸ κἂν εἰ ἐν ὕδατι ἦμεν, ᾐσθανόμεθ' ἂν ἐμβληθέντος τοῦ γλυκέος, οὐκ ἦν δ' ἂν ἡ αἴσθησις ἡμῖν διὰ τοῦ μεταξύ, ἀλλὰ τῷ μιχθῆναι τῷ ὑγρῷ, καθάπερ ἐπὶ τοῦ ποτοῦ. τὸ δὲ χρῶμα οὐχ οὕτως ὁρᾶται τῷ μίγνυσθαι, οὐδὲ ταῖς ἀπορροίαις. ὡς μὲν οὖν τὸ μεταξὺ οὐδέν ἐστιν· ὡς δὲ χρῶμα τὸ ὁρατόν, οὕτω τὸ γευστὸν ὁ χυμός. οὐδὲν δὲ ποιεῖ αἴσθησιν χυμοῦ ἄνευ ὑγρότητος, ἀλλ' ἔχει ἐνεργείᾳ ἢ δυνάμει ὑγρότητα· οἷον τὸ ἁλμυρόν· εὔτηκτόν τε γὰρ αὐτὸ καὶ συντηκτικὸν γλώττης. ὥσπερ δὲ καὶ ἡ ὄψις ἐστὶ τοῦ τε ὁρατοῦ καὶ τοῦ ἀοράτου· τὸ γὰρ σκότος ἀόρατον, κρίνει δὲ καὶ τοῦτο ἡ ὄψις. ἔτι τοῦ λίαν λαμπροῦ· καὶ γὰρ τοῦτο ἀόρατον· ἄλλον δὲ τρόπον τοῦ σκότους. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἀκοὴ ψόφου τε καὶ σιγῆς, ὧν τὸ μὲν ἀκουστόν, τὸ δ' οὐκ ἀκουστόν· καὶ μεγάλου ψόφου, καθάπερ ἡ ὄψις τοῦ λαμπροῦ· ὥσπερ γὰρ ὁ μικρὸς ψόφος ἀνήκουστος, τρόπον τινὰ καὶ ὁ μέγας τε καὶ ὁ βίαιος. ἀόρατον δὲ τὸ μὲν ὅλως λέγεται, ὥσπερ καὶ ἐπ' ἄλλων τὸ ἀδύνατον· τὸ δ', ἐὰν πεφυκὸς μὴ ἔχῃ, ἢ φαύλως, ὥσπερ τὸ ἄπουν καὶ τὸ ἀπύρηνον· οὕτω δὴ καὶ ἡ γεῦσις τοῦ γευστοῦ τε καὶ ἀγεύστου· τοῦτο δὲ τὸ μικρὸν ἢ φαῦλον ἔχον χυμόν, ἢ φθαρτικὸν τῆς γεύσεως. δοκεῖ δ' εἶναι ἀρχὴ τὸ ποτὸν καὶ ἄποτον· γεῦσις γάρ τις ἀμφοτέρων, ἀλλὰ τὸ μὲν φαύλη καὶ φθαρτικὴ τῆς γεύσεως, τὸ δὲ κατὰ φύσιν. ἔτι δὲ κοινὸν ἁφῆς καὶ γεύσεως τὸ ποτόν. ἐπεὶ δ' ὑγρὸν τὸ γευστόν, ἀνάγκη καὶ τὸ αἰσθητήριον αὐτοῦ μήτε ὑγρὸν εἶναι ἐντελεχείᾳ, μήτε ἀδύνατον ὑγραίνεσθαι· πάσχει γάρ τι ἡ γεῦσις ὑπὸ τοῦ γευστοῦ, ᾗ γευστόν. ἀναγκαῖον ἄρα ὑγρανθῆναι τὸ δυνάμενον μὲν ὑγραίνεσθαι σωζόμενον, μὴ ὑγρὸν δέ, τὸ γευστικὸν αἰσθητήριον. σημεῖον δὲ, τὸ μήτε κατάξηρον οὖσαν τὴν γλῶτταν αἰσθάνεσθαι, μήτε λίαν ὑγράν· αὕτη γὰρ ἁφὴ γίνεται τοῦ πρώτου ὑγροῦ, ὥσπερ ὅταν προγευματίσας τις ἰσχυροῦ χυμοῦ, γεύηται ἑτέρου· καὶ οἷον τοῖς κάμνουσι πικρὰ πάντα φαίνεται, διὰ τὸ τῇ γλώττῃ πλήρει τοιαύτης ὑγρότητος αἰσθάνεσθαι. τὰ δ' εἴδη τῶν χυμῶν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν χρωμάτων, ἁπλᾶ μὲν τἀναντία, τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν· ἐχόμενα δέ, τοῦ μὲν τὸ λιπαρόν, τοῦ δὲ τὸ ἁλμυρόν· μεταξὺ δὲ τούτων, τό τε δριμὺ καὶ τὸ αὐστηρὸν καὶ στρυφνὸν καὶ ὀξύ· σχεδὸν γὰρ αὗται δοκοῦσιν εἶναι διαφοραὶ χυμῶν. ὥστε τὸ γευστικόν ἐστι τὸ δυνάμει τοιοῦτον, γευστὸν δὲ, τὸ ποιητικὸν ἐντελεχείᾳ αὐτοῦ.

CAP. X.

*Gustabile a autē est quoddam tangibile. Atque hæc est causa, vt ipsum non sit sensibile per medium corpus externū. Neq; enim tactus tali medio percipit. Enimuerò corpus etiā id, tanquam in materia est ipse sapor, qui gustu percipitur, humidum est, quod est tangibile quoddam.* Text. 101.

*b Quapropter si etiam essemus in aqua, dulce sanè sentiremus in ipsa positum, & non sensus illius nobis per aquam tanquam per medium esset, sed quia permistum illud esset cū humido. Quemadmodum in potione fieri solet. c Color autem nō hoc videtur, quod miscetur, neque de fluxibus. Non igitur vt est ibi, sic & hic esse de medio dicere possumus; nullum enim externum est medium, vt diximus. Vt autem visibile est color, sic est gustabile sapor. d Atqui nihil absque humiditate* Text. 102. *saporis efficit sensum, sed omne quod ipsius efficit sensum, humiditatem, aut actu, aut potentia nimirum habet, vt salsum. Nam & ipsum liquescere potest facilè & linguam, vt patet, cū liquescit humidiorem efficere potest. e At verò sicuti visus est* Text. 103. *visibilis & inuisibilis (& tenebræ neque sunt visibiles, quas etiam visus discernit (& eius quod valdè splendidum est (& hoc enim inuisibile dicitur, quanquam non eodem, sed alio modo, quàm tenebræ) sicut igitur visus visibilis & inuisibilis est, & auditus similiter somni silentijque, quorum illud audiri potest, hoc non potest. Ac præterea magni soni perinde atque splendidi visus, nam vt paruus sonus modo quodam audiri nequit ita magnus, ac violentus. Inuisibile verò multifariam dici solet. Quiddam perinde dicitur, atque in cæteris etiam id, quod impossibile est. Quoddam hoc pacto, vt aptum quidem sit id habere, quo videri possit, illo autem careat, aut habeat remissè, vel prauè, f vt informe dicitur, aut indoctum: sicut igitur visus, inquam, visibilis & inuisibilis est, & auditus similiter, sic & gustus gustabilis & ingustabilis est; quod quidem aut exiguum habet, aut prauum, aut vastantem gustum saporem.*

*g Videtur autem potabile & impotabile esse principium, vtrumque enim gustu percipitur: verùm alterum est prauum, gustumque deuastat, alterum est amicum naturæ. Est autem potabile gustui cum tactu commune. h At verò cùm gustabile sit humidum, necesse est & instrumētum sensus ipsius neque humidum esse actu, neque etiam tale, vt humectari non possit, humidumque euadere: patitur enim aliquid ab ipso gustabili: ea nimirum ratione, qua gustabile est. Necesse est igitur instrumentum gustus, potentia quidem humidum esse, humectari autem actu. Ita autem humectari, vt eius conseruetur, cùm humectatur, & ratio. Signum autem est, linguam neq; cùm est valdè sicca, neque cùm est nimium humida, sentire. It enim tactus fit humidi primi: perinde atque si cùm prægustauerit quispiam vehementem atrōmque saporem. Deinde alium gustet, & vt in ægrotantibus fit, quibus cuncta videntur amara, quia lingua sentiunt tali humiditate referta. i Species* Text. 104. *autem saporum ita sese habent, quemadmodum colorum. Dulce namque & amarum contraria simplicia sunt. Hæret autem dulci quidem pingue, amaro autem salsum. At inter hæc collocantur, acre, acerbum, acidum, atque acutum. Hæ namque ferè differentiæ videntur esse saporum. Quare gustus quidem instrumentum, id est, quod est potentia tale, gustabile autem id, quod ipsum actu facere potest.* Text. 105.

CAP.

---

## CAPITIS DECIMI EXPLANATIO.

*Capitis argumentum.* GVstabile a autem.] Agit hoc capite Aristoteles de gustatu; de quo quatuor potissimùm tradit; nempe gustatus obiectum, saporum species, medium & instrumentum. Quæ omnia ex similitudine ac dissimilitudine visus & auditus edisserit. Docet ergo in primis gustabile esse quoddam tactile, ideoq; id, quod gustamus, non percipi à nobis interuentu medij externi, sicuti nec id, quod tangimus. Deinde probat gustabile esse tactile; quia id, quod gustatur humidum est, humiditas verò ad tactum pertinet.

*Obiectio.* b *Quapropter.*] Obijceret aliquis, nos interdum ex aliqua distantia percipere cibos in aquam iniectos; verbi gratiâ, mel infusum aquæ. Quare nō percipi sapores absque extremo medio. *Dilutio.* Occurrit in eo euentu sentiri mel non per aquam tanquam per medium: sed quia tota aqua sapore affusa gustabile quidpiam est.

c *Color autem.*] Quia & communium & propriorum notitia, rei natura inuestigatur, & deprehenditur, docet quid proprium, quid commune sit gustui cum alijs sensibus: atque in primis cum visu. *Discrimē inter gustum & reliquos sensus.* Est ergo illi proprium, quòd gustabile cum humido commiscetur vt sentiatur: visibile autem non ita: non enim colores attemperantur, miscentúrve perspicuo, nec etiam defluunt è corporibus, vt Democritus, Leucippus, Empedocles & Plato existimarunt. Quare diuersum esse vtriusque potentiæ medium. In eo tamē conuenire, quòd vt color terminat actum videndi, ita sapor gustandi.

d *Atqui nihil.*] Quoniam sapores multi aridis insunt corporibus, docet corpora sapida, si non actu, saltem potentia humida esse. Ea verò potentia facilè apparet in ijs, quæ leui attactu corporis humidi liquantur, vt sal, qui & linguæ saliua in humorem soluitur, & linguam ipsam madefacit. Adde etiam in ijs, quæ non liquescunt; vt in aromatibus, sat esse potentiam ad recipiendum humorem linguæ communicatum.

e At



e *At verò sicuti.*] Pergit ostendere quid gustatus, cum alijs sensibus commune habeat. Nempe quia vt reliqui sensus non solùm propria sensilia dignoscunt, sed etiam suo modo eorum priuationem; & vt non tantùm circa moderata, sed etiam circa excedentia obiecta versantur; ita & gustatus non modò sapidum, sed saporis expers, siue ingustabile, & quod vehementem saporem habet, cognoscit. *Cōmune gustatui cum alijs sensibus.* Porrò ingustabile quatuor dicitur modis. Primùm ex negatione, quod fieri nequit, vt gustetur, verbi gratiâ, color. Secundò, ex priuatione, quòd gustatili qualitate præditum non est, habet tamen ad eam obtinendum, aptitudinem, vt aqua. Tertiò, quod minimum gustatilis qualitatis possidet. Quartò, quod in excedenti gradu, gustabile est. Totidem autem modis & inaudibile, & inspectabile dicitur.

f *Vt informe dicitur, aut indoctum.*] In Græco contextu est, ὥσπερ τὸ ἄπουν καὶ τὸ ἀπύρηνον, id est, quod pedibus caret, & quod nucleo est priuatum. Est autem sensus, dici nonnunquam inuisibile id, non quod omninò caret potentia vt videatur, sicuti sonus, aut Angelus; sed caret, vt rectè & perspicuè videatur, quemadmodum quædam dicuntur destituta potentia ad incedendum, & quædam nucleo destituta, quia minimos pedes habent, aut nucleum.

---

g *Videtur autem.*] Cùm sapores non nisi humiditate diluti sentiantur; humidum verò ad potum attineat; rectè potabile & impotabile censeri ait, principia gustabilis & ingustabilis: item potabile gustatu, & tactu percipi: tactu, qua humidum: gustatu, qua sapidum. Vocat autem impotabile, sicut paulò antè ingustabile, ex negatione, vel ex priuatione, &c.

h *At verò cùm gustabile.*] Disputat de sensorio gustus: quia verò dixerat gustum fine tactu humidi nō fieri, ait instrumentum gustus tale esse debere, vt neque sit actu humidum; eo nempe humore, qui cum sapore sit coniunctus: neque etiam ita effectum, vt humectari nequeat: *Sensiterium gustatus.* Semper enim sensuum organa talia esse debent potestate, qualia sunt actu obiecta, quæ ab ijs percipiuntur. Id autem eo argumento patefacit: quia si lingua ita arida sit, vt humectari ab externa rei gustabilis humiditate nequeat, saporem nullum sentiet. Si item humore aliquo sapido teneatur, aduentitium saporem non dignoscet. Quod non rarò experiuntur ij, qui morbo regio laborant. Siquidem omnia amara æstimant, quia sapor ille bilis, quo linguam occupatam habent, gustui primò occurrit, nec externis saporibus hauriendis locum dat.

i *Species autem saporum.*] Tradit saporum species, seu differentias, docens, quemadmodum è colorum speciebus aliæ sunt extremæ & contrariæ, aliæ mediæ: Ita in saporibus, alios extremos & contrarios esse; nempe dulcem & amarum, alios medios: & ex his alium huic, alium illi extremo viciniorem existere. *Saporum species.* Quòd verò Aristoteles ait medios sapores ex contrarijs confici, quonam pacto intelligendum sit, in libris primæ Philosophiæ explicabimus.



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



## QVAESTIO I.

## DE ORTV ET NATVRA saporis, deq; eius speciebus.

### ARTICVLVS I.

### QVAE CONCVRRANT AD generationem saporis, & quæ sit eius definitio.

*Purum corpus simplex sapidum nõ est.*

IN hac quæstione supponẽdum primò est, nullum corpus simplex, modò debitam sibi obtineat puritatem, sapidum esse; cùm sapor sit qualitas secunda orta ex commistione quatuor primarum, quæ simul in elemento natiuum statum retinente, inueniri nõ possunt. Quare & aqua ex terra, quam lambit, si ea pura esset, nullum saporem acciperet. Et eadem quantò minùs sapida est, tantò purior præstantiorque habetur. Accedit etiam cùm

*Gustatus sensus alimenti.*

gustus sit sensus alimenti, vt docet Aristoteles in libro de Sensu & sensili, cap. 4. cumque sapores dati fuerint à natura ad condiendum cibum, hic verò purum elementum non sit, vt primo de Ortu & interitu ostẽdimus, consentaneum esse vt nequaquam in elemento

*Ad generandum saporẽ, quæ concurrant.*

puro insint. Relicta igitur sententia Empedoclis, Anaxagoræ, Democriti & aliorũ, de qua Aristoteles in libro de Sensu & sensili, cap. 4. Theophrastus lib. 6. de Caus. plant. cap. 2. aliique auctores, asserendum cum Alberto in Summa de Homine, & de Sensu & sensili, tractatu 2. Apollinari hoc in lib. quæst. 29. Garbio in Summa, quæst. 71. Contareno 5. de Elementis, Conciliatore differ. 145. Marcello 3. de Anima, à cap. 80. post Aristotelem loco citato, & Theophrastum citato libro, cap 3. tria potissimùm concurrere ad saporum generationem; videlicet, siccitatẽ terrestrẽ, aqueam humiditatem, & calorem. Interuenire siccitatem terrestrem demonstrat experientia in rebus sapidis. Debet autem eiusmodi siccitas esse terrea, non ignea; quia siccitas ignea est in materia nimium tenui, atque ita euanida est, ac parũ apta ad gustum afficiendum, qui vt vnus est è sensibus magis crassę concretæq; naturæ ita obiectum in materia crassiore exigit. Quòd verò humor ad gignendum saporem etiam confluat, inde patet; quia multa corpora tunc sapida fiunt, cùm humore irrigantur. Debet item hoc humidũ esse aqueũ, non aereum; quia in eo tantùm humido, quod slendi vim habet, atque adeò compactam densamq; materiam obtinet, sapor excitatur; tale verò ordinariè est humidum aqueum, non aereum, quod facilè euanescit. Rursus, oportet ad ortum saporis humidum sicco dominari, quia vt odor magis in sicco ꝙ in humido, ita sapor magis in humido, quàm in sicco consistit; vt in disputatione de odorum natura ex Aristotele disseruimus. Postremò requiritur ad saporem procreandum calor; quia sapor non nisi præeunte sicci & humidi concoctione, per quam humidum cum sicco aptè commiscetur, oriri solet: hæc autẽ cõcoctio vi, ac ministerio caloris fit. Vnde videmus sapores frigore interire; quia frigus coctionem impedit. Cernimus item fructus in locis frigidis amariores esse, & vbique terrarum accremẽto caloris, amatorem exuere, & dulcescere. Porrò cùm ad saporem tria illa concurrant; siccum & humidum rationẽ materiæ subeunt; calor vicem causæ efficientis.

*Quid sit sapor.*

Ex dictis non difficile erit intelligere quid sit sapor, quem ita definijt Theophrastus primo cap. lib. 6. de Caus. plantarum. Sapor est partis siccæ, terreæque in humore demissio. Et exactiùs Aristoteles in libro de Sensu & sensili, capite 4. Sapor est affectio in humido aqueo, facta à sicco terrestri, & calore decoquente, gustatũ, qui in potentia est ad actum per alterationem deducens. In qua definitione non solùm materia & causa efficiens saporis exprimitur, de quibus paulò ante; sed etiam forma, cùm sapor dicitur affectio: & finis, cùm additur, deducens gustatum, &c. Alteratio enim, qua sapor potentiam mouet, finis saporis est.

*Obiectio.*

Obijciet tamen aliquis, nõ videri humorem materiam saporum. Nam cineres amari sunt & tamen non humidi. & Zingiber ac piper habent saporem acutum; nec tamen humiditatem. Item, quia si sapores essent propij alimẽti, forentq; humidi, oporteret omne alimentum esse humidum: quod falsum est; quandoquidem fames, est appetitus alimenti, & 3. de Anima, cap. 3. text. 28. definitur appetitus calidi & sicci. Sed occurrendum, licet materia saporum sit humidum; nõ sequi

*Dilutio.*

omnem prorsus saporem esse in re, quæ plus habeat humoris, quàm siccitatis; sed in ea saporem magis ab humore, quàm à siccitate oriri, vt ait Theophrastus 6. de Caus. plant. etsi interdum siccitatis plus quàm humoris in re insit. Itaque etiam is sapor, qui in cineribus est, ab humore præcipuè nascitur, quo cineres non omnino destituti sunt. Quod similiter de Zingibere & pipere dicendum est. Fatendum etiam, non omne alimentum esse humidum, modò fateamur id quatenus sapidum, humorem magis, quàm siccitatem deposcere, & in re sapida, si aliæ partes sicciores aliæ humidiores existant, saporem in humidioribus magis, quàm in siccioribus vigere.

*Dubium.*

Præterea dubitari quispiam, an sapor ita ex prædicta mistione oriatur, vt insit in re ipsa, quæ cadit sub gustum, seruetque certam speciem, ad quam pertinet; an ratione potentiæ mutetur. Ratio dubitandi ex eo est, quia videtur constare experientia eandem herbam boui dulcem esse, homini amaram. Contrarium tamen pronuntiandum est contra noa-



*Responsio ex Theophr.*

stra nonnullos, quos refert Theophrastus cap. 2. lib. 6 de Caus. plant. Nam cùm gustus in omnibus animantibus eiusdem naturæ sit; & sublatis impedimentis non decipiatur circa proprium sensibile; necesse est, vt dulcedo, quæ in eadem herba est, secundùm rationem speciemq; dulcedinis percipiatur. Cur autem quibusdam herbis aliisve alimentis belluæ auidè vti soleant, quæ homines auersantur, & contrà; causa est, non quòd ab vtrisque dulcedo rei inhærens non percipiatur; sed quia ex diuersitate temperamenti accidit, vt id, quod dulce est vni, alteri iniucundum & insalubre sit; aut vice versa. Quod enim etiam nostro gustui nonnunquam dulcia molesta sunt, patet exemplo caſiæ fistulæ. Quod annotauit Contarenus lib. 5. de Elementis.

*Antorũ dissensio circa extremos sapores.*

Dissentio tamen nõ parua est quinam sint extremi sapores. Nam Plato in Timæo, Galenus in 4. lib. Simpl. med. à cap. 10. Conciliator diff. 145. arbitrantur non esse dulcem & amarum, vt posuit Aristoteles, sed ponticum & acutum. Huius opinionis fundamentum est, ꝙ ij sapores sint extremi iudicandi, qui ad extremas primas qualitates magis accedunt: at sapor acutus summo calori; ponticus summo frigori vicinior est, intellige ratione temperamenti, ex quo resultat. Addeq; extrema sensibilia lædunt sensus; dulcis verò sapor minimè, sed reficit, atq; oblectat. Item, ꝙ ab acerbo ad acrem fit transitus per dulce saporem: nõ solet autem in qualitatibus fieri transitus per extremum, sed per medium. Amplectenda tamen est sententia Aristotelis, quam tuetur D. Thom. de Sensu & sensili, lect. 11. Auerroes hoc loco, tex 105. & 5. collect. cap. 27. Garbius in Summa lib. 1. tract. 5. q. 71. Contar. lib. de Elementis, Iauellus hoc lib. q 46. Aduertere tamen oportet, si sapores considerentur, quoad primas qualitates, ex quibus oriuntur; negandum non esse ponticum & acutum extremos dici posse, ob rationem superiùs addu-

*Saporũ extremi dulcis & amarus.*

ctam. Verùm ea saporũ contemplatio non est propria saporum, vt sapores sunt, sed prout faciunt ad temperiem corporis, quam Medici præcipuè attendunt. Aristoteles verò, quia de saporibus disserebat, secundùm propriã ipsorum rationem, videlicet quatenus gustatum mouet, rectè extremos sapores constituit dulcem & amarum; quia maximè contrario modo potentiam afficiunt, vt experientia testatur: quemadmodum & qui extremi colores sint, non primarũ qualitatum excessu æstimamus, sed ex modo afficiendi visum: quia alter disgregat, nempe candor: alter congregat, videlicet nigredo. Potrò sapor dulcis optimè sensum afficit, amarus deterrimè, quia ille oritur ex optima temperie, hic contrà. Nam cũ sapores fiant ex passione humidi à sicco terreo per caloris concoctionẽ, ij erunt perfectissimi, & sensui maximè accõmodari, q̃ absolutissimam humidi concoctionẽ sortiuntur, vti dulcis; ij imperfectissimi, qui pessimam, vt amarus. Igitur ad fundamentum aduersarię opinionis, quatenus probare nititur saporem acutum & ponticum absolutè extremos esse,

*Dilutio rationis pro cõtraria parte.*

negandum est saporũ contrarietatem ex primis qualitatibus sumendam esse, vt iam ex proximè dictis constat. Ad aliud respondendum: Hoc peculiare esse saporibus, vt vnus eorum extremus, nempe dulcis, nõ valdè lædat, quia in saporibus læsio oritur ex primarũ qualitatum excessu, qui à sapore dulci longè abest. Eaque causa est, cur per illum ab acerbo ad acrem fiat transitus; non tamen per se, sed per accidẽs; nempe quia hi de extremis qualitatibus multum possident, atque adeò nisi hæ se remittant, & ad temperiem reuocent, sub qua temperie euenit sapor dulcis, amitti



*Species saporum assẽ ex Aristotele.*

### ARTICVLVS II.

### QVAE SINT SPECIES saporum.

QVod ad saporum species attinet, non conueniunt in ijs constituendis Philosophi. Nam quidam ad nullum certum numerũ eas reduci posse inquiunt; alij octo faciunt species, alij septem. Plinius verò lib. 15. Natur. hist. cap. 27. tredecim recensent: dulcem, suauem, pinguem, amarum, austerum, acrem, acutum, acerbum, acidum, salsum. Ac præter hæc, inquit, tria sunt genera mirabili maximè natura; vnum, in quo plures pariter sentiuntur sapores, vt vinis: namque in his & austerus, & acutus, & dulcis, & suauis, omnes alieni: alterũ est genus, in quo sit & alienus quidem, sed & suus quidã, & peculiaris, vt in lacte; siquidem inest ei, quod tamen iure dici dulce, & pingue, & suaue nõ posset, obtinente lenitate, quæ ipsa succedit in saporis vicẽ. Deinde suum quendam sapidis aquis tribuit saporem. Probanda tamẽ est sententia Aristotelis proximo superiori capite, vt ad rationẽ philosophicam magis accedens, quæ octo saporum species numerat (etsi non valdè repugnandum sit ijs, qui plures, minutiùs concidendo, vel pauciores, generaliùs loquendo, species constituunt) nempe dulcẽ, amarum, pinguem, salsum, acrem, acerbum, acutum, acidũ. Dulcis in melle, v. g. ficubus & vuis maturis sentitur: Amarus in bili, oppio, absyntio & genista: pinguis in butyro, lacte & oleo: salsus in sale & aqua marina: acer in pipere & allio: acerbus, qui & ponticus, & stipticus, siue astringens appellatur, in immaturis pomis, in fructibus myrti: acidus, in oleis: acutus, in aceto & raphano. Ex his saporibus docuit Aristoteles pinguem hærere dulci, id est, posse ad dulcem reuocari, & salsum ad amarũ; non ꝙ specie conueniant, sed propter maiorem cognationem, quam cum ijs habent.

*Plin. de speciebus saporum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ipsi non possunt. Adde etiam non repugnare, A quominùs in aliarum etiam qualitatum generibus interdum à medio per extremũ hat transitus, vt si corpus ex cæruleo nigrum, & inde ex nigro puniceum euadat.

## QVAESTIO II.

### VTRVM NE GVSTVS A' SENSV tactus, & natura, & organo differat.

### ARTICVLVS I.

### DIFFERRE IN PRIMIS natura.

SVnt qui putent gustum non differre à tactu, sed sub illo quasi speciem sub genere contineri: quorũ sententia probari potest in primis, quia idem videtur esse vtriusque C obiectum. Nam gustus percipit aquam, quæ cùm saporis expers sit, nõ eam vt gustabilem, sed vt tactilem cognoscit: vnde & Aristoteles proximo capite, text. 101. asseruit gustabile esse quoddam tactile. Secundò, quia Aristoteles hoc in libro, cap. 3. text. 28. docuit tactum esse sensum alimenti. Quare cùm alimentum ad gustum pertineat, idem videtur esse commune horũ sensuum obiectum. Tertiò, quia gustatus percipiens sapores, percipit etiam D humorem; siquidem sapor mouere gustatum non potest, nisi insit in humido actu. Accedit 4. Aristotelis testimonium tum in libro de Sensu & sensili, cap. 4. tũ lib. 3 huius operis, cap. 12. text. 64. & lib. 2. de Partib. anim cap. 17. vbi affirmauit gustum esse quendam tactum: & rursus cap. 2. de Sensu & sensili, vbi ait gustum esse speciem tactus. Postremò hoc in libro, cap. 2. text. 23. & lib. 3. cap. 12. text. 68. docet solum tactum esse necessarium animali; idem- E que de Sensu & sensili, cap. 4. affirmat animal non posse esse absque gustu. Quæ loca inter se pugnarent, nisi Aristoteles vellet gustum & tactum non differre specie.

*Argumenta probatia gustum non distingui à tactu.*

*Tactum bifariã sumi.*

Aduertendum tamen est dupliciter sumi tactum; vno modo prout dicitur de quauis potentia, quæ nõ percipit rem sine contactu, id est, cuius obiectum non sentitur medio remoto species traiciente, vt percipitur color, qui per aerem ad aspectum sui imaginẽ mittit; sed medio coniuncto; quo pacto gustus F in sapores; tactus, in calorem alia q; eiusmodi qualitates ad se attinetes fertur. Nec enim necesse est, vt sapor à re sapida per aerem ad gustum transmeet, similiterque calor, ad tactum. Alio modo sumitur tactus à Philosophis angustiore, ac proprio significatu. Eisdemque modis tactile accipi consueuit, nimirum pro quauis qualitate, quæ vt in suam potentiam cadat, non poscit medium externum: vel pro ijs tantùm qualitatibus, quæ

presso vocabulo tactiles nuncupantur. Hoc posito, si tactus secundùm priorẽ notionem spectetur, dicimus tam gustandi, quàm tangendi facultatẽ tactum iure nuncupari; cùm neutra earum externo medio ad obiectum percipiendum egeat. Si verò secundùm posteriorem; diuersas esse potentias, & species, naturaque distinctas. Quæ est sententia Aristotelis hoc in lib. cap. 11. text. 112. & 128. & de Sensu & sensili, cap. 4. Auerrois hoc loco, tex. B 31. Themistij cap. 48. suæ Paraphrasis, Simplicij text. 110. Philoponi, S. Thomę, Aegidij, Zimaræ & Caietani text. 111. Apollinaris quæst. 29. Ferrariensis quæst. 18. M. Alberti in Summa de Homine, & lib. 2. de Anima, tract. 3. capite 27. etsi Venetus aliud putarit hoc loco, tex. 102. aiens gustum & tactum non differre, nisi per quædam connotata; formaliter verò esse vnam eandemque potentiam. Probatur autem nostræ opinionis veritas ex eo, quia aliud est obiectum tactus, nempe calor, frigus, aliæq; eiusmodi qualitates, de quibus sequẽti capite agendum; aliud gustus, nimirum sapores. Item, quia aliud est tangendi, aliud gustandi organum, vt mox patebit. Quo argumento vtitur Aristoteles text. 112. Deinde, quia alioqui non essent nisi quatuor sensus. Præterea, quia fieri potest, vt incolumi tactu, pereat gustus in lingua.

*Tactum distingui specie à gustu.*

Argumenta verò initio adducta nihil exhibent negotij. Occurrendum est enim, si detur aqua adeò syncera, vt omni sapore careat, eam non gustatu, sed tactu duntaxat percipi. Item, gustatile esse tactile, & gustum esse tactum, siue speciem tactus, si hæc sub priori consideratione, quam antè explicuimus, sumantur, id est, gustatile esse tactile, secundùm analogiam, qua ambo sub potẽtiam cadunt; videlicet per medium coniunctum: similiterque gustum esse tactum, non simpliciter, sed secundùm cognationem & similitudinem, quam in percipiendo obiecto sortiuntur. Vel gustabile esse tactile, quia nihil gustari potest, quin prius tangatur: & gustum esse quendam tactum; quia vis gustandi, & vis tangendi circa eundem cibum versantur, (vnde tactus dicitur sensus alimenti) ratione tamen diuersarum qualitatum, quia tactus circa humidum, verbi gratia, & siccum: gustus circa saporem, qui ex horum commistione fit, occupatur: & vtraque facultas ita in has qualitates incumbit, vt gustus non tendat in suas, nisi tactus in eas, quæ ipsi propriæ sunt, saltem priùs natura ferantur.

*Diluuntur cõfertim argumenta probatia gustum non distingui à tactu.*

Ad id, quod postremo loco de tactus & gustus necessitate adiectum fuit, dicendum est, solum tactum respectu omnium animantium esse absolutè necessarium, ita vt nec ad breue tempus, absque tactu possint viuere; gustum verò etiam omnium ferè comparatione, exceptis paucis admodum imperfectis, necessarium esse, non quasi eo sublato, confestim interi-

*De necessitate tactus & gustus.*



interitura sint; sed quia cùm omnia ferè ad A capiendum alimentum, cibi voluptate alliciantur, sublato eius voluptatis sensu, ordinarie à nutrimento capiendo cessabunt, vel tam parum assument, vt iensim extabescãt, & moriantur, atq; ita dicitur gustus necessarius animantibus, quia ordinarie, seu maiori ex parte, absq; illo vitam non diu seruabunt. Quędam tamẽ animãtia nimis imperfecta, vt ad plantarum naturam, & conditionem proximè accedunt, ita quasi plantæ, alimentum citra de- B lectationem hauriunt, eaq; gustu destituta sunt. Ac de his interpretandus est Aristoteles in libro de somno, & vigilia cap. 2. cùm inquit non omnia animalia habere facultatem gustandi. Sanè patet ex dictis qua ratione tactus necessarius sit; & quo pacto gustus possit, ac non possit dici necessarius animantibus, & vt ex verbis Aristotelis minimè colligatur tactum à gustu non distingui.

*Exponitur Arist.*

## ARTICVLVS II.

### DIFFERRE ETIAM organo.

*Ὀργανῶ gustatus. Deorig. gustus Ar. li. 1. de hist. an. c. 11. lib. 2. de par. an. c. 17. & li. 4. c. 11. Gal. de vsu part. c. 4. & 10. Auer. 1. Collect. c. 20. & lib. 2. ca. 14. Auic. li. 2. de an. ca. 12. Vesal. lib. 2. cap. 19. & lib. 4 cap. 6. & 10.*

NEc verò tactus, & gustus idem organum vendicant; licet enim in ea corporis parte, in qua vis cognoscendi sapores inest, tangendi quoque facultas insideat; non tamen è conuerso vbicumq; tactoria potentia reperi- D tur, vis etiam gustandi ceniitur. Enim verò gustandi instrumentum est lingua, aut quidpiam linguæ proportione respondens in ijs, quæ linguæ sunt expertia, vt primo de histor. animal. c. 11. & 2. de partibus c. 17. & 4. eiusdẽ operis c. 11. Aristoteles docet. Porrò, lingua (vt de eius compositione aliquid dicamus) ad radicem, quæ latior est, & faucibus cohæret, esse valido, quasi base, nititur, sustentaturq; quod *ἔνερθε* Græcis dicitur, literæ Y. speciem habens. Substantia illi rara, atq; laxa, vt humores, qui saporis vehiculum sunt, facilè imbibat. Quocirca, & tunica cingitur prætenui, quæ toti ori communis est. Nouem constat musculis, quos media linea ad dextram, lævamq; diuidit, vt hoc quoq; instrumentum suo modo geminatum esset. Venis præterea duabus maiusculis, totidemq; arterijs perfunditur, duobus item neruorum coniugijs, altero molli dignoscendis saporibus destinato, E altero duriore, quod in musculos distributũ motus expedit. Oportuit enim linguam esse expeditam, tum ad sermonem efformandum, siquidem huic etiam muneri obseruit, tum ad commutandum cibum, & in ore detinendum, vt vario dentium attritu subigi, & comminui queat.

*Linguæ compositio, & structura.*

*Linguæ musculi nouem.*

Sunt qui velint gustandi vim potissimùm esse ad radicem linguæ. Primùm, quia saliua, quæ gustationi plurimum obseruit, inibi ge- *sit vis gustandi.* neratim sunt enim ad radices linguæ duæ glandulæ carneæ, (tonsillas vocant) saliuæ generatrices. Secundò, quia illic maiores visuntur nerui. Contraria tamẽ sententia, quam tradidit Aristoteles 1. de hist. anim. cap. 11. lib. 2. de part. anim. cap. 17. vera est, nimirum in linguę acumine acrioré gustum inesse: quod experientia patet. Nam cùm cibus ad linguæ radices deuoluitur, minùs delectat, ideoq; ipsum ad linguæ cuspidem reuocamus: sicuti è contrario cùm aliquid gustare nolumus, id ad inferiores linguæ partes confestim deijcimus. *In linguæ a-* C Causa verò, cur maior vis gustatoria in linguę *cumine gu-* insit fastigio, est, quia ea linguæ pars mollior *stus acrior.* existit, eiusq; nerui, etsi minores, molliores tamẽ sunt, & ad sapores percipiendos magis idonei. Nec obstat quod vberior sit ad radicẽ saliua; humoris enim copia, si nimia sit, gustatũ obtundit. At enim licet prædicta facultas præcipuè in lingua resideat, tamen vt D. Augustinus li. 2. de verbis Domini, & D. Damascenus lib. 2. fidei orthod. c. 18. D. Nemesius in lib. de natura hominis cap. 9. Plinius lib. 11. cap. 37. sentiunt, videtur etiam nonnihil extendi ad palatum, in quod gustatorij nerui aliquantulum effunduntur. Neq; hoc repugnat sententiæ Aristotelis, qui de principali tantùm organo loquitur. Quin & ipse lib. 4. de partibus anim. ca. 11. etiam in gula gustatũ ponit. Esculentorum, inquit, omnium voluptas in descendendo contingit: dum enim deglutimus, pinguia sentimus, & salsa, & dulcia, & reliqua generis eiusdem: & omniũ ferè condimentorum, esculentorumq; in deuorãdo, gulæ tactione suauitas existit, & grãtia. Quod verò Plinius ait, licet gustus in homine ad palatũ sese porrigat, in cæteris animantibus lingua duntaxat contineri, cùm id ipse neq; ratione ostendat, neq; experientia comprobarit, non est cur ita esse arbitremur. Quonam verò pacto intelligendum sit, quod lib. de sensu, & sensili cap. 2. & lib. 2. de partibus animal. cap. 10. Aristoteles asseruit, gustũ & tactum à corde pendere, alibi examinandum à nobis est.

*In linguæ acumine gustus acrior.*

*Quæ in parte sit linguæ instrumentum gustandi.*

KE Φ.

---

KE Φ. ια.

Περὶ τῆ ἁφῆ τῆ ἁπλῆ ἔφαμεν ἐν ἀρχῆ λέγοντες ἡ γῆ ἡ ἁφὴ μὲν μία ἐστὶν αἰσθητὸν, ἀλλὰ πλείω, πλειόνων ἔτι καὶ ἁπλῶν πλείω αἰσθητὰ ὑπάρχει. ἐπεὶ δ' ἔστιν ἕκαστον, πότερον ὁμοίως ἐστὶν, ἢ μᾶλλον περί τι τῶν πλείστων.

## CAPVT XI.

*De tangibili autẽ, & tactu eadem ratio est.* Nam si tactus non vnus sit sensus, sed plures, necesse est, & ea, quæ tactu percipiuntur, plura sensibilia esse. Dubitationem autem ipse Text. 106. Text. 107. locus habere videtur, vtrum plures sint tactus an

## CAPITIS VNDECIMI EXPLANATIO.

DE *tangibili autem* ]Postremo loco accedit ad disputationem de tactu, quam eo consilio hactenus distulit, quòd huius sensus notitia admodum obscura sit, vt indicant quæstiones, quas de illo mouet, adeò difficiles, vt in eis non tam sententiam suam explicare, quàm ansam præbere videatur. Igitur initio capitis monet eodem pacto sese habere tactum ad suum obiectum, quo cæteri sensus; eademq́; methodo debere in cognitionem venire: Ita vt pro eius varietate tactilia quoq; multiplicanda sint. Tum in controuersiam adducit: num vnus tantùm sit tactus. Item quodnam sit tactus instrumentum, caro ne, & id, quod in ijs, quæ carnea non sunt, carni proportione respondet, an aliud quidpiam; ita vt caro sit medium, organum autem sit aliquid aliud interiùs latens.

*Capitis argumentum.*

b *Omnis*

αἰσθητήριον τὸ τῆς ἁφῆς ἁπτικόν, πότερον ἡ σάρξ· καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ ἀνάλογον, ἢ οὔ· ἀλλὰ τοῦτο μέν ἐστι τὸ μεταξύ· τὸ δὲ πρῶτον αἰσθητήριον ἄλλο τι ἐστὶν ἐντός. πᾶσα γὰρ αἴσθησις μιᾶς ἐναντιώσεως εἶναι δοκεῖ, οἷον ὄψις λευκοῦ καὶ μέλανος, καὶ ἀκοὴ ὀξέος καὶ βαρέος, καὶ γεῦσις πικροῦ καὶ γλυκέος. ἐν δὲ τῷ ἁπτῷ πολλαὶ ἔνεισιν ἐναντιώσεις, θερμὸν ψυχρόν, ξηρὸν ὑγρόν, σκληρὸν μαλακόν, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τοιαῦτα. ἔχει δέ τινα λύσιν πρός γε ταύτην τὴν ἀπορίαν, ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεών εἰσιν ἐναντιώσεις πλείους, οἷον ἐν φωνῇ οὐ μόνον ὀξύτης καὶ βαρύτης, ἀλλὰ καὶ μέγεθος καὶ μικρότης, καὶ λειότης καὶ τραχύτης φωνῆς, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα. εἰσὶ δὲ καὶ περὶ χρῶμα διαφοραὶ τοιαῦται ἕτεραι· ἀλλὰ τί τὸ ἓν τὸ ὑποκείμενον, ὥσπερ ἀκοῇ ψόφος, οὕτω τῇ ἁφῇ, οὐκ ἔστιν ἔνδηλον. πότερον δ' ἐστὶ τὸ αἰσθητήριον ἐντός, ἢ οὔ, ἀλλ' εὐθέως ἡ σάρξ, οὐδὲν δοκεῖ σημεῖον εἶναι, τὸ γίνεσθαι τὴν αἴσθησιν ἅμα θιγγανομένων· καὶ γὰρ νῦν εἴ τις περὶ τὴν σάρκα περιτείνειεν, οἷον ὑμένα ποιήσας, ὁμοίως τὴν αἴσθησιν εὐθέως ἁψάμενος ἐνσημανεῖ· καίτοι δῆλον, ὡς οὐκ ἔστιν ἐν τούτῳ τὸ αἰσθητήριον· εἰ δὲ καὶ συμφυὲς γένοιτο, θᾶττον ἔτι διικνοῖτ' ἂν ἡ αἴσθησις. διὸ καὶ τὸ τοιοῦτον μόριον τοῦ σώματος ἔοικεν οὕτως ἔχειν, ὥσπερ ἂν εἰ κύκλῳ ἡμῖν περιεπεφύκει ὁ ἀήρ· ἐδοκοῦμεν γὰρ ἂν ἑνί τινι αἰσθάνεσθαι καὶ ψόφου, καὶ χρώματος, καὶ ὀσμῆς, καὶ μία τις αἴσθησις εἶναι ὄψις καὶ ἀκοὴ καὶ ὄσφρησις.

νῦν

*vnus tantùm: & de instrumento tactus quid tandem sit, virum ipsa caro, & id, quod in cæteris simile est carni, an ita non sit, sed id quidem ipsum sit sensus huiusce medium, instrumentum autem ipsius primum aliud quoddam sit intùs. b Omnis enim sensus vnius contrarietatis esse videtur: vt visus albi, nigriq́; & auditus acuti, grauisq́;, & gustus dulcis, atq; amari. At in tangibili plures insunt contrarietates, vt patet, est enim calidū frigidum, humidum siccum, molle durum, & istiusmodi alia. Sed esse videtur ad hanc* Text.108 *dubitationem quædam solutio. Nam in cæteris etiam sensibus plures sunt contrarietates, in voce namque non solùm est acumen & grauitas: sed etiam magnitudo & paruitas, & lenitas, & asperitas vocis, & alia huiusmodi. Sunt & circa colorem differentiæ aliæ tales. Verùm quidnam sit vnum obiectum tactus, sicut vnum est auditus sonus, non esse manifestum videtur. c Huius autem* Text.109 *virum instrumentum tactus intùs sit post carnem, an non sit, sed statim sit ipsa caro: id non esse signum videtur, sensum, inquam, illico fieri, cùm res tactu percipiendæ tanguntur. Etenim si quis nunc circa carnem subtilem pellem extenderit, deinde rem tactu percipiendam tetigerit sensus statim similiter fiet, & tamen patet in illa pelle tactus instrumentum non esse. Quod si copulata fuerit, velocius, vt patet, sensus perceptio fiet. Quapropter talis pars corporis perinde sese habere videtur, atque si circumfusus aër continuatus* Text.110 *esset nobis, ac copulatus, tunc enim vno quodam instrumento profectò sonum, & colorem, & odorem videremur sentire, & vnus quidam videretur esse nimirum sensus, visus auditus, atque olfactus.*

*Nunc*

*Videri plures esse tactus.*

b *Omnis enim sensus.*] Negantē partē prioris quæstionis confirmat ex eo, quia vnus sensus, vnius tantùm est contrarietatis, vt aspectus candidi, & nigri: auditus grauis, & acuti: gustus dulcis, & amari: tactus verò circa plures versatur contrarietates nimirum circa calidum, & frigidum: siccum, & humidum, aliaq́; id genus Quod si quis respondeat etiam alijs sensibus plures occurrere contrarietates, vt visui non solùm atrum, & candidum, sed etiam pulchrum, & fœdum: aliaq́; eiusmodi: cùm tamen in confesso sit quemlibet eorum sensuum vnum esse: refellit eam responsionem: quod reliquorū sensuum contrarietates quantūlibet plures videantur, omnes tamen in vnā communem rationem conueniant, in tactu verò non ita res habeat.

*Refutatio falsæ responsionis.*

c *Huius aūt virum instrumentum.*] Posteriorem tractat controuersiam de organo tactus. Quòd enim id animantis caro censeri debeat, ex eo quispiam ostenderit: quia vbi primum caro attingitur, citra moram sentimus. Verùm hanc rationem parùm firmam esse ex eo suadet, quia si quis externam aliquam membranulam carni obtendat, adhuc confestim sensio fiet, & tamen luce clarius est, eiusmodi membranulam non esse tactus instrumentū. Pergit deinde institutum idem confirmare: quia caro ita affecta est ad organū tactus, vt se haberet prædicta membranula, si carni congenita esset: & vt se haberet aër ad aspectū, auditū, & odoratū, si animantibus insitus à natura foret: tunc verò etsi aër horum sensuum instrumētum esset: atq; hos omnes sensus in vnius sensus naturam contrahere videretur: nihilominus tamen idem

aer esset



aër esset eorum medium, non autem instrumentum: neq; idem sensus foret videndi, audiendi & odorandi. Ergo & caro medium erit, non autem organum tactus, licet, organo coniuncta sit, vt quæ eadem constet forma, qua ipsum animal, quod prædictorum trium sensuum medijs non conuenit, quæ elementa sunt, & soliditatis expertia: atque adeò viuentium formis haudquaquam informantur.

d *Indicat*

νῦν δὲ διὰ τὸ διωρίσθαι δι' οὗ γίνονται αἱ κινήσεις, φανερὰ τὰ εἰρημένα αἰσθητήρια ἕτερα ὄντα. ἐπὶ δὲ τῆς ἁφῆς τοῦτο νῦν ἄδηλον· ἐξ ἀέρος μὲν γὰρ ἢ ὕδατος ἀδύνατον συστῆναι τὸ ἔμψυχον σῶμα· δεῖ γάρ τι στερεὸν εἶναι. λείπεται δὴ μικτὸν ἐκ γῆς καὶ τούτων εἶναι, οἷον βούλεται ἡ σάρξ καὶ τὸ ἀνάλογον· ὥστε ἀναγκαῖον καὶ τὸ σῶμα εἶναι μεταξὺ τοῦ ἁπτικοῦ προσπεφυκός, δι' οὗ γίνονται αἱ αἰσθήσεις πλείους οὖσαι· δηλοῖ δ' ὅτι πλείους ἡ ἐπὶ τῆς γλώττης ἁφή· ἁπάντων γὰρ τῶν ἁπτῶν αἰσθάνεται κατὰ τὸ αὐτὸ μόριον, καὶ χυμοῦ. εἰ μὲν οὖν καὶ ἡ ἄλλη σὰρξ ᾐσθάνετο τοῦ χυμοῦ, ἐδόκει ἂν ἡ αὐτὴ καὶ μία εἶναι αἴσθησις ἡ γεῦσις καὶ ἡ ἁφή· νῦν δὲ δύο, διὰ τὸ μὴ ἀντιστρέφειν. ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰ πᾶν σῶμα βάθος ἔχει· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ τρίτον μέγεθος· ὧν δ' ἐστὶ δύο σωμάτων μεταξὺ σῶμά τι, οὐκ ἐνδέχεται ταῦτα ἀλλήλων ἅπτεσθαι. τὸ δ' ὑγρὸν οὐκ ἔστιν ἄνευ σώματος, οὐδὲ τὸ διερόν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ὕδωρ εἶναι, ἢ ἔχειν ὕδωρ· τὰ δὲ ἁπτόμενα ἀλλήλων ἐν τῷ ὕδατι, μὴ ξηρῶν τῶν ἄκρων ὄντων, ἀναγκαῖον ὕδωρ ἔχειν μεταξύ, οὗ ἀνάπλεα τὰ ἔσχατα. εἰ δὲ τοῦτ' ἀληθές, ἀδύνατον ἅψασθαι ἄλλο ἄλλου ἐν ὕδατι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐν τῷ ἀέρι· ὁμοίως γὰρ ἔχει ὁ ἀὴρ πρὸς τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ ὕδωρ πρὸς τὰ ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι. λανθάνει δὲ μᾶλλον ἡμᾶς, ὥσπερ καὶ τὰ ἐν τῷ ὕδατι ζῷα, εἰ διερὸν διεροῦ ἅπτεται. πότερον οὖν πάντων ὁμοίως ἐστὶν ἡ αἴσθησις, ἢ ἄλλων ἄλλως, καθάπερ νῦν δοκεῖ· ἡ μὲν γὰρ γεῦσις καὶ ἡ ἁφὴ τῷ ἅπτεσθαι, αἱ δ' ἄλλαι ἀπόθεν.

τὸ δ'

*Nunc autem quia seiunctum est id per quod fiunt motus, patet instrumenta iam dicta sensuum esse diuersa. In tactu autem idipsum nunc latet. Fieri* Text.111 *enim nequit, vt ex aëre, vel aqua corpus animatum tantummodo constet, quippe cum solidum quoddam esse oporteat. Restat igitur, vt ex his atq; terra sit mistum, quale est ipsa caro, & id, quod vicem ipsius subit. Quare necesse est ipsum corpus copulatum medium esse inter instrumentum ipsius tactus, & res ipsas tangibiles, per quod fiunt ipsi sensus, qui quidem sunt plures. d Indicat autem* Text.112 *plures esse tactus hisce, qui in lingua consistit. Nam eadem in parte, & omnes res tangibiles, & saporem etiam sentit. Si igitur & cæteræ partes carnis, sentirent saporem: vnus idemq́; tunc sensus videretur esse profectò gustus, & tactus. Nunc autem quia nō fit conuersio duo diuersi sensus esse censentur. e At verò dubitabit hoc loco non iniuria quispiam. Nam si corpus quidem omne pro-* Text.113 *funditatem habet, atq; hoc est tertia magnitudo, fieri verò nequit, vt ea corpora sese mutuo tangāt, inter quæ corpus aliquod medium intercedit, humidumq́; non est sine corpore, nec humectatum, sed necesse est vel aquam esse, vel aquam habere, qui fieri potest, vt corpus tangat corpus in aqua? & enim necesse est, cum extrema non sint sicca, in medio aquam esse, qua repleta sint ipsa extrema. Quod si hoc est verum, fieri profectò non potest, vt corporum tactus fiat in aqua. Eodem etiam modo de ijs dici potest, quæ in aëre collocantur, simili namq; modo se habet aër ad ea, quæ sunt in ipso, & aqua ad ea, quæ sunt in ipsa. Latet autem nos magis in hisce, quæ in aere collocantur, quàm in animantibus, quæ sunt in aqua, si humectatum, humectatum tangit. f Verum igitur omnium simili modo fit sensus: an sensuum quidam, vt nunc videtur, eodem* Text.114 *quidam diuersi modo obiecta sua percipiant, gustus quidem, & tactus tangendo, cæteri autem eminus?*

*At id*

d *Indicat autem plures.*] Obscurus est hic locus, nec in eo explicando interpretes consentiunt. Videtur tamen Aristoteles persequi quæstionem de vnitate tactus, & occasionem remouere existimandi vnū esse tactum. Putaret ergo quispiam vnā duntaxat esse potentiā tangendi, quia illius instrumentū vnum est: id ex eo demolitur, quia licet instrumentū sit vnum, si obiecta plura sint, ad multiplicandam facultatem sat erunt. Quod in gustu, & tactu linguæ conspicuum videtur, quos fatemur esse sensus diuersos, esto in vna, eademq́; lingua cernantur: quia tactus circa tactiles qualitates, gustus circa gustatiles sese exercet. Si igitur tactus plura habuerit obiecta, esto sensorium, atq; etiam medium vnum sit, id quominus potentiæ plures haberi debeant, non obstiterit.

*Refutatio opinionis vnū tactum constituentis.*

e *At verū dubitabit.* ]Cùm tactum medium congenitum habere superiùs dixisset, vberioris explicationis gratia aliā nunc mouet quæstionē, videlicet, nū tactus medium aliquod externū habeat. Nā cùm inter duo corpora (intellige solida, quæ alias partes depressas, alias eminentes habeant) semper interiectus sit aer, vel aqua: vt patet cùm se in aqua contingunt, vbi inter illa nōnihil humiditatis perpetuò deprehenditur, quod similiter accidit in aere, esto id in hoc elemento minus sit conspicuum: videbitur omnino asserendum, quoties aliquod eiusmodi corpus tactu sentimus interuenire semper medium aerem, vel aquam, proindeq́; sensui tactus hæc corpora tanquam externa media ad sensionem obeundam deputata esse.

*Nam tactus medium externū venditet.*

f *Verum*

Universidad de Deusto Biblioteca

f *Verum igitur.*] Aliam profert quæstionē: num sensus omnes per externū mediū in sua obiecta ferantur, an potius gustus, & tactus per internum duntaxat: reliqui per externū. Respondetq; omnibus sensibus commune esse per externum medium sua obiecta percipere, etiā gustatui, & tactui: dū corpora solida gustamus, & tangimus, cùm inter illa vt paulò antè dictum fuit semper aqua, aërve maneant mediū. Verùm hoc reliqui tres sensus à gustu, & tactu dissident, quod in illis mediū externum mouetur ab obiecto: mediū verò mutatum potentiā afficit: in his aūt propter rei percipiendæ coniunctionem, & breuitatē interstitij, medium, & potentia simul moueri cēsentur. Quod clypei exemplo ostenditur. Si quis enim per clypeū percutitur, non dicimus clypeum ab hasta, ipsum verò à clypeo percuti, sed vnà cum clypeo plagam accipere. Adde quod gustatus, & tactus nō nisi accidente medium externum sortiuntur, cùm videlicet corpora nequeunt se immediatè contingere: reliqui verò sensus per se, ac ratione obiectorum externum medium efflagitant.

*Commune est omnibus sensibus per externum medium obiecta percipere.*

g *Omnino*

τὸ δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ τὸ σκληρὸν καὶ τὸ μαλακὸν δι' ἑτέρων αἰσθανόμεθα· ὥσπερ καὶ τὸ ψοφητικὸν, καὶ τὸ ὁρατὸν, καὶ τὸ ὀσφραντόν. ἀλλὰ τὰ μὲν πόῤῥωθεν, τὰ δ' ἐγγύθεν· διὸ λανθάνει, ἐπεὶ αἰσθανόμεθά γε πάντων διὰ τοῦ μέσου. ἀλλ' ἐπὶ τούτων λανθάνει. καίτοι καθάπερ εἴπομεν καὶ πρότερον, κἂν εἰ δι' ὑμένος αἰσθανοίμεθα τῶν ἁπτῶν ἁπάντων λανθάνοντος ὅτι διείργει, ὁμοίως ἂν ἔχοιμεν ὥσπερ καὶ νῦν ἐν τῷ ὕδατι καὶ ἐν τῷ ἀέρι· δοκοῦμεν γὰρ νῦν αὐτῶν ἅπτεσθαι, καὶ οὐδὲν εἶναι διὰ μέσου. ἀλλὰ διαφέρει τὸ ἁπτὸν τῶν ὁρατῶν καὶ τῶν ψοφητικῶν, ὅτι ἐκείνων μὲν αἰσθανόμεθα, τῷ τὸ μεταξὺ ποιεῖν τι ἡμᾶς· τῶν δ' ἁπτῶν, οὐχ ὑπὸ τοῦ μεταξὺ, ἀλλ' ἅμα τῷ μεταξὺ, ὥσπερ ὁ δι' ἀσπίδος πληγείς, οὐ γὰρ ἡ ἀσπὶς πληγεῖσα ἐπάταξεν, ἀλλ' ἅμ' ἄμφω συνέβη πληγῆναι. ὅλως δ' ἔοικεν ἡ σὰρξ καὶ ἡ γλῶττα, ὡς ὁ ἀὴρ καὶ τὸ ὕδωρ πρὸς τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀκοὴν, καὶ τὴν ὄσφρησιν ἔχουσιν, οὕτως ἔχειν πρὸς τὸ αἰσθητήριον, ὥσπερ ἐκείνων ἕκαστον, αὐτοῦ δὲ τοῦ αἰσθητηρίου ἁπτομένου, οὔτ' ἐκεῖ, οὔτ' ἐνταῦθα γένοιτ' ἂν αἴσθησις· οἷον εἴ τις σῶμα τὸ λευκὸν ἐπὶ τὸ ὄμματος θείη τὸ ἔσχατον, ᾗ καὶ δῆλον ὅτι ἐντὸς τὸ τοῦ ἁπτοῦ αἰσθητήριον. οὕτω γὰρ ἂν συμβαίνοι, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· ἐπιτιθεμένων γὰρ ἐπὶ τὸ αἰσθητήριον, οὐκ αἰσθάνεται· ἐπὶ δὲ τὴν σάρκα ἐπιτιθεμένων, αἰσθάνεται· ὥστε τὸ μεταξὺ τοῦ ἁπτικοῦ, ἡ σάρξ. ἁπταὶ μὲν οὖν εἰσιν αἱ διαφοραὶ τοῦ σώματος ᾗ σῶμα· λέγω δὲ διαφορὰς, αἳ τὰ στοιχεῖα διορίζουσι, θερμὸν, ψυχρὸν, ξηρὸν, ὑγρὸν, περὶ ὧν εἰρήκαμεν πρότερον ἐν τοῖς περὶ στοιχείων. τὸ δὲ αἰσθητήριον αὐτῶν τὸ ἁπτικὸν, καὶ ἐν ᾧ ἡ καλουμένη ἁφὴ ὑπάρχει πρώτῳ, τὸ δυνάμει τοιοῦτόν ἐστι μόριον. τὸ γὰρ

At id profectò non ita est, sed durum etiā, & molle per alia planè sentimus, quemadmodum, & id quod sonat, & visibile ac odorabile: verùm hæc quidē eminùs, illa verò cominus sentiuntur. Quapropter latet si per medium illa percipiantur. Nam sensibilia cuncta per medium sentiuntur, sed in illis id ipsum latet, vt diximus. Enimverò si per subtilem pellem, vt priùs etiam est dictum positam circa carnem sentiremus omnia tangibilia, id ipsum non animaduertentes, sic nos tum vtiq; sentiremus, vt nunc in aëre sentimus, & aqua. Nunc enim videmur res ipsas tangibiles tangere, & nullum medium esse. Interest autem inter tangibile, & ea quæ sonant, & visibilia. Text.115. Nam hæc quidem sentimus medio in nos aliquid agente. At tangibilia sentimus non à medio, sed vnà cum ipso medio moti, vti fit cum quispiam per clypeum est percussus. Non enim percussus clypeus percussit, sed fit, vt ambo sint simul percussi, clypeus, atque miles. g Omnino autem vt aër, & aqua sese habent ad visum, & auditum, atq; olfactum, sic caro Text.116. ac lingua sese ad huius instrumentum sensus habere videntur: atque nec ibi profectò, nec hic perceptio sensus fiet, cum instrumentum sensus à re sensibili tangitur, vt quispiam super extremum oculi corpus posuerit album. Ex quo etiam planè patet instrumentum sensus ipsius, quo res percipiuntur tangibiles, intùs esse collocatum, vt diximus. Sic enim & in hoc sensu fiet id porrò, quod in cæteris sensibus fieri solet. Sensibilium enim, si in ipsa instrumentis ponantur sensuum, non fit, vt pateat, perceptio, at si super carnē ponatur tangibile, fit, vt docet experiētia sensus. Quare sine dubio ipsa caro mediū est in tactu. Atqui ea tactu percipiūtur, quæ corporis sunt, vt corpus est, differētiæ. Dico aūt Text.117. differētias eas, quæ verū elemēta distinguūt, calidū, frigidū, siccū, ac humidū, de quibus antea diximus in locis, in quibus de elemētis ipsis tractauimus. Instrumentū aūt id, quo dictæ qualitates sentiuntur, & in quo primo sensus is collocatur, quē appellare consueuimus tactū, pars ea sane est, quæ est potētia talis.

h *Sentire*

g *Omnino autem.*] Tactus medium, obiectum, & sensorium accuratiùs explicat. Ac primùm docet carnē, non organū, sed mediū tactus esse, sicuti aër visus, & auditus. Quod probat, quia sensibile impositū sensui nō sentitur: si enim albū oculos tangat, aut sonus aëri congenito, vel odor odorandi sensorio adhibeatur, non fit sensio: ac tactile carni ad motū percipitur. Deinde obiectum tactus ait esse tactilium corporum differentias, hoc est calidum, frigidum, siccū, humidum, quas vocat differentias, quòd elementa, prout alterandi vim habent, ijs inter se constituantur, ac differant, vt in libris de ortu, & interitu exposuimus.

*Carnem esse medium tactus.*

h *Sentire*



αἰσθάνεσθαι, πάσχειν τι ἐστίν. ὥστε τὸ ποιοῦν, οἷον αὐτὸ ἐνεργείᾳ, τοιοῦτον ἐκεῖνο ποιεῖ δυνάμει ὄν. διὸ τοῦ ὁμοίως θερμοῦ ἢ ψυχροῦ, ἢ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ, οὐκ αἰσθανόμεθα· ἀλλὰ τῶν ὑπερβολῶν, ὡς τῆς αἰσθήσεως οἷον μεσότητός τινος οὔσης τῆς ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἐναντιώσεως. καὶ διὰ τοῦτο κρίνει τὰ αἰσθητά. τὸ γὰρ μέσον, κριτικόν· γίνεται γὰρ πρὸς ἑκάτερον αὐτῶν θάτερον τῶν ἄκρων· καὶ δεῖ ὥσπερ τὸ μέλλον αἰσθήσεσθαι λευκοῦ καὶ μέλανος, μηδέτερον αὐτῶν εἶναι ἐνεργείᾳ, δυνάμει δ' ἄμφω, οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, καὶ ἐπὶ τῆς ἁφῆς μήτε θερμὸν μήτε ψυχρόν. ἔτι δ' ὥσπερ ὁρατοῦ καὶ ἀοράτου ἦν πως ἡ ὄψις· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν ἀντικειμένων, οὕτω καὶ ἡ ἁφὴ τοῦ ἁπτοῦ καὶ ἀνάπτου. ἄναπτον δ' ἐστὶ τό, τε μικρὰν ἔχον πάμπαν διαφορὰν τῶν ἁπτῶν, οἷον πέπονθεν ὁ ἀήρ· καὶ τῶν ἁπτῶν αἱ ὑπερβολαὶ, ὥσπερ τὰ φθαρτικά. καθ' ἑκάστην μὲν οὖν τῶν αἰσθήσεων εἴρηται τύπῳ.

h *Sentire namq; pati quoddam est, vt diximus.* Text.118. *Quare id quod egit tale illud facit, cum sit potentia, quale est ipsum actu. Quocirca simile calidum, atq; frigidum, & durum, ac molle non sentimus, sed exuperationes, quia sensus est quasi mediocritas quædam contrarietatis eius, quæ in ipsis sensibilibus inest, & propter hoc sensibilia ipsa discernit. Nam medium ipsum extremorū est iudex. Fit enim ad vtrumq; ipsorum, alterū extremorū. Atq;* Text.119. *vt id, quod album, nigrumq; percepturū est sensu, neutrum ipsorū actu, sed potentia sit vtrūq; oportet, & in cæteris eodem modo, sic & in tactu neq; calidum, neq; frigidū id actu sit oportet, sed vtrūq; potentia, quod vtrumq; est percepturum.* i *Præ-* Text.120. *tereà vt visus visibilis ac inuisibilis quodammodo est, vti diximus, cæteriq; sensus oppositorum similiter, sic etiam est tangibilis, ac intangibilis, tactus. Intangibile autem est etiam id, quod exiguam admodum differentiam tangibilium habet, quale passus est aër, & exuperationes etiam tangibilium, qualia sunt ea, quæ corrumpere possunt. De sensuum igitur vnoquoq; dictum sit hoc modo quasi figura.*

h *Sentire*

h *Sentire namq;.*] Quale sit tangendi organū ostendit, aiens esse potestate id quod tangibile actu est, siquidem id, quod sentit à sensili pati oportet: quod autem patitur, in potentia tale est, quale id, à quo patitur. Quoniam igitur potissimum tactus obiectum est calidum, frigidum, siccū, humidum, eius sensorium ita erit affectū, vt hisce qualitatibus immutari queat. Est verò hoc inter tactum, & reliquos sensus discrimen, quòd aliorum organa expertia sunt qualitatum, quas sentiunt, vt humor crystallinus colorum, mamillares processus odorum, aliaq; similiter: at instrumentum tactus, cùm sit corpus ex primarum qualitatum commistione constans, necessariò primas qualitates, quæ tactus obiectum sunt, in se actu cohibet quamquam eas in mediocritate obtinere debeat, vt extrema, atq; excessus aptè dignoscat: siquidem mediocre extremorum iudex est.

*Mediocre iudex extremorum.*

i *Præterea vt visus.*] Quemadmodum in alijs sensibus duplex sensile constituit; vnum verè, proprieq; sensile, veluti habitum: alterum vt priuationē: sic in tactu rem habere ait: ita vt sicut visus rei visilis, & inuisilis est, sic & tactus circa tactile, atque intactile versetur. Intactile verò nuncupat tum id, quod tractabiles qualitates admodum remissas obtinet; tum quod easdem nimium exuperantes habet, ita vt sensorium labefactent.

QVAESTIO

## QVAESTIO I.

### QVODNAM SIT TACTVS *Organum, quod medium.*

### ARTICVLVS I.

### *DIVERSAE PHILOSOPHORUM sententiæ de organo tactus; & quanam earum amplectenda sit.*

VBinam tangendi instrumentum resideat, magna est inter philosophos discrepātia. Themistius in sua paraphrasi capite 39 & 40. & Simplicius, text. 116. ponūt tactum in corde, adducti verbis Aristotelis in libro de sensu, & sensili capite secundo, & de senectute cap. 2. & de partibus animalium libro 2. capite 10. vbi Philosophus videtur cor sedem tactus, & gustus facere. Auer-

*Prima opin.*

A roes autem in paraphrasi de sensu & 2 Colliget. capite 8. & 19. & 2. de partibus animalium capite 1 & 8. asserit carnem sensiterium tactus esse, idemq; statuit Philoponus ad tex. 124 & Aphrodisæus libro 2. de anima cap. de contactu, quem ob id Themistius loco citato reprehendit.

Galenus verò libro primo, de vsu partium capite decimosexto, & decimooctauo, & lib. quinto, capit. nono, & libro decimosecundo, B capite 2. & lib. 2. de temperamentis. Auerroes com. 18. Fernelius in lib. de animæ facult. capite sexto. Vesalius libro sexto, capite decimoseptimo. M. Albertus hoc lib. tract. 3. c. 31. & 34. Conciliator different. 42. Thurisanus libro secundo, Techni com. 15. & libro tertio, com. 54. D. Thomas hoc loco lect. 32. Aegydius text. 108. dub. 2. & Scotus quæstione secunda, Iandunus quæst. 29. aiunt organum tactus esse neruum.

*Secunda opinio.*

Vtriq; harum duarum opinionum adsti-



pulari

Universidad de Deusto
Biblioteca



pulsri visus est Aristoteles tum libro primo, de hist. animal, cap. 4. & libro secundo, de partibus animal. capite primo, & quinto, vbi tangendi vim in carne sitam esse docuit; tum proximo superiori capite text. 109. vbi carnem musculorum, organum verò nerueum constituit. Quæ loca perpendens Auerroes, & tunc in hanc posteriorem sententiam inclinans censuit Aristotelem, cum libros de animalibus scriberet, nondum compertum habuisse latere sub cæcula nemos, quod cùm postea cognouisset, in his libris, quos postea edidit, sententiam mutasse.

*Prima assert.* Nos igitur propositam controuersiam aliquot assertionibus explicemus. Prima sit. Organum tactus non est in solo corde, nec in vno aliquo membro corporis duntaxat. Hæc est philosophorum communis. Probaturq; ex eo, quia nō solo corde, nec vno aliquo tantùm membro tangimus, vt testatur experientia. Atque ita fieri opportuit. Nam cùm hic sensus ad tuendam animalis vitam, & noxia declinan la peculiariter datus sit à natura; fi quidem ad eum spectat percipere læsionem, qua primarum qualitatum temperamentū, quod maximè vitam continet, dissoluitur; necessum fuit, non addici eum, aut limitari alicui certæ parti corporis. Quod verò Aristoteles eum in corde posuisse visus est: id eatenus pro vero haberi potest, quatenus tactus, (quod suo modo de gustu dicendum est) sicuti ad vitam est necessarius; ita cordi, qui est vitæ fons, vti sensus maximè vitalis, ac reliquorum fundamentū, priuatim respondet, & vna cum eo perit. Siquis autem dicat nihil aliud voluisse Aristotelem, quàm tactū esse in corde, vt in radice, quia inde propagantur nerui, per quos influunt spiritus ad actum sentiendi. Iam ea Philosophi sententia in primo de ortu, & interitu confutata à nobis fuit, vbi cum schola Medicorum, tum alijs argumentis, tum anatomicis obseruationibus probauimus neruos, & vnà cum eis animales spiritus à cerebro, non a corde deriuari. Præterquam quod eo modo etiam alij sensus dicerentur esse in corde.

*Neruos à cerebro derivari.*

*2. Assert. Tactus organum nec solacaro, nec solus nerus dici debet.*

Secunda assertio. Organum tactus neq; est sola caro, neq; solus neruus. Hanc tuetur Simon Portius lib. de dolore cap. 10. Theophilus hoc in libro à text. 110. & 112. D. Gregorius Nyssenus li. 4. Philosophiæ capite quarto, videturq; Galeni lib 3. de temperamentis capite nono, & libro nono, de placitis Hippocratis, & Platonis cap. 2. Auicennæ lib. 6. Natur. cap. de tactu. Algazelli lib 2. tractat. 4 cap. 3. Probaturq; ex eo, quia constat non solam carnem, sed etiam neruū sentire, cùm læditur; siue hæc sumantur coniunctā, vt caro neruosa, siue separata, vt neruus carne exutus, & caro, qualis est in recessu cordis, & iecore. Aduertendum tamen nomen carnis non accipi à nobis hoc loco præcisè, sed ita, vt

*Quid nomine carnis intelligatur.*

A eius nomine etiam cutis, & membrana, aliaque eiusmodi intelligi velimus. Itaq; arbitramur in qualibet parte corporis, quantūlibet exigua, tactum inesse; quamuis ossa, & quædam aliæ partes ob terrestrem concretionē, aliāve eiusmodi ad sentiendum ineptitudinem, tangendi vi careant. Nostræ autem assertionis veritas ex eo conuincitur, quia ibi sensorium est, vbi sensio fit: ibi verò fit sensio tactus vbi læsio sentitur: sentitur autem in B omnibus illis partibus, vt experientia docet. Constat tamen maximè vigere tactum in externa cute. Ea namq; primarum qualitatum differentias multo melius, quàm alia corporis parte dignoscimus; quod singulari prouidentia factum est, at quæ nimietate sua animai perdere queunt, ea continuò vbi corpus attigerint, cauere possint. Sed ex ipsa cute, ea magis sentit, quæ volæ manus inuolucrum existit: vt aduertit Galenus capite decimo, C libri primi, de temperamentis. Curatumq; id etiā à natura fuit, eo quòd manu, vt communi instrumento, ad res tangendas, & prehendendas vtimur. Quod si quis obijciat primas in hoc sensu videri nerum deferendas; dicendum crassionem continui, quæ dolorem incutit, magis sentire nemos, quia duriores, densioresq; sunt: cutem verò acutiori sensu pollere ad qualitatum oppositiones distinguendas: quia neruus à temperie declinat ad frigidū, ac siccum, non ita cutis, quæ exactiorem mediocritatem obtinuit.

*Tactum in qualibet parte corporis inesse.*

*Potissimum viget tactus in extrema cute, magis tamē in cute volæ.*

*Munus commune organum.*

*Obiectio.*

*Dilutio.*

Quod verò ad Aristotelem attinet, qui tactum vel in solo neruo, vel in sola carne statuisse videtur, dicendum in primis, antecedē. ti capite, vbi tangendi instrumentum à carne remouet, nihil ea de re absolutè definisse, sed more tantùm dialectico disputasse. Ad illius verò argumenta respondendum, non ob eam tantùm rationem à nobis tactum etiam in carne constitui, quòd rem carni admotam illicò sentiamus, sed ob causas paulò antè explicatas. Item, non omnem sensum requirere medium externum; possq; carnem obiectum sibi impositum sentire, si non ea parte, qua obiectum proximè attingit, saltem alia nonnihil ab ea distante. Qua de re infernus plura. Iam verò ea loca, quibus Aristoteles carni tangendi vim ascribit; ita accipienda sunt, vt eam carni inesse putet, nō tamē soli.

*Explicantur loca Arist. circa organum tactus.*

F

## ARTICVLVS II.

### *DE MEDIO TACTVS.*

SED adhuc de medio tactus pauca dicenda. Quæri autem potest vel de interno, vel externo medio. Porrò nec requiri, nec dari internum medium tactus paulò ante decreuimus, cùm asseruimus tam carnem, quàm neruum illius instrumentū esse: licet caro nō

organum



num tantùm, sed aliquo modo medium internum dici possit respectu nerui, quatenus hic illius interuentu ab obiecto alteratur, mouetur q;.

*Opinio Auerrois non posse quidquā agere in tactū nisi medio aliquo corpore interiecto.*

Circa externum putat Auerroes hoc loco necessarium id esse, contendens non posse quicquam agere in tactum, quin inter agens, & animal interiectum sit aliud corpus, vt videtur Aristoteles text. 113. & 114. docuisse. Quòd si Auerroi opponas dum aër, & aqua immediatè animal attingunt; proximè in ipsum agere; atq; adeò non semper dari externum medium. Occurrit aërem, & aquā cùm sint loca naturalia animantium, in sua natiua dispositione minimè in illa agere, aut ab ijs sentiri. Verùm si aër, & aqua extra natiuum statum alterentur, & qualitates in tactū agentes sortiantur calida, & frigida corpuscula in sese admittendo; tunc animal ea corpuscula sentire, quę tamē immediatè in ipsum agant, sed per aquam, aëremve interiectum.

*Reijcitur hac opinio.*

Hæc tamē sententia probanda nō est, cùm nequaquam sit negandum elementa, etiam in naturali statu, agere in animantium corpora; siquidem per excessum primarum qualitatum ea superant, & à vincente tam in naturali loco, quàm extra illū, potest dari actio. Alioqui neq; ipsa elementa, dum propriis cōtinentur sedibus, in vicina mutuò agerent. Cuius oppositum, præterquam quòd ex se patet, demonstratum à nobis alibi fuit. Itaq; asserendum posse aliquod externum corpus, vt aërem, & aquam immediatè agere in sensorium tactus, neq; tactum, quod similiter de gustu pronuntiandum est, requirere medium externum. Addendum præterea cum Sancto Thoma, & Thienensi ad text. 114. cum Caietano cap. 10. Alberto M. tractatu 3. cap. 32. Nimpho, & alijs, posse corpora mollia sese immediatè tangere. Vtrū verò dura possint, controuersiam esse. Namque prædicti auctores arbitrantur non posse dura corpora in aëre, & aqua ita applicari, vt neq; aër, neq; aqua media sint. Cuius oppositum defendunt Marcellus lib 2. de anima cap. 91. Conciliator differen. 42. Auicenna 6. Metaphysicæ cap. 3. Thurisanus 3. Techni com. 54. Apollinaris 2. de anima quæst. 31. art. 1. Garbius in sum. libro 1. tract. 5 quæst. 24. Scotus 2. de anima quæst 3. Quæ dubitatio ita explicanda est, vt dicamus corpora dura, quæ alias partes cauas, alias eminentes habent, non posse ita iungi, vt in medio non sit aliud corpus, alioqui daretur in partibus depressis vacuum; ea verò, quę omnino complanata, ac læuia sunt, vt vitrea, haud dubiè posse; cùm nulla ratio contrarium persuadeat. Quare cùm Aristoteles proximo capite asserat perpetuò interijci aërem, vel aquam, dum in locis horū elementorum seu duo corpora contingunt; id vel quærendo, non autem asseuerando dixit, vt quibusdam videtur, vel de corporibus in-

*Corpora mollia posse se immediatè tangere.*

*Corpora dura an possint.*

*Posse quæ lata sunt, & plana: nō verò quæ sunt aspera, et inæqualia.*

A æqualium superficierum interpretandus est.

*Obiectio.*

Siquis autem obijciat, etiam cùm superficies inæquales sunt, non videri semper intercipi aërem in loco aeris; quia alioqui sequeretur aërem interceptum sustinere ingentem molem ferream subiecto lapidi incumbentem: quia item concedendum foret, cùm tormenta bellica turrim deijciunt, totum illum impetum impingi turri interuentu aeris interiecti, quod non videtur fieri posse; cùm aer corpus sit adeo tenue, ac molle. Occurrendū erit, cùm aliquæ partes talium corporum sese immediatè tangunt, eas sufficere ad sustinendum pondus impositum, & earum interiectu posse imprimi impulsum turri, si non totum; partem tamen: simulq; partem aliam eiusdem impulsus (loquimur autem de parte extensiua) immitti aeris interuentu; qui, & si corpus molle, & tenue sit, tamen loci angustijs intercluſus necessariò externum impetum recipit, eumq; refundit in vicinum corpus. Sed addimus præterea posse dari euentum, quo duo corpora omnino complanata, nempe duæ tabulæ, ita iungantur, vt inter eas maneat aer sustentans superiorē tabulam; nimirum si superior inferiori secundum omnes partes simul copuletur, vt lib. 4. Physicorum ostendimus. Sed nihil mirum accidere id tunc, cùm aliter res habere nequeat, alioqui si tunc aer totus cederet, nihilq; eius in D medio relinqueretur opporteret totū aerem desinere simul esse in quauis parte tabularū per primum non esse, quod est impossibile, vt loco citato disseruimus.

*Obiectio.*

*Dilutio.*

## QVAESTIO II.

### *SIT NE VNVS TACTVS, an plures.*

## ARTICVLVS I.

### *VARIAE PHILOSOPHANTIUM opiniones.*

SVnt qui plures, sunt qui vnum tantum modo esse tactum opinentur. Plures esse inquiunt Themistius cap. 39. Auerroes, & Aegidius com. 108. Iandunus quæst. 27. Apollinaris quæst. 40. Marcellus 3. de anima qu. 38. Auicenna lib. 6. Natural. quæst. part. 2. cap. de tactu M. Albert. 2. de anima tract 3. Videturq; hæc sententia cōcludi posse eo argumento, quo Aristoteles proximo cap. tex. 107. ad id comprobandū vsus fuit, videlicet, vnus sensus circa vnam duntaxat contrarietatem versatur: sed tactus non circa vnam tantùm, sed circa plures contrarietates sese exercet: quandoquidem percipit calidū, & frigidum: siccum, & humidū: asperum, & tersum: durū, & molle: graue, & leue: aliaq; eiusmodi: non igitur tactus vnus est, sed multiplex. Potestque corroborari eius argumenti vis; quia

*Plurium tactuum asserentes.*

*Eorum argumenta.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



diuersæ cõtrarietates primæ, cuiusmodi sunt contrarietates calidi, & frigidi, humidi, & sicci, ad vnum genus redigi nequeunt; vna verò specie potentia vnius generis subiectum exposcit. Accedit quòd dolor, & voluptas, quæ ex appulsu tactilium qualitatum percipi solent, pertinẽt ad tactum: dolere autem, & delectari videntur alterius potẽtiæ specie distinctæ ab ea, qua ipsæ tactiles qualitates sentiuntur.

*Dissensio inter eos, qui plures tactus constituunt.*

At enim ij, qui hanc partem sequuntur, in plures abiere sententias. Quidam tot numerant tactus, quot cõtrarietates vt Themistius, & Auicenna; nõ tamẽ hi, quot contrarietates sint, explicant. Videtur autem Auicenna vnũ sensum, ad quem dolor ex vulnere, alium, ad quem titillatio spectet, constituere. Alij duos tantùm ponunt, vt Aegidius vnum calidi, & frigidi, alterum sicci, & humidi. Commentator verò 2. Colliget. cap. 13. ponit tactum titillationis; præterea tactum stomachi, qui quidem est fames, & sitis. E recentioribus etiam Cardanus lib. 13. de subtilitate quatuor tactus distinguit: vnum primarũ quatuor qualitatum; alterũ grauis, & leuis; tertium voluptatis, & doloris; quartũ titillationis. At Caietanus hoc loco, etsi magis inclinet in partẽ, quę plures tactus facit, arbitratur nihil certi in hac disputatione affirmari posse, quòd potentia ex actibus, actus ex obiectis distinguatur; formalis verò ratio tactilium obiectorũ explorata nõ est, quia neq; certa est formalis ratio, in qua duæ primæ cõtrarietates calidi, & humidi, frigidi, & sicci conueniant. Quare cùm de ipso distinctionis principio non constet, perperam quidquam ea de re definiri.

## ARTICVLVS II.

### *CONCLVDITVR VNVM TANtùm specie tactum esse. Diluuntur rationes existimantium plures esse.*

*Confirmatio huius sentẽtiæ.*

NIhilominus placet nobis sententia quam Attici interpretes, Simplicius, Plutarchus, & Philoponus, & vt videtur, Alexander secuti sunt; videlicet, vnũ tantùm esse specie tactum: quam etiam Fernelius lib. 5. suæ Physiologiæ cap. 7. amplexus est: eandemq; probabilẽ iudicat D. Thomas prima parte q. 78. art. 3. Potest aũt ea hunc in modum suaderi. Sẽsus, vt cõstat ex ijs, quę docuimus in quæst. de distinctione potentiarũ, dicitur vnus specie ab obiecto: si obiectũ habeat vnã speciem rationẽ formalem: hãc verò obtinet, si rationem immutandi organi specie vnã vendicet: atqui ita se habet obiectum tactus. Igitur tactus est vnus secundũ speciem. Minor ostenditur, quia qualitates tangibiles, quæ tactus habent vnum obiectum sunt, habent modũ vnum organi immutandi, nõ solùm quia nõ exigũt mediũ remotũ, per quod species transeant: id enim etiam gustui cõmune est sed quatenus in eo conueniunt, quòd immutant complexionẽ primarũ qualitatum, quibus animal constat. Vnde tactus, sensus temperamẽti dicitur. Nec refert quòd præter quatuor primas qualitates, aliæ quoq; sub tactũ recidant, quarũ non est temperamentũ, saltem proximè, immutare. Enim verò vnitas rationis in immutando organo tactus nonnisi secundũ primas qualitates æstimari debet: cùm hæ præcipuũ tactus obiectũ sint, reliquæ verò secundaria ratione ad eum pertineant. Hinc collige obiectũ tactus, licet materialiter spectatũ non vnum sit, sed multiplex, & non vnã tantùm, sed plures cõtrarietates in se cohibeat: formaliter tamẽ, siue prout tactile est, vnũ esse, petita vnitate ab eo immutãdi organi modo, quẽ explicuimus. Vnde cùm potentiarũ distinctio ab obiectis secundum rationẽ formalem considerata sumenda sit, vt diximus, ratũ manet tangendi facultatem vnam esse, non plures.

*modum immutandi tactum.*

*Tactus dicitur sensus temperamenti.*

*Obiectum tactus formaliter vnum.*

Ita patet quid respondendum sit ad argumenta, quæ ex parte multiplicitũ contrarietatum, circa quas versatur tactus, ostendere nitebantur non posse illum esse specie vnum. Explicare tamen adhuc oportet quid existimandum sit de dolore, & voluptate, fame, & siti, & titillatione, quæ videntur etiam ad tactum pertinere, & arguere in illo distinctionem speciei: cùm sint actus adeò inter se diuersi, & discrepantes.

*Dolor, & voluptas, an ad tactum pertineant.*

Aduerte in dolore, & voluptate corporis (de his enim in præsenti agitur) duo spectari posse nimirũ actus ipsos dolendi, oblectandi ve: & obiecta horum actuum. Est aũt obiectum, & causa istius doloris, mutatio notabilis facta circa primas qualitates, vt cùm manus aduritur; vel diuisio cõtinui, vt cùm quis vulneratur. Vnde Galenus 12. Methodi cap. 7. ita scripsit, Naturalis notitianus docet vitiũ id corporis, ex quo fit dolorũ, aut continuitatis solutionem oportere esse, aut alterationẽ aliquam. Quamuis de hac re non parum sit inter auctores diffidij, dum alij arbitrantur causam doloris ex tactu prouenientis esse dissolutionem temperamenti duntaxat; alij solam diuisionem continui; alij vtrumuis, quod nobis placet. Obiectum autem, & causa prædictę voluptatis est appulsus qualitatum maxime conuenientium, & attractio subtilium spirituum, atq; aliarum subtilium partium leniter abblandientium.

*Quæ sit doloris, & voluptatis causa.*

Igitur in primis inculcandum non est hæc obiecta nõ solum pertinere ad appetitũ sensitiuum, sed simul etiam ad tactum, diuersa tamen consideratione. Nam primæ qualitates tactu percipiuntur tanquam eius sensibile ẽtia, quæ vere proprũ, vt planũ est. Ab eodemq; percipitur rõ ad appetitum sensitiuum, tum sensibilia, tum alia, quæ non sunt sensibilia, vt species intentionales, alijque motus locales, corporum tangentium,

*Quæ rationes obiecta nõ solum pertineant ad dolorem, & voluptatem corporis, sed & ad tactum.*



tium, non tamen vt sensibilia propria tactus, sed communia. Pertinent verò omnia hæc ad tactum, quatenus tangibilia sunt, sicque eius actum terminant, qui neque dolor est, neque voluptas. Ad appetitum verò sensitiuum spectant sub ratione boni & mali præsentis secundùm actum proprium doloris & voluptatis. Sicut enim appetitui sensitiuo propriè conuenit ferri in bonum & malum sensibile; ita & circa ipsum delectari & dolere. Quod non competit sensui, cuius non est tendere in bonum, vel malum, qua talia sunt. Itaq; cùm quis manum vrit, percipit tactus illam caloris intemperiem, vt est quid tangibile; simúlque appetitus concupiscibilis de læsione illa, prout quoddã naturæ malum est, dolet, proponente sibi id priùs phantasia sub ratione noxij & mali.

*De fame & siti, & qua ratione spectent ad tactum.*

Hæc de dolore & voluptate. Nunc de titillatione. In hac duo inueniuntur; horror quidam, quo refugimus attrectationem & nonnulla voluptas ac delinitio, quę accidit in quibusdam corporis partibus acerrimi sensus; vbi arteriæ multæ suis finibus hiant, vt sub axillis & plantis; ad has enim, cum sollicitatione magis rarescunt, solent accurrere spiritus & copia prurientis materiæ, quæ suo attactu voluptatem excitant. Ex his duobus horror, seu fuga attrectationis, si sumatur p̃ subtractione corporis, est motus localis, vt patet; si pro interno actu, est operatio sensitiui appetitus repudiantis. Voluptas autem illa similiter pertinet ad appetitum sensitiuum, ob eam rationem, quã paulò antè attulimus. At perceptio motus localis, quò spiritus & vis pruritionis materiæ confluit, refertur ad tactum, vt eius sensibile commune.

*Quæ in titillatione reperiantur, & quæ ex parte pertineat ad tactum.*

*De titillatione Arist. in Problem. sect. 1. & 3. de Part. animal. cap. 10.*

Quod attinet ad famem & sitim, de quibus in primo de Ortu & interitu, ex professo disseruimus: tria per earum quamlibet potissimùm importantur; nimirum per famem diuulsio facta, præsertim in ventriculo; & dolor ex ea ortus, itemque appetitio calidi & sicci. Per sitim verò intemperies ex nimia ariditate, in faucibus & ventriculo, & dolor, qui similiter ex illa intempene nascitur; & appetitio frigidi & humidi. Si ergo de dolore & appetitione agamus, liquet iam pertinere hæc ad appetitum sensitiuum. Si de diuulsione, quæ est motus localis, patet etiam spectare ad tactum, vt sensibile commune. Si de intemperie, pertinere quoque ad eundem, sed vt sensibile proprium.

*Colligitur nõ congruè ab aliquibus multiplicari species tactus.*

His ita constitutis facilè erit intelligere, quo pacto ea, quæ ab auctoribus, quos suprà retulimus, afferuntur ad multiplicandas species tactus, re vera ad eas multiplicandas non sufficiant. Nam dolor & voluptas corporis, & actiones appetendi, vel repudiandi, sunt actus appetitus sensitiui. Ea verò tactilia, ex quibus hæc causantur, siue in quæ, vt explicatum fuit, tendunt; vel sunt sensibilia propria tactus, & communia, pertinentq; sub quatuor qualitatibus primis, quas omnes ostendimus in modo mouendi subiecta vnam rationem specificam in ordine ad facultatem tangendi. Vel sunt sensibilia communia, à quibus distinctio potentiæ sumenda nõ est, vt iam antè commonuimus.

*Pro visu.* *Pro auditu.* *Pro odoratu.* *Pro gustu.* *Pro tactu.*

Pars affirmatiua huiscce controuersiæ videtur palàm conuincit. Primùm, quia quod ad aspectum attinet, vapor, siue humor in oculo intra corneam & crystalloidem cõcretus, cernitur, & eum digito oculus comprimitur, in tenebris fulgor quidam interiùs apparet, vt ipsi experimur, asseritque Aristoteles in libro de Sensu & sensili, cap. 2. Acnõ modo lumen externum, sed id etiam, quod pupillæ affunditur, contuemur. Præterea, auditus sonitum, qui in aere congenito fit, per. sentiscit, odoratus substantiam fumidam, vel saltem odorem ab ipsa exilientem, & proces. fus mamillares subeuntem percipit; & ij, quibus lingua bilioso humore infecta est, nõ ob aliam causam cibum dulcem, amarum æstimant; nisi quia ipsum gustatus instrumentum bilim sibi insitam gustat, eaque ab aliorum saporum dignotione impeditur. Et eadem pars carnis & nerui, quæ præciditur, aut pungitur, sentit.

*Non nisi exiguas qualitatum sentiri.*

Sed adhuc quòd saltem tactus & gustus obiectum sibi impositum percipiant, hunc in modum videtur concludi. Ideò reliqua sensibilia non nisi ex aliquantulo interuallo cognoscuntur, quia non nisi interuentu specierum à sensibus percipi queunt; species autem immediatè iniectæ potentijs, eũ sint nimium crassæ, non sunt idoneæ ad sensionem administrandam: atqui tactus & gustus non sentiunt per species. Non est igitur cur obiecta sibi cohærentia non dignoscant. Minor probatur; quia si tactus per species sentiret, sequeretur manum, verbi gratiã, sentire aerem eiusdem temperamenti, hoc est, æquè calidum, aut frigidum, ac ipsa est; cùm tamen inter Philosophos constet, non nisi exuperiãtias qualitatũ à nobis percipi. Consecutio ostenditur, quia nulla ratio est, cur manus obiectum æquè calidum nõ sentiat, nisi quia non potest ab æquè calido alterari; at si per speciem caloris sentiret, cùm hanc à minus cali-



## QVAESTIO III.

### *VTRVM SENSIBILE POsitum supra sensum sentiatur.*

## ARTICVLVS I.

### *AFFIRMATIVAE PARTIS argumenta.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



do recipere queat, dandum foret, posse æquè calidum sentire. Præterea idem in gustu probatur, quia si per speciem gustaret lingua, experiretur acrorem & acerbitatem, nihil eiusmodi in se realiter perpessa; quod non ita est; quin potiùs saporem acrem propria incisione, salsum absterſione, acerbum corrugatione sentiat; vt Plato in Timæo, & Galenus libro 4. de Simplic. medic. facult. docuêre. Accedit quòd si sensio gustandi & tangendi fieret per species, possent hi sensus gustabilia & tangibilia absentia percipere; cùm nihil impediat, quominùs ex aliqua distantia sui species in sensoria mittant.

## ARTICVLVS II.

### *EXPONVNTVR DIVERSA in proposita quæstione Philosophorum placita, & communis sententia defenditur.*

*Opinio Scoti.*

IN hac controuersia non parum inter se auctores dissentiunt. Num Scotus hoc libro, quæst. 4. ait; Si res ad exactam normam reuocetur, effatū illud Aristotelis aientis, sensibile positum supra sensum non sentiri, verùm quidem esse, si intelligatur de aspectu comparato ad corpora opaca; hæc enim supra oculum constituta videri nequeūt, cùm egeant luce intermedia ad trajciendam speciem. Quòd si vel de reliquis sensibus agamus, vel de ipso visu collocato ad corpora translucida actu illustrata; falsum esse. Nec Aristotelem aliud voluisse, quàm sensibilia supra sensum collocata, prout eum actione reali immutant, non sentiri; tametsi percipiantur, qua ratione eundem notionaliter affi-
*Alexàdri et quorundam Medicorū.* ciunt, suam illi imaginem inuendo. Alexander verò, teste Aucrroe hoc loco & Medicorum nonnulli, opinātur tres duntaxat sensus, visum, auditum & odoratum, interiecto medio inter obiectum & instrumentum egere.

*Communis sententia.* At commentator, D. Thomas, vterque Caietanus hoc loco, Iandunus quæst. 29. 12. Nuellus quæst. 50. Apollinaris quæst. 34. Ferrariensis quæst. 19. M. Albertus 2. part. Sum. de Homine, quæst. de Tactu. Aegidius tum hoc loco, tum libro 2. Hexameron, cap. 12. & plerique alij affirmant de omnibus sensibus verum esse, nullum ex eis percipere sibi impositum obiectum. Quod probant testimonio Aristotelis, qui id hoc in libro, cap. 6. tex. 75. & cap. 8. tex. 98. absolutè, ac sine vlla præscriptione docuit. Nec interpretatio Scoti ad aures Aristotelis est: cùm is non asseruerit sensibile impositū sensui hoc aut illo modo sumptum nō sentiri, sed neutiquam sentiri, ideóque medio aliquo opus esse. Præcipua verò ratio, qua prædicti auctores sententiam suam confirmant, est ea, quam articulo superiori perstrinximus; videlicet, quia vt obiectū percipi queat, exigitur accommodatio quædam, seu proportio inter speciem obiecti, & potentiam: hæc autem proportio non cernitur inter speciem ab obiecto immediatè productam, & inter potentiam. Est enim species cùm primum ab obiecto exilit, admodum crassa & concreta; eamq; concretionem paulatim in medio deponit; vt experimento constat in specie visili, quæ propterea ijs, qui imbecilla acie sunt, quò longiùs producitur, eò minus habilis efficitur, quia paulatim attenuatur; cùm illi ad cernendum crassiorē imaginem requirant. *Fundamentum sententiæ communis.*

Quoniam igitur hæc sententia in Peripatetica schola communis est; argumentis, quibus eam in primo articulo oppugnauimus, satisfactamus. Ad primum dicimus; Si quis humor intra oculum concrescat, eum, qui crystalloidem occupauit, non cerni, sed ab ea aliquantulum remotum. Ad secundum; Fulgorem illum, qui noctu conspicitur, cùm oculus atteritur, diffundi quidem vsq; ad humorem crystallinum; cùm visio non nisi illustrato medio fiat; nō tamen videri secundùm eam partem, quę in organo insidet, sed secundùm partem distantem, quod similiter dicendum est de quacunque alia luce quæ ad ipsum videndi sensorium protenditur. Ad aliud de auditu respondemus, Bombum illum non excitari in organo, sed in cauitate aliqua propè eum panum existente. Id verò, quod ad oltactum pertinet, dissoluet, qui dixerit; Si quando odor secundùm esse reale ad processus mamillares perueniat, non percipi secundùm eam partem suæ extensionis, quæ est in organo, vel ipsum proximè attingit, sed secundùm partem adiunctam: quod similiter dicendum est de bilioso humore linguam imbuente. Non enim is gustatu percipitur secundùm eā partem, quæ attingit neruos, in quibus gustandi organum præcipuè residet; sed secundùm aliam ab eo distantem. Eodemque modo respondeti solet ad id, quod de tactu obijcitur. Nimium sensorium tactus sentire plagam acceptam, non quasi percipiat ipsum sensibile partem, quæ ipsum proximè attingit, sed secundùm remotam. *Respōsio ad argumenta contraria partis.*

## ARTICVLVS III.

### *DISSOLVVNTVR ARGVMENTA pertinentia ad tactum & gustum: & alia quædam opinio proponitur.*

SVpersunt adhuc argumenta ad tactum & gustum spectantia, quibus nonnulli Medicorum demonstratū ab se putant percipi sensibile



sibile supra hos sensus collocatum. Ad primum concessa maiori propositione, neganda est minor; omnes enim sensus, vt alibi cum D. Thoma 1. part. quæst. 78. art. 3. alijsque auctoribus statuimus, speciem requirunt, tanquam principium ad cognitionem necessarium. Ad probationem verò minoris dicendum, vt potētia sensitiua, etiam exterior percipiat obiectum, non sufficere consignatam esse illius speciem. Accidit enim nō raro dari speciem, & tamen non procedere actionem; vt cùm duo in eadem ab obiecto distantia constituti sint, & eorum alter, quia perspicaci aspectu, obiectum videt; alter, quia imbecillo, non videt. Tunc enim vtrique speciem recipit, etsi vnus tantùm visionē edat. Idemque cōtingit, cùm quis rebus alijs ita cogitatione intentus est, vt propterea sonum, quem alij eodem in loco sentiunt, ipse nō percipiat. Sic ergo, licet cùm calidum minùs calido appropinquat, sui speciem sensorio inurat, haud propterea necesse est, vt id à potentia sensitiua percipiatur; quia ad talem perceptionem præter speciem requiritur etiam, vt ipsi organo calidum imprimatur, quod non imprimitur, nisi calidū quod agit, intensius sit eo, quod patitur, vt in libris de Ortu & interitu ex professo ostendimus. *Etiam genus & tactus ad sensum requiri species.*

Ad secundum dicendum similiter, gustum non percipere saporem, nisi quis actu vnā cum specie recipit; estu vnaquæque sensitiui portio eam partem extensiuam saporis, quæ ipsi proximè respondet, non sentiat, vti superiùs diximus. Ad tertium quid respondendum sit, constat, cùm enim gustus & tactus non sentiant, nisi quod recipia in se recipiunt, nihil nisi sibi præsens dignoscent.

Hunc in modum se habet explicatio rationum, quibus probari consueuit gustum & tactum percipere obiecta sibi imposita. Nobis tamen iudicanda in vtramque partem argumenta, & eorum solutionem expendētibus, verisimilior videtur sententia, quæ saltem gustum & tactū à pronuntiato illo excipit: tum quia fictitium videtur, cùm admoto igne organum aduritur, tactum non percipere dis- *Verisimilius est gustum & tactū excipi à communi illo pronuntiato.*

solutionem temperamenti, quæ fit in eadem et parte, in qua torquetur, atque adeò nullam partem organi sentire suam propriam dissolutionem, sed alterius; similiterque linguam non percipere amarorem, qui sibi insidet. Quod rursus à veritate alienum esse hoc argumento videtur: Calefiat instrumentum tactus vniformiter difformiter. Hoc posito, si nulla pars organi sentiens percipit dissolutionem temperamenti, quæ sibi immediatè respondet, cùm quælibet pars magis minúsve, quam alia incalescat, (ea est enim lex formæ, quæ vniformiter difformiter per subiectum diffunditur) sequitur tactum in alia parte organi plus, in alia minùs sentire, vt planum est cùm læsio in omnibus partibus inæqualis sit, vt ponimus. Item cùm nulla pars, propriam, sed alterius offensionem percipiat, sequitur debere tactum, vbi plus est caloris, minùs percipere: vbi minùs, plus: siquidem vbi plus est caloris, non sentit, nisi calorem partis vicinæ, similiterque vbi est minùs. At hoc concedere, sanè absurdum videtur.

Non probamus tamen opinionem eorū, qui contendunt posse gustum, vel tactum absque similitudine obiectum sensibile dignoscere. Namque ex naturæ instituto, atque ordine, inter cognitionē sensitiuam, & rem cognitam media est species: ne à re sensibili, quæ nimium materialis est ad cognitionem, quæ ad immaterialem naturam propè accedit, fiat transitus sine medio, sed interiecta species, quæ minùs habet materialitatis, quā obiectum sensibile. Vnde Aristoteles hoc libro, cap. 12. proximè sequenti, tex. 121. absolutè docet; commune esse sensibus formas sine materia, hoc est, obiectorum imagines recipere. Videtur autem iuxta hanc sententiam de immediatione gustus & tactus, quam probabiliorem iudicamus, peculiare esse his sensibus, vt inter potentiam & obiectum non requirant interuallum, quo extenuetur species: sicut enim cæteris crassiores sunt; ita species proximè ab obiecto edita, eis accommodata esse potest.

## ΚΕΦ. ιβ.

## CAP. XII.

Κ Αθόλου δὲ περὶ πάσης αἰσθήσεως δῶ λεκτέον, ὅτι ἡ μὲν αἴσθησίς ἐστι τὸ δεκτικὸν τῶν αἰσθητῶν ἄνευ τῆς ὕλης· οἷον ὁ κηρὸς τοῦ δακτυλίου ἄνευ σιδήρου, καὶ τοῦ χρυσοῦ ὁ ἔχων τὸ σημεῖον. λαμβάνει μὲν γὰρ ἕκαστος τὸ χρυσοῦν ἢ τὸ χαλκοῦν σημεῖον, ἀλλ' οὐχ ᾗ χαλκὸς, οὐδὲ χρυσός· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ αἴσθησις ἑκάστου τοῦ ἔχοντος χρῶμα, ἢ χυμὸν, ἢ ψόφον πάσχει· ἀλλ' οὐχ ᾗ τοιόνδε ἕκαστον λέγεται, ἀλλ' ᾗ τοιοῦδέ τινος τοῦ λόγου. αἰσθητήριον δὲ πρῶτον, ἐν ᾧ τοιαύτη δύναμις.

HOc autem vniuersaliter accipere de omni sensu oportet; sensum, inquam, id esse, quod sensibiles sine materia formas suscipere potest. Perinde atque annuli signum sine ferro, vel auro suscipit cera: suscipit quidem æneum, vel aureum signum, sed non vt est, aut aurum, neque vt signum est aureum aneumve simili patitur, & sensus vnusquisque sensibilis, modo: ab eo, quod habet colorem, aut sonum, aut saporem. Sed non vt vnumquodque illorum dicitur: sed vt est tale, & ratione. b *Instrumentum autem id sensus est primum, in quo est talis vis atque potentia collocata.* Text. 122.

c *Atque* Text. 122.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Sensus recipere rerum imagines, nō res ipsas.*

HOc autem.] Explicatis sigillatim externis sensibus, colligit Aristoteles hoc capite quædam ijs communia. Primum est, sensus recipere formas sine materia, id est, imagines rerum, nō res ipsas. Quod sigilli similitudine ostendit; cera enim figuram imaginemve aurei sigilli recipit, non ipsam sigilli materiam, in qua imago est. His non obstat, quod tactus & gustus, vt ex superiùs dictis constat, non typos duntaxat tactilium & gustatilium qualitatum, sed qualitates quoque ipsas in se recipiant. Non enim mens Aristotelis fuit id negare; sed asserere, vt potentiæ sensitiuæ externæ functiones suas obeant, non oportere vniuersim qualitates sensibiles recipi in organo: oportere tamen sensibilia sui imaginem organis imprimere, easque ad eiusmodi functiones proximè eliciendas concurrere: quidquid sit de rebus ipsis, quæ eiusmodi specierum intertextu sub sensus cadunt. Est tamē de huius loci interpretatione non parum dissidij inter Philoponum, Simplicium, Themistium & Auerroem. Qua de re lege Theophilum ad text. 121.

b *Instrumentum autem.*] Omnibus sensibus commune esse ait, vt primum cuiusque organum dicatur esse id, in quo sensus residet. Vocat autem primum organum, partem illam similarem, in qua immediatè recipitur facultas sensitiua. Namque vt 2. de Partib. animal. cap. 1. docet, licèt pars corporis, qua sensio perficitur, sit quidpiam dissimilare, vt manus, vel oculus: tamen pars illa, in qua primò & proximè potentia actusque sentiendi inhærent, similaris est, vt neruus, humor crystallinus, aliæq; eiusmodi, atque has partes appellat hic primum sensorium.

---

τοῦτο μὲν οὖν τοιοῦτόν ἐστι· τὸ δ' ἄνευ ὕλης ἕτερον· μᾶλλον δ' ἴσως τὸ μὲν οὐκ ἀναγκαῖον· ἔστι γὰρ τοῦ αἰσθητικοῦ ἕν τι· ἡ μὲν τοῦ γε αἰσθητικοῦ ἕνεκα, ἡ δ' αἰσθητὸς μεγέθους ἐστὶν, ἀλλὰ λόγῳ μὲν καὶ δυνάμει οὐκέτι. φανερὸν δ' ἐκ τούτων καὶ ἐφ' ἑτέρων τῶν αἰσθητῶν ἀδύνατον γὰρ ὑγροῦ ἄνευ ὑγρότητα αἰσθάνεσθαι, οὐδὲ τῆς ἰχνυστοῦ ἄνευ τοῦ γεύσασθαι· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴδιον τῆς αἰσθήσεως, οὐκ ἔστι δὲ χωριστὸν ἡ ὕλη· ἔστι δὲ καὶ ἡ ὕλη ὡς τὸ αἰσθητόν. ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν ἔχειν ἕκαστον τῶν αἰσθητηρίων ἐστὶ δυνατὸν ἢ μὴ δυνατόν, ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ αἴσθησις, ἃ δὲ αἰσθητὰ λέγεται, οὐκ ἐστὶν ὡς ἔχει τὸ αἰσθητικὸν ἢ ἡ οὐσία ἡ κατὰ τὸν λόγον, ἀλλὰ τῷ ποιόν τι καὶ κατὰ ταύτην τὴν ἀναλογίαν· οἷον ἡ κίνησις ἡ τοῦ ποιοῦ, ἐστὶν ἡ τοῦ ποιοῦ ἐνέργεια καὶ ἡ τοῦ ποιητικοῦ καὶ παθητικοῦ· ἔστι γὰρ ἡ τοῦ αἰσθητοῦ καὶ αἰσθητικοῦ ἐνέργεια μία καὶ ἡ αὐτή, ἀλλ' ὁ μὲν τρόπος ἐστὶν ὁ μὲν οὐκ ἔστιν· ὅταν δὲ ἐνεργήσῃ καὶ πάσχῃ, ἔστι μὲν ἡ ἐνέργεια ἡ τοῦ αἰσθητοῦ καὶ ποιοῦ, ἔστι δὲ μᾶλλον τι ἐναντίως· ἀλλ' ὅμως ἐν εἴδει ἐστὶν, οἷον ἡ τοῦ γλυκέος καὶ ὁ χυμός· ἀλλὰ τὸ μὲν ἁπλῶς ἐστὶν ὁ χυμὸς καὶ ἀπαθὲς· ἡ δὲ ἐνέργεια πάσχοντος ἤδη, καὶ ἐν ἄλλῳ ἐστὶν ὡς ἐν ὑποκειμένῳ τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ ψυχὴ καὶ τὸ παθητικὸν λόγου καὶ ἡ μορφὴ οἷον ἐνέργεια τοῦ ποιητικοῦ καὶ ποιήσαντος, ὃ ἐν μορφῇ ἐστὶ τοιᾷδε λόγου καὶ ἐν ὕλῃ, τοιᾷδε μεγέθους καὶ τοιᾷδε.

ΚΕΦ.

c *Atque sunt idem, ratio verò non est eadem, sed diuersa. Nam id, quod sentit, aliquando est magnitudo: non tamen ratio sensitiui, neque sensus est magnitudo: sed est quædam ratio potentiaque illius. Patet autem ex his, & cur sensibilium exper-* Text. 123
*rationes sensuum instrumenta corrumpunt. Nam si motus sit vehementior, instrumentique sensus superet vires, dissoluitur ratio. Id autem erat sensus: dissoluiturque perinde, atque concentus intentione, cùm vehementer fides pulsantur.* d *Patet au-* Text. 124
*tem quam ob causam non sentiunt plantæ, & tametsi partem aliquam habent animæ; atque ab ipsis tangibilibus patiuntur, frigescunt enim & calefiunt, vt patet. Nam horum causa est mediocritatem non habere, neque principium tale, vt sensibilium sine materia suscipiant formas, sed cùm materia patiantur.* e *Dubitabit autem quispiam, si* Text. 125
*possit id ab odore pati, quod olfacere nequit: aut id à colore, quod haudquaquam videre potest, & in cæteris in simili modo. Quòd si odorabile sit odor: si quid in odoratum agit, odor profectò agit. Quare fieri nequit, vt ab odore quicquam patiatur eorū, quæ olfacere nequeunt, eadem est & in cæteris ratio. Nec etiam fieri potest, vt à sensibilibus quic-*
*quam patiatur eorum, quæ sentire possunt, nisi vt quodque est sensitiuum. Id ita esse patere potest, &* Text. 126
*hoc etiam pacto. Nam neque lumen & tenebræ, neque sonus, neque odor in corpora quicquam agit: sed ea nimirum, in quibus sunt ipsa; aer enim qui est cum tonitruo, scindit lignum.* f *At enim* Text. 127
*tangibilia saporesque agunt; si enim non agerent à quonam inanimata paterentur, atque alterarentur? Quid igitur, agnitne & sensibilia illa? at videtur non omne corpus ab odore pati, sonoque posse, & ea, quæ patiuntur, terminis vacant, & non manent, vt aer. Olet enim ipse tanquam aliquid passus.* g *Quid aliud est olfacere quidem, præter id ipsum aliquid inquam pati? at enim olfacere quidem sentire est, aer autem passus citò sensibilis fit.*

CAP.

*Cōsensus inter potentiam & instrumē tum.*

c *Atque sunt.*] Explicat consensionem inter potentiam & instrumentum, aitq; hæc subiecto idem esse, ratione differre: quasi dicat, vt candor & lac subiecto idem sunt: quia candor lacti inhæret:



inhæret: & tamen definitione inter se distinguuntur: ita potentiam & organū esse idem subiecto; quia potentia insidet organo: differre tamen natura & definitione: siquidem potentia est forma accidentaria inhærens corpori: organum verò est substantia qualitate affecta.

d *Patet autem.*] Duo quædam problemata dissoluit. Alterum est, cur excellens sensibile, vt præfulgida lux, aut vehemens sonus, facultatem lædit. Respondet causam esse, quia potentiæ exigunt temperiem quandam in subiecto, ac velut harmoniam, vt suis muneribus probè fungantur. Quare vt in cithara alijsque musicæ instrumentis, si motu perturbato & actiori, quàm par est quatiantur, fidium temperies dissoluitur, nec harmonia sibi constat; ita vehemens sensibile organi temperiem euertit, quâ amissâ, nequeunt sensus functiones suas conuenienter administrare. Alterum problema est, cur plantæ nō sentiant, cùm animatæ sint, & tactilibus qualitatibus, sicuti animantes, afficiantur: quandoquidem calent, & frigescunt. Respondet; quia carent ea primarum qualitatum temperie, ac ratione, quæ sensiterijs necessaria est. Inde enim fit, vt nec sententem facultatem obtineant; nec organa idonea ad sentiendi munus, & ad vsum formarum absque materia.

*Quæstio. Responsio.*

*Quæstio. Responsio.*

*Nū aliquid sensu carens ab obiectis sensuum patiatur.*

e *Dubitabit.*] Quia dixerat plantas recipere in se tactiles qualitates, nec tamen sensu pollere. Accepta inde occasione in controuersiam adducit, num aliquid expers sensus à sensuum obiectis, vt à sono, vel ab odore patiatur. Argumentatur pro parte negatiua. Primùm, quia cùm odoratus, verbi gratiâ, & odorabile sint relata, nec odorabile, nisi respectu odoratus, nec odoratus nisi odorabilis comparatione dicatur, non videtur posse quicquam præter odoratum, odore affici. Secundò, quia ipsa sensibilia, vt lumen & tenebræ suo modo, idemque sonus, & alia id genus non agunt in corpora sensu carentia, nisi ex accidente; vt sonus non per se terram concutit, aut arborem scindit: sed quia cum vehementi aeris commotione iunctus est. Quare sensibilia non nisi in id, quod sentire potest, & quatenus sensu præditum est agere videntur.

f *At enim.*] Pro parte affirmatiua, quæ vera est, hunc in modum disserit: Tangibiles qualitates, sapores, cæteraque sensibilia habent vim agendi, etiam in res inanimatas: non est igitur, cur negemus posse eas agere, eisque passionem inferre. Quamuis non sit negandum, quædam ex ijs, vt odorem & sonum non diffundi indiscriminatim per omnia corpora, sed per ea, quæ carent terminis, & non manent, id est, per humida fluidaque; videlicet per aerem & aquam, vt constat ex ijs, quæ in superioribus disputata sunt. Argumenta autem, quæ pro negatiua parte propositæ dubitationis adducta fuêre, paruo negotio diluuntur. Ad primum respondendum erit, si odorabile & odoratus sumatur quatenus odorabile dicitur id, quod est odoratu cognoscibile: & odoratus facultas, quæ potest rem odorabilem cognoscere: tum odorabile ad solam odorandi potentiam, similiterque odorandi potentiam ad odorabile tantùm referri: si autem odorabile accipiatur, prout dicitur id, cuius odor alicubi recipi potest, tunc odorabile non referri tantùm ad potentiam; sed etiam ad medium, quo odor à re odorifera resigitationem, qua vehitur, tamen eundem sonum per aerem re ipsa etiam diffundi.

g *Quid aliud.*] Contra id, quod antè definierat, etiam aerem odorem recipere, ita obijcit: Odorari, est odorem recipere: atqui inter medium corpus reijcit in se odorem: igitur odoratur, atque adeò sentit. Huic obiectioni occurrit: Odorari esse subiectum ita pati, vt odorem sentiat, quod aeri non competit.

---

## QVAESTIO VNICA.

### VTRVMNE SENSVS AB excellenti sensibili lædantur, an non.

### ARTICVLVS I.

### DISPVTATVR PRIMO PRO parte negatiua: sed astruitur affirmatiua pars quæstionis.

1. Argum.

QVòd negatiua propositæ quæstionis pars vera sit, hisce argumentis videtur ostendi: Potentiæ omnes natiua propensione ad obiecta sua inclinantur, non minùs, quàm ad operationes, quibus in ea feruntur, sed nihil inclinatur ad id, à quo lædi-

A tur; cùm omnia propriam ament incolumitatem: igitur sensus nec ab excellenti, nec ab vllo alio suo obiecto lædi potest. Secundò, 2. Argum.
Eiusdem est lædere & corrumpere; cùm læsio ad corruptionem ducat, sed nihil corrumpitur, nisi à contrario, vt docuit Aristoteles libro de Longit. & breuit. vitæ, cap. 1. Igitur sensus non nisi à contrario læditur: atqui sensibus, sicuti & reliquis potentijs naturalibus,
B nihil est contrarium: nihil est ergo quod sensui læsionem afferre queat. Tertiò; Obiecta 3. Argum.
agunt in sensus per suas species: sed hæ nullam realem edunt actionem, qua vel organi temperiem immutet, vel sensum labefactent. Non possunt igitur sensui nocere. Probatur minor; quia imagines habent esse imperfectum & diminutū, cùm à natura rerum, quas repræsentant, degenerent. Vnde earum esse à Philosophis non simpliciter reale dicitur, sed

y notionale,

Universidad de Deusto
Biblioteca



notionale, quasi medium inter esse reale & ra A tionis. Quò fit, vt species caloris non videatur posse calorem gignere; præsertim cùm ipsa deterioris notæ sit, quàm calor. Similitérque sese habent reliquæ imagines comparatione rerum, quas potentijs exhibent. Quartò, Intellectus, quo res, in quarum contemplationem incumbit, nobiliores sunt, eò maiorem capit voluptatem; & illustrium obiectorum perceptione non modò non lædituri, sed ad alia cognoscenda magis acuitur, & B expeditur. Vnde à causis ad effecta, & à substantijs ad accidentia progreditur; sed quoad hoc eadem est ratio in intellectu, ac sensu. Igitur sensus nullam ab eximio sensili percipit læsionem.

*Conclusio affirmatiua.* Verùm quòd excellentia sensibilia sensus lædant, & interdum omnino labefactent, docuit Aristoteles superiori capite, tex. 123. & rursus cap. 2. lib. 13. tex. 141. D. Thom. in disputatis, quæst. de Anima, artic. 8. Galenus libro C 10. de Vsu partium, aliique auctores; idemq; experientia constat. Nam cùm apta organi compositio, sine qua fieri nequit, vt sensus vigeant, aut proprijs defungantur muneribus, non solùm in figura congruenti & idonea; sed etiam in quadam primarum qualitatum symmetria & moderatione consistat: hęc autem excedentium sensibilium vi, ac vehementi immutatione penitùs, aut ex parte destruatur; consequens fit, vt sensibilia ipsam D quoque potentiam in organo resistentem, vel aliquantulum vitient, atque à perfecta sua operatione impediant. Quod similitudine fidium ab Aristotele adducta edisserit Themistius hoc in libro, cap. 42. suæ paraphrasis in hunc modum: Constat, inquit, exuperãtiam sensilis perniciem afferre sensorio. Nam si vis maior ingruat, quàm vt sustineri à sensu possit, necessarium est eius partis intentum remitti; quia temperamentum & ratio soluitur, E atque interimitur. Nihil enim aliud temperamentum est, quàm mensurata quædam & modificata mediocritas. Omne verò moderatum ab immoderato dissoluitur; vt modulatio in fidibus atque cantu, si chordæ voces q; aut validiùs obgraueſcant, aut impensiùs embiſſent, quàm intentionis & concentus ratio postulat, protinus dissidere incipit, mox & conspiratio tota confunditur. Hæc ille.

*Similit.*

*A Argum*

*Vt visile à spectum lædat.*

*Ex Galeno.*

*Pictores vt oculorum & sensionē declinent.*

F

## ARTICVLVS II.

### *PARTICVLATIM EXPLICATVR quo pacto singuli sensus ab excellenti sensibili lædantur, soluunturq; argumenta initio proposita.*

QVo autem pacto singuli sensus ab excellenti sensibili oblædantur, facilè intelligi potest. In primis enim lux, quæ suopte ingenio caloris parens est, si nimia fit, multum caloris oculo imprimit; atque ita organi temperiem immutat; tum præterea è eiusdem caloris vi partes materiæ disgregat, ac viam aperit, qua foras exiliant spiritus vitales, sine quorum ope administrari visio nequit. Sic autem interdum ad cæcitatē vsque perueniuntur. Cuius rei illustria refert exempla Galenus, lib. 10. de Vsu partium. Quod vehementi, inquit, splendore oculi nostri offendantur, docuerunt id quidem milites Xenophontis, qui per multam niuem iter facientes, vehementer læsi oculis fuerũt. Experti sunt etiam id illi, qui ex obscurissimo carcere in splendidissimam domum calce illitam & læuigatam à Dionysio Tyrãno repentè ducti, subitò occæcabantur, minimè repentinum illum occursum splendidæ lucis ferentes. Quare meritò sanè pictores, cùm pingunt in corijs albis, à quibus visus offenditur, colores fuscos, ac cæruleos opponunt, in quos subinde intuentes recreant, atque reficiunt oculos. Similiter ophthalmia laborantes offendit lux, & redarguit; qui tamen fusca & cærulea sine dolore intuentur. Iam verò si Solem ipsum, explicatis & inconniuentibus oculis intueri velis, illos celeriter perdes, vt contigit multis, qui per eclypsim Solis, fixis oculis ipsum cùm intuerentur, nosse affectum eius cupientes, prorsus sunt occæcati. Hæc ex Galeno. Addit quoque M. Albertus tract. 4. cap. 9. etiam tenebras suo modo aspectui officere, quatenus in tenebris ob luminis & caloris absentiam spiritus in intima sese abdunt; ac nimia frigiditas partes oculi cogit, constipatque, ita vt aliquando recuperari aspectus nequeant.

*Vt alij sensus ab obiectis lædantur.*

Quod ad reliquos sensus attinet, nocet auditui ingens sonus ob vehementem actis commotionem, qua vehitur. Vide teste Plinio lib. 6. Natur. hist. cap. 29. Nilus vbi ex altissimis montibus præcipitat, fragore accolas surdos reddit. Olfactui etiam, teste Aristotele lib. 2. huius operis, cap. 9. tex. 99. nocent odores admodum graues, ob excedentem caloris fumidæ exhalationis, qua interdum vsque ad processus mamillares deuehũtur. Denique tactum & gustatum lædunt tactilia & gustatilia, propter caloris & frigoris, aliaiúmque eiusmodi qualitatum exuperantiam. At enim quemadmodum excedentia sensibilia sensibus offensionem inducunt, ita eosdem mediocria oblectant; vt color herbaceus, visum: attemperatę voces, & in numerum compositæ, auditum: atq; ita in cæteris res habet.

Nunc argumenta initio proposita diluamus. Ad primum, concessa maiori propositione, respondendum est ad minorem, nihil naturaliter inclinari in id, à quo per se lædi-

*Solut. 1. arg.*

tur; obiecta verò sensuum non lædere sensus per se, sed ex accidente, cùm ad exuperãtiam deflectunt,



2. deflectunt, organumq́ne lædunt. Ad secundum, concessa item maiori, dicendum est potentias sensitiuas nõ habere contrarium: nec etiam per se corrumpi, sed soluta organi temperie: hanc autem euerti excessu, qui mediocritati, in qua temperies consistit, aduersatur.

3. Ad tertium varie solet responderi. Sunt qui putent etiam species sensibilium lædere per se, progignendo qualitatem, quæ organum dissoluat; quia quamuis diminutum & imperfectum esse obtineant; tamen, vt sunt instrumenta obiectorum, à quibus emittuntur, eam vim sortiri queunt. Hæc tamen sententia, vt alibi ostendimus, minùs probabilis est. Igitur alij, quorum amplectimur opinionem, aiunt, species non per se, sed ratione aliarum qualitatum, quæ ipsas comitantur, & ab obiecto vnà trajectuntur, eiusmodi effectus edere. Ad vltimum dicendum est, non 4. lædi intellectus illustrium rerum cognitione: quia non est potentia inhærens organo corporeo, cuius temperies ingruentium qualitatum excessu euerti possit.

A

B

*LIBRI SECVNDI FINIS.*

# IN TERTIVM LIBRVM ARISTOTELIS DE ANIMA,

## PROOEMIVM.

*POSTQVAM Aristoteles primo libro animæ naturam ex veterum placitis, non tam quid sentiendum, quàm quid non sentiendum esset explicans, indagauit. Et in secundo collectam atque inuentam animæ definitionem proposuit, deq; eius potentijs & functionibus multa subtiliter & accuratè disseruit: nunc cætera, quæ ad susceptæ materiæ absolutionem pertinent, non minori diligentia & studio persequitur hoc libro, qui in quatuor partes distribuitur. In prima, quæ vno capite absoluitur, agit de numero sensuum externorum, de quibus libro superiori sigillatim disputauerat. In secunda, duobus capitibus contenta, exhibet tractationem de internis sensibus. In tertia disserit de intellectu, à quarto vsque ad octauum caput. In quarta à capite nono vsque ad finem libri, principium progressionis animantium pertractat. Est tamen de huius libri exordio non parua inter expositores dissensio. Namque Auerroes, M. Albertus, Aegidius & Caietanus tria priora capita ad secundum librum pertinere volunt; atque hunc à quarto capite inchoari. Verùm nostram distributionem, quam præferunt Græca exemplaria, quæq; nunc vulgò recepta est, sequuntur Philoponus, Themistius, Simplicius, Boetius, Diuus Thomas, Theophilus, Argyropilus, & alij.*

Distributio huius libri in partes quatuor.

Dissidium de exordio tertij libri.

# ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΤΟ Γ.

## ΚΕΦ. Α.

Ὅτι δ' οὐκ ἔστιν αἴσθησις ἑτέρα παρὰ τὰς πέντε· λέγω δὲ ταύτας, ὄψιν, ἀκοὴν, ὄσφρησιν, γεῦσιν, ἁφήν· ἐκ τῶνδε πιστεύσειεν ἄν τις. εἰ γὰρ παντὸς οὗ ἐστιν αἴσθησις, ἁφή, καὶ νῦν αἴσθησιν ἔχομεν· πάντα γὰρ τὰ τοῦ ἁπτοῦ ᾗ ἁπτὸν πάθη, τῇ ἁφῇ ἡμῖν αἰσθητά ἐστιν· ἀνάγκη τε, εἴπερ ἐκλείπει τις αἴσθησις, καὶ αἰσθητήριόν τι ἡμῖν ἐκλείπειν· καὶ ὅσων μὲν αὐτοὶ ἁπτόμενοι αἰσθανόμεθα, τῇ ἁφῇ αἰσθητά ἐστιν, ἣν τυγχάνομεν ἔχοντες· ὅσα δὲ διὰ τῶν μεταξὺ, καὶ μὴ αὐτῶν ἁπτόμενοι, τοῖς ἁπλοῖς διαστήμασι· λέγω δ' οἷον ἀέρι καὶ ὕδατι. ἔχει δ' οὕτως, ὥστ' εἰ μὲν δι' ἑνὸς πλείω αἰσθητὰ ἕτερα ὄντα ἀλλήλων τῷ γένει, ἀνάγκη τὸν ἔχοντα τὸ τοιοῦτον αἰσθητήριον, ἀμφοῖν αἰσθητικὸν εἶναι· οἷον εἰ ἐξ ἀέρος ἐστὶ τὸ αἰσθητήριον, καὶ ἔστιν ὁ ἀὴρ καὶ ψόφου καὶ χρόας. εἰ δὲ πλείω τοῦ αὐτοῦ, οἷον χρόας καὶ ἀὴρ καὶ ὕδωρ· ἄμφω γὰρ διαφανῆ· καὶ ὁ τὸ ἕτερον αὐτῶν ἔχων μόνον, αἰσθήσεται τοῦ δι' ἀμφοῖν.

# ARISTOTELIS DE ANIMA, LIBER III.

## CAPVT I.

SEnsum a autē nullum alium esse præter hos quinque; Visum, inquam, auditum, odoratum, gustum & tactum, ex hisce profectò, quæ nunc deinceps dicemus, credere quispiam potest. b Nam si nunc sensum omnis eius habemus, c cuius sen. us est tactus, omnes namque rei tangibilis, vt est tangibilis, affectus nobis sunt sensibiles tactu, nullius itaque tactus, vel gustus, vel olfactus, vel auditus, vel visus deesse nobis videtur. d Præterea si sensus nobis deficiat aliquis, & instrumentum necesse est illius nobis deesse. Præterea e omnis sensus per medium sentit, vt patuit. Medium autem, aut coniunctum, aut seiunctum, externumque esse necesse est. At nos habemus vtrumque, & id, inquam, quod est coniunctum, quo quidem tangentes, sentimus sensibilia tactu, & id etiam per quod eminus non tangentes sentiamus: id verò duplex est spatium simplex; aer, inquam, & aqua. Res autem ita sese habere videtur, vt si sensibilia plura diuersa genere per vnum medium sentiantur, necessarium sit eum, qui sensus instrumentum habet tale, sensitiuum illorum esse, vt si ex aere sensus sit instrumentum, & aer sit medium in colore, sentiendo, ac sono. Quòd si vnum idemque per plura media sentiantur, vt color per aerem atque aquam (hæc enim vtraque perspicua sunt) is, qui alterum tantùm habet ipsorum sentiet; nimirum id, quod per vtrumque sentire potest.

Text.128 — Text.129

f Nam

## CAPITIS PRIMI EXPLANATIO.

SEnsum a autem.] Quoniam vis sentiendi non omnibus animantibus ex æquo inest, vt experientiā constat, docetq; Aristoteles cap.1.lib.12.de Hist.anim. & cap.8.lib.9.eiusdem operis, ne quis ob hanc sentiendi varietatem indefinitum esse crederet sensuum numerum: probat hoc capite, quinque tantùm esse externos sensus: neq; dari aliam externam facultatem, qua propria & communia sensibilia dijudicentur. Est autē inter expositores dissidium, cur Aristoteles hunc librum à numero sensuum inchoarit. Verisimile est, id propterea fecisse, vt ad disputationem de internis potentijs gradum faceret, quod præstat, ostendens absolutam iam esse considerationem externorum sensuum, cùm nullus alius sit, præter quinque à se priùs traditos. Probat ergo institum hoc ferè modo: Perfectis animantibus, cuiusmodi sunt homines, quibus non solùm ea, quæ ad vitam agendam, sed ad benè agendam & conseruandam obseruiunt, natura tribuit: non insunt plures sensus, q̄ quinque; nimirum visus, auditus, odoratus, gustus, tactus. Non igitur sensus externi plures numero sunt. Atq; hæc est præcipua ratio & fundamentum Aristotelis hoc loco, vt Auerroes, Philoponus & Simplicius annotarunt. Eandem conclusionem & argumentum inuenies apud eundem Aristotelem lib.4.de Hist.anim.cap.8.

*Cur hic liber à numero sensuum externorum initium sumat.*

*Ess quinque esse quo modo probetur.*

b Nam si nunc.] Antecedens propositi syllogismi, videlicet inesse homini omnes sensus, probat ex obiectis, ex instrumentis, ex medijs. Ex obiectis; quia homines omnia sensibilia percipiunt. Ex instrumentis; quia nullum eis deest organum ad functiones sensuum obeundas. Ex medijs, quia omnia media eis obseruiunt ad sensibilium traiectionem.

*Inesse homini omnes sensus.*

c Cuius sensus est.] Percipi à nobis omnia, quæ sub sensus cadunt, probat ex eo, quia si tactu omnes tangibilium qualitatum differentias, quæ latissimè patent, discernimus: idem quoque de reliquorum sensuum obiectis affirmandum erit.

d Præterea si sensus.] Antequam probet venire nobis in vsum omnia media, docet fieri non posse, vt sensum aliquē habeamus, cuius nobis sensorium desit. Respondent enim hæc sibi mutuo, ita vt sensus absque instrumenta propria munia administrare non possint: & instrumenta abs-

*Mutua coniunctio inter sensum & sensorium.*



ta absq; potentijs superflua sint, atq; adeò absq; illis non dentur: quandoquidem non nisi gratiā operationis sunt, docente etiā Aristotele capite vltimo lib.4. Meteor. & cap.1.lib.1. de partibus anim. & c.3.lib.1. Politic. & cap.2. & libri 3. de generatione anim. alijsq; in locis.

e Omnis sensus.] Probat nullum nobis medium deesse. Nam medium aut internum est, aut externum; nos verò vtroq; ad sentiendum vtimur, vt ex superiori libro constat. Deinde explicat sympathiam, & connexionem, quæ inter medium formaliter, seu quasi formaliter sumptum: & ipsum sensum intercedit, atq; si medium formaliter vnum sit, etiam sensum, qui eo vtitur, vnum formaliter esse existimandum: esto materialiter plura sint, quo pacto visus vnus est, licet species visibiles per aërem, & aquam traijciātur: habent enim hæc duo elementa vnā formalem rationem, secundum quam imagines visiles transmittunt, nempe diaphaneitatem: quam tamen rationem non habet aër, quatenus species colorum, & species odorum deuehit. Quo fit, vt licet vnum medium materialiter sit, nihilominus ad duos sensus pertineat. Vbi aduertas, obscuritatem huic loco peperisse, quòd Aristoteles nunc de sensorijs loquitur, nunc de medijs, videlicet ob cognationem inter medij, & sensorij naturam.

*Nullum homini deesse medium ad functiones sensuum.*

*Vni sensui respondet vnū mediū formaliter.*

f Nam

Τῶν δ' ἁπλῶν ἐκ δύο τούτων αἰσθητήρια μόνον ἐστὶν, ἐξ ἀέρος καὶ ὕδατος· ἡ μὲν γὰρ κόρη, ὕδατος· ἡ δ' ἀκοὴ, ἀέρος· ἡ δ' ὄσφρησις, θατέρου τούτων. τὸ δὲ πῦρ, ἢ οὐθενὸς, ἢ κοινὸν πάντων· οὐθὲν γὰρ ἄνευ θερμότητος αἰσθητικόν. ἡ δὲ γῆ, ἢ οὐθενὸς, ἢ ἐν τῇ ἁφῇ μάλιστα μέμικται ἰδίως. διὸ λείποιτ' ἂν μηθὲν εἶναι αἰσθητήριον ἔξω ὕδατος καὶ ἀέρος. ταῦτα δὲ καὶ νῦν ἔχουσιν ἔνια ζῷα. πάσαι ἄρα αἱ αἰσθήσεις ἔχονται ὑπὸ τῶν μὴ ἀτελῶν, μηδὲ πεπηρωμένων· φαίνεται γὰρ καὶ ἡ ἀσπάλαξ ὑπὸ τὸ δέρμα ἔχουσα τοὺς ὀφθαλμούς. ὥστ' εἰ μή τι ἕτερόν ἐστι σῶμα, καὶ πάθος ὃ μηδενός ἐστι τῶν ἐνταῦθα σωμάτων, οὐδεμία ἂν ἐκλείποι αἴσθησις. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῶν κοινῶν οἷόν τ' εἶναι αἰσθητήριόν τι ἴδιον, ὧν ἑκάστῃ αἰσθήσει αἰσθανόμεθα κατὰ συμβεβηκὸς, οἷον κινήσεως, στάσεως, σχήματος, μεγέθους, ἀριθμοῦ, ἑνός· ταῦτα γὰρ πάντα κινήσει αἰσθανόμεθα, οἷον μέγεθος κινήσει. ὥστε καὶ τὸ σχῆμα· μέγεθος γάρ τι καὶ τὸ σχῆμα· τὸ δ' ἠρεμοῦν, τῷ μὴ κινεῖσθαι. ὁ δ' ἀριθμὸς, τῇ ἀποφάσει τοῦ συνεχοῦς, καὶ τοῖς ἰδίοις, ἑκάστη

f Nam ex hisce duobus simplicibus tantùm instrumenta sunt sensus, ex aëre, atq; aqua. Etenim pupilla ex aqua, auditus ex aëre, odoratus ex horū altero, constat. Ignis, aut nullius est instrumenti, aut communis omniū est: quippe cùm sine caliditate nihil sit sensitiuū. Terra etiam, aut nullius est instrumenti, aut in tactu maximè, commista. Quocirca restat nullum sensus instrumentum esse præter aërem, atq; aquam. Hæc autem nonnulla nunc animalium habent. g Ab ijs igitur animalium, quæ sunt perfecta, non imperfecta, nec membris capta, omnes sensus habentur. Etenim & talpa sub cute oculos habere videtur. Atq; si nullum aliud corpus est præterea, quæ percipimus esse, nec vllus alius affectus præter alios, qui corporibus hisce competunt, quæ sunt hic, nullus profectò deficit sensus. h At verò neq; sensus instrumentū quicquam proprium sensibilium communium esse potest, motus, inquam, quietis, figuræ, magnitudinis, numeri, vnius, quæ vno quoq; sensu sentimus, non per accidens. Omnia enim hæc sanè motu sentimus. Etenim magnitudo motu sentitur. Quare & figura quidem, cum figura quædam magnitudo sit, & id, quod quiescit, ex eo quia non mouetur. Et numerus continui negatione, & sensibilibus proprijs: vnusquisq;

Text.130. — Text.131. — Text.132.

f Nam ex hisce.] Propositum confirmat ex parte organorum. Nam omnia sentiendi instrumenta ex duobus elementis constant, aëre, & aqua, quatenus hæc sunt magis apta ad patiendum ab obiectis, quod organi ratio maximè requirit. Ignis autem cùm uehementer actiuus sit minùs ad id obtinet commoditatis, quamuis ratione caloris, sine quo nulla operatio sensuum dari potest, in quolibet sensorio requiratur: terra etiam quia nimis concreta, crassaq; est, aut in nullo organo viget, excellitve: aut in solo tactu. Cum igitur tota hæc varietas compositionis, quæ organis competit, cernatur in instrumentis sensuum humanorum planum fit, nullum sensum defectu organi homini deesse.

*Ex elemētis præcipuè aqua & aër sensuum instrumenta componunt.*

g Ab ijs igitur.] Concludit omnia organa sensuū inesse non omnibus, sed perfectis animalibus, & quæ mutila non sunt. Quòd si quis obijciat talpam esse animal perfectum, & tamen carere visu: respondet, & si talpa visu careat: habere tamen inchoationem quandam oculorū: quasi dicat intendisse primò naturam visum ei tribuere: sed non tribuisse, quòd in subterraneis latebris viuenti aspectus minimè conueniret. Alij volunt nō supposuisse Aristotelem talpam esse perfectum animal, sed potiùs imperfectū, fuisseq; argumentatum ab eo, cui minus inesse videtur, quasi diceret: si talpa, quæ animal est inferioris notę, aspectū habet, vt ipsa oculorum effigies, licet obscura, indicat: multo maiori iure visum, cæterosq; sensus perfecta animantia obtinebunt. Quid tamē de visu talpæ pronunciandum sit, in quæstione disquiremus.

*Perfectis animantibus inesse omniū sensuum organa.*

h At verò neq;.] Diceret quispiam præter quinq; sensus dari alium, qui circa cōmunia sensibilia tanquā circa sensibile sibi proprium versetur. Id refellit hunc in modum. Nullum sensibile proprium alicuius sensus potest in alium sensum per se cadere: atqui omne sensibile

*Nō dari sextum sensum circa sensibilia communia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



commune cadit per se in alios sensus: Ergo nullum potest esse proprium alicuius. Minorem probat, quia sensibilia communia agunt in alios quinq; sensus, atq; adeò per se ab illis sentiuntur, quandoquidem id sentitur per se, quod afficit potentiam. Hoc indicat illis verbis, motu sentimus, id est, quæ dum potentiam mouent, siue immutant, dignoscimus. Deinde, quòd prædicta sensibilia communia immutent potentias, probat: nam magnitudo mouet aspectum, atq; adeò & figura, quæ est illius terminus, nec ab ea realiter distinguitur: patiq; modo res habet in cæteris.

i *Quod*

ἐκάστῃ δὲ ἴσως ἐνδέχεται καὶ πλείους· ἔστι δ' ἕνιαι, ἃς ἁπλῶς οὐκ ἔστιν ἰδίᾳ αἰσθάνεσθαι ἄλλῃ τινὶ, οἷον κινήσεως· ἕνα γὰρ ἴσως, ὥσπερ καὶ νῦν τῇ ὄψει τὸ γλυκὺ αἰσθανόμεθα· τοῦτο δ' ὅτι μιᾷ ἕξεσι συγκέκριται ἡμῖν ἡ αἴσθησις, ἢ ὅταν συμπίπτωσι, γνωρίζομεν· ἃ δ' ἰδίᾳ, ἀδήλως ἐσθ', ἀλλ' ἡ κρῆσις συμβέβηκε αἰσθάνεσθαι, οἷον τὸν Κλεόνος υἱὸν, ὅτι τὸν Κλεόνος ὁρῶμεν, ἀλλ' ὅτι λευκὸς· τοῦτο γὰρ συμβέβηκε τῷ Κλεόνος εἶναι· τῶν δὲ κοινῶν ἴσχυμέν πως καὶ κοινῇ, οἷον κινήσεως· διὸ καὶ ἡμῖν ἡ τοῦ κοινοῦ συμβεβηκὸς αἴσθησις ἔσται τοῦ ἰδίου· διὸ καὶ ἐξαπατᾶται ἡμῶν ἕκαστος ὁρῶν· τὸ δ' ἄδηλον ὃ ἔστι κατὰ συμβεβηκὸς αἰσθάνεσθαι τοῦ αἰσθητοῦ, οὐχ ἡ αὐτοῦ, οἷον ἡ μίξις, ὅτι μὲν ἅλμη ἡ αἴσθησις ἐπὶ τῷ αὐτῷ χρώματι· οἶον, εἰ ἡ χολὴ πικρὸ καὶ ξανθόν· ὃ δὲ ἁπτόμεθα γε τὸ ὅπως, ὅτι ἄμφω ἐσ· διὸ καὶ ἀπατῶσι, καὶ ἐπὶ τῶν ξανθῶν, χαλκῶν εἶναι φασι. ζητήσεις δ' αἱ τίς, ἕνεκα πολλῶν ἔχομεν αἰσθήσεις· ἀλλ' ἡ μίαν μᾶλλον· ἢ ὅπως μὴ λανθάνῃ τὰ ἀκολουθοῦντα ἓ κοινά, οἷον κίνησις, ἓ μέγεθος· κ' ὑριθμός· ἐπὶ δὲ τοῖς ἰδίοις μάλιστα κ' αὐτοῖς λοδοκεῖ, ἀλανθάνειν μὲ μᾶλλον κρίνοντας ἐκείνοις τοῦτο ὄντα καὶ πᾶσι, διὰ τὸ ἀκολουθεῖν ἀκόλουθα ἅμα χρῶμα κ' μέγεθος· πῶς δ' ἐπὶ ἓν ἐνέργειαν αἰσθητὰ τὰ κοινὰ ὧνᾳ χ', δῆλον ποιῶν ἐν ἄλλοις ἐν ἀρχαῖς οὐτοις.

vnusquisq; namq; sensus, nimirum vnum sentit. Quare patet fieri non posse, vt communium vllus Text.134.
que sit proprius sensus. Si enim esset, perinde
tunc fieret, atq; nunc dulce sentimus. Quod quidem propterea fit, quòd vtrorumq; sensum habemus, quò cum concurrunt, agnoscimus. i Quod
si ita non esset nullo modo profectò nisi per accidens sentiremus, quo pacto filium sentimus Cleonis, non enim Cleonis filium, sed album sentimus: huic autem accidit, vt filius sit Cleonis. At communium habemus iam sensum communem, non per accidens satis. Nullus igitur ipsorum sensus est proprius: nullo enim sentiremus modo: nisi eo, quo diximus filium videre Cleonis. k Propria autem sensibilia sensus ipsi per accidens alter alterius sentiunt, non hoc sanè quo ipsi sunt, sed quo vnus, cum simul in eodem sensu efficitur, ceu bilem amaram esse, ac flauam. Non enim ad alterum pertinet vnum ambo hæc esse dicere. Quapropter & errat. & si sit quippia flauum. l Quæri autem potest cuiusnam gratia plures sensus, sed non Text.135.
vnum tantum habemus. An vt minus ipsa quæ sequuntur, atque communia lateant, vt motus, & magnitudo, & numerus. Nam si esses solus visus, qui quidem est & coloris, magis lateremus, ac idem esse omnia viderentur, propterea quòd color, & magnitudo simul se sequuntur, & comitantur. Nunc autem cum in alio quoq; sensibili ipsa communia sint, fit inde perspicuum vnumquodq; illorum, aliquid aliud esse, atq; diuersum.

FINIS.

i *Quod si ita non esset.*] Idem probat ratione, quæ in superiore pene recidit. Si sensibile commune ab aliquo vno sensu per se cognosceretur, non posset ab alijs sentiri, nisi per accidens: sed non ita est: Ergo sensibile commune non pertinet per se ad aliquem vnum sensum: maior patet, quia sensibile proprium vnius sensus, cognoscitur ab alio per accidens, vt dulce ab aspectu, non quòd dulce moueat potentiam videndi, sed quia ex accidente coniunctum est candido, quod per se visum mouet. Quòd si sensibile commune non ita sentitur, vtique percipietur alio modo, nempe eo, quo Cleonis filius percipitur: Qui non ideò dicitur sentiri per accidens quia sentitur per se ab alio sensu: sed quia est subiectum, in quo est id, quod per se sentitur. Minorem probat, quia sensibile commune per se mouet potentias sentiendi, & ab ijs per se dignoscitur.

k *Propria autem sensibilia.*] Docet, cùm exempli gratia, videa ponium candidum, quod si- *Communis sensus iudi-*
mul dulce est, & bilem flauam, quæ est amara: ad quam facultatem per se spectet iudicare al- *cat de obie-*
bum esse dulce, & flauum esse amarum, aitq; non pertinere ad visum secundum se, sed vt alte- *ctis potentiæ subest, id est, ad sensum communem, qui vnà cum exterioribus sentit, & obiectum*
*filij sensuum* vnius copulat obiecto alterius, verbi gratia album dulci. De hac re in progressu plenius.
*singulorum.*

l *Quæri potest.*] Quæstionem excitat cur plures externi sensus à natura cõditi sint. Respondet, quia si vnus tantùm sensus foret, saltem sensibilia communia non distinguerentur à cæteris. Etenim si eodem sensu colorem, & tactiles qualitates, & odores, & magnitudines percipe-
remus: iam sensibilia communia non pertinerent ad plures, sed ad vnum tantum-
modo sensum, atq; adeo saltem hac ex parte non relinqueretur
inter propria, & communia sensibilia discrimen.

QVAESTIO



## QVAESTIO VNICA.

## *SINT-NE QVINQVE SENsus externi, an non.*

### ARTICVLVS I.

### *VIDERI PAVCIORES: videri plures esse.*

*Primũ arg. quòd sensus pauciores sint.*

SVbijciemus primùm aliquot argumenta ad minuendum numerum sensuum: de- B
inde alia ad eundem augendũ. Primum sit. Sufficit vna, eademq; virtus influens è cerebro, quæ in oculis edat actum videndi, in auribus audiendi, atq; ita in cæteris organis cæteras functiones, non secùs atq; vna virtus motiua sat est ad quatuõdas diuersas chordas musici instrumẽti: & idem spiritus ad inflandas plures tibias, & concentum, atq; harmoniam exhibendam: idemq; Solis influxus ad generandum hic hordeum, illic triticum pro C
varia materiæ dispositione. Nõ est igitur cur plures virtutes externæ sensitiuæ ob plura munia in diuersis organis constituantur.

*2. Argum.* Secundò. Aristoteles ex instrumentis probauit sensuum numerum: sed vnum tantummodò est instrumentũ omnium sensuum externorum, nempe cerebrum: ergo vnus tantùm est externus sensus. Probat minor, quia percepto sensibilium non videtur fieri nisi in cerebro, quod in visione ex eo ostenditur, D
quia interdum sano, & integro oculo impeditur actio videndi propter solam obstructionem nerui optici: cessante non nisi quia tunc nõ datur transitus speciei visilis ad cerebrum, sine qua facultas ibi residens visionem edere non potest. Quare non videtur actio intuendi fieri nisi in ipso cerebro, quod similiter de reliquis externorum sensuum muneribus dicendum erit.

*3. Argum.* Tertium. Vt se habet intellectus ad intelli- E
gibilia, ita sensus ad sensibilia: atqui intellectus vnus multiplicatur secundum diuersas vires respectu intelligibilium: sed vna, eademq; facultas omnia intelligibilia comprehendit; ergo & vnus sensus omnia sensibilia: quòd si non vnus omnia simpliciter, saltem vnus externus omnia sensibilia externa.

*4. Argum.* Quartum. Tot numero habentur sensus, vt asserunt Aristoteles proximo superiori capite, quot insunt in animalibus perfectis: atqui F
in his nõ vniuersim quinq; deprehenduntur: non ergo tot constituendi sunt. Probatur minor, quia multa sunt perfecta animalia, quæ omnes habẽt sensus, vt Echini, qui, vt ait Aristoteles lib. 4. de hist. animal. cap. 8. non videtur olfacere, talpæ, quæ visu carẽt: quod item de balænis videtur dicendum, quæ teste Plinio lib. 9. cap. 62. pisciculis, quos musculos vocant, præuijs ducibus, & quasi oculis vtuntur, alioqui in vada ruẽt. Vnde est illud Claudiani lib. 2. in Eutropium.

*Musculus balænæ vada præuiat de monstrat.*

*Sic ruit in ruperi amisso pisce fodali*
*Bellua sulcandas qui præuius educit vndas,*
*Immensumq; pecus paruo moderamine caudæ*
*Temperat, & tanto coniungit fœdera monstro.*

In contrariam verò partem, quòd plures sensus, quàm quinq; constitui debeant, hunc in modum ostenditur. Necessariò danda est aliqua facultas sentiens, cui incumbat aduertere ad obiectum, in quod singuli sensus feruntur; ergo datur alius sensus externus præter quinq; vulgatos. Antecedens suadetur; quia sæpè oculi, exempli causa, rei visibilis imagine cõsignati sunt: & tamen nõ eliciunt visionem haud ob aliam sanè causam, nisi quia nõ aduertimus, quare aliquem oportet dari sensum, ad quem aduertendi officium spectet. Quod verò hic non sit ipsa facultas videndi, ex eo ostenditur: quia actus potentiæ videndi est sola visio: aduertendi aũt ministeriũ non est visio, cùm illam naturæ ordine antecedat.

*Primũ arg. quòd sint plures sensus.*

*2. Argum.* Item magnitudo, figura, & alia, quæ sensibilia communia vocantur, non sunt sensibilia per accidens: sed per se, vt proximè docuit Aristoteles: sed diuersitas specifica obiectorũ, quæ per se cadunt sub potentias, inducunt illis discrimen specificum: igitur cùm magnitudo, v.g. quæ est sensibile per se, plus differat à colore, quàm sonus, non minus requiret aliam potentiam distinctam, qua percipiatur, atque adeò plures dabuntur externi sensus, quàm quinq;.

### ARTICVLVS II.

### *REVERA NEC PLVRES, NEC pauciores sensus externos esse, quam quinq;.*

NIhilominus de communi tam philosophantium, quàm non philosophantium voce asserendũ est, quinq; esse externos sensus, non plures, neq; pauciores. Tot constituit Aristoteles proximo capite, Auctor operis de secretione sapientia secundum Aegyptios libro 1. capite 9. Plato in Theæteto, D. Damasc. libro 2. Fid. capite 18. D. Greg. Nyss. orat. 6. in cant. D. Ambr. in Apoc. c. 18. D. Aug. lib. de quant. animæ c. 23. D. Greg. in Ezechielem homil. 17. D. Hieron. in Psal. 141. Origenes homil 3. in Leuiticum, & homil. 3. in Cant.

Porrò hunc numerũ conatur stabilire Philoponus auctoritate Platonis ex numero corporum simplicium. Nam si corpora simplicia quinq; sunt, & propterea figuræ solidæ quinque nempe pyramis, cubus, figuræ octo, duodecim, ac viginti laterum: oportet quinque sensus esse, quibus ea cognoscantur. Eundem numerum assignat D. Augustinus lib. 3. de Ge. ad literam cap. 5. ducta à quatuor mundi elementis consideratione: hunc in modum. Quoniam

*Ratio Philoponi ex corporum simplicium figuris quinq; sunt, & propterea quinque sensus.*
*Ratio D. Aug. ex quatuor mundi elementis.*
*tis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quoniam sentire non est corporis, sed animę A per corpus, licet acutè disseratur secundum diuersitatem corporeorũ elementorum sensus esse corporis distributos: anima tamẽ, cui sentiendi vis inest, cùm corporea non sit, per subtilius corpus agitat vigorem sentiẽdi. Inchoat itaque motum in omnibus sensibus à subtilitate ignis; sed non in omnibus ad idem peruenit. In visu enim peruenit represso calore vsq; ad eius lucem. In auditu vsq; ad liquidiorem aërem calore ignis penetrat. In olfa- B ctu autem transit aërem purum, peruenit vsque ad humidam exhalationem, vnde crassior hęc aura subsistit. In gustu autem transit, & peruenit vsq; ad humorem corpulentiorem: quo etiam penetrato, ac trajecto, cùm ad terrenam grauitatem peruenit, tangendi

*Alia ratio.* vltimum sensum agit. Hæc ex placito D. Augustini. Si tamen magis dilucidè, & accõmodatè ad ea, quę in hoc opere pertractata sunt, loqui velimus: licebit ex quatuor mundi elementis sensuum numerum deducere, dicendo olfactum respondere igni propter calorẽ, & siccitatem: auditum aeri propter tympanum: visum aquæ propter humorem crystallinum: tactum, & gustũ terræ propter crassitudinẽ. Sed tam hæc, quàm Philoponi, & D. Augustini rationes, probabiles tantùm sunt: ac nõ tam numerũ sensuum confirmant, quàm ob analogiam, & similitudinẽ quandam, aliis corporibus accommodant. Imo nec nisi pro- D babiliter eundem suadet tripartita illa ratio Aristotelis, quã in contextu exposuimus, ducta ab obiectis, ab instrumentis, à medijs: quã etiam vberiùs enarrant. M. Albertus 2. part. sum. de homine, in tractatu de sensibus, & Alensis 2. part. qu. 66. membro 2.

*Probatio D. Thomæ.* D. autem Thomas 1. p. qu. 78. art. 3. minùs probans alia argumenta ab organis, & medijs petita, eundem numerũ confirmat ex modo, *Lege etiam D. Th. in 2. d. 2. q. 2. art. 2. ad 5.* & varietate, qua sensus, qui potentia non so- E lum actiua, sed passiua etiam est, ab obiecto sensibili mouetur, hoc ferè pacto: Duplex est immutatio, vna naturalis, alia spiritualis; siue intẽtionalis. Naturalis dicitur, qua forma immutantis recipitur in passo secundũ esse naturale, vt calor in re calefacta. Spiritalis vocatur, qua forma immutantis recipitur in passo secundũ esse spirituale, hoc est per suam imaginem, vt per speciem coloris in pupilla. Igitur ad immutationẽ cuiuslibet sensus requiritur immutatio spiritualis in organo: alioqui nulla dabitur sensio. Sed est hac in re varietas. Nam vel obiectũ intentionaliter tantùm immutat medium, & organũ, & est obiectum visus: aut realiter, & intentionaliter vtrumque & est obiectum tactus, & gustus: in quibus adhuc est discrimen. Nam tactus necessariò immutatur secundum qualitatẽ, quæ ei propriè obijcitur, vt secundum calorem; non ita verò organum gustus; non enim oportet, vt lingua fiat dulcis vel amara; esto requirat præuiam humectationem, vt percipiatur sapor. Deniq; aut obiectum immutat medium, aliquãmve partem illius realiter, organum verò intentionaliter, pertinetq; ad olfactum, modo tamẽ dissimili. Nam vel exigit præuiam alterationem, & est odor pertinens ad olfactum: vel præuium motum localem, & est sonus spectans ad obiectum auditus. Etenim, vt odorabile odoré spiret, saltem ordinariè, requiritur calefactio: & sonus collisione quadam fit. Cũ igitur tot sint externi sensus, quot sunt modi, quibus illi à proprio obiecto immutari possunt, & hi sint tantũ quinq; patet quinq; esse externos sensus, nõ plures, pauciores ve. Hæc etiam confirmatio non demonstratiua, sed probabilis tantũ habetur. Ac duntaxat ostendit nõ dari plures sensus per naturam. Non videtur autem negandũ posse diuina virtute plures esse; Quẽadmodum, & plura sensibilia, quæ diuerso C modo organa immutant.

Ac superior quidem probatio D. Thomæ ab eius sectatoribus defenditur. Verùm, vt loquamur cõuenienter ijs, quæ statuimus cùm de singulis sensibus ageremus, aliquanto diuersiùs à nobis ea ratio componenda erit. Nam tactus, & gustatus, vt sunt crassiores cæteris sensibus, ita videntur per se immutari realiter ab ipsamet qualitate, quã sentiũt: differre tamẽ, quòd alter immutetur secundum qualitatem alteratiuam complexionis, vt superiùs diximus: alter nonne sesto requirat illam antecedentem humectationẽ. Præterea obiectum olfactus, & auditus, probabile est, aliquando immutare organum, etiam realiter; cùm videlicet sensorium existat intra spatiũ, per quod realiter diffunduntur odor, & sonus. Quibus positis hũc in modum, astruendus erit sensuum numerus. Vel obiectũ sensus immutat medium, & organum intentio- *Colligitur numerus quinq; sensuum externorum.* naliter tantùm, pertinetq; ad visum: vel realiter, & intentionaliter simul vtrumque, & tunc pertinet ad tactum, & gustum; eo tamen discrimine, quòd obiectum tactus immutat organum per se secundum qualitatem alteratricem temperamenti: obiectum verò gustus secundum aliam qualitatem. Vel immutat medium partim realiter, partim intentionaliter, & organum per se quidem, ac semper intentionaliter; aliquando verò, & quasi per F accidens, etiam realiter, spectatq; ad olfactũ, & ad auditum, eo discrimine, quòd obiectum auditus immutat secundùm qualitatem, quę requirit ad sui productionem motum localem; obiectum verò olfactus, secundùm qualitatem, quæ deposcit præuiam alterationem. Siquis autem collectionem hanc ex eo calumnietur, quod ponamus visum intentionaliter tantùm immutari ab obiecto, cum lux illum quoque realiter afficiat. Respondendum erit, propterea de luce nullam nobis curam fuisse, quia ea non tam vt obiectum visus,



visus, quàm vt ratio, qua obiectum percipiatur, communiter solet cõsiderari: adde illam cum sic immutat sensum, rationem obiecti minimè sustinere. Patet igitur externos sensus quinq; esse, nec plures, pauciores ve admitti debere.

*Tactum esse origine, & necessitate primum, dignitate verò vltimum. Lege D. Th. in qu. disp. quęstione de anim. art. 8.* Est verò tactus inter omnes sensus origine, & necessitate primus; quia peculiariter radicem habet, in primis qualitatibus, quarum temperies est primaria dispositio ad animã, primumq; vitæ fundamentum, qua dissoluta, & tactus ipse, & animal perit. Et eò quidẽ sensus hic plurimùm etiam confert animalibus; quia eius opera possunt primarum qualitatum nimietatem cauere, quarum excessus interitũ affert; sed idem tactus dignitate vltimus est, vt ait Proclus Commento tertio in Timæum; quia maximè crassus est, & corporeus. Vt vero tactus vltimum, ita primum dignitatis locum obtinet visus, secundum auditus, tertium odoratus, quartũ gustus, quintum tactus; quòd ex ijs, quæ hactenus à nobis sigillatim de sensibus pertractata sunt, facile quinis intelliget.

*Tactus, & gustus animalibus omnibus communes.* Non insunt omnes sensus cunctis animantibus, & si tactus, & gustus omnibus conueniant, etiam quibus nullus alius, docente Aristotele hoc in lib. c. 12. tex. 62. & in lib. de sensu, & sensili c. 1. Nam gustus, de quo posset esse dubitatio, ostreis etiam competit, alijsq; eiusmodi, quæ marinis scopulis adhærescũt, D & inter plantas, atq; animalia, quasi media, & ambigua sunt, vt inquit Aristoteles lib. 1. de gener. anim. c. 20. vnde à Græcis ζωόφυτα id est, plantanimalia dicũtur. Reperiris autem

*Gustus præsul alimenti explarator.* in his gustatum, illud argumento est, quòd non omnes promiscuè sapores appetant, vt notauit Plinius lib. 10. naturalis historiæ c. 71. Quod si superiori lib. cap 10. q. 1. art. 2. ad finẽ huiusmodi animalia gustu destituta esse diximus, id intelligendum est de gustu per- E fecto, de quo solùm loquebamur per cõparationem ad tactũ, quem nulli non animanti perfectum concedit Aristoteles; hic autẽ gustus tantùm imperfectus illis, inchoatusq; tribuitur. Obseruit autem hic sensus ad vitã, vt præuius explorator alimenti: ac quemadmodum olfactus prægustator est gustus, ita gustus ventriculi, & nutritoræ facultatis.

Cum autem sensus animalibus, partim ad incolumitatem seruandam, partim ad vitam F cõmodiùs agendam à natura dati sunt, * homini tamen peculiarẽ conferunt vtilitatem propterea quòd per eos diuersa rerũ simulacra ad intellectiuam cognitionẽ in mentem pertrahit. Quod nonnulli explicant similitudine ciuitatis, quæ confluentium hominum turbam diuersis aditibus recipit, & ob id etiã sensus animi senestræ dici consueuerunt, per quas tamen nõ sola cognitio, sed & vitiorum incitamenta, negligentiæ vitio non raro intrant. Vnde illud D. Hieronymi lib. 2. aduer-

* *Vt explicant Auctor operis de diuina sapientia secundũ Aegyptios lib. 3. c. 11. Cui rei gratia animalibus & homini præsertim*

A *sus Iouinianum c. 7.* si Circensibus quispiam delectetur, si athletarũ certamine, si histrionum mobilitate, si splendore gemmarum, & id genus alijs, per oculorum senestras animæ capta libertas est: & impletur illud propheticum, Mors intrauit per senestras.

*Naturæ sensus indidit.*

*Sensus senestras esse animæ.*

Obseruandũ est quod ex paulo antè dictis sequitur, animaduertitq; D. Thomas prima 2. q. 35. art. 2. ad 3. & M. Albertus 1. lib. Metaph. tract. 1. c. 4. licet bruta animantia sensuũ fun- B ctiones nequaquam solius cognitionis gratia exerceant, sed ad necessaria, vtilitatẽ quærenda, aut noxia declinanda: hominem tamen solius cognitionis studio sensuum ministerio frequenter vti ad scientiam comparandam. & quia scientia, aut doctrina, aut experientia adipiscitur; ad illam quidem audiendum, ad hanc verò aspectum cõmodiorem, aptioremq; esse, vt constat ex ijs quæ docet Aristoteles lib. 1. Metaph. cap. 1. & lib. de sensu, & sensili cap. 1.

*Doctrinæ audiendum, experientiæ, aspectum commodiorem obseruat.*

Quærenti num sensus externi belluarum, & hominum, vt aspectus inter se, similiterq; olfactus, distinguatur specie; respondet Iam. Blichus distingui; immo sensum nõ nisi æqui- C uocè ijs conuenire, eo quòd humanus sensus in se ipsum reflectatur, quod belluino minimè conuenit. Verùm neque hæc sententia probabilitatem, neq; eius ratio momentum habet. Nam cùm hominis, & brutorum sensus in eadem obiecta ferantur, & ab eis eodẽ modo immutentur, non est cur inter illos distinctio ponatur. Præterea, nullus sensus, siue externus, siue internus, seu hominis, seu bruti supra se ipsum redit, aut reciprocatur, vt progressu patebit. Sunt itaque eiusdem speciei, etsi perfectione accidentaria discrepent. Nam homo, vt alibi perstrinximus, reliquis animantibus tactu, gustuq; excellit: tamen visu, auditu & olfactu à multis superantur.

*Belluarũ sensus diffimiles inter se.*

*Eet sola accidentaria per sectionem differentia per stingui.*

Quandoquidem aquilæ perspicacius vident, talpæ acutiùs audiunt, vultures & canes sagaciùs, eminentiusq; odorantur. Sunt qui dicant vinci hominem gustu à Protogenesse Indico animali. Item ab araneis tactu. Vnde vulgarium illud,

*Quæ animalia visu, auditu, atque odoratu hominẽ excellant.*

*Nos aper auditu, lynx visu, simia gustu,*
*Vultur odoratu, præcedit aranea tactu.*

*Hominẽ tactu, & gustu, cæteris animalibus præstare.*

Tenenda tamen est communis philosophorum sententia, quã tradit Aristoteles lib. 1. de historia anim. c. 15. & lib. 2. huius operis cap. 9. text. 94. docens hominẽ tactu, & gustu omnibus excellere animantibus. Cuius rei causa est, quia bonitas tactus, & gustus, qui tactus quidã dicitur, prouenit ex bonitate temperamenti: hoc autẽ præstantius homini, quàm cæteris mistis datum est, vt in libris de ortu & interitu ostendimus. Quare quod de simia, & aranea canitur in eo carmine, vt poëticè, non vt philosophicè dictum accipi debet. Existimatũ verò à quibusdam fuit simiam eximio gustu prædità esse, quòd dum

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Solummodo quæ de simia & arvnca cõfuerunt.*

comedit, gesticulationes edat indices magnę voluptatis, quam gustando percipit. Similiter creditum aranĕam singulari tactu pollere, quòd vel leuissimum beſtiolæ in rete incidentis motũ etiam in extrema plaga perſentiscat. Verùm hæc nihil probant. Nam simia, vt alias gesticulatorius eſt animal, ita & in cibo capiendo: tunc vero plus, quia tunc magis oblectatur, ciſi non præ alijs animantibus. Quod verò ad aranĕã ſpectat ex Alberto Magno colligitur eam minus perfectum habere tactum, quòd frigidi ſit temperamenti, & viſcoſa abundet humiditate, quæ tactũ obſcurum, hebetemq; reddit. Nec mirum quòd cadentem prædam è veſtigio ſentiat, tum quia ſemper in inſidijs eſt, & quaſi ex inopinato obſtrictũ: tũ quia tam tenuis filo, & tã æquabili deducit ſtamina, telãq; explicat; tam erudita ſubtilitate à centro operis quoquouerſum lineas ſuſpendit, vt etiã tactu exquiſito non polleat, facile eam ſuſpenſi caſſis tremor excitet. Adde præſtantiã tactus nõ motus, ſed primarum qualitatum perceptione æſtimati.

*Lib. 26. de animalibus, et 2. part. de homine tract. de ſenſibus.*

*Argumenti pro hac ſententia.*

## ARTICVLVS III.

### *DILVITVR PRIMVM ARgumentum primi articuli: ſtatuitur contra medicos externos ſenſus non eſſe virtutes influentes, ſed ingenitas.*

SVpereſt explicatio argumentorũ, quę initio propoſuimus, ſed pro ſolutione primi aduertendum, Galenũ lib. 6. & 7. de placitis Hippocratis, & Platonis, alioſq; medicos opinari ſenſus externos non eſſe potentias ingenitas organis, quaſi in eis fixæ ſtirpitus eſſe virtutes influentes à cerebro per modum cuiuſdam irradiationis, & tandiu duntaxat in organo manere, quandiu durat operatio. Itaq; Socratẽ dormientẽ non habere in oculis potentiam videndi, nec in auribus audiendi, ſed dilabi eas è cerebro quoties videt, quoties audit. Hanc ſententiã ex eo ſtabilire conãtur, quia obſtructa via, per quã cerebrũ exteris ſenſibus ſeſe cõmunicat, omnis eorum actio ceſſat. Quòd ſiquis reſpondeat ſeriati rupe ſenſus, nõ quia impeditur traiectio illius virtutis influentis; ſed quia occluduntur meatus, per quos ſpiritus animales ad ſenſitiua deuehuntur: reſponſionẽ hanc ex eo refellunt, quia fieri poteſt, vt in organo nõ deſit talium ſpirituũ copia v.g. cùm quis dormire incipit; & tamen ſenſus nequaquã functionem ſuam edere valeat. Quare aliud quid deſiderari in organo, ob cuius defectum torpet ſenſus; id verò nõ poſſe eſſe, niſi virtutẽ illã, quã oporteat à cerebro deriuari: Ea igitur virtus eſt; quæ ſenſuum functiones, tanquã immediatum earum principium, exequitur.

*Medici conſtendunt ſenſus externos eſſe virtutes influentes à cerebro per modum irradiationis.*

*Falſum eſſe medicorũ opinionẽ probatur 1.*

Hæc ſententia licet in ſchola medicorum pio certa habeatur: videtur tamen à veritate aliena. Ac primùm quantumuis medici communicationẽ illam influentis è cerebro virtutis omnem illuſtri, ac ſpecioſo nomine irradiationis inuoluminus: rem ipſam in obſcuro relinquũt; nec eam ab argumentis defendũt. Imprimis enim ſi vt irradiatio Solis eſt productio radij in medio diaphano, ita cõmunicatio illa eſt productio virtutis ſenſitiuæ in eo pore animantiũ; ſequitur quemadmodũ vna pars lucis generat aliam in diaphano; ita vnam partem potentię ſenſitiuę gignere aliã in corpore animalis: quod eſt in philoſophia inauditũ: ſequitur etiam, Quemadmodum quãto lux plus diſtat à luminoſo, tanto eſt remiſſior, ita virtutẽ ſenſitiuam, quanto eſt in parte corporis remotiori à cerebro, tanto eſſe imbecilliorem, ac minus efficacem. Cõſecutio probatur, quia omnia, quæ ad eum modũ producuntur extendi ſolent vniformiter difformiter, ac ſenſim debilitantur vſq; ad non gradũ. Conſequentis autẽ falſitas inde oſtenditur, quia tactus, vt experientia, ac medici ipſi docent, in extremis digitis manus plus viget, quàm in reliqua parte brachij; cùm tamen ij longiùs diſtent à cerebro. Deinde naturales poręnię manãt ab anima in ipſo ortu, vt in primo huius operis lib. de communi philoſophorũ ſententia docuimus: Igitur potentiæ organicæ non deriuantur per modũ lucis à cerebro; ſed hærent fixæ, ſtabilesq; in organis. Item calor, & frigus, aliaq; eiuſmodi accidentia deterioris notæ, non euaneſcunt opere ceſſante, ſed permanent in ſubiecto, ergo vires ſenſitiuæ in proprijs ſenſoriis. Poſtremò, quòd illa virtus non poſſit eſſe vna probatur, quia facultates ſenſitiuæ diſtinguũtur ſpecie per actus, & obiecta, vt lib. 2. oſtendimus: quare cùm ſenſus habeant obiecta ſpecie diuerſa, & ab ijs ſecundum modos ſpecie diſſimiles immutentur, conſequens eſt, vt nõ ſint vna virtus actiua, ſed plures, eæq; ſpecie differentes.

*Medicorum rationi occurritur.*

Medicorum igitur rationi occurrendũ eſt, vti iam occurrebatur, videlicet cùm præcluditur via, qua cerebrum ſeſe exteris ſenſibus cõmunicat, ceſſare ipſorum actionem, quia deſinit cerebrum impertiri eis animales ſpiritus, quorum ope deſtituti ſenſus operari nequeũt. Huiuſce autem reſponſionis oppugnationi reſiſtendum eſt dicẽdo, cùm ſpiritus admodum agiles ſint, facileq; exhauiant, & euaneſcant, egere ſenſus perenni eorum commeatu, ac defluxu è cerebro; ideoq; ſi viæ illis præcludantur, vel confeſtim, vel paulo breuem temporis moram extingui omnes ſenſuum actiones; non autem quòd organa priuentur influentii virtute, quam medici ponunt.

*Vnde proueniat ſenſus ad ſui externi ab operatione ceſſare.*

*Ne impediantur.*

Hinc



*Reſpõdetur ad 1. arg. cõtra placitum ſenſuũ.*

Hinc iam facilè erit diluere primum argumentum initio quæſtionis propoſitũ, cuius occaſione hæc diſſeruimus. Negandũ eſt quòd in eo aſſumitur, dicendumq; cùm ſenſuum operationes, vt paulò ante diximus, tendant in obiecta ſpecie diſtincta, & quæ ſecundum modos diuerſos ſpectẽ, ſenſus ipſos immutant, neceſſario ex his aſſignari diſtinctionẽ ſpecificam in ſenſibus: quod in motu ſiſtiũ, & tibiarum inflatione minimè cernitur, vt erit conſideranti perſpicuũ atq; adeò cõſtat propoſitam ſimilitudinem ad rem non eſſe. Nec verò id, quod de influxu Solis opponitur, ſobur habet. Poſſunt enim qualitates, quæ à Sole communicantur, vna cum alijs, quibus in ſemine, vel alia ſubiecta materia adiunguntur, producere diſſimiles admodũ effectus, vt in argumento dicitur. At virtus illa, quæ fingitur a medicis ad organa è cerebro defluere, non ita ſe habet. Non enim in organo copulatur alijs qualitatibus, è quibus pariter cum ipſa ſenſuũ functiones eliciantur; ſiquidem non apparet quænam eæ qualitates ſint: maximè cùm primæ, ex quibus organi temperamentũ conſtat, nõ niſi diſpoſitiuè ad id concurrant. Quod ſiquis dicat cum ijs diſpoſitiuè concurrentibus poſſe virtutẽ illam è cerebro manantem adminiſtrare omnũ ſenſuum operationes; is confeſtim refelletur argumẽto deſumpto ex obiectorum, & munium diuerſitate, quo paulo antè aduerſus medicos oſtendimus vires ſenſitiuas nõ poſſe recidere in vnam, eandemq; virtutem, quæ ſola operationes ſenſuum eliciat; ſed neceſſariò ponẽdas eſſe plures potentias actiuas ſpecie differentes, præter eas qualitates, quæ in organis paſſiuè, ac diſpoſitiuè duntaxat ad exequenda ſenſuum munia ſeſe habent.

*Ratio cur vna Solis virtus diuerſas præſtet effectus, nõ vero id efficiat in ſenſibus vna cum anima, virtus cerebri.*

*Obiectio cõfutatur.*

*Excluditur quorundam opinio credẽtium blichum, & Plotinum exiſtimantes ſenſus, niſi ſenſus eo ipſa animæ ſubſtantia.*

## ARTICVLVS IIII.

### *RESPONSIO AD CÆTERA primi articuli argumenta.*

*Ad 2. reſponſio.*

SEcundum argumentum primi articuli eſt ferè Ioannis Menardi lib. 6. Epiſtola vltima, quo ille in eam ſententiam abijt, vt crederet omnium ſenſuum operationes, in cerebro perfici: Neq; id eſſe alienum à mente Galeni. Verùm neq; rectè ſentit, neq; id Galenum exiſtimaũt, qui lib. 1. de cauſis Symptomatum cap. 8. affirmat ſingulorum ſentiendi functiones in ſingulis perfici inſtrumentis: idq; ex eo confirmari poteſt: quia quantumlibet cerebrum recte habeat, læſo organo ſenſus, læditur eius operatio, labefactatoq; deſtruitur; certè non niſi quia potentia ſentiendi reſidet in ipſo organo. Et hęc ratio vacuandam eſt etiam ad refellendum Nemeſium, Iamblichum, & Plotinum exiſtimantes ſenſus, atq; adeò ipſorum operationes inhærere in ipſa animæ ſubſtantia. Ideò autem obſtructio

*Ad tertium.*

nerui optici impedit viſionem, quia impedit tranſitum ſpirituum animalium è cerebro, quorum defectu torpet viſus: licet alioqui organi compoſitio integra ſit; nõ autem quòd inhibeatur traiectio ſpecierum viſilium ab oculo ad cerebrum.

*Ad quartũ. Iamblichus Ariſtotelis aduerſatur.*

Ad tertium argumentum negandum eodem modo, quod ad rem præſentem attinet, ſe habere ſenſum ad ſenſibilia, quo intellectus ad intelligibilia: Nam facultas intellectiua, cùm ſit multo altioris ordinis, poteſt ea, quæ per plures ſenſus ſparſa, & diſtributa ſunt, in vnũ colligere, complectiq; Lege D. Thomam quæſt. 15. de Veritate artic. 3.

Circa quartum argumentum aduerte in primis Iamblichum non probaſſe rationem, qua Ariſtoteles conatus eſt oſtendere numerum ſenſuum inductione per animalia diſſerentiæ; cùm eorũ plurima ignota nobis ſint. Dicendũ tamen eam rationẽ, ſi rectè intelligatur, improbandã non eſſe. Vt enim concludat, non oportet omnia perfecta animantia cognita habere; imò neq; opus eſt, vt ſingulis perfectis animantibus omnes quinq; ſenſus conueniant, ſed vt nulli quantũlibet perfecto plures inſint, quàm quinq. Ad quod probandum ſat eſt notaſſe id in homine, quę conſtat omnium eſſe perfectiſſimum.

*Diſputatio de talpæ cæcitate, nõ inutiliter ſuſcepta.*

Quod verò de talpæ cæcitate dicitur, ambiguum eſt. Non credideris, ait Simplicius, talpam penitus carere vi ipſa viſiua, ac eius actu: ſed ea, quæ conſpicua ſit, vitiuſ ergo pars ceps eſt: ſed veluti per pelles quaſdam ſicuti quando nos clauſis etiam palpebris nonnihil lucis percipimus: neq; enim fieri poteſt, vt fruſt à tub cute natura oculos ſit fabricata: ſed per eam cutem operãtur quidem, verum obſcurè admodùm propter eatum imbecillitatem, veluti ea etiam, quæ noctu depaſcuntur. Magnus etiam Albertus lib. 22. de anim. tract 2 ad fin. & ſi perfectam oculorum compoſitionem talpis neget, quàm alij videntur concedere, vt Ariſtoteles lib. 4. de hiſt. anim. cap. 8 & Galenus lib. 14. de vſu partium, cap. 6. affirmat tamen eas videre ſaltem imperfectè, ſi quando è caueinulis quærendi alimenti gratia in lucem prodeunt; quod ij ait non ſemel obſeruaſſe, ac comperiſſe. Alij tamen abſolute negant conuenire talpæ viſum. In hanc eſt Ariſtoteles lib. 1. de hiſtor. anim cap. 9. & lib. 4. cap. 8. vbi ita ſcribit; Homo, & quæcunque terreſtrium animal generant, atque etiam quæ & ſanguinem habent, & animal pariunt, omnia hos omnes habere ſenſus videmus, niſi quid ipſum, laceſſitumq; eſt: quale genus talparum, cui viſus deeſt. Non enim oculos id in aperto habet. Cute tamen detracta, quæ craſſiuſcula obtenta ſedem lumini opacat, oculi intùs laceſſiti, imperfectique vilantur; ſed ita vt partes eaidem habeant omnes, quibus oculi integri conſtant. Habent enim nigricantem illum orbiculum, &

*M. Alber.*

*Ariſtot.*

quod intra eum continetur, quam vocant A pupillam, atque etiam portionis albidæ ambitionem, sed non tam liquido, quàm oculi conspecti, atque eminentes: nec in partem exteriorem hæc possunt apparere ob cutis obductæ corpulentiam, vt pote cùm natura inter generandum lædatur, atque ita corpus inchoatum relinquitur. Hæc Aristoteles, cui circa talpæ cæcitatem assentiuntur Galenus citato loco, Plinius lib. 11. Natur. histor. cap. 37. & lib. 30. capitul. 3. D. Isido. B rus 12. Etymol. Abulensis ad caput 2. Leuit. *Talpa bestia subterranea.* Tullius libro quarto Acad. quæstion. Item Philoponus, Themistius, Auerroes, & D. Thomas, aliiq; interpretes: Et quidem his præter experientiam quam se etiam contra aduersarios habere putant, fauet ea ratio, quòd cùm talpæ defossi, sepultisq; similes in tenebris degant, frustra eis natura dedisset aspectum, quem mox essent amissuri occursu tam duri, crassiq; elementi.

C Certè cùm in hac controuersia hinc inde experientię testimonia citentur, tutius videtur rem in ambiguo relinquere. Qui Aristotelem eiusq; sectatores tueri volet, respondebit Simplicio, & Alberto, fuisse oculos talpis datos non ad cernendum; sed decoris, & ornatus gratia, atque adeò non frustra: item ad quærendas escas olfactum supplere cæcitati. *Indicium de proposita quæstione.* Cui autem pars contraria magis placuerit, dicet talpas non amittere visum in subterra D neis cauernulis, propterea quod oculos duriori cute, & membrana contectos habeant, quæ eis quoq; præsidio est, ne cùm in lucem exeunt, insolito splendore excæcentur.

Siue autem talpa visu careat, siue non, argumentum nihil conficit: quia vel ea non est e numero perfectorum animantium, de quibus loquitur Aristoteles: vel si est, non oportet iis vniuersim omnes sensus competere, vti diximus. Quod similiter de echinis pronuntiandum. Balenas tamen de perfectis esse constat. Eæ verò musculorum satellitio viuntur, non quòd omnino aspectu careant; sed quia pergraui superciliorum pondere obrutis oculis, infestantia magnitudinem vada nō satis præuident, eaq; ipsis prænatantes pisciculi demonstrant. *Balena non omnino caret oculis.*

Ad primum argumentum eorum, quibus ostendi videbatur dari plures sensus, quàm quinq;, negandū est quod assumit, & ad eius probationem, reiecta opinione Philoponi, & aliorum, qui virtutem quandam animaduersoriam, siue attentricem finxerūt, dicendum interdum oculum rei præsentis imagine imbutum non elicere visionem. Verùm id non ex eo prouenire, quòd desideretur actio alterius facultatis, cuius sit ad obiectum aduertere; sed quia ipsa vis cernendi non tendit in obiectum, quod tunc accidit, cùm in rem aliam vehementi applicatione intenti sumus. *Respondetur ad argumenta. Ad primū.* Itaque non aduertit oculus ad obiectum per aliam actionem priorem, aut distinctam ab ipso videndi actu, sed aduertere dicitur quoties anima non ex toto ad alterius potentiæ operationem auocata, impertit etiam se oculo, ita vt is quoq; suo munere ritè fungatur. Lege Aristotelem in probl. sect. 11. quæst. 33. *Quæ sit externorū sensuum aduertentia.*

Ad secundum respondendum est cum D. Thoma 1. part. qu. 78. art. 3. quamuis magnitudo, aliaq; sensibilia cōmunia sint sensibilia per se; nō tamē requirere diuersum sensum à quinque vulgaris, quia non primò, & per se sensum mouent, vt sensibilia propria, sicuti alibi exposuimus. Nec refert quòd magnitudo plus differat à colore, quàm sonus: non enim talis diuersitas sat est ad sensuum multiplicationem, quæ non sumitur nisi ex distinctione sensibilium propriorum, & per se secundum varios modos immutandi, vt articulo secundo cum D. Thoma disseruimus. *Ad secundū. Non quæcunque diuersitas in obiectis, importat sensuum distinctionē.*

ΚΕΦ. β.

ΕΠΕΙ δ' αἰσθανόμεθα ὅτι ὁρῶμεν καὶ ἀκούομεν, ἀνάγκη ἢ τῇ ὄψει αἰσθάνεσθαι ὅτι ὁρᾷ, ἢ ἑτέρᾳ. ἀλλ' ἡ αὐτὴ ἔσται τῆς ὄψεως, καὶ τοῦ ὑποκειμένου χρώματος, ὥστε ἢ δύο τοῦ αὐτοῦ ἔσονται, ἢ αὐτὴ αὑτῆς. ἔτι δ' εἰ καὶ ἑτέρα εἴη ἡ τῆς ὄψεως αἴσθησις, ἢ εἰς ἄπειρον εἶσιν, ἢ αὐτή τις ἔσται αὑτῆς· ὥστ' ἐπὶ τῆς πρώτης τοῦτο ποιητέον.

ἔχει

CAPVT II.

*Cvm a autē sentiamus nos videre, ac audire, necesse est, aut visu sentiamus nos videre, aut alio sensu. At si alio sensu tum idem sensus erit, & ipsius visus, & etiam coloris subiecti. Quare vel duo sensus eiusdem erunt subiecti, vel se ipsum sentiet ipse. Præterea, si alius sit sensus, qui percipit ipsum visum aut in infinitū fiet abitio, aut erit aliquis sensus, q̄ seipsum pcipiet sentiendo. Quare id ipsum in primo sensu cōtinuo est faciendū.* Text. 136.

*At hinc*

## CAPITIS SECVNDI EXPLANATIO.

Cvm a autem.] Quia experimur duplicem à nobis functionem edi circa sensibilia; vnam, qua sensionem ipsam, vt visionem dignoscimus; aliam, qua diuersa sensibilia distinguimus, vt album à dulci: inuestigat hoc capite Aristoteles, sit ne aliqua interna facultas, ad quam duæ illæ operationes attineant: an verò ipsis externis sensibus ascribendæ sint; ita vt visu sentiamus nos videre, auditu audire, similiterq; operis sensibus propriam cuiusq; operationē. Differit ergo imprimis ad hanc posteriorem partem suadendā, hoc modo. Si alio sensu dignosceremus visionē, illo etiam colorem sentiremus: siquidem cum visio sit coloris perceptio, neutiquā fieri potest, vt ea non percepto colore sentiatur. Quare cum absurdum sit duas potentias circā colorem versari, fit vt solus aspectus suam percipiat visionem. Item, quia nisi singuli sensus suas agnoscant functiones, dabitur infinita progressio: erit enim alius sensus ad percipiendam functionem visus; & rursus alius ad huius operationem sentiendam, sicq; deinceps absque vllo termino. *An externi sensus propriam operationē dignoscant. Arguitur pro vtraq; parte.*



ἔχει δ' ἀπορίαν· εἰ γὰρ τὸ τῇ ὄψει αἰσθάνεσθαί ἐστιν ὁρᾶν, ὁρᾶται δὲ χρῶμα ἢ τὸ ἔχον, εἰ ὄψεταί τις τὸ ὁρῶν, καὶ χρῶμα ἕξει τὸ ὁρῶν πρῶτον. φανερὸν τοίνυν, ὅτι οὐχ ἕν τὸ τῇ ὄψει αἰσθάνεσθαι· καὶ γὰρ ὅταν μὴ ὁρῶμεν, τῇ ὄψει κρίνομεν καὶ τὸ σκότος καὶ τὸ φῶς, ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως. ἔτι δὲ καὶ τὸ ὁρῶν ἔστιν ὡς κεχρωμάτισται· τὸ γὰρ αἰσθητήριον, δεκτικὸν τοῦ αἰσθητοῦ ἄνευ τῆς ὕλης ἕκαστον, διὸ καὶ ἀπελθόντων τῶν αἰσθητῶν, ἔνεισιν αἰσθήσεις καὶ φαντασίαι ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις· ἡ δὲ τοῦ αἰσθητοῦ ἐνέργεια καὶ τῆς αἰσθήσεως, ἡ αὐτὴ μέν ἐστι καὶ μία, τὸ δ' εἶναι οὐ ταὐτὸν αὐταῖς. λέγω δ', οἷον ψόφος ὁ κατ' ἐνέργειαν καὶ ἀκοὴ ἡ κατ' ἐνέργειαν· ἔστι γὰρ ἀκοὴν ἔχοντα μὴ ἀκούειν· καὶ τὸ ἔχον ψόφον, οὐκ ἀεὶ ψοφεῖ. ὅταν δ' ἐνεργῇ τὸ δυνάμενον ἀκούειν, καὶ ψοφῇ τὸ δυνάμενον ψοφεῖν, τότε ἡ κατ' ἐνέργειαν ἀκοὴ ἅμα γίνεται καὶ ὁ κατ' ἐνέργειαν ψόφος. ὧν εἴπειεν ἄν τις, τὸ μὲν εἶναι ἄκουσιν, τὸ δὲ ψόφησιν. εἰ δ' ἐστὶν ἡ κίνησις καὶ ἡ ποίησις καὶ τὸ πάθος ἐν τῷ ποιουμένῳ, ἀνάγκη καὶ τὸν ψόφον καὶ τὴν ἀκοὴν τὴν κατ' ἐνέργειαν, ἐν τῇ κατὰ δύναμιν εἶναι· ἡ γὰρ τοῦ ποιητικοῦ καὶ κινητικοῦ ἐνέργεια ἐν τῷ πάσχοντι ἐγγίνεται, διὸ οὐκ ἀνάγκη τὸ κινοῦν κινεῖσθαι. ἡ μὲν οὖν τοῦ ψοφητικοῦ ἐνέργεια, ἐστὶ ψόφος, ἢ ψόφησις· ἡ δὲ τοῦ ἀκουστικοῦ, ἀκοή, ἢ ἄκουσις· διττὸν γὰρ ἡ ἀκοή, καὶ διττὸν ὁ ψόφος· ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων καὶ αἰσθητῶν· ὥσπερ γὰρ ἡ ποίησις καὶ ἡ πάθησις ἐν τῷ πάσχοντι, καὶ οὐκ ἐν τῷ ποιοῦντι, οὕτω καὶ ἡ τοῦ αἰσθητοῦ ἐνέργεια ἐν τῷ αἰσθητικῷ. ἀλλ' ἐπ' ἐνίων μὲν, καὶ ὠνόμασται οἷον ἡ ψόφησις καὶ ἡ ἄκουσις· ἐπὶ δ' ἐνίων ἀνώνυμον θάτερον· ὅρασις γὰρ λέγεται, ἡ τῆς ὄψεως ἐνέργεια· ἡ δὲ τοῦ χρώματος, ἀνώνυμος· καὶ γεῦσις· ἡ τοῦ γευστικοῦ· ἡ δὲ τοῦ χυμοῦ ἀνώνυμος.

ἐπεὶ

*b At hinc oritur dubitatio. Nam si visu quidem sentire nil aliud est, quàm videre; videtur autem color, vel id, quod habet colorem, si quippiam viderit id, quod videt, & colorem id habebit profectò, quod videt primum. c Patet igitur non vnum ipsum esse sentire, id inquam visu. Nam cùm nō videmus, tenebras & lumen visu discernimus, sed non eodem, vt patet, modo. Præterea id ipsum etiam, quod videt, colore quodammodo delibutum est. Instrumentum enim vniuscuiusque sensus, ipsum sensibile sine materia suscipit, vti diximus. Quocirca sensibilibus ipsis semotis, insunt in sensuum instrumentis sensus, imagitionesque. d Atqui operatio rei sensibilis, atque sensus vna quidem & eadem est: at earum ratio non eadem est. Dico autem sonum actu, & auditum actu; fit enim vt is, qui auditum habet, non audiat, & id quod habet sonum, non semper sonet, sed cùm operatur id, quod audire potest, & sonat id, quod sonum efficere potest, tum simul fit & auditus actu, & sonus etiam actu, quorum alterum quispiam auditionem, alterum sonationem esse, non incongruē dicere potest. Quod si motus & actio atque passio in eo est, quod patitur, atque mouetur, necesse est & sonum, & auditum actu, in auditu, qui est potentia, esse. Agentis namque mouentisque operatio, in ipso patiente suscipitur, atque inest. Quocirca non necesse est id, quod motu ciet, moueri. e Actus igitur sonatiui sonus est, vel sonatio, auditiui verò auditus, vel auditio. Duplex enim est auditus, & duplex etiam sonus. Eadem est & in cæteris sensibus, ac sensibilibus ratio: atque vt actio passioque non in agente est, sed in eo quod patitur, sic & ipsius sensibilis actio in ipso est sensitiuo. Sed in quibusdam nomina quoque sunt posita, vt sonatio, ac auditio; in quibusdam autem caret alterum nomine. Operatio enim visus visio dicitur, at coloris nomine vacat. Operatio præterea gustus gustatio dicitur, at saporis nomen non habet.*

Text. 137.
Text. 138.
Text. 139.
Text. 140.

*f Hæc*

b *At hinc oritur.*] Pro parte contraria ita disputat: Sentire visu est videre: at videre nihil est aliud, quàm colorem coloratúmve percipere: atqui visio nec est color, nec aliquid colore affectum: non potest igitur visio aspectu sentiri, sed alio sensu: alioqui excurreret potentia videndi extra proprium obiectum, quod fieri nequit.

c *Patet igitur.*] Disputationis gratia proximè adductam rationem soluit; idque dupliciter: Primùm negando visu sentire nihil esse aliud, quàm videre: quædam namque visu sentimus, quæ non videmus, vt tenebras: quædam auditu sentimus, quæ nō audimus, vt silentium. Item inficiando visionem non esse coloratam, seu videns, qua videns non posse dici aliquo modo colorari, dum organo coloris species inuritur, quæ quidem species etiam internis sensibus imprimitur, vt patet: siquidem de re absente cogitamus, quod absque ministerio specierum non fit. Et verò quia sensus istiusmodi imagines ab obiectis haurire solent, dicuntur recipere sensibile sine materia, hoc est, non secundùm esse naturale ipsius, vt colorem secundùm naturam coloris; sed secundùm esse intentionale, quod in imagine continetur. *Roboratur pars affirmatiua.*

d *Atqui operatio rei.*] Hic licèt obscurè propositæ quæstioni respondet, statuens sensum externum non percipere suam operationem: quod ex eo confirmat, quia sensus externus non dicitur operari, nisi dum in actu sentiendi versatur; hunc verò actum efficit simul & potentia, & id, quod ab ea sentitur, siue obiectum, quod in ipsam agit, producendo nimirum in ea spe- *Pro negante fertur sententia.*



ciem,

Universidad de Deusto
Biblioteca



ciem, quæ vnà cum potentia concurrit ad actionem. Quare cùm nec visio in oculum, nec alterius sensus operatio in ipsammet sentiendi vim agat: consequens est, vt visio aspectu nequaquam sentiri possit, nec vlla operatio à sensu, quo perficitur. Manet subinde tam facultatem, quàm obiectum dici in potentia & actu esse. Est autem facultas in potentia, cùm non edit actionem, edere tamen potest: obiectum verò cùm non mouet, mouere tamen aptum est. At in actu vtrumque esse perhibetur, cùm & facultas obiectum actu percipit, & obiectum facultatem actu mouet. Quo pacto obiectum & potentia quodammodo vnum fiunt, dum facultas per imaginem rei vnum cum re efficitur, & ad vnam actionem ambo conspirant, quàm non ita agente, nimirum externo, id est, in obiecto: sed in patiente, id est, in organo & potentia esse oportet, quia actio & passio vnus & idem actus sunt: passionem verò in re, quæ patitur, recipi notum est, probaturque in Physicis.

*Potentiam & obiectum quandoque esse in actu, quandoque in potentia. Lib. 3. cap. 3. q. 3. ar. 2.*

c *Actus igitur.*] Duplicem inquit esse actum corporis, quod sonandi facultatè habet, nempe & sonum, quem producit, & ipsam soni generationem: similiterque duplicem esse actum auditus, quod audiendi vim habet, nimirum receptionem formæ soni per suam speciem, & sensionem ipsius soni. Nam & auditus pariter ac sonus duplex est, alter in potentia, alter in actu. Sonus in potentia dicitur sonus, cùm nondum editur: auditus in potentia, est ipsa potentia audiendi in se spectata. Sonus in actu est, qui actu fit: auditus in actu est, potentia actum exercens. Similiterque res habet in reliquis sensibilibus & sensibus. In quibusdam tamen suppetunt nomina ad significandam actionem, quæ est tam ex parte sensibilis, quàm sensus, vt sonatio & auditio: in alijs alterum nomine vacat, vt visus actio visio dicitur, actio autem coloris nō habet nomen: & actio gustus appellatur gustatio, saporis actio innominata est.

*De duplici actione, quæ dicitur ex parte sensus & sensibilis.*

ἐνέργει μὲν οὖν ἀΐδιόν τι, τοῦ τοιοῦδε ὄντος καὶ τοῦ αἰσθητοῦ, καὶ τοῦ αἰσθάνεσθαι, τὸ δὲ εἶναι ἔστιν ὅτε, ἀναγκαῖον ἅμα φθείρεσθαι καὶ συνίστασθαι τοῦ κατὰ λεγόμενον ἑκάστου καὶ ῥήσεσι, καὶ χυμῷ δὴ, καὶ γλυκεῖ, καὶ τῷ αὐτῷ ἑκάστῳ· τὸ δὲ ἡσυχίαν ἄγοντα μὴ λέγειν, οὐκ ἀναγκαῖον. ἀλλ' εἰ ἀφῇ τι φυσιολογεῖν τοῦτο ἐν κινήσει λέγειν, κἂν εἰ μὴ ἐν τόπῳ κινῆται· οὐδὲ γὰρ λευκὸν οὐδὲ γλαυκὸν τὴν μὲν οὐσίαν ἐν κινήσει λέγομεν, τὴν δ' ἐν ἀλλοιώσει· τὴν μὲν γὰρ ἀλλοίωσιν ἐν τοῖς κινήσεσι λέγομεν, τὴν δ' οὐκ ἐν τοῖς· ἀλλὰ γὰρ λευκὸν ἢ γλαυκὸν ἐνδέχεται μὴ κινεῖσθαι τὴν ἀλλοίωσιν καὶ οὕτω λέγομεν ἐνεργείᾳ ἀκοῦσαι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἐπεὶ δὲ τὸ λευκὸν, καὶ τὸ γλυκὺ, καὶ τοιοῦτον ἕκαστον τῶν αἰσθητῶν ἐστὶν ἑκάστου ποιητικόν, καὶ τοῦτο τὰς αἰσθήσεις ἐνεργείᾳ ποιεῖ. αἰσθητὸν γάρ ἐστι καὶ ἡ ὄψις, οὕτω δὲ καὶ ἡ ἀκοὴ καὶ ἡ γεῦσις· ἐνεργείᾳ δὲ ἐστὶν ἡ αἴσθησις, ὅταν ἐνεργῇ, ἄλογον καὶ ἄμεσον οὕτω δὲ τὸ λέγειν· καὶ τὸ ἡδὺ, ἢ γλυκὺ, ἢ ἁλμυρὸν· οὕτω γάρ τινα· ὅλως δὲ μετόχων τι μικτὸν, συμφωνία, καὶ τοῦτο ἡδύ· διὸ καὶ τὰ ἁρμονικὰ ἡδέα ἐστὶ, καὶ γλυκέα· ἡ δὲ αἴσθησις, ἀλόγου· ἔστι γὰρ ἡ ἁφὴ, καὶ ἡ γεῦσις, καὶ ἡ ὄψις.

ἐνέργει



ea operatione intelligi debet, quam obiectum per suam speciem vnà cum potentia edit, quæ non est aliud, quàm rei sensilis perceptio. Si autem sensus & sensile considerentur secundum potestatem, ait non esse ea simuli cùm nullo existente visu posse esse color.

g *Non recte.*] Ex proximè dictis coarguit veteres Philosophos, in quibus fuit Democritus, vt constat ex 4. Metaphys. cap. 5. quòd sublato sensu sensibile tolli affirmarint; quamuis enim id aliquo modo recte dici possit, vt paulò antè annotatum fuit; videlicet, si assumatur de sensu & sensili in actu: absolutè tamen & vniuersim pronunciari ab eis non debuit.

h *Atque ob id.*] Posteriorem verò controuersiam diluit, aiens sensibile excellens ideò sensum euertere: quia sensiterium in quadam proportione & tempere consistit, cui obiectum si insolens ac nimium sit, dum in organum agit, ob læsionem & perniciem infert, sicuti & sensibus ea iucunditatem pariunt, quæ mediocritatem & proportionem seruant, vt in sonis consonantiæ, in saporibus condimenta, in coloribus medij, & denique ea, quæ extremorum permistione constant.

*Quare excellens sensibile sensum lædat.*

---

ἐκεῖνο μὲν οὖν αἴδιόν τι, τοῦ τοιοῦδε ὄντος καὶ τοῦ αἰσθητοῦ, καὶ τοῦ αἰσθάνεσθαι, τὸ δὲ εἶναι ἔστιν ὅτε, ἀναγκαῖον ἅμα φθείρεσθαι καὶ συνίστασθαι τοῦ κατὰ λεγόμενον ἑκάστου καὶ ῥήσεσι, καὶ χυμῷ δὴ, καὶ γλυκεῖ, καὶ τῷ αὐτῷ ἑκάστῳ· τὸ δὲ ἡσυχίαν ἄγοντα μὴ λέγειν, οὐκ ἀναγκαῖον. ἀλλ' εἰ ἀφῇ τι φυσιολογεῖν τοῦτο ἐν κινήσει λέγειν, κἂν εἰ μὴ ἐν τόπῳ κινῆται· οὐδὲ γὰρ λευκὸν οὐδὲ γλαυκὸν τὴν μὲν οὐσίαν ἐν κινήσει λέγομεν, τὴν δ' ἐν ἀλλοιώσει· τὴν μὲν γὰρ ἀλλοίωσιν ἐν τοῖς κινήσεσι λέγομεν, τὴν δ' οὐκ ἐν τοῖς· ἀλλὰ γὰρ λευκὸν ἢ γλαυκὸν ἐνδέχεται μὴ κινεῖσθαι τὴν ἀλλοίωσιν καὶ οὕτω λέγομεν ἐνεργείᾳ ἀκοῦσαι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἐπεὶ δὲ τὸ λευκὸν, καὶ τὸ γλυκὺ, καὶ τοιοῦτον ἕκαστον τῶν αἰσθητῶν ἐστὶν ἑκάστου ποιητικόν, καὶ τοῦτο τὰς αἰσθήσεις ἐνεργείᾳ ποιεῖ. αἰσθητὸν γάρ ἐστι καὶ ἡ ὄψις, οὕτω δὲ καὶ ἡ ἀκοὴ καὶ ἡ γεῦσις· ἐνεργείᾳ δὲ ἐστὶν ἡ αἴσθησις, ὅταν ἐνεργῇ, ἄλογον καὶ ἄμεσον οὕτω δὲ τὸ λέγειν· καὶ τὸ ἡδὺ, ἢ γλυκὺ, ἢ ἁλμυρὸν· οὕτω γάρ τινα· ὅλως δὲ μετόχων τι μικτὸν, συμφωνία, καὶ τοῦτο ἡδύ· διὸ καὶ τὰ ἁρμονικὰ ἡδέα ἐστὶ, καὶ γλυκέα· ἡ δὲ αἴσθησις, ἀλόγου· ἔστι γὰρ ἡ ἁφὴ, καὶ ἡ γεῦσις, καὶ ἡ ὄψις.

ἐνέργει

---

f *Hæc cùm ita sint, atque vnus actus rei sensibilis sensissimique sit, quamuis diuersas habeat rationes, sicuti diximus, necesse est simul corrumpantur, simulque sint salua, auditus ac sonus, qui hos modo dicuntur, & sapor huiusmodi & gustus, cæteráque similiter. At ea, quæ dicuntur potentia, non habent ipsam prosectu necessaria subeuntis legem.* Text. 141.

g *Non recte igitur priores naturales Philosophi sentiebam, qui quidem sine visu neque album vllum, neque nigrum esse dicebant, neque item vllum sine gustu saporem. Nam partim recte, partim non recte censebant. Etenim cùm dupliciter sensus sensibileque dicatur, potentia atque actu, in his quidem secundis ea id ipsum sanè quod dictum est, in illis autem primis non sit, vt luce clarius extat. At illis de hisce simpliciter loquebantur, quæ simpliciter non dicuntur. Quòd si vox quædam concentus est, vox autem & auditus, tum vnum, tum non vnum, aut non idem sunt, & concentus est talis, necesse est & auditum quendam esse rationem.* h *Atque ob id ipsum exuperans quæque tam acutum, quàm graue corrumpit auditum, atque denasiat, & in saporibus gustum, & in coloribus visum, id quod nimium est splendidum & tenebrosum, & in odoribus vehemens: odor, siue dulcis, siue amarus, quia sensus ipse quædam est ratio rata. Quæcunque sensibilium ea, quæ symmetra sunt, quæque simplicia sunt, vt acutum, vel dulce vel salsum cùm reducuntur ad rationem, sensui sunt iucunda: tunc enim ipsum delectare videntur. Omnino autem ipsum mistum magis concentus est, quàm acutum, vel graue. Tactui quoque non calidum sanè simplex ac frigidum, sed id quod est ad rationem redactum amicum est atque iucundum: enimuerò sensus ipse ratio quædam est, vt diximus: sensibilium autem ea, quæ exuperant, aut dolorem afferunt ipsi, aut eandem ipsum corrumpunt.* i *Vnus-* Text. 142. Text. 143.

---

i *Vnusquisque igitur sensus, vt sæpè diximus,* Text. 144.
*sensibilis est obiecti, essque in instrumento sui ea ratione, qua illud sensus est instrumentum, & differentias sensibiles obiecti sui discernit, vt album quidem & nigrum visus: dulce autem & amarum gustus, & cæteri similiter sensus.* k *At enim cùm album & dulce, & singula sensibilium ad singula nimirum aliquo comparemus ac discernamus, & sentiamus differre, necesse est vt ipsum profectò sieri sensus: quippe cùm illa sensibilia sint.* Text. 145.
l *Quo patet carnem vltimum instrumentum sit esse. Nam necesse esset id, quod discernit, tangendo discernere.* m *Fieri igitur non potest, vt separatis non dijudicemus dulce diuersum esse ab albo, sed vnà cuipiam ambo nota esse oportet. Illa namque modo sanè pateret inter sese illa differre, etiamsi alterum ego, alterum tu sentires. Vnum igitur dicat oportet diuersa esse dulce ac album.* n *Dicis igitur idem: Quare vt dicit, sic & intelligit, atque sentit. Patet ergo fieri non posse, vt separata separata iudicemus.* o *At hinc patet, neque fieri posse, vt separata in tempore discernamus. Nam vt idem aliud esse bonum ac malum dicit, sic quando alterum dicit aliud esse, tunc & alterum etiam dicit, atque dico quando, non per accidens. Veluti nunc dico quispiam aliud esse, non tamen dico illud nunc aliud esse, sed hoc pacto nunc dicit, vt dixi, & nunc aliud esse: simul igitur dicit. Quo fit, vt inseparabile & inseparabilis tempore separata discernat.* Text. 146.

p *At*

---

*Sensum & sensile in actu necessario esse simul non verò in potentia.*

f *Hæc cùm ita sint.*] Arrepta occasione ex ijs, quæ de sensu & sensili paulò antè dixerat, geminam soluit dubitationem. Alteram, num sensus & sensile simul sint. Alteram, quare excellens sensibile sensum labefactet. Priori respondet: Si vnumque actu sumatur, vtrumque simul esse, seque reciproca necessitudine ponere, ac tollere, cùm vna sit vtriusque operatio. Quod de ea

*Tela quæ singulis sensibus propria vendicare obiecta.*

i *Vnusquisque igitur.*] Ad vberiorem explicationem controuersiæ, qua quæritur ad quam facultatem spectet percipere singulorum sensuum functiones, tria quædam sumit. Primum est, singulos sensus propria vendicare obiecta, quæ percipiant, & à quibus patiatur. Secundum est, quemlibet sensum esse facultatem inhærentem proprio sensorio, qua tali, id est, prout certis qualitatibus ad sentiendi munus obeundum idoneis affectum est. Tertium, vnicuique sensui competere tum obiectorum differentias cognoscere, vt aspectui album & candidum; tactui calidum & frigidum, durum & molle, similiterque cæteris.

*Datì sensum communem.*

k *At enim cùm album & dulce.*] Statuit, probatque dari sensum vnum, quem communem vocamus, cuius proprium munus sit omnium externorum sensuum operationes dignoscere: philosophaturque hunc in modum. Experimur nos non solùm percipere differentias obiectorum ad vnum quemque sensum pertinentes, vt album & nigrum, amarum & dulce: verùm etiam de omnium obiectorum discriminibus iudicare; hoc autem iudicium sensu perficitur, cùm sit de re sensibili, quæ primò ad sensum pertinet: non potest autem vno aliquo externo sensu fieri, nec etiam pluribus: ergo aliquo alio ab ijs distincto.

*Quo patet.*

l *Quo patet.*] Credit Philoponus significare hoc loco Aristotelem carnem, id est, corpus non esse sensum communem, quia nō nisi alia parte sui aliam partem sensibilis tangendo diu-

dicaret,

*De germana huius loci sententia controuertitur.* dicaret, atque ita discernere sensibilia non posset; quia id, quod iudicium fert, vnum esse oportet, cui totum, de quo iudicat, notum sit. Vocat autem Aristoteles ex sententia Philoponi, vltimum instrumentum sensum communem; quia ad hunc in recessu positum sensus omnes desinunt, nō aliter quàm lineæ ad centrum. Alij volunt probare Aristotelem sensum communem non esse tactum, qui forsitan alicui esse videretur, quòd tactus sit fundamentum sensuum reliquorum, & per totum corpus diffundatur, cunctisque insit animantibus. *Sensum communem non esse tactum.* Iuxta quam interpretationem sic erit præsens ratio intelligenda, Si sensus communis tactus esset, cùm tactus tangendo res percipiat, non possemus de sono & albo iudicium ferre: nisi ea tangendo, quod falsum esse constat: siquidem hæc absque tactu dignoscuntur. Quibus hæc expositio placuerit, dicent verba illa; Patet carnem vltimum instrumentum non esse, sic debere intelligi; Patet carnem, quæ est instrumentum tactus, non esse organum sensus communis, ac, quod eodem recidit, sensum communem non esse tactum.

m *Fieri igitur.*] Quod prædictum iudicium non exerceatur, à pluribus sensibus externis, verbi gratia, quod de albo & dulci non iudicet aspectus & gustus: suadet ex eo, quia id perinde esset, ac si hæc a duobus hominibus perciperentur, ab vno album, ab altero dulce; qui tamen de ijs haudquaquam rectè iudicare possent: cùm oporteat arbitrum vtriusque partis causam cognoscere: alioqui de re ignota sententiam tulerit.

n *Dicit igitur.*] Si vnum est, inquit, quod dicit aliud ab alio differre, id ipsum cognoscere vtrumque necesse est, alioqui non ea distingueret. Id verò quod dicit vnum differre ab alio, sic & intelligit, & sentit, quia vt æstimat, ita & intellectu iudicat; siquidem intellectus sensum consequitur.

o *At hinc patet.*] Locus est subobscurus, quemadmodum, inquit, qui dicit hoc esse bonum & illud malum: simul dicit, & tempore eodem; quia cùm dicit vnum, alterum quoque dicit. Sic & sensus communis, vt dicit, seu iudicat, ita cognoscit: dicit autem simul differentiam albi, & dulcis: ergo simul & eodem tempore vtrumq; percipit, cùm iudicat hoc non esse illud. Cùm *De simultate quà communis sensus obiecta percipit.* autem vno eodemque momento hoc fieri pronuntiamus, non ex accidenti, sed per se intelligimus. Nam in hac oratione Platonem & Dionysium Siciliam adnauigasse nunc dico: illud, nunc, & ad dico, & ad nauigationem referri potest: ita vt vel sit sensus me nunc dicere id, quod olim accidit: vel dicere id, quod nunc est: ac primum quidem, nunc, per accidēs facit quodammodo rem nunc esse: posterius autem per se. Communis igitur sensus de differentia duorum obiectorum sensibilium non modò dicit nunc in priori significatione: quia in eodem instanti vtrumque percipit: sed etiam in posteriori: quia & percipiuntur, & simul existunt sensibilia contraria.

---

ἀλλὰ μὴν ἀδύνατον ἅμα τὰς ἐναντίας κινήσεις κινεῖσθαι τὸ αὐτὸ ᾗ ἀδιαίρετον, καὶ ἐν ἀδιαιρέτῳ χρόνῳ. εἰ γὰρ τὸ γλυκύ, ὡδὶ κινεῖ τὴν αἴσθησιν, ἢ τὴν νόησιν· τὸ δὲ πικρὸν ἐναντίως· καὶ τὸ λευκὸν ἑτέρως. ἆρ' οὖν ἅμα μὲν καὶ ἀριθμῷ ἀδιαίρετον, καὶ ἀχώριστον τὸ κρῖνον, τῷ εἶναι δὲ κεχωρισμένον; ἔστι μὲν δή πως ὡς τὸ διαιρετὸν τῶν διῃρημένων αἰσθάνεται, ἔστι δ' ὡς ᾗ ἀδιαίρετον· τῷ εἶναι μὲν γὰρ διαιρετόν, τόπῳ δὲ καὶ χρόνῳ, καὶ ἀριθμῷ ἀδιαίρετον. ἢ οὐχ οἷόν τε; δυνάμει μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ διαιρετὸν καὶ ἀδιαίρετον, καὶ τὰ ἐναντία· τῷ δ' εἶναι οὔ, ἀλλὰ τῷ ἐνεργεῖσθαι διαιρετόν· καὶ οὐχ οἷόν τε ἅμα λευκὸν καὶ μέλαν εἶναι, ὥστ' οὐδὲ τὰ εἴδη πάσχειν αὐτῶν, εἰ τοιοῦτον ἡ αἴσθησις, καὶ ἡ νόησις. ἀλλ' ὥσπερ ἣν καλοῦσί τινες στιγμήν, ἡ μία, καὶ ᾗ δύο, ταύτῃ καὶ διαιρετή. ᾗ μὲν οὖν ἀδιαίρετον, ἓν τὸ κρῖνόν ἐστι καὶ ἅμα· ᾗ δὲ διαιρετὸν ὑπάρχει, οὐχ ἕν· δὶς γὰρ τῷ αὐτῷ χρῆται σημείῳ ἅμα. ᾗ μὲν οὖν δυσὶ χρῆται τῷ πέρατι, δύο κρίνει, καὶ κεχωρισμένα ἐστὶν ὡς κεχωρισμένῳ· ᾗ δ' ἕν, ἑνὶ καὶ ἅμα. περὶ μὲν οὖν τῆς ἀρχῆς ᾗ φαμὲν τὸ ζῷον αἰσθητικὸν εἶναι, διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

ΚΕΦ.

p *At verò fieri non potest, vt simul idem ea* Text.147. *ratione, qua indiuisibile est, & indiuisibili tempore motibus contrarijs moueatur. At dulce quidem sic mouet sensum ac intellectum, amarum autem contrario modo & albū itidem diuerso. Est ne igitur quod discernit, indiuisibile quidem numero, separatum autem ratione? partim igitur vt diuisibile res simul diuisas, partim vt indiuisibile. Nam ratione quidem diuisibile: loco autem atque numero indiuisibile est. An id minimè fieri potest?* Text.148. *idem enim potentia quidem est ipsa contraria, & diuisibile & indiuisibile: actu autem esse non potest, sed patiendo diuisibile est. At fieri nequit, vt simul sit album & nigrum. Quare neque formas ipsorum simul sensus ac intellectus (si talia sint, vt* Text.149. *patiantur) suscipient.* q *At enim perinde hoc se habet, atque id, quod quidam punctum appellant, quod quidem tum vnum est, tum duo: quo pacto & diuisibile est. Quo igitur & indiuisibile est: hoc vnum est id, quod discernit, ac simul: quo verò est diuisibile, hoc non vnum est: bis enim eiusdem signi simul fit vsus. Quo verò bis eo vsus fit, vt duorum: hoc duo discernit, atque est separata, vt separatum. Quo verò vnum est, hoc vnius fit vsus, & simul. Sed de principio quidem, quo dicimus animal sensitiuum esse, sit hoc modo determinatum.*

CAP

---

*Obiectio.* p *At verò fieri.*] Obijcit contra superiùs dicta. Si sensus communis est cognitor, iudexque diuersorum,



diuersorum, imò & contrariorum sensibilium, simul eodemque instanti. Si, inquam, pariter dulce & amarum, album & nigrum dignoscit: sequitur eum contrarijs motibus simul affici: quod tamen fieri non potest, cùm contraria nequeant dari simul in eodem. Huic obiectioni *1. Solutio, quæ non probatur.* bifariam respondet Aristoteles. In primis sensum communem subiecto vnum esse, ratione plures; ideoque alia & alia consideratione posse contrarios motus subire. Verùm hanc solutionem mox improbat: quia licèt id, quod est vnum subiecto, respectu diuersarum partium contrarijs motibus simul agitari queat; tamen comparatione eiusdem partis impossibile id est: at sensus communis eadem parte contraria obiecta dignoscit, & discriminat. Quare si eæ cognitiones sunt motus contrarij, nequaquam poterunt in eodem sensu communi pariter coalescere.

q *At enim hoc.*] Reiecta priori solutione aliam affert à centri similitudine ductam, cuius *Altera solutio, quæ magis probatur.* in eo vis consistit, quòd quemadmodum centrum dicitur plura & vnum: plura quatenus est principium, à quo lineæ ad circumferentiam ducuntur: vnum, pro vt est finis, in quo lineæ à peripheria ductæ vniuntur: ita sensus communis est vnus, quatenus externorum sensuum finis habetur; quoniam ipsorum operationes & obiecta ad eius tribunal per species deferuntur. Simulque est multiplex, pro vt est fons & principium externorum sensuum: quia nimirum ab eo ad illos sensifica vis influit. Non est autem absurdum contraria secundùm suum esse intentionale in eadem facultate simul esse. Quo modo non in sensu communi duntaxat, sed in eodem oculo dantur simul species coloris atri & candidi: cùm vtrumque simul intuetur. Itaque solutio in eo est, quòd cùm perceptiones contrariorum sensibilium re vera non sint contrariæ, nihil vetat dari eas simul in eodem.

---

## QVAESTIO I.

### VTRVM EXTERNI SENSVS *functiones suas percipiant, necne.*

### ARTICVLVS I.

### QVIBVS RATIONIBVS *pars affirmatiua ostendi videatur.*

*1. Argum.* PRo affirmatiua parte quæstionis hæc se offerunt argumenta: Cùm sensus externi in otio sunt, norunt se nullam edere functionem: sed cuius est percipere se non operari, eiusdem est cognoscere & operari: ergo sensus externi percipiunt suas functiones. Maior probatur; quia aspectus dicitur sentire tenebras, & auditus silentium: id verò non ob aliam causam, nisi quia aspectus cognoscit se non videre, & auditus nō audire.

2. Secundò, Sensus externi habent suas delectationes: capit enim voluptatem auditus, concentu musicæ: visus intuitu viridium colorum: olfactus suffimentis, similiterque cæteri sensus appulsu conuenientium qualitatum. Huiuscemodi verò delectationes oriuntur in sensibus ex actione, qua quilibet eorum in proprium obiectum fertur: Sed delectatio non prouenit nisi ex re priùs cognita; necesse ergo est vnumquemque sensum propriam functionē, qua delectatur, agnoscere.

3. Tertiò, Eodem sensu apprehendimus colorem, verbi gratiâ, & actum, quo in eum tendimus, sed colorem apprehendimus aspectu; ergo & ipsius aspectus actionem. Maior tripliciter probatur; Primùm quia vt Aristoteles proximo capite opponebat, cùm visio sit coloris sensio, fieri nequit, vt sine colore percipiatur. Quare si ea cognosceretur ab alio
A sensu, iam duo sensus circa colorem versarentur. Secundò, quia omne coloratum pertinet ad obiectum visus, visio autem suo modo colorata est, vt patuit in contextu. Tertiò, quia si cognitio alicuius sensionis ab vno sensu elicitæ in alium sensum caderet, danda esset infinita in sensibus progressio: oportet enim functionem primi à secundo cognosci, functionem secundi à tertio; atque ita deinceps absque vllo termino.

B Quartò, Omnis cognitio fit præeunte specie, sed ad sensum communem non deferuntur species, quę externorum sensuum functiones, sed quæ eorum duntaxat obiecta repræsentent: non igitur eiusmodi functiones à sensu communi, sed à proprio sensu dignoscuntur. Probatur minor, quia cognitio sensuū externorū non videtur habere vim traijciendi ad sensum communem aliam imaginem, præter eam, quam à re obiecta accepit. Hæc 4.
C aūt non est imago propriæ operationis, vt satis constat, sed ipsius tantùm obiecti: ergo, &c.

Quintò, Intellectus percipit suos actus, & supra eos reflectitur: ergo & sensus. Probatur consecutio; quia hæc reflexio non tanti esse videtur, vt non potuerit, debueritque externis etiam sensibus communicari; præsertim cùm ijs nihil magis proximū ac præsens sit, quàm eorum propria operatio. Accedit testimonium Platonis in Theæteto, vbi ait sensum
D sentire quod sentit, & quod non sentit.

---

### ARTICVLVS II.

### APPROBATIO NEGATIuæ partis: *Dilutio argumentorum superioris articuli.*

CIrca explicationem propositæ difficultatis in varias sententias Philosophi abiēre. *Varia de re proposita Philosophorum exempla.*

A Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nam D. Nemesius in libro de Hominis natura, capite 7. item Plutarchus apud Philoponum libro 2. huius operis, text. 103. putant, cognoscere externorum sensuum functiones ad rationem & intelligẽtiam pertinere. Michael Ephesius libro 9. & Philoponus loco citato, id ascribunt alteri potentiæ, quam appellant ἐπαναλογὸν, id est, attendentem. Alexander 3. lib. Quæst. natural. Themistius hoc in libro, 4. cap suæ Paraphr. Simplicius text. 136. Aegydius, alijque nonnulli, volunt quemlibet sensum externũ percipere suam operationem. Quod Aegydius ita defendit, vt dicat externos sensus percipere suas sensationes, nõ quidem per actum reflexum ad ipsas terminatum, sed eodem actu, quo feruntur in obiectum, indirectè tamen.

*1. Assertio. Dignotio sensionũ non spectat ad potentiam intellectricem tribuẽda est.*

Sit prima assertio: Cognitio operationum, quas externi sensus edunt, non est ad solam vim intellectricem, nec ad illam potentiam, quam animaduersionem, seu attendentem vocant, deleganda. Hæc quoad priorem partem ex eo suadetur, quia percipere omnium externorum sensibilium differentias, & de singulorum sensuum perceptionibus iudicare, non excedit facultatem animæ sensitiuæ, cùm alia præstantiora munia à brutis animantibus administrentur, vt constat ex ijs, quæ 2. Physicæ auscultationis libro explicuimus, cùm de instinctu ageremus. Quare non est, cur id ad altiorem animæ gradum reijciatur. Accedit testimonium Aristotelis capite superiori, vbi palàm docuit, probauitque sensum communem percipere & dijudicare actiones externorum sensuum. Posterior pars ostenditur, quia facultas illa attendens supernacanea fictitiaque est; cùm quælibet facultas, si nihil obsit, absitve, per se ad operationem suam administrãdam possit attendere; præsertim cùm nihil sit aliud sentire ad obiectum attendere, quàm in obiectum tendere, vti superiùs diximus.

*Potẽtiam animaduersoriam fictitiam esse.*

*2. Assertio. Externi sensus non percipiunt suas operationes.*

Secunda assertio: Externi sensus non percipiunt suas operationes. Hæc est D. Thomæ 1. par. quæst. 78. artic. 4. & quæst. 87. artic. 3. vbi ait, præter quinque sensus externos, qui sensiones suas non apprehendunt, necessarium esse animali sensum communem, vt externorum actiones percipiat. Est etiam Capreolus in 3. dist. 44. quæst. 1. art. 3. Ferrariensis quæst. 1. huius libri, Ianduni quæst. 33. Apollinaris quæst 37. Magni Alberti, Auersois & aliorũ: imò & Aristotelis non solum proximo superiori capite, sed apertiùs in libro de Somno & Vigilia, cap. 2. vbi ita scripsit: Nõ enim visu se videre videt, nec visu, aut gustu iudicat, iudicareve potest distare dulce ab albo, neque seorsim, neque simul vtroque, sed particula quadam communi.

*Non dari reflexionem in sensu.*

Deinde, quòd nullus sensus cognoscat suas operationes per reflexionem probatur, quia istiusmodi reflexio, seu reditio supra se, teste Proclo, communi aliorum auctorum assensu est opus intellectricis facultatis, quæ primùm rectè pergit, deinde vt quasi circulum absoluat, in se ipsum recurrit, quod non conceditur potentiæ materiali, quæ secundũ organi temperamentum determinata est ad solam rectam operationem, vti Diuus Thomas edisserit in libro 1. Sententiarum, dist. 17. quæst. 1. artic. 5. in solutione tertij. Deinde, quòd neque eo modo, quo quidam volunt, per unum sensum per eandem directam actionem possit sensus functionẽ suam percipere, ex eo ostenditur, quia nulla potentia excurrit extra limites sui obiecti; operatio autem sensus non est obiectum ipsius sensus, vt obiectum visus visio, sed color. Adde quòd nulla intellectio creata est primò, directóve sui intellectio, vt docet Sanctus Thomas 1. part. quæst. 87. artic. 3. Quare multò minùs visio externa suimet visio erit.

*Directa actione sensus sui functionẽ non percipi.*

Argumenta autem, quæ oppositum suadebant, non concludunt. Nam primò facilè respondebit, qui dixerit aspectum non propriè sentire tenebras, nec alios sensus suorum obiectorum priuationes simpliciter dignoscere: sed admodum impropriè, & quasi per actionem negatiuam, quatenus eæ cum propijs ac veris sensuum obiectis, formisq; sensibilibus aliquam habent cognationem, dum connotant subiectum, in quo illæ sunt. Itaque eatenus dicitur visus percipere tenebras, quatenus apertus oculis nihil videt, non autem quòd cognoscat se non videre. Quod de cæteris sensibus pati modo pronunciandum est.

*Respõdetur 1. Argum.*

Ad secundum, dicito sensuum delectationes consequi ex perceptione conuenientium obiectorum: sed ad eas non requiri cognitionem eiusmodi perceptionis in eodem sensu; quia vt delectatio non pertinet proprie nisi ad appetitum, ita ad phantasiam spectabile percipere rem, è qua voluptas sensitiua oritur, eamque appetitui offerre.

*Ad 2. arg.*

Ad tertium, neganda est maior propositio, si contendat eodem sensu externo percipi à nobis & colorem, & visionem: concedenda verò, si velit præstari id aliqua alia facultate, id est, sensu cõmuni. Nec enim absurdum est versari aspectum circa colorem, tanquam circa proprium & adæquatum obiectum (coloris appellatione etiam lucem comprehendimus) simulque aliam altiorem facultatem, id est, sensum communem, circa eundem occupari, tanquã circa partiale suum obiectum, ac sub alia propria ei notione, de qua in progressu sermo erit. Quo patet responsio ad primam rationem, qua maior confirmabatur. Ad secundam verò dicendum est, modum illum, quo visio colorata appellatur, nimis improprium esse, nec sufficere ad reponendam visionem inter obiecta potẽtiæ visiuæ. Ad tertiam respondendum, non dari eiusmodi infinitam

*Ad 3. arg.*

*Visio improprie dicitur colorata.*



nitam progressionẽ, quia deueniendum tandem erit ad intellectum, qui suam operationem reflexu dignoscat.

*Ad 4. arg.*

Ad quartam, concessa maiori, negetur minor: quilibet enim sensus externus per suam propriam cognitionem speciem quandam edit, quæ rem sensibilem, quã percipit, & perceptionem ipsam, siue rem sub ratione cognitæ interno sensui exhibet, ac repræsentat.

*Ad 5. arg.*

Ad quintũ, dicimus intellectum ob suam præstantiam & absolutionem à materia posse reflecti supra se: non tamen sensum, cuius natura is cognoscendi modus adeò excellens non congruit, esto suam functionem sibi inhærentem & copulatam habeat. Nec enim eiusmodi præsentia ad reflexam cognitionẽ sat est, sed oportet vt res in ratione obiecti, ac secundùm esse cognoscibile, præsens fieri queat. Quod verò ad Platonem attinet, licèt eius auctoritas in Academia magna sit: in Lycæo tamen irrefragabilis non est. Respondeti tamen potest, cùm dixit sensum sentire quod sentit, nihil aliud significare voluisse, quàm sensum recipere in se tum propriam operationem, tum priuationẽ illius. Maximè cùm in Charmeide neget sensus percipere se ipsos. Ita enim in eo Dialogo scripsit: Generatim sensus omnes percurrere, considerareque vtrum sensus inueniri aliquis possit, qui se ipsum cæterosq; sensus percipiat, nihil tamen eorum sentiat, quæ sensus alij sentiunt, impossibile & hoc existimo.

*Intellectus supra se solus reflectitur.*

## QVAESTIO II.

### AN DETVR SENSVS COMMUNIS; & vtrum is in cerebro resideat.

### ARTICVLVS I.

### QVIBVS INDICIIS COMMUNIS SENSUS deprehendatur.

FVère qui sensum communem negârint, eo potissimùm argumento, quia nullum occurrit sensibile, quod in aliquem è quinque externis non cadat. Horum tamen opinio reijcienda omnino est, asserendumq; cum schola Peripatetica, & communi aliorũ Philosophorum assensu, docente Aristotele tum proximo capite, tum lib. 3. cap. 7. text 31. & in libro de Morte & vita, capite 1. alijsque in locis, dari sensum communem: cuius ponendi necessitas ac ratio variis modis deprehenditur. Primùm, quia cùm soleat natura, quantum fieri potest, multitudinem ad vnitatem reuocare; conueniens erat, vt omnes sensus externos in vnum quodammodo coniungeret, in quem vt lineæ à circumferentia in centrum, ita vndique è singulis aliorum sensuum organis, sensibilium imagines confluerent, colorum ab oculis, sonorum ab auribus, odorum à naribus, saporum à lingua, tactilium qualitatum à toto corpore. Qua centri similitudine vsus est Auctor operis, de secretioni sapientia secundùm Aegyptios, libro 2. cap. 9. & Aristoteles libro 3. huius operis, loco paulò superiùs citato, dum sensum communem vnum quid medium q; inter externos sensus appellat.

*D. Tho. 1 p. 978. art. 4. & opusc. 4. cap. 4.*

*1. Ratio. quæ suadet dari sensum communem.*

Secundò, idem efficaciùs suadetur ex eo, quia cognoscimus nos audire, tangere, olfacere, cæteraq; externorum sensuum munia: hæc autem cognitio nõ pertinet ad aliquem è quinque vulgatis sensibus, vt proxima quæstione ostensum fuit: recurrenda est ergo ad aliam altiorem communionem q; potentiam, ad quam primò eiusmodi functionum imagines deferantur; quæ non est alia, quàm sensus cõmunis. Nec satisfacit, qui dixerit eam facultatem esse ipsum intellectum. Namque ea etiam brutis necessaria est, vt mox ostendemus, quibus perinde à natura deneganda non fuit. Deinde quia, vt superiùs argumentabamur, hæc sensionum perceptio non exuperat sentientium facultatum vim.

*2. Ratio.*

Tertiò, idem ex eo comprobatur, quia vt colligitur ex ijs, quæ docuit Aristoteles hoc libro ad calcem capitis secundi: scripsitque D. Gregorius Nyssenus lib. 2. de Viribus animæ, cap. 2. & videtur asseruisse Plato, vt annotauit Marcilius ad initium Theætetj: dandus est aliquis sensus interior, qui nõ solùm haustas cunctorum sensibilium imagines primò hauriat, & sensibilia ipsa percipiat, vt proxima ratio ostendebat; sed qui tanquam æstimator & arbiter diuersorũ sensuum obiecta discernat, & dijudicet, cùm quilibet sensus particulatim circa proprij duntaxat sensibilis differẽtias occupetur; vt aspectus circa atrum & candidum, similiterque reliqui sensus: hic autem sensus est is, quem communem diximus. Nam quòd ad hãc actionem iudicandi, ipsi sensus externi per se haudquaquam sufficiant, inde patet, quia plures sensus perinde sese habent, ac multi homines. Quare vt hi de diuersis rebus, nisi easdem singuli cognoscãt, sententiam ferre nequeunt, ita neque sensus de aliorum sensilium differentijs, quas non attingunt; & vt Themistius hoc loco, cap. 7. suæ Paraphrasis edisserit; quemadmodum licèt multi magistratibus libelliones atq; exceptores pragmatici assideant; vnus tamẽ est, qui ius habet sententiæ ferendæ: ita & in corpore animalis, tametsi multa instrumẽta machinamentaque sint, in quæ rerum simulacra recipiantur; vna tamen vis arbitra esse debet, quæ de omnibus scitur, iudicet, pronuntiet. Fuisse verò animantibus, & quidem omnibus, necessariam hanc vim iudicatricem ex eo patet, qui amisi animal quid noxium, quid salutare, quid minùs ac magis conueniens;

*Sensus communis velut munis honorarius arbiter, inter riorum sen- nibus exter- tibus cogno- scit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*A sensu cõmuni tanquã à primario sentiendi instrumento spiritus animales diffundũtur in sensus.*

quid fugiendum, amplectendúmve sit, discernat: breui in interitum ruet.

Sed & aliud præterea cõmuni sensu munus delegatum est; videlicet impertiri sensibus externis vim ad functiones suas obeundas per communicationem spiritũ animalium, quos ab se veluti fonte, ac primario sentiendi instrumento effundit, vt constat ex ijs, quę docet Aristoteles lib.2.de Partib.animal. cap.10. & in lib.de Morte & vita, cap.1. Vnde cùm obstruitur via illa, qua prædicti spiritus egrediuntur, vt in somno accidit, necesse est seriari externos sensus, teste eodem Aristotele lib.de Som. & vig. cap.3. Præterea quoties sensus communis langueſcit, ac malè habet, etiam externi sensus propriis officijs, vel omnino, vel ex parte destituũtur, vt videre est in ijs, qui morti propinqui sunt, quibus primarij illius sensorij temperies dissoluitur, & extinguitur; & in paralyticis, atq; apoplecticis, quibus præpediti sunt nerui, per quos spiritus animales ad externa sensiteria deuehũtur.

## ARTICVLVS II.

### *SENSVM COMMVNEM NON in corde, sed in cerebro residere.*

*Aristoteles illi sedem de signauit in corde.*

QVod ad alteram quæstionis partem spectat, vbinam communis illa, ac primaria sentiendi vis organum habeat, magnum est inter Philosophos dissidium. Nam Aristoteles etsi proximo capite dixerit sensum communem esse omnium sensuum externorum quasi centrum; in qua tamen parte corporis centrum id esset, non docuit. Verùm alibi ipsum in corde, vel in parte, quę cordi proportione respondeat, constituit, vt libello de Iuuentute & senectute, cap.2. & lib.2.de Partib. animal. cap.1. & 10. & lib.3, cap.4. & lib.4. de Sensu & sensili, cap.2. & de Somno & vigilia, cap.2. & de Animalium motione, cap.9. Cuius opinionis fundamentum apud illum fuit, quòd pro certo haberet cor non solùm naturalium & vitalium, sed etiam animalium facultatum originem esse.

*Medici in cerebro.*

At enim id Medici acerrimè oppugnant, ostenduntq; licèt vitalium functionum & artetiarum principium in corde insit: naturalium tamen operationum & sanguinis, atque venarum fontem in hepate; sensitiuarum actionum, arbitrarij motus, & neruorum originem in cerebro esse. Quam difficultatem, quia in primo libro de Ortu & interitu accuratè pertractauimus, vbi Medicorum sententiam partim rationibus, partim anatomicæ artis experimentis satis confirmatum amplexi fuimus; non est quòd hoc loco actum agamus. Illud tamen iterum commonemus, si de principio sentiendi remoto sermo sit, id haud dubiè cordi asscribendum esse; cùm in eo vigeat nativi caloris officina, in eodemq; procreentur spiritus vitales, sine quorum ope nec vllus motus edi, nec vlla internorum, externorúmve sensuũ functio obiri potest. De quo principio si Aristoteles locis antè citatis ageret, non esset cur à Medicis aut à nobis in hac controuersia desereretur. At eum non remotum, sed proximum sentiendi, ac mouendi initium in corde collocasse, & vti principi membro tanquam regi, totius corporis administrationem, & quasi monarchiam simpliciter detulisse, qui loca illa inspexerit, facilè iudicabit. Consule Galenum libro de Symptomatum causis, cap.8. & libro de Vsu pulsuum, Fernelium libro 5. Physiologiæ, cap.11. Lege quoque, si placet, Auerroem libro 2. de Partibus animalium, capite 7. & libro 2. Collect. capite 11. pro Aristotele contra Galenum disputantem.

*Cor principium remotum sentiendi.*

*Sensus communis non in corde, sed in cerebro.*

Est itaque sensus communis non in corde, sed in cerebro, vbi etiam sedem habẽt reliqui sensus interni, ad quos ille, vt progressu exponemus, rerũ simulacra transmittit. Vnde est, q̃ vehementer læso capite internorum sensuum munia turbentur, & cùm aliqua in ijs offensio accidit, cerebro remedia adhibeantur. Sciendum tamen est, in animantibus, quæ secta viuunt, sensum commune non esse aliquam certa parte definitum. Quod ex eo

*Sensus interni qui inerne hospitantur in cerebro.*

*In sectis animantiũ sensus communis nullã habet definitã sedem.*



ΕΠεὶ δ' ἐνίοις διῄρηται τοῖς ζῴοις μόνοις τὸ ψυχικὸν, οἷον ἄνθρωπος τε καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, ἢ καὶ ἄλλα πλείω τούτων καὶ ἧττον ἔχει τὸ μόριον τοῦτο τῆς ψυχῆς, ἀπορίαν ἔχει καὶ διαπορήσαι πότερον ἓν ἕκαστον τούτων ἐστὶν ἢ πλείω τῷ εἴδει. ἐπισκεπτέον δὲ τὸ μόριον τοῦτο καὶ τίνα τρόπον ἔχει πρὸς τὰ λοιπὰ μόρια τῆς ψυχῆς, καὶ τί τὸ αἰσθητήριον ἐστὶ τὸ κοινόν· ἐὰν γὰρ ᾖ τὸ ἐκ τούτου λεγόμενον ἱκανῶς, πειρατέον ἤδη λέγειν, πρῶτον τὰ φαινόμενα περὶ αὐτοῦ, εἶτα τὰ λοιπὰ μόρια τὰ περὶ τὴν ἀναπνοήν· ταῦτα γὰρ οὕτως ἔχοντα τὸ μόριον τὸ περὶ τὴν καρδίαν ἔοικε τὴν μὲν αἴσθησιν ἀναιρεῖν, ἐὰν ὑπερβάλλῃ τῇ ἀνωμαλίᾳ, καὶ ἐὰν ἐλάττω τῶν ἐναντίων ᾖ· τοῦτο γὰρ οἴονται τὸ μέσον τὸ ἄριστον ποιεῖν. ὅπ

*Textus 150.*

CVm autem duabus prisci differentijs maximè diffiniant animam, motione inquam, luce accommodata, & intelligendo, & discernendo, ac sentiendum considerandum est, si quid interest inter intelligere ac sentire. Videtur namque tam intelligere, quàm etiam sapere, veluti quoddam esse sentire. Etenim his verisque rerum aliquae anima discernit, atque cognoscit. Et veteres idem esse sapere sentireque censent. Quemadmodum & Empedocles dixit,

Ad



### *CAPITIS TERTII EXPLANATIO.*

*Rationes quibus aliqui adducti putarũt à sensu intellectũ nõ distingui.*

CVm autem.] Quia veterũ nonnulli animam ex locali motu definiebant, alij ex cognitione, alij ex vtroq; : vt pateat rectè ne id fecerint, atq; vt simul viam aperiat ad disputationem de intellectu, & voluntate: explicandum proponit quid inter sensum, & intellectum sit discriminis. Nam quidam hæc non distingui opinabantur, quibus tria ad id potissimùm argumenta fuisse videntur. Primum quia tam sensu, quàm intellectu iudicamus: quo fit vt hæc officio conueniant: quòd si officio, etiam natura. Deinde, quia & sensus, & intellectus rebus præsentibus afficiuntur, & mouentur. Quod Empedocles in suo poemate significauit aiens sapientiam augeri ad præsens, id est, intuitu, atq; experientia præsentium rerum, & prudentiam simul, ac præsagia futurorum ex insomnijs, quæ ad sensum pertinent ab euentis rerum præsentium pendere. Idemq; sonant versus illi ex Homero hoc loco adducti, nimirum ita se habere humanum intellectum, vt res se habent, & vt diebus singulis pro temporum varietate, mutationeq; succedunt. D. Thom. illud, ad præsens, in carmine Empedoclis in alium sensum accipit, videlicet pro præsenti cœli schemate, seu facie, ac syderum configuratione & influxu. Et in carmine Homeri appellatione summi rectoris Olympi, indicari putat Solem, a quo sydera omnia pendent: Ita verò sensus Empedoclis erit, intellectum, ac sapientiam augeri ad præsens, id est, secundum præsentis horæ cœlestium syderum statum, & vires. Homerus autem pronuntiauit talem esse mentem hominum, qualem Sol cæterorum syderum veluti dux, & moderator, cũ reliquis stellis efficit. Cæterùm quanam ratione corpora cœlestia in sensus, & intellectum atq; humanam voluntatem queant, nequeántve influere in libris de cœlo fuit à nobis explicatum.

*Lib.2 c.3. q.8.*

b *Et sentire*

Πρὸς πατρὸς γὰρ μᾶλλον ἀέξεται ἀνθρώποισι.
Ἐν ἀνθρ. ——— ἦδος φίλοις ἀλόχῳ
Καὶ τὸ φρονεῖν ἀκόλουθα πυθέσθαι.
τὸ δ' αὐτὸ βάλλουσι νόημα Ε τὸ τῷ Ο'λύμπῳ,
Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίοις ἀνθρώποις,
Οἷόν τε ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
πάντες γὰρ ὅτου τὸ νόημα συμφερὲς ἵκωνται καὶ τὸ διανόημα· Ε διὸ καὶ ἐπὶ τῷ Ε φησὶν εἶναι τὸ ἐμπεδοκλεῖ τὸ ἦμαρ τὸ ἐπιφέρον· ἀνθρ. γὰρ ὅ Ε τοῖος ἐστὶν ὁποῖον ἄγησι ἡμέρας διανοούμενον. καὶ τὸ ἴδιον ἄγειν καὶ ἄρχειν τῶν ἐπιτηδείως πεφυκότων λέγει· οἰκειότητα γὰρ τοῖς ζῴοις καὶ τοῖς φυτοῖς χρῆσθαι τὸ τοιοῦτο Δ φασὶ καὶ ψυχήν. διὸ πάντα ἔχει, ὅτῳ ἀνθρ. ἔοικε λέγειν, τοῦτο τὸ φαινόμενον ἕκαστον ἕλκειν, ἐπὶ τῷ τὸ ὁμοίῳ ἕλκειν ὅ ἐστι· τοῦτο γὰρ οἴονται τὸ ὁμοίῳ τὸ ὁμοίου γνωρίζειν. ἔοικε Ε καὶ πᾶσι Ε ὑπάρχειν τὸ ἀνάλογον ἔχειν ἕκαστον ἑαυτῷ ὅπ

Ad præsens, hominum crescit sapientia semper.

*Et alio rursus in loco:*

Hinc varia his semper prudentia somnia monstrat.

*Idem & Homerus, his carminibus sensisse videtur:*

Tales namque insunt mentes mortalibus ipsis,
Quales quotidie summi fert rector Olympi.

*Etenim omnes hi putant ipsum intelligere corporis esse perinde atq; ipsum sentire.* b *Et sentire simili simile arbitrantur, & sapere, vt in superioribus diximus locis.* c *Oportebat tamen ipsos de errore quoq; deceptionẽve differere. Sunt enim hæc magis propria animalium, pluſq; id temporis est, quo in his anima versatur, vt pates. Ideirco necesse est aut vniuersa, quæ videntur, vt quidam inquiunt, esse vera, aut dissimilis rei tactum errorem esse deceptionémve: quippe cum id sit contrarium illi simili inquam cognoscere simile. Videtur autem & deceptio & scientia contrariorum esse eadem.*

*Textus 151.*

d *Non*

b *Et sentire simili.*] Tertia ratio ob quam nonnulli putarunt intellectũ non distingui à sensu, ea fuit, quia vt similibus sentimus, ita similibus rerum intelligentiam capimus. Vnde coniecturam ducebant tam sensum, quàm intellectum organo corporeo insidere, cùm corpora percipiant; atq; adeo intellectum esse sensum, cùm omnis facultas cognoscens, quæ materiæ inhæret, sensus sit. 3.

c *Oportebat tamen.*] Priscos redarguit, quòd de notitia locuti fuerint, de errore autem nihil meminerint, neq; deceptionis, & ignorantiæ causas explicarint; quas tradi, & inculcari ab eis oportebat, præsertim cùm ignorantia magis propria, magisq; nobis familiaris sit rerum quia in Philosophia diutiùs versamur, tum, vt D. Thom. addit, quia ex nobis erramus; scire autem non nisi ex alterius ope, & magisterio solemus. Nisi quis veteres excusare velit, aiens eos nihil de errore vere nihil *Redarguuntur* dixisse, quòd putarent omnia vera esse, nullamq; dari deceptionem. Vel certè (quod ab eis *differentiæ* inculcatum fuerat) quia putarunt cognitionem veram esse, cùm simile animum tangeret, vt ignis particulam animę ignearn; errorem, cùm dissimile, vt ignis portionem aqueam eiusdem animæ, cum cognoscere per simile videatur contrarium ei, quod est cognoscere per dissimile,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& error, ac scientia contrariorũ sit, id est, opposito modo accidant. Verùm hæc ridicula sunt, & perabsurda; siquidem palam est nos interdum falli, & animam elementorum concretione, aut molę corporis non constare, vt ex ijs, quæ in primo libro disputata sunt, manifestum est.

d Non

ἂν ῥᾳδίως δι' ἀπορίαν ἐφ' τὸ αἰσθάνεσθαι ἢ τὸ φρονεῖν, φαινερὸν· τούτου μὲν γὰρ πᾶσι μέτεστι, τοῦτο δ' ὀλίγοις τῶν ζώων· ἀπὸ δὲ τοῦ τοιούτου, συμβαίνει τὸ ἐρωτᾶν, ἢ τὸ μὴ ἐρωτᾶν· τὸ μὲν ἀρχὴν, τὸ δὲ πέρας φράσεως, ἢ ἀπόφασιν, καὶ δέξασθαι ἀληθῆ. τὰ μὲν οὖν ἐρωτᾶν, τοιοῦτόν τι τοῦτο· ἀδύνατον δὲ ἐστι, τὰ αὐτὰ τῷ αἰσθάνεσθαι· ἅπαντι γὰρ αἴσθησις τῶν ἰδίων, ἀεὶ ἀληθὴς, καὶ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς ζώοις. Διάνοια δ' ἐνδέχεται καὶ ψεύδεσθαι, ἢ ἐὰν μὴ καὶ λόγον· φαντασία δὲ ἕτερον καὶ οὐδὲ αἴσθησις καὶ δόξασις· αὐτὴ τε γίγνεται οὐδὲ αἰσθάνεσθαι, καὶ οὐδὲ τούτου ἄνευ ἐστὶν ὑπόληψις. ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἡ αὐτὸ φαντασία ἢ ὑπόληψις, φανερὸν· τούτου μὲν γὰρ τὸ πιθανὸν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ὅταν βουλώμεθα (οἷον ἐμφάσεων χάριν ἐν ποιήσεσθαι, ὁρᾶν γὰρ ἐν τοῖς μνημονικοῖς τιθέμενοι ἢ ἀθλοποιοῦντες· δεῖξαι δ' ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν· ἀνάγκη γὰρ ἢ ψεύδεσθαι, ἢ ἀληθεύειν· ἐπεὶ δ', ὅταν μὲν δεξώμεθα δυνὸν ἢ φοβερὸν, εὐθὺς συνυπάρχομεν· ἐμποιεῖ δὲ καὶ ἐν τῷ σώματι ἡμῖν ἡ φαντασία. καὶτὰ μὲν τῶν φαντασιῶν ἀνωνύμως ἔχομεν, ἀναγκαῖον δὲ καὶ αὐτὰς ὀνομάζειν· ἐμφαίνει δὲ καὶ ἐν ἡ φαντασία ἐνίοις, οἷον ἡ ἐν τῷ ὁράματι ἡ ἐν τοῖς ἐνυπνίοις. ἀλλὰ μὴν ἔστι τὰ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἀεὶ ἀληθεύειν, ἢ ἐπιστήμην, καὶ δόξαν, καὶ φρόνησιν, καὶ τοὐναντίον τούτων, πλὴν ἐν τῇ ἀληθείᾳ ἕτερον· ἔστιν ἡ τὸ νοεῖν, ἐπὶ ἕτερον τὸ αἰσθάνεσθαι, τούτου δὲ τὸ μὲν φαντασία ἀνάγκη εἶναι, τὸ δὲ ὑπόληψις, οὗ φαντασίας ἀναίσθητος, ἄνευ οὗ μὴ γίγνεται λόγος.

ἀ δέ

d *Non igitur idem.*] Duplici argumento concludit neq; sentire, & intelligere, neq; sensum, & intellectum idem esse. Primùm, quia sensus omnibus ineſt animantibus; nullum est enim animal, quod tacto non sit præditum. Deinde quia sensus circa propria sensibilia non errat; intellectus verò sæpe fallitur: licet enim cum scientia, prudentia, aut vera opinione ducitur, non aberret à veritate; si tamen contrarijs afficiatur, decipitur.

*Intellectum à sensu distin gui.*

*Datur imaginatio ea; ab intellectu distincta.*

e *Imaginatio namq;.*] Probat dari imaginationem, eamq; ab intellectu, & sensu distingui: quia licet, nec imaginationis actus absq; præuia sensus notitia exerceatur; nec existimatio (quę est actus quidam intellectus comprehendens scientiam, prudentiam, & opinionem) nisi antecedente imaginatione fiat: Imaginatio tamen, id est, imaginationis actus differt ab existimatione, quæ actio quædã intellectus est; primùm, quia vt ij, qui artificiosa memoria vtuntur, loca, & imagines pro arbitratu suo fingunt, ac disponunt, quibus rerum opportunè recordentur, ita in nostra potestate est imaginari quicquid libuerit: non autem opinari (quod est pars quædam existimationis) imaginamur enim falsa, quæ non existunt, opinamur vera, aut quæ pro veris accipimus. Secundò, quia opinio de re mala, vel bona, animum perturbat metu, vel hilaritate, alióve simili affectu: imaginatio autẽ non item: sed ea perinde afficimur, atq; *Distingui* ij, qui in pictura res aspectu horribiles, aut lætas contuentur. Quod intellige de imagio- *imaginatio- nẽ ab existi- matione.* ne, quæ nullam assensionem, aut iudicium coniunctum habet: si enim habeat non dubium, quin imaginatio animum commoueat, & ad varios affectus impellat.

Text.152. Text.153. Text.154.

f *Sunt autem & existimationis ipsius.*] Probat existimationẽ differre ab imaginatione, quia ad existimationem (quo nomine rationis actum intelligit) pertinent actus scientiæ, opinionis, & prudentiæ, & his contrarij, de quibus lib. 6. Ethicorum, qui tamen ad imaginationem haud quaquam spectant. Deinde cùm intelligere differat à sensu, & id bifariam sumatur: vno modo, vt comprehendit etiam imaginari; altero propriè: qua ratione ad ipsum spectat existimatio,

d *Non idem igitur esse sentire ac sapere, patet. Illud enim omnibus animalibus, hoc valde paucis ineſt. At neque intelligere idem est ac sentire, intelligere, inquam, quæ recte aiq; non recte res percipi solent. Quod namq; recte percipit id est prudentia, & scientia aiq; opinio vera: at quod nũ recte, id est nimirũ his dictis contrarijs. Etenim propriorum sensus semper est verus, & vniuersi animalibus ineſt: at si, vt falsò quoq; quis ratiocinetur, neq; cuiquã competit, cui non ineſt & ratio.*

Text.155.

c *Imaginatio namq; diuersa est à sensu, mentecq;; aiq; neq; hæc sit sine sensu, neq; existimatio sine hac esse potest. Non idem autẽ esse imaginationem, existimationẽmve, patet. Hic enim affectus in pectestate nostra sine cõtrouersia collocatur: licet nãq; cùm libet fingere quidquid volumus, atque ante oculos ponere, perinde aiq; ij facùm, qui artificiosæ memoriæ cõparatis aiq; dispositis locis imagines fingũt, aiq; simulachra collocãt. At opinari in nobis nõ est situ. necesse est enim opinantẽ, aut verã, aut falsã existimationẽ habere. Præterea cùm opinamur aliquid malũ esse, aiq; terribile, continuò perturbamur. Similiter & cũ opinamur quippiã esse tale, vt in illo sit confidendũ. At cùm imaginamur ista, perinde afficimur aiq; si in pictura eadem spectaremus. f Sũt autem & ex stimationis ipsius hæ differentiæ, scientia, & opinio, & prudẽtia, & ea, quæ sunt hisce contraria: de differentia quorũ alius sit sermo magis ad ipsum accõmodatus. At verò cũ diuersũ sit sentire, ac intelligere, et huius aliud imaginatio, aliud existimatio esse videatur, de imaginatione primò, deinde de altero dicam⁹ oportet.*

Text.156. Text.157.

g *Si igitur*



matio, id est, actus rationis, & non alterius potentiæ: ait se de intellectione secundum priorem vsurpationem, id est, de imaginatione primò acturum.

g *Si igitur*

ἡ δὲ ἐστι ἡ φαντασία, καθ' ὃν λέγομεν φαντασμόν τινα ἐμὲ γίνεσθαι ἢ μὴ, ἢ ὧν κριτικὴ μεταφορᾷ λέγομεν, μία τις ἐν τούτοις δύναμις ἂν εἴη, καθ' ἣν ὑπολαμβάνομεν ἀληθῆ ἢ ψευδῆ εἶναι. τούτων δ' ἄνευ αἴσθησις, δόξα, νοῦς· ἐπιστήμη. ἐπεὶ ῥᾴδιον οὖν ἐστι φαντασίαν ἢ φαντασθῆναι, ἄλλου ὄντος τούτου· αἴσθησις ῥᾳδίη γὰρ, ἔστι δ' ὡμωμένη, ἢ ἐνεργείᾳ, οἷον ὄψις καὶ ἀκοή. φαίνεται δὲ καὶ μνεῖναι τὰ τοιαῦτα ὑπάρχειν· οὐκ ἄνευ τούτου δὲ ἡ καὶ μνεῖναι τὰ τοιαῦτα ὑπάρχειν· δοκεῖ δ' ὁ, τι ἐστὶν ἕκαστον τῶν τοιούτων φαντασία ἐκ τῶν ἐν τῇ αἰσθήσει γεγενημένων· ἐν τοῖς τὰ ὀφθαλμοῖς ἐνεργείᾳ ἀναγκαῖον ἔσεσθαι τὸ αὐτὸ πάθος, ὃν φαίνεται καὶ τὰ ἐν τοῖς ἐνυπνίοις· ἐπεὶ δὲ λέγομεν ὅτου ἐνεργοῦμεν ἀναπαύσασθαι, τότε ἢ ἀληθὴς ἢ ψευδὴς. ἐπεὶ δ' ἡ ἐλεγόμεθ' ἐφ' ἕτερον πάθος ἐκ τοῦ φαίνεσθαι, καὶ μνεῖσι τοιαῦτα. αἱ δὲ μὴ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἀλλ' ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀδύνατον ἕτερα, οἷον ὑπόληψις ἢ ἐπιστήμη, ἔστιν ἢ φρόνησις· ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν φαντασία καὶ ψεῦδος· λείπεται ἄρα ἰδεῖν, ἢ δόξα γίνεται γὰρ δόξα ἢ ἀληθὴς ἢ ψευδὴς

*Si igitur imaginatio, id est phantasia, sit id quo visum, phantasmata aliquod in nobis dicimus fieri, & nõ aliud quicquã, quod per translationem hoc eodẽ nomine nuncupetur, ipsa profectò vna quædam est potentiarũ earũ, aut habituũ, quibus discernimus, & aut verè percipimus, aut falsò. Talesautem sunt sensus, opinio, scientia, intellectus.*

h *At ipsam non esse sensum ex hisce patere potest. Sensus enim vel est potentia, vel operatio, vt visus, vel visio: ac nonnunquam neutrum est istarum, & tamen apparent aliqua, videmurq; videre, vt ea, quæ in somnis apparent.* i *Deinde, sensus quidem semper adest, imaginatio autem non semper. Quòd si idem esset imaginatio, ac operatio, bestiis imaginatio profectò cunctis ineſſet: at non esse videtur, vt apis, aut formicæ, aut vermi: præterea illis quidem veri sunt semper, imaginationes verò plures fiunt, vt patet, falsæ. Præterea cum exactè circa sensibile operamur, non dicimus hoc nobis hominem videri, ac apparere: sed potius cùm non clarè sentimus, quando etiam sit, vt sit verus sensus, & falsus. Atque nobis (quod*

k *Atque nec vllus*

*quidem paulo antè dicebamus) clausis etiam oculis visa videntur, atque apparent.* k *Atque nec vllus habituum eorum erit, qui veri sunt semper, vt scientia, vel intellectus, est enim & falsa imaginatio, non solùm vera. Restat igitur, perscrutemur si sit opinio. Fit enim opinio & vera, & falsa.*

*Verum*

g *Si igitur imaginatio.*] Vim, & operationẽ phantasiæ exponit, monens loqui se de phãtasia significatu proprio, nõ translatitio. Namq; phantasiã interdum per translationẽ vocamus intellectũ, & quemlibet sensum, & ea, quæ nobis apparent. Quoniã igitur phantasia est potẽtia qua in nobis visum seu phãtasma effici dicimus, videbitur fortasse ilia cõputanda inter sensus externos, quibus res nobis repræsentãtur, vel inter virtutes intellectuales, siue habitus, quibus vera, vel falsa percipimus, cuiusmodi sunt intellectus, opinio, & scientia. Sumit verò intellectũ, vt interpretatur D. Thomas, nõ pro potentia, sed pro cognitione eorũ quę absq; inuestigatione nobis innotescunt, vt prima principia Scientiã pro certa cognitione eorũ, quæ discursu assequimur. Opinionẽ pro cognitione ieiũ, de quibus certum, firmumq; iudiciũ non habemus. Porrò hos tantùm cognoscendi modos affert hoc loco Aristoteles, quia hi potissimũ celebres erant in schola Platonis, qui intellectum vnitati, scientiam qualitati, opinionem ternario, sensum quaternario attribuebat.

h *At ipsam non esse sensum.*] Probat phantasiam, seu imaginationem distingui à sensu. Cùm verò sensus dupliciter accipiatur; nimirum in potentia, vt visus, & in actu, vt visio: ab vtroq; phantasiam differre ostendit. A sensu in potentia, quoniam hic in somnijs non agit, phantasia verò agitiã sensu in actu, quia hic in somnijs non est. *Phantasiam differre à sensu confirmat.*

i *Deinde sensus.*] Probat secundò imaginationem nõ esse sensum: quia sensus semper adest animantibus, quatenus recens nata mox sensu vtuntur, at imaginatione, saltem exacta, non nisi progressu temporis. Tertiò, quia omnibus animantibus sensus conuenit: non omnibus tamẽ imaginatio intellige perfecta. Namq; imperfecta, & confusa cunctis ineſt. Quartò, quia sensus nunquã erratcirca propria sensibilia, imaginatio sæpe fallitur. Quintò, quia quæ sensibus probè affectis accuratè percipimus, non consueuimus dicere ita nobis videri, quod ramen dicimus, cum imaginamur. Postremò, quia illa, quorũ imagines sensu hausimus, clausis oculis, & absentibus sensibilibus imaginamur: cùm tamen sensus in solam rem præsentẽ feratur. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

k *Atque nec vllus.*] Asserit imaginationẽ non esse scientiam, nec intellectũ aut opinionem. Ac primùm quòd non sit intellectus, vel scientia, planũ est, quia hæc semper vera sunt. Quòd aũt non sit opinio, ex eo suadet; quia licet opinio nunc vera sit, nũc falsa, tamen opinionẽ, qua quid iudicamus, sequit fides, & persuasio: vnusquisq; enim putat verũ esse id, quod opinat. At fides imaginationem non sequitur, cùm imaginatio conueniat brutis, in quibus tamen fide *Imaginatio- nem distin- gui ab opi- nione.*

neutiquam

Universidad de Deusto
Biblioteca



neutiquam locum habet. Nec enim belluæ persuasione quicquam faciunt, etiam ex, quæ adumbratam aliquam disciplinæ rationem capessunt: siquidem persuasio ratiocinatione perficitur: at bruta ex sola memoria, & assuetudine, vel instinctu, non autem ratione ad opera sua molienda inclinantur.

1 *At verò*

ἀλλὰ δόξῃ μὲν ὕστερον πίστις· οὐκ ἐνδέχεται δὲ δόξαι. ζητοῦσι δὲ καὶ περὶ φαντασίας· ἔστι γάρ τις ἡ φαντασία· πίστις ἢ οὐδεμία. ἔτι, πίστει μὲν δόξῃ ἀκολουθεῖ πίστις· πίστει δὲ τὰ παράδοξα, πᾶσι δὲ λέγεται οὐδὲν ἧττον φαντασία δοκεῖν εἶναι· ἔστι γὰρ ὑστέρα, λέγεται δὲ οὐ· φασὶν ἔνιοι, ἂν μὴ ἡ δόξα μετ' αἰσθήσεως, ἢ δι' αἰσθήσεως, ἢ συμπεπλεγμένη δόξης καὶ αἰσθήσεως, φαντασία αὐτὴ ἂν· ὥστε τι ποιεῖ καὶ ἄλλο ἐπὶ τούτοις ἢ δόξα, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἢ καὶ αἴσθησις· λείπει δ', ὅτι τὴν λευκὴν δόξης καὶ αἰσθήσεως ἡ συμπλοκὴ φαντασία ἐστίν· ἀνάγκη δὲ ἢ ὁμοίως ἢ ἧττον ἢ μᾶλλον τὴν φαντασίαν εἶναι τούτων· ἀλλὰ μὴν ἐνδέχεται ψεύδεσθαι μὲν ἐπὶ τῶν ἀπόντων, ἀληθῆ δὲ μὴ ὑπολαμβάνειν· πάντων δ' ἧττον ἐνδέχεται μὴ ὑπολαμβάνειν ἢ τὸν ἀληθῆ· μετὰ ἐπιστήμης δ', μηδὲ μετεπιστήμην· ἢ οὐ ἐπιστήμη, ἀνάγκη τὴν αὐτὴν ἀληθῆ εἶναι καὶ ψευδῆ· ἀλλὰ ψευδῆς ἐξῆν τι, ὅτι λάθοι μεταπεσὸν τὸ πράγμα· οὐκ ἄρα ἐστὶ τι τούτων ἡ φαντασία. ἀλλ'

*Verùm opinionem quidem sequitur fides: quippe cùm fieri nequeat, vt hisce quisquam non credat, quorum habet opinionem. Testiarum autem, fides quidem nulli imaginatio verò compluribus inest. Præterea fides omnem opinionē sequitur, persuasio fidem, ratio persuasionem. At imaginatio quidem quibusdam belluis inest, ratio autem nullis.*

1 *At verò patet nec opinionem esse cum sensu, nec* Text.158.
*opinionem per sensum, nec opinionis, sensûsve coniunctionem, & per ea, quæ dicta sunt, & hæc etiã rationi:* m *patet enim si imaginatio sit opinionis, sensusq; coniunctio, opinionem non cuiusque rei, sed eius esse, cuius est etiam sensus: dico autem, imaginationem si sit coniunctio sensus, opinionisve, coniunctionem esse opinionis albi: & sensus eiusdem albi: non enim erit ex opinione quidem boni, sensu autem albi apparere igitur est opinari rem eam quã sentiis non per accidens. At apparet* Text.159.
*nonnunquam etiam falsa de quibus simul veram opinionem habet. Sol enim pedalis quidē apparet, at persuasum est terra ipsum esse longè maiorē.* o *Fit igitur vt aui sua is opinionē, quam habet veram abijciat, re modo eodē sese habente, non oblitus nec dissuasus, aut si adhuc illam habeat, eadem sit necessariò falsa simul & vera. At constat opinionem tum euadere falsam, cùm res mutata latet. Neq; igitur vnum est istorũ imaginatio, neq; ex his est coniunctã.*

o *Verùm*

1 *At verò patet.*] Ex dictis infert contra Platonem in Philebo, & Sophista, phantasiam, seu imaginationem non esse quid comprehendens sensum, & opinionem. Si enim esset, contingeret id vno è tribus modis. Nam vel esset opinio cum sensu, hoc est, essentialiter opinio, quã comitaretur sensus. Vel esset opinio per sensum, hoc est, essentialiter opinio, quæ ex sensu, tanquam ex causa oriretur. Vel esset vtriusq; nimirũ, opinionis, & sensus complexio ex æquo. Nullum verò horum dici posse inde confirmat, quia si imaginatio differt à sensu, & opinione per se, ac separatim sumptis, vtrisq; etiam ab vtroq; simul disiidebit.

m *Patet enim si imaginatio.*] Ostendit quo pacto sumi debeat opinio, si phãtasia dicenda sit opinionem, & sensum complecti. Nam quia phantasia vnius, eiusdemq; est, liquet opinionem adiunctam sensui, qui est phantasia, non debere esse aliam quandam opinionem, sed quæ versetur circa eandem rem, in quam sensus fertur, vt si dicamus phantasiam esse quid compositum ex opinione albi, & sensu eiusdem: nec enim potest esse conflata ex opinione albi, & sensu boni. Oportet igitur si phantasia ex opinione, & sensu consurgit, nihil aliud esse apparere quid secundum phantasiam, quàm opinari aliquid, quod idem per se, & nõ per accidens sentitur. At enim positionem hanc ex eo refellit, quia nonnunquam apparent quædam falsa secundum phantasiam à sensu ortam, de quibus veram habemus opinionem. Namq; imaginatio percipit v. g. Solem pedali magnitudine, at secundum veram opinionem, quam quis a Mathematico accepit, Sol maior, quàm terræ moles existimatur.

n *Fit igitur.*] Vehic locus intelligatur aduertit D. Thomas ex Aristotele tribus modis amitti veram opinionē. Primò cùm res mutatur. Nam si quis sedente Socrate opinetur eum sedere, veram opinionem habet: si autem Socrates sedere desinat, & eandem opinionē nihilominus retineat, vera opinio in falsam mutatur. Secundò, si rationis, qua opinandum inductus fuerit, obliuiscatur, & ita opinione deponat. Tertiò, si alia permotus ratione oppositum eius quod antea iudicabat, nunc iudicet. His animaduersis ostendit Aristoteles si phantasia cõstet ex opinione vera, & sensu falso, futurum è duobus vnum, nimirum, vt vel aliquis nulla ex superioribus causis intercedente, opinionem amittat, quod fieri nequit: vel eadem opinio simul vera, & falsa existat. Nam cum opinio debeat conformari sensui, quandoquidem ex illo conflat,

*Quibus modis contingat amitti opinionem.*

*Quid sit phãtasia.*



conflat, vel ex vera fiet falsa, cùm interim nulla ex prædictis causis detur: vel si veritatem conseruet, simul erit, & vera ratione sui, & falsa propter sensum, ex quo resultat, quod tamen est impossibile.

o *Verùm*

ἀλλ' ἐπεὶδὴ ἐν κινήσει δοκεῖ τυγχάνειν ἕκαστος τούτων· ἡ δὲ φαντασία δοκεῖ κινεῖσθαι ἕτερος ὑπὸ τούτου· ἡ δὲ φαντασία, κίνησίς τις δοκεῖ εἶναι, καὶ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεως γίγνεσθαι, ἀλλ' αἰσθανομένοις, καὶ ἐν αἰσθητοῖς εἶναι· ἐστὶ δὲ γίγεσθαι κίνησιν ὑπὸ τοῦ ἐνεργοῦντος τὴν αἴσθησιν, ἐκ τοιούτου ὁμοίως αἰσθητοῦ εἶναι τὴν αἴσθησιν· ἐν αὐτῷ δὲ κίνησις οὐκ ἄνευ αἰσθήσεως ὑπάρχειν, οὐτε μὴ αἰσθανομένοις ὑπάρχειν· ἐν ποιεῖ καὶ πάσχειν ἐν τῷ ἔχειν καὶ ἐν ᾧ ἐνεργεῖ κατὰ συμβεβηκός· ἐνδέχεται δὲ ἀληθῆ ἐν ἁπάσαις ταῖς αἰσθήσεσι γίγνεσθαι· ἔτι δὲ ἡ αἴσθησις τῶν μὲν ἰδίων ἀληθὴς ἐστι, ἢ ὅτι ἐλάχιστον ἔχουσι τὸ ψεῦδος· ὁ δ' ὀφθαλμὸς ἢ, τὸ ἐν συμβεβηκὸς ἔχοντα καὶ τούτῳ ἐνδέχεται ἤδη ὑπολαμβάνειν ἀληθῆ ἐκεῖνα ἃ ψεύδεται περὶ αὐτά· ὅτι μὲν γὰρ ἕδαλόν ἐστιν, ἀληθὲς ἂν ὑπολάβοιτις· ὅτι δὲ τοιόνδε ἢ τοσόνδε, ἴσως ἤδη ψεύδοιτο· ἂν ἢ γὰρ τοῦτο τὸ ἕδαλον, ἢ ἄλλο τι, ψεύδεται, τρίτον ἢ, τῶν ἐκτὸς καὶ ἐπομένων τοῖς συμβεβηκόσιν, οἷς ὑπάρχει τὸ ἕδαλον εἶναι· λέγω δ', οἷον κίνησις ἐ μέγεθος, ἃ συμβαίνουσι τοῖς αἰσθητοῖς, περὶ ἃ μάλιστα ἤδη ἐστὶ ἀπατηθῆναι κατὰ τὴν αἴσθησιν· ἡ δὲ κίνησις· ἡ ὑπὸ τοῦ ἐνεργείᾳ γινομένου, δηλονὸτι αἰσθητοῦ τοῦ τοιοῦτου ἐν τοῖς αἰσθητοῖς· καὶ ἡ μὲν πρώτη, πλείστου τοῦ αἰσθητοῦ ἀληθὴς· αἱ δ' ἑτέραι, καὶ παρόντος καὶ ἀπόντος, ἤδη καὶ ψευδεῖς· καὶ μᾶλιστα, ὅταν πόρρω τὸ αἰσθητὸν ᾖ· ὥστε μηδὲ εἰ μία ἄλλη ἐστὶ τοιαύτη αἴσθησις, ἡ μὴ φαντασία· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ λεχθέν· ἡ φαντασία αὐ ἂν εἴη κίνησις ὑπὸ τοῦ αἰσθητοῦ τοῦ κατ' ἐνέργειαν γιγνομένης. ἐνὰ

o *Verùm quoniam fieri potest, vt aliud moueatur* Text.160.
*ab eo ipso, quod motum est, imaginatio verò motio quædam esse videatur, & non fieri sine sensu, sed sentientibus, & eorum etiam esse, quorum est sensus: fit autem vi motus oriatur à sensu iam actu, quem quidem necesse est ipsi sensui similem esse.*

p *Imaginatio motio hæc est profectò, quæ neq;* Text.161.
*ne sensu nimirum esse, neq; competere nõ sentientibus potest. Atq; multa per ipsam id agere, pati vo contingit, quod ipsam habet, & insuper & veram, & falsam esse. Atque id propterea fit, quòd sensus quidem propriorum est verus, aut raro admodum suscipit falsitatem. At est sensus eius etiam rei, cui propria sensibilia accidunt. Vbi iam fit, vt ipse sit falsus: nam non est falsus, si album dixerit esse, sed si album hoc, aut aliud esse. Est præterea communium sensu, quæ quidem perinde atque propria ijs accidunt, quæ sunt per accidens sensibilia: Dico autem motum, & magnitudinem, quæ vt patet, accidunt sensibilibus, circa quæ maximè error, deceptioq; fieri sensu potest.* q *Motus igitur hisce, qui sit à triplici tali sensu, differentiam ob id ipsum nimirum habebit. Atque primus quidē cùm operatio sensus adest, est verus, absentis verò falsi etiam esse possunt, & præsentis aliq; absente, præsertim cùm à sensu longe sensibile distat. Sit igitur nihil aliud præter imaginationem habeat, ea quæ dicta sunt, fieri, id ipsum, quod diximus ipsa: imaginatio motus is est profectò, q fit à sensu iã operãte.*

r *Cum*

o *Verùm quoniam.*] Posteaquam ostendit quid non sit phantasia, nunc quid ea sit explicaturus, quædam priùs sumit. Imprimis vnum ab alio motum posse alteri motionem inferre, vt in octauo Physicæ Auscultationis libro probatum, demonstratũq; fuit. Secundò, imaginationem esse motum quendam; siquidem est cognitio, quæ ab obiecto interuentu specierũ ab eo productarum fit. Tertiò, imaginationē in ijs tãtùm, quæ sensu prædita sunt, dari, & nõ effici absq; sensu, quandoquidē interuã apprehensionē antecedit sensuũ operatio, quam necesse est similitudine, id est, proportione respõdere ipsi potẽtiæ, cùm potẽtia vltra suam mensurã non agat.

p *Imaginatio motio est.*] Ex superioribus colligit imaginationem, id est, actũ imaginatricis facultatis esse motum factum in animantibus à sensu in actu, id est, à sensu informato specie obiecti. Tum duas imaginationis conditiones subijcit. Prima est, animantes motu imaginationis variè affici, quod ad finem capitis explicat. Secunda est, imaginationem nunc veram, nunc falsam esse. Causam huius rei ait esse, quia imaginamur, quæ sensibus percipimus: hi verò interdum falluntur. Nam cùm eorum obiectum trifariam diuidatur; siquidem aut est proprium, aut commune, aut per accidens, circa hæc omnia hallucinatio contingit, etsi minùs frequenter circa proprium, frequentiùs autem circa sensibile per accidens; quia licet aspectus non erret dum v. g. album apprehendit, errat tamen in applicatione, id est, dum suo modo accommodat albedinem subiecto, in quo non existit, percipitq; rem vt albam, quæ alba non est. Circa sensibile etiam commune deceptio accidit, vt circa magnitudinem, figuram & motum, de quibus suprà.

q *Motus igitur hisce.*] Errores, qui in triplici illa externorũ sensibilium perceptione contingunt, ad imaginationē accommodat, aiens pari modo posse illos in ea reperiri, nisi quòd imaginatio tam circa præsentia, quàm circa absentia, & quę longissimè distant, versari consueuit. Tum concludit si ea, quæ dicta sunt, soli imaginationi competunt, & imaginatio id, quod dictum est, vendicat, reliquum esse, vt imaginatio sit motus factus à sensu actu operante, id est, interuentu specierum; quas sensus dum res percipit, ad eam transmittit.

*Quid imaginatio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ἀπὸ ζ ἥλιε μάλιστα αἰσθητὸς ἐσ, ἐ τὸ ὄνομ᾽ ἀπὸ τ φάσ πλησθαι, ἐπ αὐτὸ φυσικ ἐστ ἴδιον· ἐ ἀφ᾽ τ ὁμοίως ἐκ τ αἰσθήσεων, πολλὰ καθ᾽ αὑτὸς σχήματα τ ζῴων, τὰ μὲν ἀφ᾽ τ αὐτ γένη, εἴσὶ τὰ θηρία· τὰ ζ ἀφ᾽ τ ἐπικτήτ ἕξ τ ἐν ἑκάστ πάθη, ἢ νόσ, ἢ ὕπν, οἷον εἰ αὐθημ. εἰσὶ μὲν ἐν φαντασίαις, ἢ ἐν, ἐ ἀφ᾽ ἑ ἐσ, ἀφανίζ ἐνί ποῦ τ.

*r Cum autem visus maximè sit sensuū, hinc est, quòd nomen imaginatio ab ipso lumine sumpsit, phantasiaq; dicitur, quia sine lumine visio fieri nequit. At quia imaginationes immanent, sensibusq; similes sunt, ideo per ipsas animalia, bestia inquā, atq; homines, multa agunt, illæ, quia mentis sunt, vt patet, experti: homines, quia mens perturbatione nonnunquā, vel morbo, vel somno submergitur. Sed de imaginatione quidem determinatum sit hactenus: satis enim qui dnam ipsa sit, & cur fit, his quæ iam dicta sunt, explicauimus.*

r Cum

---

r *Cum autem visus.*] Phantasiæ, & sensus cognationem signo quodam ostendit, hoc est, à nominis Etymologia: phantasia enim à visu, qui inter omnes sensus externos principem locum obtinet, quodammodo nomē sumit, quatenus id à lumine accipit, sine quo visio non fit. Lumen enim Græcè φάος dicitur, vnde phantasia ἀπὸ τ φάους ἐ τ φανῆναι, id est, à lumine, & à statu dicitur. Vnde à prima huiusce nominis parte, phantasiæ cum sensu similitudo ostenditur. A' secunda verò indicatu ait quòd sit permanens, & quidē merito; quandoquidem cessante externorū sensuum functione, ipsa permanet. Quod in causa est vt animantia per eam multa operentur, & bruta quidem, quia intellectu careut; homines verò, quia interdum in eis intellectus animi ægritudinibus, & perturbationibus, aut morbo corporis, aut somno, aliáve eiusmodi affectione præpeditur, siue obscuratur, & quasi obliteſcit.

QVAESTIO

---

QVAESTIO I.

## *AN INTERNORVM SENSVVM numerus rectè à Philosophis constituatur.*

ARTICVLVS I.

## *QVIBVS ARGVMENTIS Internorum sensuum multitudo collecta fuerit.*

TRibus potissimùm rationibus ad internorū sensuum multitudinē cōstituendam Philosophi adducti sunt. Quidā ex cerebri ventriculis, vbi sentiendi officinas collocatas esse inquiūt, quos vētriculos plures esse anatomicis obseruationibus constat, nempe tres, quatnórve. Sed hoc argumentū alijs parum efficax videtur, idq; non sine magna probabilitate. Primum, quia cum sensus sint qualitates, quæ nō occupant locum, atq; adeo nec domicilia, quibus excipiantur, requirunt, incertum est num eiusmodi cellulæ ad eum vsum, an ad alium potiùs destinatæ à natura sint; videlicet ad perficiendos spiritus animales, vt Vesalius lib. 7. cap. 6. & Realdus Columbus in lib. de cerebro, & neruis cap. 1. existimant. Vel etiam ad cerebri recrementa euacuanda, vt quibusdam videtur: quod probabile facit humidæ, & excrementitiæ conerectionis copia, quæ in ijs visitur. Confirmatq; hoc Fernelius in libro de partium humani corporis descriptione cap. 9. aiens superuacanea, quæ in ijs ventriculis congeruntur, sensum per quosdam riuulos in eum cerebri locum, qui infundibulum, aut peluis dicitur, illabi: indeq; in glandulam, donec in palatum pedetentim instillent, ac foràs detuibentur. Galenus quoque libro octauo de vsu partium docet priores duos cerebri sinus, inspirationis, expirationisq; cerebri, & vaporum effationis causa datos esse. Præterea emissionis recrementorum gratia, atque insuper ad animales spiritus conficiendos, qui inde ad posteriorem sinum transmeantes, ibi absoluuntur. Præterea quòd non resideant interni sensus in prædictis ventriculis ex eo flabili potest; quia sensus communis dicitur esse in priori parte cerebri, vbi tamen non inuenitur vnus aliquis sinus, in quo ille resideat, sed duo, alter ad læuā, alter ad dexteram; quibeinde in tertium medā cerebri parte consistentem proprijs ductibus cōcurrunt. Quòd si quis dicat sensum communem in vtraq; illa à cauitate sedem habere, id ex eo confutatur; quia cùm hæc facultas sit quasi centrum externarum, vt suprà ex Aristotele, alijsq; auctoribus docuimus, consentaneum est, vt more centri vnam, non verò geminam sedem occupet. Quòd si quis cum nonnullis asserat priores illos cerebri sinus non duos, sed re vera vnum esse, esto ita sit: quòd adhuc in illo communis sensus non sit repositus, ea ratio conuincit, quia, vt Vesalius loco citato ostendit, neiui ab externorum sensuum organis in cerebrum ascendentes, per quos rerum sensibilium imagines deuehuntur, non confluunt in eiusmodi ventriculum, in quem confluere oporteret, si illic, vt autumant, foret sensus communis, ad quem externæ sentiendi facultates, rerum, quas

*Ex vitricu lis cerebri nō efficaciter colligi numerum sensuū internorum.*

percepere,

---



*Vnde illum colligat Galenus.*

percepēre, simulacra vndique transmittunt. Alij, e quorum numero est Galenus, plures internos sensus, cosq; locis distinctos ideò fecere, quia videmus lædi nonnunquam sensus internos quoad vnam operationem, nō quoad aliam: quod certè nō aliunde videtur obuenire, nisi quia ij inter se distinguuntur, & in diuersa cerebri parte vigent: sic enim, dissoluto in vna parte organi temperamento, idem nihilominus in alia integrum manet, proindeq; facultas, quæ partem integram occupat, suo munere probe fungitur; quæ verò partem læsam, non item. Accidere autem interdum prædicto modo talem læsionem ex eo ostendunt; quia nonnunquā morbo correptis visa apparent, quæ non sunt, labefactata videlicet imaginatione; cùm alioqui rectè iudicent, & è conuerso: sunt etiam qui memorandi vim penitùs amiserunt superstite apprehensione, & iudicio, quorum omnium exempla refert Galenus varijs in locis, ac primùm libro de symptomatum differentijs cap. 3. narrat Theophilum quendam medicum, cùm alioqui ad interrogata probè responderet, imaginatum fuisse tibicines quosdam in angulo domus assiduè canere, qui interim exclamabat, vt foras ejicerētur. Ex quo colligitur imaginandi vim hallucinatam in eo fuisse, dum audire se tibicines, & videre putaret; iudicium verò incolume, tum quia appositè interrogabat, & respondebat; tum quia tibicines, vt ejicerentur, iubebat; qui si adessent nocere ei possent. Nonulli verò contrariam nonnunquā patiuntur affectionem, qua iudicium, æstimatióve in ijs errat; cùm tamen nō se videre apprehendant, quæ non vident, vt exemplo altero Galenus ostendit lib. 4. de locis affectis cap. 1. Nam Romæ quidam insana mente cùm in cubiculo detineretur, è lecto surgens ad fenestram, per quam & ipse videri, & præteeuntes contueri poterat, accessit. Indeq; ex vitreis vasis singula ostendens, solicitatus est, imperarent ne vt proijceret, qui ridentes, plaudentesq;, vt ea proijceret, cum rogassent: ille omnia arripiēs deiecit. Quod cum magnis acclamationibus, risumq; exceptum fuisset, subinde num puerum quoq;, quem apud se habebat, deturbari iuberent, interrogauit: quod cùm illi vt faceret, iussissent, puerum quoq; è fenestra præcipitem dedit. In hoc ergo vis apprehendens integra mansit, quia & vasa, & puerum, & acclamantes rectè apprehendebat. Aegrotabat tamē iudicatrix facultas, quia & vasa, & puerum deijciendum insanè æstimabat, nec cōminuenda vasa & interimendum puerum inferebat. Iam verò quibusdam memoriam aliquando fuisse oblæsam, integra imaginatione, ac iudicio Thucydidis testimonio confirmat idem Galenus lib. de differētijs symptomatum c. 8. & libro de causis symptomatum cap. vltimo, vbi refert euasisse quosdam à pe-

*Non probatur Galeni ratio.*

At enim hæc quoq; ratio ad internorum sensuum differentias, & distincta eorum organa colligenda, multis non absurdè, parū momenti habere videtur, aientibus posse in eadem cerebri parte lædi temperamentum, ita vt læsio impediat v. g. officium apprehendēdi, non tamen iudicandi; vel iudicandi, non autē apprehendendi, seu memorandi, & contrà. Quemadmodum in toto ventriculo residentes facultates, quæ circa alimentum negotiantur, id est, allicendi, retinendi, alterandi, & expellendi vires; nec tamen quacunq; harum læsa, aut cuiuslibet officio impedito, vniuersæ, earúmve munia læduntur; nimirum quia nō quæuis temperamenti mutatio, quæ v. g. cibi retentionem vitiat, ad eiusdem cibi attractionem impediendam sat est.

*Quidam ex diuersitate operationū sensus distinguunt internos.*

Alij igitur internorum sensuum differentias astruunt ex diuersitate munerum, & operationum, quæ ab ijs administrantur, quòd videlicet earmunia, & functiones tam variæ sensus distinguunt, ac dissimiles, vt necessariò plures facultates exigant. Atque hoc multiplicandi potentias fundamentum à plerisq; in schola Philosophorum pro firmo, certoq; habetur, etsi ex eo non omnes eundem numerum internorum sensuum constituant, sed alij plures, alij pauciores. Nam Auicenna lib. 6. Naturalium parte 4. c. Algazellus in suo libello de anima tractatu 4. c. 4 Magnus Albertus lib. 2. de anima tractatu 4. c. 7. Ioannes Gandauensis 2. huius operis qu. 17. quinque faciunt internos sensus. Qui licet in numero conueniant, in eorum tamen officijs distribuendis, atq; ordinandis nō parum dissident. Etenim Algazellus, & Albertus sensum communem, qui externorum sensuum obiecta percipiat, & dignoscat, primo loco ponunt. Secundo vim imaginatricem, vt sensus communis idola conseruet, resque sensatas in earum absentia recolat. Tertio æstimatiuā, vt obiecta non sensata, v. g. odium, & amicitiā percipiat. Quarto phantasiam, vt variè inter se species coniungat, sensatas cum sensatis, vt cùm ex auro, & monte aureū montē effingit; nō sensatas cùm sensatis, vt cū hoc calidū, & vtile simul percipit: nō sensatas cū nō sensatis, vt cū agnus apprehēdit matē, vt sibi charā, & amicam. Quinto memoriam, vt cōseruet ea, quæ phantasia percipit. Auicenna aūt phantasiam tertio loco statuit. Quarto imaginatricē facultatē, atq; hāc credit nihil per se cognoscere, sed dūtaxat species à sensu cōmuni traditas apud se reponere, & cōseruare. Habēt aūt hi auctores ad hunc numerum constituendum

*Qui sensus quinq; inter nos cōstituūntur, eorūq; munia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



dum eam, quam diximus, rationẽ; videlicet, quòd quintuplex illa munerũ, functionumq; varietas æqualem potentiarũ numerum exposcere videatur.

*Quatuor à D. Tho. numerantur.*

Altera est opinio D. Thomę opusc. 43. cap. 4. & 1 part. quæst. 78. art. 4. Caietani ibidem, Auerrois hoc in lib. com. 6. Ferrariensis q. 4. & aliorum arbitrantium quatuor esse internos sensus, nempe sensum communem, cuius officia sæpè exposuimus: imaginationem, siue phantasiam, quę res sensatas inter se iungat, & sit quasi thesaurus imaginum sensus communis: cogitatiuam (in brutis æstimatiua nuncupatur,) quæ res non sensatas percipiat: & modo ante explicato componat; memoriam, quæ species non sensatas condat, seruetq;, & ex ijs recordetur. Horum philosophorum placitum similiter innititur distinctione operationum, ac munium ad potentias multiplicandas, nisi quòd illa ad pauciores potentias reuocat, vt à nobis inferiùs declarabitur.

*Galenus tres tantùm retentat.*

Tertia sententia est Galeni, qui ex triplici illa specie phrenitidis, cuius suprà meminimus, tres in ternas facultates posuit, phantasiam, quã cum sensu cõmuni cõfundit, rationem, id est, vim iudicatricem, & memoriam. Eundem numerum constituit D. Gregorius Nissenus libro 4. de viribus animæ cap. 6. & 7. D. Damascenus lib. 2. fidei orthodoxæ cap. 17. D. Nemesius de natura hominis cap. 6. D. alijq; nonnulli.

## ARTICVLVS II.

### CONSTITVITVR INTERnorum sensuum numerus ex communi Philosophorum sententia.

NOn quid in re prorsus abdita, & ambigua ex communioribus tam veterum, quàm recentium auctorũ placitis statuendum sit, aliquot assertionibus primò explicabimus; deinde aliam sententiam, quæ nobis verisimilior videtur, statuemus. Sit prima assertio.

*1. Assert. Præter sensum communem dandã esse phantasiam.*

Præter sensum cõmunem, quẽ suprà ponendum esse demonstrauimus, danda est aliqua potentia distincta, quæ species ab eo sibi demandatas cõseruet. Probatur, Etenim diuersa qualitatũ temperies, atq; adeò diuersum organum, & potentia exigitur ad imagines rerum prompte recipiendas, iisq; in præsentia obiecti vtendũ. diuersa, inquam, ab ea, quæ requiritur ad easdem in posterũ diu conseruandas. Nã humida probe excipiunt, sed non retinent: sicca, etsi ægrè recipiant, diu cõseruant. Cùm igitur constet species à sensibus externis emissas, confestim recipi ab vno aliquo sensu, in quem defertũr: cum item pleruncum sit rerum perceptarum simulacra ab animantibus saltem perfectis diu asseruari,

*Humiditas ad receptionem speciẽ. siccitas ad retentionem.*

A quod in libris Parvorum naturalium ex professo ostendimus: sit inde, vt vltra organum communis sensus, qui priori muneri obeundo destinatus est, ponendum sit aliud siccioris temperamenti, & alterius facultatis, quæ posterius officium retinendi species administret. Hæc autem est, quæ peculiari nomine phantasia, atq; imaginatrix dicitur. *Lib. de somnijs c. 1. & 2.*

Secunda assertio. Præter phantasiam danda est alia facultas sensitiua, quæ res non sensatas percipiat, easq; tum inter se, tum cum sensatis variè coniungat: & vltra hanc ponenda est alia, quæ sit quasi thesaurus specierum, quibus res eiusmodi repræsentantur. Priot pars huiusce assertionis inde ostenditur, quia cùm non solùm homines, sed etiã brutæ animantes odij & amicitiæ notiones effingant, vt ouis, quæ lupum vt sibi inimicum apprehendit: constituere oportet aliquam potentiam sensitiuam, quæ hoc munere defungatur, nempe eam, quæ in hominibus cogitatiua, in belluis æstimatiua dicitur. Esse verò hanc à phantasia distinctam argumento est, quòd dignoscere res nõ sensatas, easq; prædicto modo componere munus est altioris negotij, atque adeò potentiæ paulo nobilioris, quàm sit phantasia. Posteriorẽ partem eiusdem assertionis probat ratio illa, qua paulò ante ostendimus phantasiã à sensu communi distingui; siquidem vt phantasia sensus communis; ita memoria facultatis imaginatricis repositorium, seu thesaurus habetur. *2. Assert. Dãdam esse cogitatiuam seu æstimatiuam, & memoriam. Distingui cogitatiuam à phantasia.*

Tertia assertio. Præter quatuor prædictas facultates nihil opus est aliam quintam inducere. Hæc probatur, quia eiusmodi facultas minimè necessaria est ad obeũdas operationes, quarũ gratia à suis assertoribus inducitur. Namq; ad res sensatas in se copulandas sufficit phantasia, ad eliciendas verò nõ sensatas, easq; tum inter se, tum cum sensatis variè cõmiscendas, fatetur cogitatiua. Sed obijciat quis, Phantasia nihil operatur, sed dum taxat species sibi concreditas retinet, tuetur q;: igitur danda aliqua potentia, quæ res sensatas inter se iungat: deinde alia, quæ circa non sensatas versetur. Huic obiectioni negandũ est quod assumit. Non enim phantasia in speciebus retinendis tantummodo occupatur, sed ex ijs etiam sensiones suas promit, cũ sit potentia non solùm passiua, sed actiua; alioqui deterior foret sensu communi. Vnde & Aristoteles proximo capite docuit actum phantasiæ, siue imaginatricis facultatis esse imaginationem, reiq; notitiam. Itaque vt sensus communis externorum sensuum obiecta in eorum præsentia dignoscit, & comparat; ita & phãtasia in eorum absentia. Quin & amplius etiam aliquid præstat, vt progressu dicemus. *3. Assert. Præter 4. de signatis sensibus nullum aliũ esse concedendum. Obiect. Dilutio. Phantasia suas etiã promit sensiones.*

At obijciat rursum aliquis, cogitatiuam, quæ circa res insensatas occupatur, tractare etiam sensatas, quandoquidem interdum nõ sensatas *Obijcitur 2.*



sensatas cum sensatis iungit, imò & sensatas inter se copulare potest. Quare supervacaneam videri phantasiam. Occurrendum tamen, licet nonnunquam vlterior potentia officia prioris, saltem aliqua ex parte, administret: non ideirco priorem potentiam redundare, cum natura, præsertim in rebus materia constantibus, quæ sensim proficiunt, materiales potentias gradatim disponat, earumque officia eo ordine distribuat, qui ad functiones seriatim, ac proinde expeditiùs & magis commodè exercendas idoneus videatur. Quæ dispositio, atque ordinis commoditas meliùs seruabitur, si phantasia conseruet, atque intes se primò coniungat solas species sensatas, deinde vlteriores potentias non solum has, sed etiam nõ sensatas eliciat, & inter se copulet; tum postremò vtraque sibi traditas memoria conseruet. *Respõdetur.*

Opponit etiam è recentioribus Philosophis quidam, magis & minùs pertinere ad eandem speciem: atque adeò non videri rectè distingui memoriam à cogitatiua, quòd altera magis, altera minùs conseruet rerum imagines. Verùm hoc facilè diluitur. Nec enim existimandum est has potentias per id distingui, cùm id organi, non potentiæ sit affectio: sed nimirum ex diuersitate temperamenti, quod hæ facultates in organo exigũt (videlicet, vt vnum humidius sit, alterum siccius; vnum minùs, alterum magis retineat inusta rerum simulacra) tanquam ex quodam naturæ indicio colligitur habere illas distincta sensoria, atque adeò esse potentias diuersas. Quarum tamen distinctio à priori ex diuersitate obiectorum sumenda est; quia cogitatrix circa cogitabile, qua tale est, similiterque memoria circa memorabile insistit. *Opponitur tertio. Occurritur. Quæ sit inter cogitatiuam & memoriam distinctio.*

Verùm enimuerò etsi probabile sit, quatuor esse internos sensus, vt proxima assertione diximus, non minùs tamen probabile videtur tres solummodò esse, nempe sensum communem, phantasiam & memoriam. Hæc assertio, quæ tum à quibusdam antiquioribus, tum à multis nostræ ætatis Philosophis defenditur, ex eo suadetur, quia omnia illa officia, quę paulò ante duplici facultati, phantasiæ & cogitatrici ascribebamus, commodè reuocari possunt ad mediam illam potẽtiam, quæ phantasia nuncupatur. Etenim quanquàm res non sensatas percipere, easque tractare præstantioris notæ munus sit, quam in solas res sensatas incumbere; non proinde necessarium videtur ad hæc duo ministeria exhibenda plures affiscere facultates; cùm vna eademque vis, vt in nostro patet intellectu, alias magis, alias minùs nobiles operationes administret. Nec omnino oportet in his potentijs, esto materiales sint, tantam interponere varietatem. *Probabile admodũ est, tres tantùm numerãdas esse potentias.*

## ARTICVLVS III.

### INDVCITVR ALIA QVAEdam minùs communis opinio, quæ tamen cæteris probabilior iudicatur.

SVperiori articulo quid de internorum sensuum numero ex communi auctorum placito decernẽdum foret, statuimus. Cæterùm alia quædam est opinio, etsi non antiquitati, vt quibusdam videtur, certè veritati magis consentanea, quam præter alios nostræ ætatis nobiles Philosophos defendit Fons. lib. 5. Metaph. cap. 28. qu. 7. sect. 4. asserẽs duas tantùm esse potentias sensitiuas internas; sensum cõmunẽ & phantasiã. Quę sententia sic tuẽda à nobis est; vt dicamus sensum cõmunem fungi ijs muneribus, quæ illi superiùs attribuimus; phantasiam verò reliquis omnibus, quę alijs sensibus internis delegabamus. Ita vero esse ex eo conuincitur, quia nulla ratio cogit plures sensus constituere, vt facilè videbit qui ad dilutionem argumentorum, quæ plures suadebant, animum attenderit. Nam quòd omnia cogitatricis facultatis munia ad phantasiam reduci possint, iam suprà ostendimus. Quòd autem memoriæ officium, quod vnum restabat, ab eadem sustineri queat; imò quòd illa id re ipsa administret, ea ratio probat; quia in primis ad retinendas rerum imagines nihil opus est organo omnino diuerso, sed distincta eiusdẽ organi parte, quæ siccitate magis abundet, firmiusque retineat, vt quibusdam placet. Vel, quod nobis videtur, dicendum potiùs cum Fernelio lib. 5. suæ Physiologiæ, & Theophilo ad text. 162. in vna eademque organi parte recipi denuò species ad cogitandum, & ad vsum memoriæ: quia id organum tali præditum est temperamento, vt recens illapsas rerum imagines, quantum opus sit ad confestim ijs vtendum, mox imbibat, & vt eas quoque diu seruare queat: præsertim si vel vno actu vehementi, vel iterata eiusdem rei apprehensione, altè firmiterque infigantur. Licèt enim antea iuxta communem sententiam diximus oportere dari sensiterium humidum ad recipiendas primò species; aliud verò siccum ad seruandas: quia nimis humida facilè recipiunt, & non retinent; nimis sicca ægrè recipiunt, & diu conseruant: nobis tamen videtur posse dari temperamentum ea mediocritate, vt & nõ difficilè recipiat, & recepta diu retineat. Nam quòd typi in eadem organi parte inurantur, & maneant, non ad vsum memoriæ solùm, sed etiam ad alia officia obeunda, probari ex eo potest, quia aliquando cùm volumus sensu interno discurrere circa ea singularia, quæ ante aliquot annos apprehendimus, oportet nos ex habitu nostro aliunde, id est, è thesauro memoriæ species cire, & euocare: quod admodum improba- *Sufficere duo sensus, vbi plures sensus constituere, vt facilè videbit qui ad dilutionem argumentorum, quæ plures suadebant, animum attenderit. Nam quòd omnia cogitatricis facultatis munia ad phantasiam reduci possint, iam suprà ostendimus. Quòd autem memoriæ officium, quod vnum restabat, ab eadem sustineri queat; imò quòd illa id re ipsa administret, ea ratio probat; quia in primis ad retinendas rerum imagines nihil opus est organo omnino diuerso, sed distincta eiusdẽ organi parte, quæ siccitate magis abundet, firmiusque retineat, vt quibusdam placet. Vel, quod nobis videtur, dicendum potiùs cum Fernelio lib. 5. suæ Physiologiæ, & Theophilo ad text. 162. in vna eademque organi parte recipi denuò species ad cogitandum, & ad vsum memoriæ: quia id organum tali præditum est temperamento, vt recens illapsas rerum imagines, quantum opus sit ad confestim ijs vtendum, mox imbibat, & vt eas quoque diu seruare queat: præsertim si vel vno actu vehementi, vel iterata eiusdem rei apprehensione, altè firmiterque infigantur. Licèt enim antea iuxta communem sententiam diximus oportere dari sensiterium humidum ad recipiendas primò species; aliud verò siccum ad seruandas: quia nimis humida facilè recipiunt, & non retinent; nimis sicca ægrè recipiunt, & diu conseruant: nobis tamen videtur posse dari temperamentum ea mediocritate, vt & nõ difficilè recipiat, & recepta diu retineat. Nam quòd typi in eadem organi parte inurantur, & maneant, non ad vsum memoriæ solùm, sed etiam ad alia officia obeunda, probari ex eo potest, quia aliquando cùm volumus sensu interno discurrere circa ea singularia, quæ ante aliquot annos apprehendimus, oportet nos ex habitu nostro aliunde, id est, è thesauro memoriæ species cire, & euocare: quod admodum improba- Potest dari tale temperamentum in eadem potentia, vi specierum commutatis, & recipiat, & retineat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



bile & fictitium videtur; atq; indignum præ- A stantia æstimatricis facultatis, quam certè rerum typis carere minimè conuenit. Itaque nec videtur necessariò requiri diuersitas sensorij ad memoriam, quo potissimùm iudicio illius ab alijs potentijs distinctio arguebatur; imò nec diuersa pars in eodem organo. Quare nō est cur putemus memoriam ab alijs potentijs situ, aut naturā distingui.

*Non esse necessariā duplicem memoriam.*

Præterea quòd non sit duplex thesaurus, alter specierum sensatarum, alter insensatarum, vt plerique aiunt, ea ratio probat, quia eadem facultas, vt ijdem conceduntˌ ex speciebus sensatis elicit non sensatas, easque inter se variè iungit, & componit. Item eadem, cùm reminiscendi actum exercet, sæpè à rebus sensatis ad insensatas, & contrà ab his ad illas discurrit: id autem præstare saltem promptè & expeditè non posset, nisi tam harum, quàm illarum species, à quibus sensionem elicerent, in se ipsa retineret. C

*Aristotelicæ doctrinæ consona ostenditur hæc sententia.*

Denique quòd hæc nostra opinio Peripatetico dogmati non repugnet, ex eo ostenditur, quia Aristoteles cap. 2. & 3. huius libri, potentias sensitiuas internas accuratè inuestigauit, nō plures inuenit, constitutiue quàm duas; videlicet sensum communem & phantasiam. Nec obstat quòd vnum librorum, qui Parua Naturalia nuncupatur, de Memoria & reminiscentia inscripsit. Non enim id propterea fecit, quòd facultatem memorandi à D phantasia situ, vel specie abiungeret. Nam ex pitce primo eiusdem libri actum memorandi collocat in ea parte animæ, id est, in ea potentia, in qua imaginatrix ac phantasia residet. Inscriptionis ergo causa fuit, qa agebat inibi de actu memorandi, secundùm quem hæc potentia appellationē memoriæ sortitur, quemadmodum & phantasia vocatur, quòd in ea res apparentes non quouis modo, sed ita vt sensilibus digressis, eorū notio maneat, sicuti E explicauit Aristoteles proximo superiori capite, tex. 162.

Erit tamen qui roget, Si tantoperè nobis internorū sensuum arridet paucitas, cur non omnes ad vnum reducamus. Respondemus, Alensem quidem 2. part. quæst. 70. memb. 2. concedere re vera non esse plures potentias, etsi ob diuersitatem modi operandi plures dicantur. Sed ne ita arbitremur, obstat in primis auctoritas Aristotelis, qui capite citato à text. 55. probauit phantasiam esse facultatem simpliciter diuersam à sensu communi. Deinde obstant hæ rationes: primùm, quia diuerso modo immutatur sensus communis & phantasia: nam ille immediatè à sensibus externis immutatur: hæc non nisi mediatè, & interuento illius. Item, ille præsentia duntaxat obiecta, ac simul cum sensibus externis apprehendit, hæc etiam ijs cessantibus, & remotissima percipit. Ille tantùm sensata; hæc etiam non sensata dignoscit, administratq; alias fun

*Phantasia ex varietate munerum multiplex potentia dici potest.*

*Cur nō vnus tantùm internus sensus concedatur.*

ctiones sibi peculiares, de quibus suprà.

Manet ergo ex superiori disputatione duas tantummodò esse internas sentiendi facultates, sensum communem & phantasiam, quæ ex officiorum diuersitate non solùm varia sortitur nomina, vt suprà monuimus, sed etiam quasi multiplex potentia, non natura & specie, sed operationum fœcunditate dici potest. Quo pacto aiunt nonnulli interpretandum esse Galenum, videlicet ex triplici specie phrenitidis, non tres potentias distinctas, sed triplicem eiusdem facultatis operationem, quæ triplici morbo phreneticos lædi queat, intellexisse. Quibus adstipulantur verba eiusdem Galeni lib. 2. de Musculorum motu, vbi vnam eandemque potentiam statuit phantasiam & memoriam.

## ARTICVLVS IV.

### *DE SEDE INTERNORUM sensuum.*

IN posterum de internis potentijs sensitiuis, iuxta eum numerum, quem paulò antè decreuimus, philosophabimur; quanquam alibi reiecta eius rei in hunc locum diligentiori perscrutatione, ex communi sententia plures duobus posuerimus. Quòd ad præsens dubium attinet, de internorum sensuum loco agit Auicenna Fen. 1. primi doctrina 6. capite 5. Hetius Sermone 2. Tetrabli 2. cap. 2. Fernelius in libro de Natural. facult. cap. 10. D. Thomas 1. part. quæst. 78. art. 4. & opuscul. 43. cap. 4. & alibi.

*Improbatur sententia, quæ sensus collocat in spiritibus.*

D. Nemesius in libro de Naturā hominis, cap. 6. & D. Damascenus lib. 2. Fidei, cap. 19. & 20. collocant sensus internos in spiritibus. Sed hæc sententia non placet, quia vt libro 1. de Ortu & interitu, ex professo ostendimus, spiritus non sunt animati, at potentiæ vitales, ex quibus anima suas elicit functiones, non nisi in corpore, quod ab ipsa anima informatur, inesse debent. Reliquum est ergo, vt prædicti sensus resideant in cerebro. Verùm dubitari solet à Medicis, vtrum in cerebri medulla, an in eius membranulis, seu inuolucris, quæ Meninges vocantur, insint. Fernelius in membranulis esse ait, eo nixus argumento, quòd cerebri medulla tangendi sensu careat, membrana autem, ea præsertim, quæ crassior est, tactu valeat exquisitissimo. Quæ omnia vulnerata, apertaque calua, contrectantibus deprehensa fuisse inquit, & in morborū eventis declarata: siquidem in phrenitide, delirio & lethargo, læsa cerebri medulla nullus plerumque dolor affligit: at si vel minima occasio, aut humoris, aut etiam vaporis acrioris in meninges inferatur, grauis dolor excruciat. Galenus tamen, cuius sententia magis probatur, lib. 7. de Placitis, sensus internos constituit

*Fernelius in membranulis cerebri eos constituit.*



stituit in ipsa cerebri medulla, vt in præcipua A sede, è qua propagantur nerui, per quos sensibilium rerum imagines inuehuntur. Meninges verò ait datas à natura ad substantiā illam continendam coërcendamque. Nec Fernelij 1. ratio concludit. Primùm, quia medulla cerebri sensu tactus non omnino caret, licèt obtusè ac tenuiter sentiat. Deinde, quia temperamentum, quod tactum propter mollitudinem aqueam minùs iuuat, potest respectu 2. internorum sensuum maiorem habere commoditatem.

*A Fernelio nec situ, nec loco huiusmodi sensus distinguuntur.*

Sed est adhuc controuersia in quanam ipsius medullæ parte, quàve discretione hi sensus repositi sint. Fernelius nullibi situ loco ve eos distingui patitur: & excludendam atque euertendam esse contendit aduersatiam opinionem, vt absurdam & futilem, etsi iuniorum propè omnium sit. Quæ ex Arabum, inquit, factione primùm orta, nullis rationibus stabilita, partim ficta pueriliter, partim effutita temerè, ita demùm iactationem habuit in populo. Et paulò infrà; Si Aristotelis & Peripateticorum rationibus illi non cedunt, audiant saltem vniuersam Græcorum Medicorum familiam, qui omnes ad vnum ijsdem principijs informati; læsā memoriā non modò occipiti, sed toti cerebro remedia adhibere iubent: id ratum habentes, partem animæ φαντασίαν, quæcunque ea sit, hanc eandem & recordari, & rerum impressiones conseruare. Hæcille, qui non est cur tantoperè deijciat contrariam opinionem, quæ plura internis sensibus organa assignat; cùm eam grauissimi Philosophi, D. Thomas & Magnus Albertus, alijque non pauci sucantur. Nos ergo quasi media insistentes via, vt non plures, nec pauciores sensus internos specie distinctos, quàm duos facimus: ita non plum pauciorāve illis, quàm duo instrumenta deputamus. Sensum ergo communem statuimus in anteriori parte cerebri, ad quam viæ quædam & foramina patent, per quæ extrinsecus hausta, rerum simulacra commeant, qui etiam cerebri locus paulò humidior est, atque ita ad recipiendum expeditior. Phantasiam verò in toto reliquo cerebro collocamus, vbi compositio illa, de qua antèa diximus, huic potentiæ maximè idonea, videlicet ex sicco & humido attemperata existit.

*Danda 12. nerui est satis distincte, & ostenditur ij illaſi.*

*Obiectio.* Sed iam aliquis vrgeat videri memoriam in occipitio tantùm esse, quia ibi percussos F rerum cepit oblutio; quo argumento nos ad eam sententiam confirmandam alibi vti futimus. Occurrendum tamen non ideirco eo vulnere læsum duntaxat memoriam, & inibi ea sola residere, quam nos nec loco, nec natura à phantasia abiungi ostendimus: sed quia non quicquid potentiam quoad vnam operationem lædit, continuo eandem quoad cæteras offendit, vt iam suprà monuimus. Quod annotauit etiam Fernelius in libro de Fun-

*Diluitio.*

## ARTICVLVS V.

### *QVI SENSVS INTERNI, quibus competant animantibus.*

PRotò non omnes internè sentiendi facultates cunctis insunt animantibus, etsi nullum sit, quod careat sensu communi, vt antèa cùm de illo priuatim à nobis sermo haberetur, docuimus. Quòd verò ad phantasiam attinet, si spectetur secundùm actus componendi, diuidendi & discurrendi circa singularia, quos illi concedendos esse proxima quæstione statuemus; notum est eam ita sumptam haudquaquam belluis conuenire. Si item consideretur quoad actum memorandi, pro certo constantique habetur, illam non omnibus brutis competere: cùm nec omnia loca eiusmodi sint elicere species insensatas, ex sensatis non solis perfectionibus animantibus conuenit. Tertiò, cùm apes ad alueoria, & formicæ ad myr-

*Phantasia qua ratione accepta sola homini conueniat.*

*Phantasiam nō omnibus animalibus inesse.*

*Obiectio 2.*

2.

3.

mecias

Universidad de Deusto
Biblioteca



mecias suas reuertantur, negari non potest habere illas memoriam; & tamen nō habent imaginationē, vt docuit Aristot. proximo cap. tex. 106. non ergo omnia bruta, quę memoria pollent, imaginandi actum exercent.

*Ad 1. obiect.* Ad primum horum, dicendum imaginationem, si prēsiē ac propriē sumatur, prout de illa hoc loco egimus, camq; à phantasia perfecta minimè separauimus, non omnibus brutis inesse: si latè, vt etiam sensum communem comprehendit, in cunctis reperiri: ac iuxta posteriorem hanc notionem accipi ab Aristotele locis in argumēto citatis. *Ad 2.* Ad secundum, bruta illa deterioris conditionis nequaquam elicere species insensatas ex sensatis; fugere tamen aduersarium ex instinctu, qui in eis est modus quidam iudicij obscurioris, quàm id, quòd belluæ perfectiores formare consueuerunt. *Ad 3.* Ad tertium, relicta Auctorum controuersia, circa eius loci explicationem, de qua D. Thomas, Aegydius, Thienēsis, Ianudunus, Albertus, Auctores, dicito Aristotelem negare apibus & formicis imaginationem, seu phantasiam non quamlibet, sed eam, quę coniuncta est cum aptitudine ad capessandam aliquo modo disciplinam, quæ phantasia conuenit elephantis, equis, & quibusdam alijs, quę docilia dicuntur, quatenus voce hominis quasi docētis assuescunt ad faciendum aliquid; quæ tamen docilitas neque apibus, neque formicis conuenit, esto quandam veluti Reipubl. formam seruent.

*Lege Arist. li. 1. de Hist. anim. cap. 1. Plinium li. 11. cap. 3.*

## QVAESTIO II.

### AN ALIQVIS INTERNVS sensus diuidat, componat, discurrat.

### ARTICVLVS I.

### ARGVMENTA PARTIS negatiuæ.

*Sensus quæstionis.* NOn quærimus hoc loco de compositione & diuisione, qua propositiones conficiuntur ex terminis communibus, nec de discursu, qui ex ijs constat. Planum est enim, & alibi à nobis demonstratū, cognitionem vniuersalium rerum non cadere in potentias organo corporeo affixas; sed in solam vim intellectricem. Tantùm ergo in quæstionem vocamus, num aliquis de internis sensibus propositionem ex terminis singularibus formet, & circa singularia discurrat. De internis, inquam, sensibus hominum, non belluarum. Nam hæ operationes si sensibus insint, non eis per se competunt, sed ex defluxu, & vicinia rationis, à qua bruta longè abiunt.

Igitur pro parte negatiua hæc argumenta occurrunt. Primò, Minus est potentiam reflecti supra suum actū, aut cognoscere proportionem mediorum ad finem, quàm componere & diuidere, sed illa nulli sensui conueniunt, vt alibi ostendimus: ergo neq; hoc. Secundò, In qualibet propositione datur copula prædicati cum subiecto, quæ est relatio rationis; sed in sensu neq; relatio rationis dari potest, neque ab eo percipi, cùm ad rationem duntaxat, & ad intellectum pertineat, nō potest igitur in sensu dari propositio. Tertiò, Si sensitiua potentia discurreret, præberet assensum propositioni à se confectæ; atque adeò propositionem ipsam, & ex consequenti suum proprium actum cognosceret; sed sensus nō recipiocatur supra suum actum: ergo non discurrit. Quartò, Nulla facultas potest discurrere, nisi cui notæ sunt communes illæ regulæ & principia, quibus omnis discursus innititur; nempe dici de omni, & dici de nullo, sed hæc effugiunt sensus notitiam, cùm terminis constent communibus. Nulla igitur facultas sensitiua potest discurrere. Postremò, accedit testimonium Aristotelis hoc in lib. cap. 6. text. 22. vbi docet compositionem & diuisionem, atque adeò & discursum esse functiones propias intellectus.

1. arg. ℣ 9. negatiuæ

2. Phys. c. 9. q. 4. art. 3. & hoc lib. c. 2. q. 1. art. 2.

2.

3.

4.

### ARTICVLVS II.

### PROPOSITAE DIFFICVLtatis enodatio.

QVoniam probabilius iudicauimus duos tantùm esse internos sensus: ad huius sententiæ normam propositam controuersiam dijudicabimus. Sit prima conclusio: Sensus communis nō componit, nec diuidit, aut discurrit. Hæc videtur firmata consensu auctorum omnium, exceptis ijs, qui sensum communem cum reliquis sensibus natura & specie confundunt. Probatur autem ex eo, quia si internus aliquis sensus ad hæc munia promouetur, id tantùm obtinet, vt tam supra dicebamus ex defluxu intellectus, ad quem dignitate proximè accedit, & cui immediatè ministrat. At sensus communis neque dignitate primus est inter sensus, vt ex superioribus liquet, neq; intellectui immediatè exhibet ministerium, vt suo loco ostendemus. Non est igitur, cur dicamus prædictas operationes communi sensui tribuendas. Si quis autem obijciat sensum communem non solùm obseruare functiones externorum sensuum eorumque obiecta, sed constituere inter illa discrimen, eaque dijudicare, vt superiùs docuit Aristoteles. Vnde etiam à D. Gregorio lib. 11. Moralium cap. 8. sensus communis iudex cerebri dicitur, illis verbis; Cùm vnus sit iudex sensus cerebri, qui intrinsecùs præsidet, per meatus tamen proprios quinque

1. *Assertio. Sensus communis non cōponit, nec diuidit, nec discurrit.*

*Arguitur contra.*



*Respōdetur.* que sensus discernit. Quare cùm hoc non videatur fieri absque compositione vnius cum altero, necessariò fatendum videtur, communem sensum propositiones formare. Respondendum erit iudicium tuiserim sumi. Primùm, pro quauis simplici potentiæ cognitione attingente obiectum sibi conueniens, esto ipsam conuenientiam non discernat, quo pacto dixit Aristoteles lib. 2. Poster. cap. vlt. & lib. 2. Topic. cap. 2. sentire esse aliquo modo iudicare, & hoc in lib. cap. 2. text. 138. visu nos B diiudicare tenebras & lumen: de quo etiam iudicio loquitur D. August. lib. 6. Music. cap. 4. & de Vera religione, cap. 32. & 33. cùm ait, sensibus esse naturalia quædam iudicia, quibus sensibilia iudicant. De quo item Richardus in 2. d. 24. q. 2. circà 3. princ. interpretatur illud ex cap. 12. lib. Iob. Nonne auris verba dijudicat? Secundò accipitur iudicium pro cognitione item simplici, qua tamen & obiecti conuenientia, & cognatio atq; discrimen inter res aliquas dignoscitur. Tertio pro iudicio enunciatiuo. Quibus positis dicimus, esse iudicium tertij generis non sit in nobis absq; propositione; iudicium tamen primo & secundo modo sumptum absque illa dari. Talia verò esse iudicia, quæ ad sensum communem pertinent.

*Triplex assignatur iudicium.*

*Intellectus vtitur vniuersalibus ex quibus vim particularem appellatur.*

2. *Assertio. Capessio, discursus, ac diiudicium phantasia non negamus circa singularia.*

Secunda conclusio: Phantasia potest ex vtroque termino singulari propositiones conficere, & circa singularia ad illius obiectum D pertinentia discurrere. Hæc est D. Thomæ 1. par. quæst. 78. art. 4. ad 5. & in opusculo de Potentijs animæ, cap. 4. & in secunda secundæ quæst. 47. art. 5. & Caietani ibidem, Gregorij in 1. dist. 3. quæst. 1. art. 1. Capreoli in 1. dist. 35. quæst. 2. & in 3. dist. 36. quæst. vnica, artic. 3. ad 4. princ. & 4. dist. 10. quæst. 4. art. 3. Marsilij in 2. quæst. 16. cap. 1. Gabrielis quæst. 1. Prologi, art. 2. Alensis 2. par. quæst. 67. m. 1. Camerācensis quæst. 3. Prologi, art. 1. Soncinatis 10. E Metaphys. quæst. 16. Ferrariensis hoc in libro, q. 9. Auctoris 2 huius operis, comm. 62. Auicennæ lib. 6. Natur. par. 4. cap. 1 & aliorum.

Docet ergo D. Thomas locis citatis, vim cogitatiuam (quam nos à phantasia non distinguimus) eam in homine habere excellentiam, vt componat, & diuidat, ac syllogismo e terminis singularibus compositio vtatur: non quasi, vt paulo ante diximus, id merito sensitiuæ partis obtineat, sed ex defluxu rationis participe, tanquam ex eodem fonte dimanans, F eiq; proximè coniungitur, quoad ea est sensitiuæ parti, vnde est quod intellectus ratio vniuersalis, cogitatiua ratio particularis, & intellectus passiuus dicti coniuncti vt etiam D. Thomas quæst. 81. artic. 3. primæ partis, & in quæst. de Anima, artic. 13. animaduertit, habeturque ex Aristotele lib. 3. huius operis, cap. 5. text. 26. Probatur autem hæc opinio ex eo posse, quia vt appetitus sensitiuus in homine, ob copulationē, quam cum voluntate habet, & quia ex eadem anima rationali oritur, nonnihil participat libertatis, vti communis Theologorum & Philosophorum doctrina statuit; ita consentaneum est, vt cogitatiua ex intellectricis potentiæ consortio aliquid rationis adipiscatur; præsertim cùm supremum inferioris naturæ soleat attingere infimum superioris, vt D. Dionysius cap. de Diuinis nominibus ait. Accedit testimonium Aristotelis lib. 1. Metaph. cap. 1. & lib. 2. Poster. cap. vlt. vbi memoriæ sensitiuæ ratiocinationem concedit, & in libro de Memoria & reminiscentia, cap. 2. vbi affirmat reminiscendi actum, quem sensitiuæ memoriæ attribuit, esse veluti syllogismum, quo vnū ex alio disquiritur. Vnde D. Thomas, qui memoriam à cogitatiua diffungit, non solùm cogitatiui potentiæ, sed etiam memoriæ prædictum discursum attribuit, vt constat ex ijs, quæ tradit loco citato primæ partis.

*Probatur assertio.*

Obijcies tamen aliquis: Homo vt prius *Obiectio.* natura est sensitiuus, quàm rationalis, ita sentiendo, quàm intelligendi vim prius natura consequitur; atque prius origine phantasia ab anima oritur, ac perficitur, quàm intellectus: non potest ergo phantasia ex consortio & defluxu rationis quæ in eo naturę momento nondum est, eam quam dicimus, præcogitatiuam sortiri. Sed occurrendum, quemad- *Diluitur.* modum rationalis anima prius natura accipit esse, quàm corpori vniatur, ita prius natura fluere ab eo potentias, quæ ipsi inhærent, nec dependent à corpore, quàm eas, quæ ab eo non dimanant, nisi post coniunctionem cum materia, in quam recipiuntur: sicque non prius natura orti phantasiam, quàm intelligendi vim. Nec refert quod illud animæ, quicquid sit, à quo partiatim sumitur gradus sensitiui, antecedat natura id, à quo sumitur gradus rationalis. Alia namque est conditio illius, cùm liceat non pendeat à corpore; alia facultatum sentientium, quæ cùm in organo sint corporeo, necessariò vt organati, animæ cum corpore vnionem præexigunt: atque adeò quoad actualem emanationē posteriores natura sunt facultatibus spiritualibus, quarum ortus eam copulationem minimè requirit.

### ARTICVLVS III.

### SOLVTIO ARGVMENTORVM primi articuli.

*Ad 1. arg.* HVnc ad arumēta initio proposita respondeamus. Ad primū dicimus, mutuo quodammodo esse reflecti supra suum actum, & cognoscere proportionem mediorum ad finem, quam componere & diuidere, quia cognitio illa mediorum solùm competit potentiæ humanarum actionum directiui, qualis

C est

Universidad de Deusto Biblioteca



est intellectus: reflexio etiam præter libertatem requirit exemptionem à materia, quam non habent potentiæ organis affixæ. Alij tamen inquiunt, vt phantasia humana propter coniunctionem intellectus componit & diuidit, ita non esse absurdum eidem reflexionem aliquam supra suum actum concedere. Sed prior solutio communi sententiæ magis congruit. *Ad 2.* Ad secundum dicito copulam prædicati cū subiecto, formaliter sumptam esse relationem quandam rationis, materialiter autem esse ipsos terminos, inter se iunctos: vt à phantasia propositio formetur, sat esse percipi ab illa copulam materialiter, nec oportere, vt ab eadem concipiatur relatio illa; quemadmodum nec relationes, quæ consequuntur actus quosdam voluntatis, existunt in eisdem actibus, sed in intellectu concipiente. Quicquid velit Scotus in libro primo, distinctione quadragesima quinta, quæstione vnica, cuius opinio alibi confutanda erit. *Ad 3.* Ad tertium respondemus, vt phantasia assensum præstet alicui propositioni, non opus esse vt ipsam propositionem, suumque actum formaliter & expresse cognoscat: cum nec ipse intellectus, dum propositionibus à se formatis assentitur, necessariò intelligat suos illos actus. Nimirum sat est potentiam ferri per iudicium in obiectum à se cognitum: esto in actus ipsos cognoscendi expresse non tendat. *Ad 4.* Ad quartum negandum est quod assumit. Non enim necesse est principia illa cognosci à potentia, quæ tantum discurrit ex singularibus; sed ab intellectu, qui conficit ex terminis vniuersalibus syllogismos, ad quos regulæ illæ, & communia principia spectant. *Ad vltimū.* Ad vltimum, dic Aristotelis sententiam eo loco tantùm esse soli intellectui per se conuenire compositionem, diuisionem & discursum. Quod non obstat, quominus idem in gradu aliquo inferiori competat, etiam phantasiæ non per se, sed ob coniunctionem cum intellectu. Ex qua etiam solutione colliges non esse cur phantasia hominis distinguatur specie ab equi phantasia: quia cùm eiusmodi operationes non per se, ac per id quod est proprium sensitiuæ partis; sed ex accidente, & ob eius beneficio ei competant, nequaquam inde naturæ distinctio rite arguitur, vt animaduertit D. Thomas prima parte, quæst. 78. artic. 4. in responsione ad 5 argumentum.

*Phantasiam hominis non differre specie à phantasia bruti.*

ΚΕΦ. δ.

Περὶ δὲ τοῦ μορίου τοῦ τῆς ψυχῆς, ᾧ γινώσκει τε ἡ ψυχὴ καὶ φρονεῖ, εἴτε χωριστοῦ ὄντος, εἴτε καὶ μὴ χωριστοῦ κατὰ μέγεθος, ἀλλὰ κατὰ λόγον, σκεπτέον τίν' ἔχει διαφοράν, καὶ πῶς ποτε γίνεται τὸ νοεῖν. εἰ δή ἐστι τὸ νοεῖν ὥσπερ τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ πάσχειν τι ἂν εἴη ὑπὸ τοῦ νοητοῦ, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον. ἀπαθὲς ἄρα δεῖ εἶναι, δεκτικὸν δὲ τοῦ εἴδους, καὶ δυνάμει τοιοῦτον, ἀλλὰ μὴ τοῦτο· καὶ ὁμοίως ἔχειν, ὥσπερ τὸ αἰσθητικὸν πρὸς τὰ αἰσθητά, οὕτω τὸν νοῦν πρὸς τὰ νοητά. ἀνάγκη ἄρα, ἐπεὶ πάντα νοεῖ, ἀμιγῆ εἶναι, ὥσπερ φησὶν Ἀναξαγόρας, ἵνα κρατῇ, τοῦτο δ' ἐστὶν ἵνα γνωρίζῃ· παρεμφαινόμενον γὰρ κωλύει τὸ ἀλλότριον καὶ ἀντιφράττει· ὥστε μηδ' αὐτοῦ εἶναι φύσιν μηδεμίαν, ἀλλ' ἢ ταύτην, ὅτι δυνατόν.

ὁ ἄρα

CAP. IV.

*DE animæ autem ea parte, qua cognoscit, atque sapit, siue sit separabilis, siue non separabilis magnitudine sed ratione, considerandum deinceps est, quam differentiam habet, quoque pacto tandem sit intelligere.* Text.1. b *Si igitur ipsum intelligere sit, vt sentire, aut pati quoddam, erit ab ipso intelligibili, aut aliquid aliud tale.* Text.2. c *Vacare igitur ipsam passione sed formæ susceptiuam esse oportet, & potentia talem, sed non illam esse, & similitudinem subire cum sensu, vt quemadmodum se habet ad sensibilia sensus, sic se habere ad intelligibilia intellectum.* Text.3. d *Quare necesse est ipsum, cum vniuersa intelligat, non mistum esse, sicut Anaxagoras dixit, vt superet, atque vincat, id est, vt cognoscat, atque percipiat: alienum namque, cum apparet iuxta, prohibet atque eiungit. Quo fit, vt neque vlla sit ipsius natura, nisi ea solum quæ possibilis est.* Text.4.

e Igi-

## CAPITIS QVARTI EXPLANATIO.

ARabes tertij libri principium hinc fecêre: Græci verò Interpretes tertio ab hinc capite, quorum nos secuti fuimus sectionem. Postquam igitur Aristotel. de sensitiuis animæ potentijs tam externis, quàm internis disseruit, nunc ad aliam de anima considerationem, quæ multo sublimior est, ascendit. Ait verò agendum sibi de ea animæ parte, quæ cognoscit, & sapit, hoc est, de intellectu: de quo duo proponit explicanda. Alterum est, quo pacto à cæteris animæ potentijs distinguatur. Alterum quomodo fiat intellectio.

a *De animæ autem ea parte.*] Philoponus per animæ partem significari putat animam intellectiuam, quæ est pars, id est, species quædam animæ. Simplicius, Themistius, Diuus Thomas & alij, quorum interpretatio germanior est, per partem designari inquiunt animæ facultatem, seu potentiam, quæ est intellectus, per quem anima intelligit, & sapit. De hoc verò

*Quid per partem animæ intelliget Aristot.*

vero



verò disputandum sibi inquit, siue sit separabilis, magnitudine, id est, re ipsa, & subiecto; siue non sit subiecto separabilis, sed ratione tantùm. Hoc autem adiecit, vel quia ad duo illa, quæ tractanda statuit, controuersia de intellectus separatione parū facere videtur. Vel quia vtcumque res habeat, duo illa de intellectu necessariò consideranda sunt. Philoponus & Simplicius aiunt Aristotelem hisce verbis suum proponere institutum, ita vt tria explicare velit, quorum primum sit, an intellectus possit separari, necne. In quo tamen ipsi dissentiunt; dum Philoponus quæstionem hanc intelligit de separatione à corpore, vt sit sensus, an intellectus sit separabilis magnitudine, id est, an sit immortalis, & extra corpus manere queat. Simplicius autem an intellectus subiecto, & loco à cæteris animæ potentijs abiungatur, vt Plato credidit. Magis tamen placet, vt dicamus Aristotelem tantùm duo illa, quæ diximus, examinanda proponere.

b *Si igitur ipsum.*] Omissa interpretum discrepantia, huius loci sententia esse videtur; quoniam intelligere se habet vt sentire (sunt enim valdè cognata) quemadmodum sentire est pati, aut si nolis passionē vocare, quidpiam aliud tale est; ita & intelligere. Nec enī aliquod horum passio propriè nominatur: cum hæc propriè tantùm cadat in ea, quæ interitum subeunt.

c *Vacare igitur.*] Ex similitudine, quæ inter sensum & intellectum est, colligit tria in intellectu dari, qui in sensu reperiuntur. Primum est, intellectum esse expertem passionis, eius videlicet, quæ corruptionem infert. Secundum, intellectum esse natura aptum ad recipiendas formas, siue rerum imagines. Tertium, intellectum esse formam potentia, non actu, ita vt sensus, quemadmodum materia ex se est pura potentia in genere naturalium, ita intellectus in genere intelligibilium: quandoquidem ex se nullis rerum imaginibus consignatus est, consignari tamen iis potest. Quod autem adijcit, vt quemadmodum se habet sensus, &c. Comprehensio quædam est omnium, in quibus intellectus cum sensu conuenit.

*In tribus cōuenire intellectum cum sensu.*

d *Quare necesse est.*] Declarat naturam intellectus possibilis, docens illum nec corporeum esse, nec rebus corporeis mistum, aut ex iis concretum. Vbi aduerte, antiquorum nonnullos putasse intellectum ex omnibus principijs coaluisse, vt intelligeret omnia, quod fuit dogma Empedoclis. Contra verò Anaxagoram censuisse intellectum esse cuiusdam simplicis naturæ, nihilque rerum corporearum in se habere. Huius verò sententiam commendat hoc loco Aristoteles, aitque, Cùm intellectus omnia intelligat, esse in potentia omnia, id est, ad recipiendas omnium intelligibilium imagines: & eis quodammodo dominari. Nam si quid eorum esset, percipere omnia non posset; quia vt cum alienum quid est in potentia, syncerum aliorum perceptionem impedit, sicuti patet in gustu, cuius si organum bilioso humore affectum sit, aliarum rerum saporem non dignoscit: ita si aliquod corpus esset intellectui connaturale, vel potius si intellectus esset alicui corpori tanquam organo congenitus, certè ne omnia intelligeret, impediretur. Porrò quam vim habeat hæc probatio Aristotelis, & quo pacto intelligi debeat id, quod est intus, impedire potentiæ cognitionem, iam alibi in hoc opere fuit à nobis declaratum.

*Intellectum possibilē nō esse quid corporeum.*

*Intellectum esse omnia potentia.*

ὁ ἄρα καλούμενος τῆς ψυχῆς νοῦς (λέγω δὲ νοῦν, ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή) οὐθέν ἐστιν ἐνεργείᾳ τῶν ὄντων πρὶν νοεῖν. διὸ οὐδὲ μεμῖχθαι εὔλογον αὐτὸν τῷ σώματι· ποιός τις γὰρ ἂν γίγνοιτο, ψυχρὸς ἢ θερμός, κἂν ὄργανόν τι εἴη, ὥσπερ τῷ αἰσθητικῷ· νῦν δ' οὐθέν ἐστιν. καὶ εὖ δὴ οἱ λέγοντες τὴν ψυχὴν εἶναι τόπον εἰδῶν, πλὴν ὅτι οὔτε ὅλη ἀλλ' ἡ νοητική, οὔτε ἐντελεχείᾳ ἀλλὰ δυνάμει τὰ εἴδη. ὅτι δ' οὐχ ὁμοία ἡ ἀπάθεια τοῦ αἰσθητικοῦ καὶ τοῦ νοητικοῦ, φανερὸν ἐπὶ τῶν αἰσθητηρίων καὶ τῆς αἰσθήσεως. ἡ μὲν γὰρ αἴσθησις οὐ δύναται αἰσθάνεσθαι ἐκ τοῦ σφόδρα αἰσθητοῦ, οἷον ψόφου ἐκ τῶν μεγάλων ψόφων, οὐδ' ἐκ τῶν ἰσχυρῶν χρωμάτων καὶ ὀσμῶν, οὔτε ὁρᾶν οὔτε ὀσμᾶσθαι· ἀλλ' ὁ νοῦς ὅταν τι νοήσῃ σφόδρα νοητόν, οὐχ ἧττον νοεῖ τὰ ὑποδεέστερα, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον· τὸ μὲν γὰρ αἰσθητικὸν οὐκ ἄνευ σώματος, ὁ δὲ χωριστός.

ὅταν

e *Is igitur qui intellectus animæ nuncupatur, (dico autem nunc eum, quo ratiocinatur anima, & existimat) nihil est actu prius quam rerum, quæ sunt antè quam intelligat ipse.* Text.5. *Quocirca neque cum corpore mistum ipsum esse consentaneum est rationi: qualis enim quidam fieret, calidus aut frigidus, & instrumentum aliquod ipsius esset, profectò, sicut est sensus, nunc autem ipsius nullum prorsus est instrumentum.* Text.6. f *Atque benè rectèque censent, qui formarum locum animam inquiunt esse: attamen neque tota ad locus, sed intellectiua, neque est actu, sed potentia formæ.* g *At quod passionis vacuitatem non similem esse sensitiui, atque intellectiui, patet in sensuum instrumentis, atque in ipso sensu. Sensus enim ex vehementi sensibili sentire non potest: auditus namque non audit sonum post magnos sonos, & visus non videt, atque odoratus non olfacit, post vehementes colores, atque odores. At intellectus aliquo valdè intelligibili intellecto, non minùs sanè, sed magis percipit, intelligitque inferiora: sensitiuum enim non est sine corpore: at intellectus ab eodem est separabilis.* Text.7.

h Potius

e *Is igitur.*] Ex eo quod intellectus non agens, sed is cuius est intelligere, id est, patiens, est



potentia

*Intellectus passiuus nullū corporeum organum est adstrictus.* potentia omnia intelligibilia, infert Aristoteles debere eum antequam intelligat nihil esse actu eorum, quæ intelligere potest, & nequaquam adstrictum esse organo corporeo: tum quia oporteret corporeis alicui qualitatibus, tum quia esset ei deputatum in corpore aliquod organum, sicuti & cæteris corporeis facultatibus: quod constat non ita esse.

*Anima, secundū Platonem, formarum locus dicitur.* f *Atque bene vel eique.*] Quia intellectus est in potentia ad rerum formas, siue imagines recipienda, colligit probè dictum fuisse à Platone, animam esse locum formarum, id est, species, quibus cognitio fit, in ipsa anima condi. Quod tamen non de omni anima, sed de sola intellectiua affirmandum est. Et de hac ipsa non quasi rerum imaginibus à primæuo ortu consignata sit, vt existimauit Plato, vnde & nostram disciplinam nihil aliud esse, quam reminiscentiam credidit. Sed quia eiusmodi imagines ministerio & interuentu tam externorum, quàm internorum sensuum intellectui illabuntur.

g *Atqui passionis vacuitatem.*] Quia superius docuerat, neque sentiendi, neque intelligendi, actum propriè passionem esse, ne quis putaret sensum & intellectum eandem à passione vacuitatem sortiri: declarat quidnam inter vtrumque sit discriminis. Etenim cùm vehemēs sensibile percipitur, consueuit impediri sensus, ne interim alia dignoscat, & aliquando corruptum sensum cadentia acrimonia organum labefactatur, ac potentia læditur, vel etiam extinguitur, vt iam alibi in hoc opere explicatum fuit. *Intellectum non lædi obiecto.* Præterea, qui in aliquo præcellente obiecto vt Sole sentiendo aliquandiu occupatus fuit, subinde minora sensibilia minus discernit. Quod tamen intellectui nequaquam accidit. Nam quò res nobiliores & altiores percipit, eo ad minores cognoscendas magis acuitur. Causa verò cur à vehementi sensibili sensus lædatur, est quia sensus inhæret organo corporeo, cuius temperamentum ab externo agente mutari, tol-lique potest.

h *Factus*

ὅταν δ' οὕτως ἕκαστα γένηται, ὡς ἐπιστήμων λέγεται ὁ κατ' ἐνέργειαν· τοῦτο δὲ συμβαίνει, ὅταν δύνηται ἐνεργεῖν δι' αὐτοῦ· ἔστι μὲν καὶ τότε δυνάμει πως, οὐ μὴν ὁμοίως καὶ πρὶν μαθεῖν ἢ εὑρεῖν· καὶ αὐτὸς δὲ αὑτὸν τότε δύναται νοεῖν. ἐπεὶ δ' ἄλλο ἐστὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ μεγέθει εἶναι, καὶ ὕδωρ καὶ ὕδατι εἶναι· οὕτω δὲ καὶ ἐφ' ἑτέρων πολλῶν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πάντων· ἐπ' ἐνίων γὰρ ταὐτόν ἐστι· τὸ σαρκὶ εἶναι καὶ σάρκα ἢ ἄλλῳ ἢ ἄλλως ἔχοντι κρίνει· ἡ γὰρ σὰρξ οὐκ ἄνευ τῆς ὕλης, ἀλλ' ὥσπερ τὸ σιμόν, τόδε ἐν τῷδε. τῷ μὲν οὖν αἰσθητικῷ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν κρίνει, καὶ ὧν λόγος τις ἡ σάρξ· ἄλλῳ δὲ ἤτοι χωριστῷ, ἢ ὡς ἡ κεκλασμένη ἔχει πρὸς αὑτὴν ὅταν ἐκταθῇ, τὸ σαρκὶ εἶναι κρίνει. πάλιν δ' ἐπὶ τῶν ἐν ἀφαιρέσει ὄντων τὸ εὐθὺ ὡς τὸ σιμόν· μετὰ συνεχοῦς γάρ· τὸ δὲ τί ἦν εἶναι, εἰ ἔστιν ἕτερον τὸ εὐθεῖ εἶναι καὶ τὸ εὐθύ, ἄλλο· ἔστω γὰρ δυάς. ἑτέρῳ ἄρα ἢ ἑτέρως ἔχοντι κρίνει. καὶ ὅλως ἄρα ὡς χωριστὰ τὰ πράγματα τῆς ὕλης, οὕτω καὶ τὰ περὶ τὸν νοῦν.

ἀπορή-

h *Factus autem vnumquodque perinde, atque qui dicitur actu sciens, quod quidem tum accidit, cùm ipse per seipsum operari potest: est quidem & tunc quodammodo potentia, sed non perinde vt erat antea, quàm didicisset, vel inuenisset. Atque tunc seipsum etiam intelligere potest.* Text.8. i *Cùm autem aliud sit magnitudo, aliud magnitudini esse, & aliud aqua, aliud aquæ esse, & in aliis itidem multis (non enim vniuersis hic modus accommodatur, sed sunt in quibus hæc ipsa sunt eadem, non diuersa) aut alia sanè, aut parte quidem eadem, sed aliter se habente carnem, & esse carnis discernit: caro namque non est sine materia, sed perinde atque simum hoc, est in hoc.* Text.9. *Sensitiua igitur parte calidum discernit, & frigidum, quorū quædam est ratio, caro: alia verò esse carnis discernit: aut separabili, aut ita se habente ad seipsam, perinde atque sese habet cùm extensa fuerit linea flexa.* Text.10. k *Rursus in hisce, quæ in abstractione consistunt, rectum esse videntur: rectum enim se habet vt simum: est enim ipsum cum continuo semper. Quod si quidditas sit diuersa, aliud est profectò esse recti, aliud ipsum rectum, vt ibi sit enim dualitas. Quare vel hac etiam alia, vel alio modo sese habente parte discernat. Omnino igitur vt res separabiles sunt à materia, sic sese habent & ea, quæ sunt circa intellectum ipsum.* Text.11.

l *Dubita-*

h *Factus autem vnumquodque.*] Egit de intellectu in potentia, disputat nunc de intellectu in actu, docetque bifariam posse intellectum in actu esse. *Bifariam dicitur intellectus esse in actu.* Vno modo cum iam obtinet species, quibus cum libuerit, vti valet, sicuti is, qui comparauit habitū scientiæ, ex quo scientiæ actum potest elicere. Altero, quando ex speciebus antea comparatis prodit in actum intelligendi. Est autem discrimen inter alios actus: quia dum intellectus est in primo, adhuc manet in potentia ad secundum: cum verò iam ad secundum peruenit, in actu perfecto existit, nec iam dicitur esse potentia: ac tum seipsum potest cognoscere, quia cùm intellectus in hoc vitæ statu nō nisi supra suum actum reciprocādo, seipsum tandem cognoscat, tum demum censetur semetipsum posse intelligere, cùm intelligendi actum exercet. Qua de re in proœmio copiosius.

i *Cùm autem aliud sit.*] Vt doceat ad quam potentiam, sensitiuāmne an intellectiuam pertineat



pertineat cognitio rei vniuersalis, & singularis: monet prius inter rem singularem, & vniuersalem discrimen esse. Aliud est enim hæc singularis magnitudo, aliud esse magnitudinis, id est, magnitudo in communi: aliud hæc aqua, aliud aqua in communi. Nimirum quia hæc magnitudo concernit hanc materiam singularem, cui inhæret, à qua abstrahit communis magnitudo. *Discrimen inter rem vniuersalem & singularem.* Item hæc aqua inuehit secum hanc materiam singularem, ex qua constat: quam tamen non inuehit aqua communis. Monet tamen hoc genus discriminis non eodem pacto sese habere in omnibus rebus: quandoquidem non omnes materiam siue tanquam partem siue tanquam subiectum important. Dubitat ergo num diuersa animæ parte, seu facultate, an eadem alio, & alio modo affecta percipiamus esse carnis, id est, carnem communem, & carnem singularem, quæ non consideratur sine hac materia; quemadmodum neque simum sine materia talibus affecta accidentibus. Docet verò animam humanam cognoscere quidem rem singularem, eamq; sensibilem sensitiua potentia: vniuersalem verò vel potentia separabili, id est diuersa realiter, vel re quidem vna, sed secundum rationem diuersa: & quæ se habeat ad seipsam vt linea inflexa ad semetipsam rectam. *Qua potētia rem singularē, qua verò vniuersalem percipiat.* Sicut enim cùm inflexa magnitudo in rectum porrigitur, eadem iter linea, quæ antea flexa, seu curua erat, fit recta, neque tamen à se realiter, sed ratione tantum differt: ita fortassis (nec enim hic propositam controuersiam ex toto dirimit) sese habet facultas, qua vniuersale, & qua singulare sensibile cognoscitur. Alij volunt hanc curuæ & rectæ lineæ similitudinem afferri ab Aristotele ad significandum singularia sensibilia intelligi à nostro intellectu cognitione reflexa. Quam interpretationem lib. 1. Physic. cap. 1. quæst. 4. art. 1. & 3. explicuimus, eandem quę in proœm. esse diximus. Qui enarratorum in hoc loco explicando subsidia legere voluerit, consulat Themistium, Simplicium, Philoponum, Auerroem, D. Thomam, & M. Albertum.

k *Rursus in hisce.*] Quod in naturalibus asseruerat: nunc accommodat Mathematicis, quorū ratio licet abstracta à materia sensibili, habet nihilominus suo modo materiam. Rectū enim, quod & Mathematicum est, quasi simum est, quia vt simum importat nasum vt materiam, ita rectum rationem continui. Quo fit vt quemadmodum in physicis aliud est natura communis, & aliud singularis, (aliud in quā ratione) ita & in Mathematicis, vt, exempli gratia aliud est hæc linea recta, aliud dualitas, quā ponamus nunc cum Platone esse ipsam rectæ lineæ quidditatē. Plato enim aiebat numeros esse rerū Mathematicarū naturas; vnitatem, quidditatem esse lineæ, dualitatem verò lineæ rectæ: oportet ergo, inquit Aristoteles, singularia, & vniuersalia in Mathematicis ad sui cognitionem diuersam potentiā exigere, sicuti & in naturalibus. Nequis verò ex dictis colligeret eodē prorsus modo naturalia, & Mathematica intelligi: subiicit vt res separabiles sunt à materia, ita se habere ad intellectū. *Vt res separabiles sunt à materia ita se habent ad intellectum.* Vnde illa, quæ re ipsa à materia sensibili abiuncta sunt, solo intellectu percipi queunt, vt intelligentiæ. Quæ autem à sensibili materia non re ipsa, sed sola consideratione auulsa sunt, ea absq; materia sensibili percipiūtur, non tamen absq; intelligibili. *De distinctione inter materiā sensibilem & intelligibilē, lege Physicæ nostræ scriptum in primum Physic. q. 1. art. 4.* Naturalia verò percipiuntur secundum abstractionē à materia singulari; non autem ex toto à materia sensibili: concipimus enim hominem, vt ex carnibus & ossibus constat, abstrahendo tamen considerationem ab hisce numero carnibus & ossibus.

l *Dubitabit*

ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰ ὁ νοῦς ἁπλοῦν ἐστι, καὶ ἀπαθὲς, καὶ μηθενὶ μηθὲν ἔχει κοινόν, ὥσπερ φησὶν Ἀναξαγόρας, πῶς νοήσει, εἰ τὸ νοεῖν πάσχειν τί ἐστιν. ᾗ γάρ τι κοινὸν ἀμφοῖν ὑπάρχει, τὸ μὲν ποιεῖν δοκεῖ, τὸ δὲ πάσχειν. ἔτι δ' εἰ νοητὸς καὶ αὐτός. ἢ γὰρ τοῖς ἄλλοις νοῦς ὑπάρξει, εἰ μὴ κατ' ἄλλο αὐτὸς νοητός, ἓν δέ τι τὸ νοητὸν εἴδει, ἢ μεμιγμένον τι ἕξει, ὃ ποιεῖ νοητὸν αὐτὸν ὥσπερ τἆλλα.

l *Dubitabit autem non iniuria quispiam quonam modo intelliget intellectus, si ipse quidem simplex sit, ac passionis expers, nihilq; habeat cum vlla re prorsus commune, sicut Anaxagoras asserit, intelligere autem pati quoddam sit, vt diximus: quo namq; quippiam est vtrisque commune, hoc nimirum alterum agere, alterum pati videtur.* Text.12. m *Præterea ambiget quispiam, si ipse etiam intelligibilis sit. Nam aut cæteris rebus inerit intellectus, nisi alia ratione sit intelligibilis ipse, intelligibile aūt vnū quoddā est specie, aut aliquid ipse mistū habebit, quod ipsum intelligibilē perinde atq; cætera faciat.* Text.13.

n *At*

l *Dubitabit autem.*] Quia docuerat superius intellectum pati ab obiecto, sicuti & sensus: quærit qua ratione id fieri possit. *1. Quæst. Quo pacto intellectus patiatur ab obiecto.* Nam intellectus simplex est, nullamq; habet cōmunem cum aliquo materiam, & nihil patitur, nisi quod materia præditum est, vt constat ex iis, quæ in libris de ortu & interitu tradita sunt, quonam modo intellectui vlla passio inferri poterit?

m *Præterea ambiget.*] Alteram proponit quæstionem, videlicet, an intellectus ipse intelligibilis sit. *An intellectus sit intelligibilis.* Nam si est intelligibilis, id erit, vel quatenus intellectus est: vel quatenus participat aliud, quo sit intelligibilis. *2. Quæst.* Si primum, certè omne, quod intelligitur, erit intellectus. Nā reduplicatio, ex Dialecticorū doctrina cap. 4 & 5. lib. 1. Posteriorum, cōuertitur in propositionem

Universidad de Deusto
Biblioteca



vniuersalé simplicem; vt si homo quatenus animal, est sensus particeps, omne sensus particeps erit animal. Si secundū, iam ergo intellectus nō erit simplex, sed compositus ex propria natura & ea, quam participat, vt sit intelligibilis. Quare cùm vtrumq; absurdum sit: quandoquidem intellectus simplex est: & non omne, quod intelligitur, est intellectus, negandum videbitur intellectum intelligibilem esse.

n At

ἐνδέχεται μὴ νοεῖν ὅταν δυνατὸν ᾖ νοεῖν, ἐπ᾽ ἐνίων καὶ τῶν ἀπαθῶν ἀλλ᾽ ἐνδέχεται τὸν ἔχοντα νοῦν, ἀφ᾽ οὗ μὴ νοεῖ· ἀλλ᾽ οὐκ ἐνδέχεται ἐν τοῖς ἀπαθέσι τὸν αὐτὸν ἔχειν τὸ μὴ νοεῖν καὶ τὸ δύνασθαι νοεῖν· ἀλλ᾽ ἔστιν ἕτερός τις οὗτος τῶν τοιούτων. ἐὰν μὲν οὖν ἦν τὸ αὐτὸ τὸ δύνασθαι νοεῖν καὶ τὸ μὴ νοεῖν ἐν τοῖς αὐτοῖς, καὶ ἐνεχώρησεν ἂν ἐνίοτε μὴ νοεῖν ἑαυτὸν, ἐὰν ἐπιτηδειότης τις αὐτοῦ ἦν τὸ νοεῖν καὶ μὴ νοεῖν ἐνυπάρχειν· ἐπεὶ δ᾽ ἐστὶν ἐνεργείᾳ τὰ νοητὰ ἓν τῷ εἴδει, δυνάμει μὲν οὐκ ἐνδέχεται ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ τὸ αὐτὸ νοεῖν καὶ μὴ νοεῖν· οὐ γὰρ ἔστιν ἐν ᾧ ὑπάρξει τὸ μὴ νοεῖν· ἐνεργείᾳ δὲ ἐνδέχεται, οἷον ἔχειν ὕλην, ἐπιτηδείως ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ τὸ αὐτὸ μὴ νοεῖν καὶ νοεῖν· ἔστι γὰρ ἐν ᾧ ὑπάρξει τὸ μὴ νοεῖν· οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο ἄλλο, ἢ ὃ ἐνδέχεται ἔχειν ὕλην, ἑκάστου μέρους ὑπάρξαι ἐν τούτοις· οὐ γὰρ ἐν ᾧ ὑπάρξει τὸ μὴ νοεῖν ἐν τούτοις ἐστὶν ἢ ἐν ὅλοις ἢ ἐν μέρεσιν· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ νοεῖν ὑπάρξει.

n *At enim ipsum pati dim sum est prius vna quædam ratione communi? Aliq; intellectus potentia quidem est quodammodo intelligibilia ipsa, actu vero nihil est eorum antequam intelligat ipsa. Oportet autem in ipso nihil esse perinde atq; in tabula nihil est actu scriptum antes quam in ipsa scribatur: hoc enim in ipso fit, itaq; accedit in intellectu.* o *Est etiam intelligibilia & ipse, vt intelligibilia cuncta. Nam in his quidem, quæ sine materia sunt, intelligens, & id quod intelligitur idem est, etenim idem est cotemplatiua scientia, & id quod ita sub speculatiam cadit.* p *Sed cur non semper intelligit; considerandū est causa.* q *In iis autem, quæ materiam habent vnumquodq; intelligibilium potentia est. Quare illis quidem nō inest intellectus: nam intellectus talium potentia sine materia est, ipse autem intelligibilis ratione quibusdā.* Text.15. Text.16.

n At

*Responsio ad 1. quæst.*

n *At enim ipsum pati.*] Diluit priorem cōtrouersiam ex distinctione quadam passionis propositæ lib. 2. huius operis cap. 5. text. 57. Est enim duplex passio, altera secundum contrarias qualitates, quæ tantummodo rebus interitum subeuntibus conuenit, vocaturq; corruptiua: altera, qua pati dicimus ea, quæ propriam actum, & perfectionem sibi conducunt absq; illa noxa, aut interitus periculo, quæ perficiens appellatur. Ex his aūt passionibus pitor semper requirit materiā posteriorem vero non item, atq; hanc subit intellectus, cùm intelligit: quia tunc deducitur in actum, & perfectionem sibi accommodatam. Est enim ex sua primæua origine in potentia omnia intelligibilia, quatenus ex se nullius rei habet ingenitam notionē: & tametsi ex omnes progressu temporis accidente studio, & doctrina intelligere valet: quemadmodū tabella ante scriptionem aut picturā nihil actu continet eorū, quæ in ipsa exarari, pingiue; queunt: sed solam potentiam, & aptitudinem ad excipiendum quicquid in ea scribentis, pingentisue manus expresserit. Est hic locus aduersus Platonem, qui in Menone, Phædro, aliisq; in locis docuit nostros animos antequam in hæc caduca, & morituda corpora desciderent, omnium rerum notiones in se conligatas habuisse, sed contagione corporis, & quasi terræ carceris insolentia illam disciplinam, secundationem quandam esse. Hunc errorem ex instituto confutabimus initio libri primi Posteriorum analyticorum, vbi eius meminit Aristoteles.

*Locus contra Platonem.*

*Responsio ad 2. quæst.*

o *Est etiam intelligibilia.*] Explicat posteriorem quæstionem, cuius enodatio vt percipiatur, aduertendum est entia immaterialia dici per se intelligibilia, non ita vero materialia. Etenim materialia vt sub intellectū cadant, oportet materiā quodāmodo exuere, vt intellectui similia euadant, quod assequūtur, cùm per species intelligibiles, quæ immateriales sunt, intellectui repræsentatur: immaterialia vero cum iam ex materia vacēt, etsi requirāt species intelligibiles, quibus ipse intellectui obijciantur: nō tamē eas exigūt, vt materiā deponat magisq; intellectui assimilentur. Respondet ergo Aristoteles propositæ quæstioni, vt Philoponus interpretatur intellectum ipsum intelligibilem esse, non quia per se, quemadmodū & cætera omnia, quæ per se intelligibilia sunt, cùm immaterialia sit. Nam in iis quæ materia carent, idem potest esse & intelligens, & intelligibile. Quin etiā, inquit, & contemplatiua scientia, id est mens, prout contemplatur, & res, quæ sub contemplationem cadit, idem sunt, nimirū quatenus res intellecta, per suam speciē vnitur intellectui, & vnū quodāmodo cum ea fit. Duo hic aduerte, alterū est, licet Aristoteles priuatim de intellectu speculatiuo asseuerit ipsum esse idem cum re intellecta, nō tamen id negare de intellectu practico, si conteratur. Si suo obiecto, cum vtribusq; eadē sit ratio. Alterū est, non immaterialia tantūm, sed ea etiam, quæ materiā habent, esse idem cū intellectu ratione formarum intelligibilium, quæ eius obiecti fungūtur: quanquam illud interest, quod immaterialia multo maiorem habent cum intellectu, qui immaterialis etiam est, cognationem, quām ea, quæ cum materia cōmunia sunt.

*Quo pacto res idem intellectui, & res intellecta.*

*Immaterialia cognata magis sunt intellectui, quàm materialia.*

Ad eam verò rationem, qua ostendi videbatur, si intellectus per se intelligibilis sit, omne per se



per se intelligibile esse intellectum: respondendum est illam Dialecticorum regulam de ijs tantūm prædicatis intelligi, quæ per se primō & adæquatè subiectis conueniunt, quo modo se habet sensus particeps comparatione animalis: ei enim primo & per se competit, vt pater, & cum eo etiam reciprocatur. At esse per se intelligibile non ita conuenit intellectui, sed naturæ immateriali in communi acceptæ, sub qua intellectus continetur.

p *Sed cur non semper.*] Quærit cum mens ipsa sit intelligēs, & quod intelligitur, cur se ipsam non semper intelligat. Huius rei causam perquirendam esse inquit, nec eam in præsenti explicat. Ea vero est, quia mens non se intelligit per se, sed supra suum actum se ipsam reflectendo: in quam reflexionem non semper incumbiticum nihil sit, quod ei ad id necessitatem *Cur mēs non semper se intelligat.* inferat. Græci interpretes aiunt eandem esse vnionem, & conunctionem cum corpore, quæ intelligat. efficit vt sæpe ea consideret, quæ sunt cum materia hæc coniuncta, non autē se ipsam, & alia, quæ sunt per se, & actu intelligibilia.

q *In iis autem.*] Redit ad superiorem quæstionem, dicens materialia entia non esse per se intelligibilia, sed potestate duntaxat, nimirum quatenus sunt in potentia vt deposita quodammodo materia immaterialia fiant beneficio intelligibilium specierum, quibus intellectui repræsentantur. Vnde colligit non conuenire eis vim intelligendi, quia hæc immaterialis est, & per se intelligibilis. Cùm autem materialibus negat intellectum, loquitur de ijs, quæ omni ex parte materialia sunt. Nam homo materialis est, & tamen intellectu pollet. *Materialia non possunt esse intelligibilia.*

c *Scientia.*

## CAPVT V.

Est autem ἐπεὶ δ᾽ ὥσπερ ἐν πάσῃ τῇ φύσει ἔστι τι, τὰ δὲ δύο ταῦτα ἐν ἑκάστῃ γενέσει ὑπάρχει, ἕτερον μὲν οἷον ὕλη τοῦτο ἑκάστῳ γένει τῶν ὄντων, ἂν ἐνέργειᾳ ἄλλα τὰ δυνάμει ὄντα· αἴτιον δὲ καὶ ποιητικὸν τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς ἡ τέχνη πρὸς τὴν ὕλην πέπονθε, ἀνάγκη καὶ ταῦτα τὰ εἴδη εἶναι τὰ ἐν τῇ ψυχῇ. καὶ ἔστιν ὁ μὲν τοιοῦτος νοῦς τὰ πάντα γίγνεσθαι, ὁ δὲ κατὰ τὸ ἕξιν τινὰ καὶ τὴν ἐνέργειαν παραπλησίως ὥσπερ τὸ φῶς· τρόπον γάρ τινα καὶ τὸ φῶς ποιεῖ τὰ δυνάμει ὄντα χρώματα ἐνεργείᾳ χρώματα. καὶ οὗτος δὲ ὁ νοῦς χωριστὸς καὶ ἀπαθὴς καὶ ἀμιγὴς τῇ οὐσίᾳ ἐστὶν ἐνεργείᾳ ὢν· τὸ γὰρ ποιοῦν τοῦ πάσχοντος ἀρχικώτερον, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς ὕλης προέχει.

CAPVT V.

Est autem in omni natura sint quædam, Text.17. quorum alterum quidem vtcunq; genitæ materiæ est quod id esse potest, quod est potentia illa cuncta, alterum verò causa est & efficiens omnia ministrū efficiendo, atq; ad eadem subiecta ratione, quatenus ars conditionem ad materiam subiacere est & in anima differentias has eadem inesse. Atqui quidem est intellectus vtcunq; omnia fiat, quidam talis vt omnia agat atque efficiat, qui quidem vi habitus est quidam & perinde atque lumen. Nam & lumen colores qui sunt potentia alij colores quodammodo facit. b *Et* Text.18. *intellectus separabilis est & non mixtus patiendi, vacat, cum sit substantia actu, semper enim id quod efficit, atque agit, præstabilius est eo, quod patitur & ipsum principium omnino materia.*

c *Scientia.*

## CAPITIS QVINTI EXPLANATIO.

Est autem.] Pertinuit hactenus de intellectu patiente, seu passibili, quem statuit ex se esse in potentia ad rerum cognitionem, & scientiam comparandam: accedit nunc ad eius naturæ considerationem, contemplationemq; alterius intellectus, quem agentem vocat, quod eius officium non sit pati, sed agere duntaxat tranmittendo rerum intelligibilium similitudines, seu species in patientem intellectionem perficiendam. Vt ergo intellectus agentis naturam cognitam comprobet, statuit huiusmodi conclusionem. Necesse est in anima esse partem, quæ sit potentia, & patiatur, alteram, quæ sit actu, & efficiat. Hanc ex eo probat, quia in omni natura, id est in omni effecta & re producta, duo inuenimur principia: alterum, quod sit potentia, & materia, seu quasi materia, quod videlicet recipiat, & patiatur. Alterum, quod sit actu, & efficiat, potentiamq; ad actum, & perfectionē promoueat, & se habeat quasi ars ad materiā subiectam. Cùm ergo videamus animam vtcunque hunc effectum, videlicet, actum intelligendi oportet dari in ea facultatem vnam, quæ disponatur, recipiatq; præparationē ad illusiuodi effectum, & hæc facultas est intellectus patiens: alteram, quæ dispositionem inducat, ac præparet. Hæc autem est intellectus agens. Disponitur autem patiens recipiendo species intelligibiles, quas iuuenit principia intelligentia dispones agens producendo eiusmodi species in phantasmatibus, quæ ipse cōstituat quasi præfulgidum lumen ad eum modum quo externa, & materialis lux colores illuminat, eosq; actu visiles reddit, cùm ante lucis aduentum potestate duntaxat visiles forent. Hæc quo pacto intelligenda sint progressu exponemus.

*Tradit dari duos esse intellectus in genere.*

*Agens intellectus dispositio patientis.*

b *Et intellectus.*] Describit quæ sit natura intellectus agentis, ac nonnulla eius attributa subiicit. Primum est esse separabilem, id est, nō affixum organo corporeo, vti sunt materiales potentiæ. Secundum, esse immixtum, id est, nō concretum ex perceptis corporibus: vt Empedocles, Democritus, & alij quidam veterum philosophorū arbitrabantur. Tertium, vacare passione: *Aristotelis intellectus agens.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ne, nimirum quæ corrumpat, aut aliquo modo lædat. Hæc ex eo confirmat, quia agens nobilius est patiente, & efficiens præstantius quàm materia. Cùm igitur superiora attributa intellectui patienti conueniant, vt ex ijs, quæ superiùs disputata sunt, constat: æquiori iure agenti competent.

c *Scientia*

---

τὰ μὲν δὴ ἐν τῇ ψυχῇ ἐπιστήμη ἐστὶν ἐν ἀπαγορεύσει τὰ δὲ κατὰ τὸν χρόνον ἐν τῇ αἰσθήσει ὅλως· διὸ οὐδὲν ἐνθένδε ἐπιστήσεται, οὐδὲ συλλογιεῖται ἐκ τούτου τοῦ νοητοῦ· ἀλλὰ καὶ ἐνεργείᾳ ὄν, οὐκ ἔστιν ὅτε μὲν νοεῖ ὅτε δ' οὐ νοεῖ. χωρισθὲν δὲ τοῦτο μόνον ἐστὶ μόνον τοῦτο ἀθάνατον καὶ ἀΐδιον· οὐ μνημονεύομεν δέ, ὅτι τοῦτο μὲν ἀπαθές, ὁ δὲ παθητὸς νοῦς φθαρτός, καὶ ἄνευ τούτου οὐδὲν νοεῖ.

c *Scientia autem ea, quæ est actu, est idem quod* Text. 19.
*res. Ea verò, quæ est potentia, in vno prior est tempore, absolutè autem neque tempore, sed non nunc quidem intelligit, nunc autem non intelligit.* d *Separatus verò, is est solum quod est atque id solum est immortale perpetuumq;. Non autem recordamur, quia hoc quidem expers est passionis. Intellectus verò passiuus extinguitur, & sine hoc nihil intelligit.*

c *Scientia*

---

*Intellectus dicitur scientia in actu.*

c *Scientia autem ea.*] Scientiam in actu, vt interpretes aduertunt, appellat hoc loco Aristoteles intellectum, cùm actum intelligendi exercet. Hunc autem intellectum, qui agens non est de quo paulò ante loquebatur, sed patiens, comparat cum ipsomet, dum est in otio, & in potentia duntaxat ad intelligendum. Docet ergo intellectum in actu esse idem cum re intellecta quod qua ratione verum sit, superiùs exposuimus. Deinde intellectum potentia in vno eodemq; homine esse priorem tempore, quàm intellectum in actu. Siquidem anima non confestim in ipso ortu, sed aliquàto post tempore sciendi actum edit: verùm si absolutè loquamur, non esse intellectum potentia priorem. Quod ideò Aristoteles addit, quia credidit mundum, & vtrumq; intellectũ, arq; actus sciendi ab æterno extitisse, nec otium nec actum sciendi (si de his indefinitè loquamur) se antecessisse, cùm quamlibet intellectionem præcesserit vacatio, & quamlibet vacationem intellectio.

*An intellectus in potentia præcedat intellectum in actu.*

*Verumq; intellectũ esse immortale.*

d *Separatus verò.*] Docet intellectũ tam agentem, quàm patientem secundum id, quod est, id est, secundũ suam naturam, & rationem esse separatũ, id est non ad actum corporis, aut alicui eius organo: proindeq; immortalem esse, & extincto corpore superstitem manere. Neque officit inquit, quod post hanc vitam recordatio non sit: hæc enim pertinet ad organicam potentiam, nimirum ad imaginationem, non ad intellectum, in quem passio corporea nõ cadit: imaginatio autem (hanc, vt interpretes exponunt, intellectus pallium appellat) extinguitur vnà cum corpore, sine illa verò iam mens nihil eo modo, id est, reminiscendo intelligit. Hic aduerte non omnem recordationem extincto corpore deperire, sed eam duntaxat, quæ fit interuentu imaginationis. Nam quod nullo pacto negandum sit manere aliam, quæ sine intellectu perficitur, ostendimus in libris Paruorum Naturalium.

*Lib. de memor. c. 2.*

QVAESTIO

---

QVAESTIO I.

## VTRVM IN ANIMA HVmana detur intellectus agens, an non.

ARTICVLVS I.

### DIVERSA PHILOSOphantium placita.

DVobus capitibus superioribus egi: Aristoteles partim de intellectu possibili, partim de agente, rursusq; de possibili disseruit ijs tribus, quæ proximè sequuntur. Nos ad materiam doctrinæ perspicuitatem de agente, qui natura & officio prior est, hoc loco disputabimus, posteà verò separatum de possibili. Igitur in præsenti disceptatione magna fuit auctorum tam veterum, quàm recentium, tam Græcorum, quàm Latinorũ, & Arabum discrepantia, vt hoc loco cõmemorat Philoponus. D. Bonauenturam in 2. distinct. 24 quæst. 4. no. 4. 2. M. Albertus in summa de homine, tractatu de intellectu agente, Henricus Gandauensis quodl. 8. qu. 12. Quidam arbitrati sunt dari intellectũ agentẽ, non tamen animæ nostræ insitum, sed separatum. Alij eum vt minimè necessariũ ac superuacaneum omnino sustulerunt. Prima ergo sententia fuit Alexandri lib. 2. de anima cap. 10. & 11. existimantis intellectũ agentem esse intellectũ vniuersalem omnium conditorẽ, hoc est, Deum quod etiã Platonis dogma lib. 6. de Republ. fuisse creditur, qui intellectum agentem nostros animos cœlitus illuminantem comparauit soli, vt ex Themistio hoc in lib. retuli. D. Th. 1. part. quæst. 79. art. 4. In eundem autem lapsus fuit Ruticianus Lydus asserens intellectum agentem non esse partem animæ, sed mentem primam, atque diuinam, vel ideam boni.

*Variæ de agente intellectu opiniones.*

*1. Alexandri.*

*Deum.*

*Lege Procl. in Lib. de plantis essentiam intell.*



*2. Auicen. esse substantiam separatam.*

boni. Secunda fuit Auicennæ 9. Metaph. cap. 4. & in lib. Natur. parte 5. Auẽ Pace in epistola de lumine, & Græci cuiusdã Marini, cuius mentionẽ facit hoc loco Philoponus, aientium intellectum agentem esse substantiam quandam separatam, quam Auicenna Cholcodæam nuncupabat. Idem placuit Auerroi in libello de beatitudine animæ cap. 5. & in epitom. Metaph. tract. 4. qui errori errorem subnectens, aliorum vestigia secutus, vnum omnium hominũ finxit cõmunem intellectum, vt alibi retulimus. Tertia simplicij, quẽ sequitur Georgius Pachym. lib. 7. de anima, titulo 3. cap. 5. & 6. hi ties externos intellectus in homine constituunt; quorum primus, qui omnino externus sit, & diuulsus, cognitionem vniuersalium parat, alij duo eandem perficiant: vnus quidem materialis, qui propterea quod materialium rerum notitijs immiscetur, extrà vagari dicitur, non se ipsum, sed materialia, & sensilia intelligens; alter, qui sit in actu semper, & in se ipso scitiq; perfectionem obtineat. Quarta Plotini assertionis duplicem in nobis esse substantiã, vnam, quæ semper intelligit, quam dicit esse intellectum agentem; alteram, quæ nonnunquam otietur, quam vocat intellectum possibilem. Nulla tamen harum sententiarum veritati consentanea est. Nam tres priores, vt cæteras earum absurda prætereamus, contra communem Philosophorum doctrinam constituunt totale principiũ functionis vitalis, cuiusmodi est operatio intellectus, extra ipsam animam; cùm tamen nihil vitaliter operetur nisi per formam sibi inhærentem, vt obijcit D. Thomas prima part. loco citato. Quarta verò præter materiam, & formam ponit in homine duplicem substantiam, quod fictitium est, & inauditum. Præterea absq; idonea ratione, ac eõtra experientiam facit intellectũ agentem absq; intermissione in opere versantem.

*3. Simplicij, constituentis externos intellectus. Lib. 2. huius operis c. 2. 7. art. 2.*

*4. Plotini.*

*Confutatur prædictæ opiniones.*

*Nõ dari agẽtẽ intellectũ Probatur rationibus.*

His ergo explosis occurrunt ij, qui intellectum agentem dari negant, in quorũ numero est Durandus 1. sent. dist. 3. quæst. 5. & quidam Iacus Philosophus Narbonensis, teste Mirandula in suis conclusionibus, atq; alij, quorum meminit Albertus M. in summa de homine quæst. de intellectu agẽte. Probat autẽ Durandus suam sententiam longo progressu rationũ, quarum præcipua vis hæc est. Vel intellectus agens poni debet, vt aliquid imprimat in phantasma: quo id habile fiat ad producendã speciem intelligibilem in intellectum patientẽ; vel vt ipse per se in eundem intellectum agat; sed ob neutram harum causarum constitui debet, frustrà ergo ponitur. Assumptionem quoad priorem partem suadet, quia vel intellectus agens imprimit in phantasma qualitatem aliquam spiritalem, vel corporeã: non spiritalem, quia in re materiali nõ potest spirituale accidens inesse, siquidem vt habetur ex D. Dionysio, & ex lib. de causis, omne, quod alicubi recipitur, ad recipientis naturam accommodari debet: si corporeum, adhuc phantasma intra metas corporalium accidentium manebit, proindeq; nihil nisi corporeum, & materiale gignet. Quod verò non oporteat agentẽ intellectum inducere, vt agat in possibilem, quæ erat secunda pars assumptionis; probatur. Nam primùm non requiritur ad illius intellectionẽ efficiendã, quia intellectio est operatio immanens, quæ nonnisi ab ea facultate, quam appellat, administrari potest: at intellectus possibilis est, qui intelligens nuncupatur.

1.

Secundò, idem ostenditur hunc in modũ. Anima rationalis interuentu phantasmatis, citra opem alterius facultatis potest gignere species intelligibiles, easq; tribuere intellectui patienti. Igitur superuacaneus est intellectus agens. Probatur assumptum, quia si nõ posset, ideo fortasse esset, quia phantasma est imperfectius specie intelligibili; nullus autẽ effectus potest esse nobilior, quàm sua causa. At enim quòd hæc ratio nihil momenti habeat, probatur; quia phantasma non est princeps causa speciei intelligibilis, sed instrumẽtaria tantummodò; princeps enim causa est ipsa anima, vel suppositum intelligens: at quòd non oporteat instrumentum nobilioris naturæ esse, quam effectum, alibi ostendimus. Quòd si quispiam occurrat, esto causæ instrumentariæ non vniuersim debeant esse excellentiores; tamen in re proposita nõ posse phantasmata, etiam vt instrumẽta, concurrere ad effectum, de quo agitur, hoc est, ad promouendas species intelligibiles, quia entia immaterialia sunt alterius gradus, & ordinis, ad quẽ corporea, vt nec proportionẽ habent, ita nec instrumẽti vim sortiri queunt: ideoq; ad speciei intelligibilis generationẽ immaterialem causam necessariò adhibendam. Si quis, inquã, ita occurrat; is suo argumento reuincetur. Nã si quid concludit, etiam probat non posse phantasmata cùm materialia, atq; inferioris ordinis sint, concursum illum præstare ad producendas vnà cum intellectu agente species intelligibiles; quem tamen concursum aduersariæ partis assertores dandum esse profitentur.

*Lib. 2. Phys. c. 7. 9. 5. ar. 2.*

2.

Tertiò idem confirmatur, quia si daretur intellectus agens, oporteret etiam dari eundẽ in natura Angelica; itemq; dari in nobis sensum agentem, qui patienti suppeditaret species rerum sensibilium, ne idem simul ageret, & pateretur. Nec minùs etiam necessarium foret dari duplicem voluntatem; vnam agentẽ, quæ actiones ederet, alteram patientem, quę easdem reciperet, quod tamen communis philosophorum schola negat. Postremò, vel intellectus agens iudicat de re intelligibili, vel non. Si primum; dabuntur duæ potentiæ intellectrices, per quas iudicium de rebus fiat, quod superfluum videtur; si posterius,

3.

*Vltimo.*

D concedẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca



concedendum erit intellectũ possibilem esse agente præstantiorem: cum tamen Aristoteles hoc in lib. cap.5. text.19. docuerit semper id, quod agit, patiente nobilius esse; quod etiam approbat Diuus Augustinus 12. super Genesim ad lit.cap.16.

## ARTICVLVS II.

### *DARI IN ANIMA HVMANA intellectum agentem; & quid inter eum, & patientem sit discriminis.*

VErum quòd in anima humana necessariò dandus sit intellectus agens; communis est, veraq; assertio Peripateticę scholæ, quam statuit Aristoteles cap.5. huius lib. text.18. eiusq; interpretes ibidẽ & Scholasticæ Theologiæ professores, partim in primo sent. distinct.3. partim alibi. Henricus Gandauensis quodlib.8. qu.12. Alensis secunda parte qu. 69.memb.2. D. Thomas prima parte quæst. 79.artic.3. Herueus in 2. distinct.17. quæst.2. Capreolus in 4 dist.49. quæst.4. Ferrariensis lib.2.contra gentes cap.76.

*Auctores pro hac sententia.*

Hanc assertionem loco citato confirmauit Aristoteles ex eo, quia id quod est in potentia, eget aliquo, à quo ad actum deducatur. Cum igitur intellectus possibilis sit in pura potentia; necessariò erit dandus aliquis facultas, à qua ad intelligendi actum deduci possit: hæc autem est intellectus agens: hoc est, vt rem enucleemus; Cùm intellectus possibilis, siue patiens à principio sit veluti nuda tabula, nec vllam habeat rerum congenitam imaginem, cuius interuentu intelligendi actiones edat, nec verò eiusmodi imagines solius phantasmatis ministerio gignat queant, quia sunt alterius ordinis, nempe immateriales, ad quem naturæ corporeæ vi sua pertingere non valet; necessariò dandus erit aliquis spiritalis potentia, cui id munus tanquam principali animæ instrumento incumbat; ea verò potentia est intellectus agens.

*Singulis hominibus singulos esse agentes intellectus.*

Quòd verò hic intellectus nõ sit extra animam, sed ei insitus vt naturalis eius potentia; & quòd non sit vnus tantùm omnium phantasmatis assistens, eaq; illustrans, sed quòd in singulis hominibus singuli deutur, demonstrat præter alios D. Thomas 1. parte quæst. 79.artic.4. & 5. deniqi à nobis probatum fuit initio lib.2.huius operis.

*Intellectus agẽs realiter distinguitur à patiente.*

Illud verò nunc inter alia disquirendũ occurrit ad intellectus agentis naturam magis eo, an forma declarandam; videlicet, num is re ipsa, an formaliter tantùm à patiente differat. Vtraque pars assertores habet. Prior D. Thomã 1. part. quæst.14.art.1.ad 1.& quæst.79. art 10. & in 2. dist.17.qu.2.art.1. & in 3. dist 14. qu.2.art.1.& opuscul 3 c.83. & lib.2.cont.gent.c.77.& 78. eiusq; sectatores. Item M. Albert. in summa

A de homine tract. de intellectu agente quæst. 6. Scotum in 1. dist 3. qu.3. & alios non paucos, quibus hoc potissimum argumentum suffragatur. Namque in cæteris rebus obseruatum est quoties aliqua duo ita sunt affecta, vt vnum efficienter præparet, disponatq; alterum ad illius operationẽ; semper id, quod disponit, distingui re ipsa ab eo, quod disponitur; Sic vniuersales causæ, vt intelligentiæ, & corpora cœlestia distinguuntur a mundo elementari, quem ad generationes rerum instruunt, ac promouent; sic ignis distinguitur à ligno, quod calefacit; aqua à manu, quam refrigerat: color, cæteraq; obiecta sensuum exteriorum ab ipsis sensibus exteriis, quibus sui similitudinem inurunt; & sensus externi ab internis, ad quos rerum à se perceptarum species mittunt; atque ita in cæteris res habet. Quare consentaneum est, vt etiam intellectus agens, qui patientem per species intelligibiles ad intelligendũ disponit, realiter ab eo differat.

*Qui velint distinctionẽ esse realem.*

*Fundamentũ huius sententiæ.*

Posteriorem sententiã amplexi sunt Maior in 2. dist 16. quæst vnica. Iacobus vit. quodl. 2.q.12. Niphus lib.1 de intellectu tract. 4. c.21. Abulensis qu 70. in c.23. Exod. de quorum placito dicendum est intellectum possibilem duo, vt nunc reliqua taceamus, actionum genera vendicare, nempe intellectionẽ. & eductionem specierum è phantasmatibus: & quidem ad primum genus operationum à te ipso, pro vt agentis nomen habet, disponi; ad posterius verò minimè. Præterea quamuis in rebus materialibus semper id, quod simpliciter disponit, ab eo. quod disponitur, re ipsa distinguatur in spiritalibus tamen, cuiusmodi est intellectus, non ità rem habere; nec mirum, siquidem, vt D. Thom. lib.2. cont.gent. c.100. edisserit, ea, quæ in rebus corporeis sunt diuersis potentijs spargutur, in incorporeis copulari, & ad vnius facultatis vim reduci videmus: quomodo ea quæ ad duplicem appetitum sensitiuũ pertinent, sub vnam voluntatẽ: & quæ pluribus sensibus tam internis, quam externis percipiuntur, sub vnum posibilem cadunt. Itaque huiusce opinionis ratio, ac fundamentum erit, quòd res non sint absque necessitate multiplicandæ, & quòd nulla cogat necessitas duplicem ponere intellectum; quandoquidem tam eductio specierum intelligibiliũ è phantasmatibus, quàm earũ vsus, siue intellectio ab ijs elicita ad vnam, eandemq; vim intellectricẽ reuocari queunt. Quod si quis obijciat nihil posse producere principium suarum actionum, quod hæc sententia admittit, dum fatetur ipsum intellectum possibilem producere species, quæ intelligendi principia sunt. Occurrendum erit nihil posse producere principiũ primæ suæ operationis, sicq; intellectum non efficere in se principium educendi species è phantasmatibus; hæc enim eductio est prima

*Fundamentum.*

*In rebus incorporeis varia potentia variis exercitijs inseruire.*

*Obiectio.*

*Solutio.*





eius operatio, cuius principium nihil sibimet efficit; at parare sibi actionum subsequentium, id est, intellectionum principia quæ sunt species intelligibiles. Neque ex hac opinione sequitur idem simpliciter esse agens, & patiens respectu eiusdem formæ. Nam intellectus vnà cum phantasmate producit species; per se autem sumptus easdem recipit: quemadmodum unà cum specie gignit intelligẽdi actum, & eundem nudè spectatus recipit.

*Priori sententiæ, vt magis Aristotelicæ deferitur palma.*

Ex his duabus opinionibus neutra sanè improbabilis videtur. Et si priorem libentiùs tueamur, quòd propiùs accedat ad doctrinã Aristotelis, qui hoc in libro cap.4. text.5. intellectum possibilem facit nudam tabulam, puramq; potentiam, ac veluti materiam primam, cui aliunde, ac non ab ipsomet imprimendæ sint rerum intelligendarũ notæ, siue imagines. Itaq; ad alterius sententiæ rationẽ dicendum erit, esto quæ à pluribus facultatibus materiæ inhærentibus percipiuntur, ad vnam superiorẽ, & materialem vim sæpenumero reducantur: non id tamen absolutè, atque vniuersim ita euenire: ac ne in re proposita accidat obstare naturã ipsam intellectus patientis, qui quoad recipienda prima intelligẽdi principia est quasi materia prima, quæ formas tam substantiales, quàm accidẽtarias, ac principia, quibus suppositũ agit, comparare sibi nequit, sed ad ea duntaxat recipienda potestatem obtinet.

*Respondetur ad fundamentum posterioris.*

*Vt docet Aristoteles hoc in libro c.5. text.17.*

## ARTICVLVS III.

### *RESPONSIO AD ARGVMENTA initio quæstionis proposita.*

*Ad 1.* DIluamus nunc argumenta primi articuli, quæ ostendere nitebantur non dari intellectum agentem in nostra anima. Ad primũ dicendum nõ requiri intellectum agentem, vt aliquid imprimat in phantasma, sed vt vnà cum illo producat species intelligibiles in intellectum patientem. Licet enim phantasma crassum, & materiale sit; tamẽ ex coniunctione, & cõsortio intellectus agentis habilius, fortiusq; ad agendum efficitur, & vltra propriam naturam eleuatur ad spiritalem effectum producendũ. Qua de re in progressu.

*Ad 2.* Ad secundum, neganũs est antecedens, & ad eius probationem dicendum haud ob id phantasma non posse per se producere speciem intelligibilem, etiam vt instrumentum animæ rationalis, quod nullus effectus possit esse nobilior sua causa instrumentaria: sed propter eam rationem, quæ in argumento attingebatur, videlicet quia nulla causa instrumentaria totalis, seu præcipua, si materialis sit, potest producere effectũ spiritalem, vt potè, qui sit ordinis multò altioris. Verùm

*Productio specierũ intelligibilium, nõ attribuitur phantasmati etiã vt instrumẽto. Ad 3.*

*In Angelis non dari intellectũ agẽtem.*

non est propterea negandũ posse phantasma concurrere cum intellectu agente vti causam instrumentariam minùs præcipuam ad generationem specierum intelligibilium: quia tunc ea generatio non ipsi phantasmati, etiã vt instrumento, sed intellectui agenti, à quo vltra vim suam excitatur, simpliciter attribuenda est. Pro explicatione tertij argumenti sciendum Scotum in 2. distinct.3. quæst.vltima, quem secutus est Gregorius in 4. distin. 7.quæst.5. art.1. existimare etiam Angelis intellectum agentem conuenire, tum ad abstrahendas species rerũ singulariũ à rebus; (nam species rerum communiũ fatetur Scotus inditas fuisse Angelis in ipsorũ creatione) tum vt sit lumen, cuius virtute intellectus possibilis de intelligibili veritate iudicet. Contraria tamen sententia vera est, quam tuetur D. Thomas prima parte quæst.54. art.4. eiusq; sectatores, asserentes non indigere Angelos intellectu agente, sed tam vniuersalia, quàm singularia per species à Deo sibi inditas cognoscere. Quod consentaneũ est ijs, quæ docet D. Dionysius c.7. Cęlest.hierarch. D. Damascenus lib.2. fidei orthodoxæ cap.3. D. Augustinus 2. de Genesi ad literam cap.8. & lib.4. cap.24. Nec verò in Angelis intellectus agens requiritur, vt suo lumine possibilem collustret, cum eis, ad dijudicandam veritatẽ sufficiat vis ipsa intellectus possibilis, quæ ex propria sua natura lumẽ quoddam est è fonte diuinæ, & æternæ lucis deriuatum. Itaque ad hanc argumenti partem dicimus iccircò nobis intellectum agentem dari, quia cùm noster intellectus possibilis à primæua sua origine rerum imaginibus prorsus careat, necessariò illi ab auctore naturæ aliqua potentia dãda fuit, cuius opera eiusmodi imagines asciscerent, quod in Angelis locum non habet.

*Non esse admittendum sensum agẽtem.*

Quod verò attinet ad secundam eiusdem argumenti partem, in qua petitur an sit admittendus sensus agens a patiente distinctus; ea quæstio superiùs à nobis profligata est, vbi partem negatiuam statuimus, ostendimusq; diuersam esse rationem in intellectu & sensu, cùm obiectum sensibile vi propria potentiam sensitiuã mouere queat transmittendo ad illam sui imaginem. Nec enim ea species à gradu materiali ad immaterialem ascẽdit, vt quæ ĩda sit alia altioris ordinis facultas, à qua obiectum, aut potentia eleuetur sicuti in eductione specierũ intelligibilium è phantasmatibus accidit. Deniq; quod eo dem argumento de voluntate agente obijci. tur, facilè dissoluet, qui dixerit superfluã esse huiusmodi potentiam, cùm voluntas non egeat speciebus, alióve principio operandi, quod sibi aliunde conferri debeat, cumq; satis ei sit proponi ipsi ab intellectu rem, vt in eam feratur.

*Lege D. Th. lib.2. ca.77. Scotũ in 1.d. 3.q.8. Herv. 2.sent d.17. quæst.2. Cur nõ detur voluntas agẽs.*

*Ad vltimum.*

Ad vltimum argumentũ respondendum est solum intellectum possibilem, non verò

Universidad de Deusto
Biblioteca



agentem iudicare, & intelligere, vti proxima A quæstione differemus, etsi quibusdam philosophis aliter visum fuerit. Quod verò circa intellectus possibilis nobilitatem opponitur; dicimus eum agente nobiliorem esse, quanquam aliter sentiat Ferrariensis quæst. 9. huius libri post. D. Thomã in 2. sent. distinct. 20. quæst. 2. art. 2. & de verit. quæst. 10. art. 8. Primum, quia intellectus agens est quasi administer patientis, cùm totus occupetur in educendis speciebus quibus ille vtatur. Itẽ, quia B ea facultas præstantior habetur, cuius operatio nobilior est; at intellectio nobilissima est hominis operatio; vnde humana felicitas, quæ ad excellentissimã potentiam, & nobilissimũ eius actum pertinet in actione intellectus possibilis, hoc est, in contemplatione summi boni cõsistit. Neq; obest illud D. Augustini, & Aristotelis, agens esse patiente nobilius; id enim tantum, firmumq; est, si alterũ præcise, qua ratione patitur, alterum pro vt C agit, spectetur; quandoquidem agere, quàm pati ex se præstantius est. Itaq, si intellectus agens, quatenus species intelligibiles in patientem producit, patiens vero prout eas recipiẽdo patitur, absolutè spectetur, haud dubie sub ea præcisa consideratione anteponẽdus est intellectus agens patienti. Verùm id non obstat quominùs patiens, si secundum propias actiones, quas edit, expendatur agẽti simpliciter præferri debeat.

*Patiẽs intellectus agenti præstitit.*

*Quo pacto intelligi debeat omne agens esse patiente præstantius.*

## QVAESTIO II.

### *QVAE SINT INTELLECTVS agentis munia.*

### ARTICVLVS I.

### *DE ILLVSTRATIONE phantasmatum.*

*Munera intellectus agẽtis.*

TRia officia intellectui agenti Peripateticis tribuuntur. Primum est illustrare phantasmata. Secundũ, efficere obiectum intelligibile actu. Tertium, producere in intellectu patiente species intelligibiles. Quod ad primum attinet, dari quidem prædictam illustrationem significauit Aristoteles cap. 5. huius libri text. 18. Verùm quonam modo ea fiat magna dissentio est. Sunt qui

*Multorũ placita de illustratione phãtasmatis.*

illam putent consistere in productione certæ F qualitatis; cuius merito, ac vi phantasma ab intellectu agente excitetur ad gignendã formam spiritalem, hoc est, speciem intelligibilem. Ac sanè quòd intellectus agens aliquid agat, imprimátve in phantasma non obscurè indicat D. Thom. lib. 2. contra gent. cap. 77. vbi ita scripsit. Est igitur in anima intellectiua virtus actiua in phantasmata, faciens ea intelligibilia actu. Verum hæc sententia non placet. Etenim vt Durandus argumentabatur, vel id, quod intellectus agens imprimit in phantasma, est quid spiritale, vel corporale. Si spiritale, ne in transitu quidem (etsi id non improbabile iudicet Capreol. in 2. dist. 3. qu. 2. art. 3.) poterit in corpore, aut corporeo ac eidente recipi. Si corporale, cùm adhuc intra limites materialis naturæ cõsistat; qua ratione poterit phãtasmati imperiri vim ad producendam immaterialem qualitatem?

*Illustratio phãtasmatis non est præcisio alicuius qualitatis.*

Caietanus 1. part. quæst. 85. art. 1. opinatur phantasma illustrari ab intellectu agente nõ formaliter, sed obiectiuè, id est, nullam ab eo qualitatem in phantasma imprimi, sed habere se intellectum agentem ad phantasma eo modo, quo lumen Solis ad colores, quod, vti quidam opinantur, per solam assistentiam in causa est, vt colores ius similitudinem in diaphanum, indeq; ad potentiam transmittant. Sic igitur putat Caietanus phantasma, etsi crassæ, obscuræq; naturæ sit, tamen ex intellectus agentis vicinitate, & irradiatione assequi, vt possit vnà cum ipso ad producendam speciẽ intelligibilem concurrere. Addit, intellectũ agentem non effusa, sed manente in ipso luce, & interposito inter intellectũ possibilem, ac phantasma sui splendore, solam communẽ naturam illuminare, ita vt natura singularis adhuc phãtasmatis innolucro, quasi nube obliteretur eo pacto, quo Sol colorem primi non saporem, aut odorem collustrat; indeq; esse, quod ex eum distraxat vniuersaliũ species in nostro intellectu fiant, cùm sola quidditas vniuersalis in phantasmate ad eum modum illustrato effulgeat, & ad speciem productionẽ suo modo cõcursum impendat.

*Opinio Caietani de illustratione abiecta.*

Hæc etiã opinio nobis minimè probatur. *Confutatur.*
Primùm, quia non apparet quidnam lumen 1.
intellectus agẽtis interiectu suo præstet, quo dicantur phantasmata ab eo illuminata; si nihil in ea, nec cum ijs operatur. Secundò, quia 2.
si ideo dicuntur phantasmata illustrari, quia E ipsis præsens assidet intellectus agens, vtique omnia hominum, seu dormientium, seu vigilantium phantasmata perpetuò illustrari dicenda erũt, cùm semper habeant præsens lumen intellectus agentis. Quod tamẽ de dormientiũ phantasmatis negat Caietanus. Tertiò, quia vt rectè obiecit Ferrariensis 2 contra gent. cap. 77. cum phantasma quantumuis obiectiuè irradietur, nihilominus in organo corporeo maneat, extensumq; sit, non potest natura sine materiæ cõditionibus ostendere, vt fingit Caietanus. Nec est ad rem exẽplum solaris luminis, cuius radio apparet color, non sapor; ideò enim solus color ipse spectandum exhibet, quia solus color, nõ sapor, cadit sub visum. Cur enim res singularis intellectui apparere potest, cùm non vniuersalia tantùm; sed etiam singularia proposito conceptu à nobis intelligantur, vt suo loco demonstrabimus. Denique, quia si spectetur sola productio specierũ intelligibilium, phantasma, vt progressu ostendemus, non ad eam concurrit





præcisè, vt naturam communem refert, sed A vt tam communem, quàm singularem repiæsentat. Quare non est cur natura singularis

*Vltimo.* phantasmatum integumentis occultetur. Postremò, quia si in phantasmate sola quidditas vniuersalis elucet, profectò iam res in phantasia vniuersales existent, cùm in ea repræsententur absq; differentijs indiuiduantibus.

*Opinio Ferr. de illustratione radicali.*

Ferrariensis hoc in lib. q. 9. & Capreolus loco citato putãt, quemadmodum cogitatrix hominis facultas propter coniunctionẽ cum B intellectu vendicat peculiarẽ prærogatiuam, quæ belluarum cogitatrici non conuenit, vt nimirum diuidat, componat, & discurrat circa singularia; ita phantasiam ex eadem coniunctione obtinere vt ab se promat illustriora & efficaciora phantasmata, quæque vnà cum intellectu agente possint intelligibiles species producere. Atque hoc esse inquiunt phantasmata illustrari ab intellectu agente;

*Refell. iur.* quod videtur ad mentem Diui Thomæ prima C ma parte, quæst. 85. artic. 1. Hæc explicatio, quanquam habet probabilitatem, non omnino satisfacit. Videtur enim illustrationis nomen, quod actionem sonat, nimis impropriè & remotè vsurpare pro insitæ nobilitatis communicatione, quæ est ante omnem actum intellectus agentis, & in ipsa primæua ac naturali phantasiæ & intellectus, in eadem quasi radice, copulatione consistit. A qua certe phantasmata quasi ob stirpis nobilitatem & splendorem, rectiùs illustria, quam illustrata dici debent. D

*Sententiæ recentiorũ celebris, veritasque vindex.*

Placet igitur nobis ea sententia, quæ à recentioribus Philosophis celebratur, aientibus illuminationem phantasmatum non esse obiectiuam, vti Caietanus ait, nec radicalem tantùm, vt Capreolus & Ferrariensis arbitrantur, sed effectiuam; non quasi intellectus agens aliquid luminis phantasmatibus imprimat; sed quia tanquam externa lux radij sui consortio actiuè eleuat phantasmata ad producendam speciem intelligibilem; in qua communis natura repiæsentatur exuta differentijs indiuidualibus, manetque à solo intellectu perceptibilis. Itaque nequaquam etiam probanda est sententia Henrici Gandauensis quodlibeta quarto, quæstione vigesima prima, & quodlibetis octauo, quæstione duodecima & decimatertia, existimantis illustrationem phantasmatum nõ ita habere vti diximus; sed ad eum ferè modum, F quem posuit Caietanus; & intellectum possibilem phantasmatis sic illustrans ad intelligendum vti. Quod tantum esse tunc magis patebit, cùm ostenderimus non posse intellectum possibilem intelligendi actum edere absque interuentu specierum intelligibilium, quæ ab intellectu agente vna cum phantasmatis per eum illustratis gignantur.

Hæc de primo officio intellectus agẽtis.

### ARTICVLVS I.

### *DE ALIO DVPLICI munere intellectus agentis.*

ALterum munus intellectus agentis est facere obiectum intelligibile actu. Nimirum quemadmodum intellectus possibilis ex se est in potentia, vt fiat actu intelligens, ita obiectum est in potentia, vt fiat intelligibile actu. Est autem intelligibile in potentia, *Quid sit intelligibile actu, quid potentia.* secundùm esse, quod extra animã, vel in phantasmate obtinet, sitque intelligibile actu secundùm esse intelligibile, quod in intelligibili specie sortitur: tũc enim intellectus possibilis respectu illius est in actu primo, vt in ipsum ferri queat. Quo patet reddere obiectum intelligibile actu, nihil esse aliud, quàm efficere vt obiectum repræsentetur in specie intelligibili. Quod intellectus agens præstat, dum vnà cum phantasmate illustrato producit speciem rei intelligendæ in intellectum patientem. Lege D. Thomam 1 part. quæst. 54. artic. 4. & quæst. 79. artcul. 3. & in quæst. de Anima, artic. 4. & de Spiritualibus creaturis, artic. 10.

Addit S. Thomas libro 2. contra Gentes, cap. 77. & quæst. de Anima, art. 15. intellectum agentem facere etiam phantasmata actu intelligibilia; itemque per phantasmata facta ab eo intelligibilia actu gignere scientiam in intellectu possibili. Ex quo videbitur alicui in doctrina D. Thomæ, antequam species intelligibilis in intellectu producatur, iam obiectum esse intelligibile actu in phantasmate. Sed nõ ita res habet. Nec enim mens D. Thomæ est rem in phantasmate esse intelligibilem actu formaliter, sed causaliter duntaxat, quatenus phantasma illustratum causat cum intellectu agente speciem, vti diximus. Quo E *Qua ratione dicantur intellectus & phantasma scientiam causare.* etiam modo tam intellectus agens, q̃ phantasma perhibentur causare in intellectu possibili scientiam, hoc est, actum sciendi, & habitum, qui per eum actum gignitur; videlicet quatenus producunt speciem intelligibilem, quæ intelligendi sciendique formale principium est. Vbi aduertendum rem, quatenus est intelligibilis actu, appellari obiectum intellectus agentis; quia hic circa illius effectionem versatur; quatenus verò est actu intellecta dicit obiectum intellectus possibilis; quia ad hunc pertinet intelligendi actiones elicere. Ex quo facile apparet, ea prius talem naturã esse intelligibilem actu, quàm intelligatur ab intellectu, cùm intellectio præ-requirat; supponatque speciem intelligibilem, à qua oritur; & res enim odi specie tam sit intelligibilis actu, vt explicatum est. Vnde etiam colliges, intellectum possibilem nõ posse ab intelligibili actu secundùm receptionẽ speciei: siquidem intelligibile actu nõ potest

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quomodo intellectus possibilis ab intelligibili actu patiatur.*

dici agere in intellectum imprimendo speciem, vtpotè quòd antequam eius species imprimatur, non sit actu intelligibile: dicitur ergo ab illo pati ratione intellectionis, prout intelligibile actu per suam imaginē vnà cum intellectu possibili intelligendi actionem effectiuè edit. Vnde illud ex D. Augustino libro 9. de Trinit. cap. 12. à potentia & obiecto paritur notitia.

*An intellectus agens intelligat.*

Est tamen adhuc non prætereunda dubitatio, an intellectui agenti præter superiora officia, conueniat etiam intelligendi munus: quæ dubitatio apud eos tantū locum habet, qui intellectum agentem à possibili re ipsa distinguunt. Nam qui vnam eandemq; potentiam esse arbitrantur, non dubium quin ei intelligendi officium attribuere debeant. Scotus in 1. dist. 3. quæst 8. ad 1. rem in dubium reliquit. M. Albertus in Summa, de Homine, in quæst. vlt. earum, quas de intellectu agente disputat, artic. 2. asserit intellectum agentem intelligere; non tamen per aliquam speciem in ipso receptam, seu (quod idem est) intelligere actiuè, inuando per suammet essentiam intellectum possibilem. Caietanus hoc in lib. ad text. 18. ait negari non posse intellectum agentem, cùm & intellectus, & agens sit intelligere. Idemq; approbant nonnulli è iunioribus Philosophis. Denique Iandunus hoc loco, quæst. 23. inquit intellectum agentem producere intellectionem in intellectu possibili. Contraria tamen sententia quæ decernit intellectum agentem nō intelligere, nec vllam intellectionem immediatè producere, & communior est, & verior. Eam tuetur Henricus Gandauēsis quodlibeto 8. q. 12. &, vt videtur, D. Thomas in 3. dist. 13. quæst. 1. artic 1. probaturque ex eo, quia si intellectus agens intelligeret, superuacaneus esset intellectus possibilis. Deinde, quia Aristotel. cùm de intellectu agēte differuit, nunquam ei intelligendi actum attribuit, sed ipsum à patiente officijs discreuit, quòd hic esset in potentia ad recipiendas formas, ille easdem imprimeret; hic in contemplationem incumberet, ille quasi lumen fulgeret. Priuatim autē Iandini opinionem ea ratio confutat, quia si intellectus agens produceret intellectionem in patiente, sequeretur intellectionem esse actionem tranſeuntem, siquidem non maneret in eadem potentia, à qua eliceretur. Non est tamen inficiandum intellectum agentem vnà cum possibili concurrere ad intellectionem mediatè, id est, interuentu specierum, quas genuit. Quo etiam pacto dicitur idem intellectus agens, vt ait Scotus in 1. dist 3. q. 7. efficere euidentiam primorum principiorum, nimirum, per species, quæ concurrunt ad terminorum penetrationem, ex qua immediatè oritur principiorum assensus. Restat tertium munus intellectus agentis, quod est producere species intelligibiles in patientē;

*Intellectus agens nō intelligit.*

*Aliquo modo dici posse agentem intellectum cō currere ad intellectionem.*

sed nihil iam de eo, quod ad præsentem quæstionem attinet, explicandum superest. Facilè autem quiuis perspiciet prædicta tria munia, etsi vocabulis & consideratione distinguantur, re ipsa in vnum idemque recidere.

*Lege D. Th. in 3. d. 14. q. 1. art. 2. q. 3. & in 1. d. 3. q. 4. art. 3.*

Sed quæsierit adhuc fortè aliquis, cur Aristoteles cap. 5. huius libri, tex. 17. dixerit intellectum agentem habere se ad possibilem, vt artem ad materiam. Item cur illum eodem capite, tex. 18. habitum vocārit. Ad primum horum dicendum, comparasse intellectum agentem arti, quia vt ais infert in materiam formas artificiales, ita intellectus agens inducit in possibilem species intelligibiles. Et vt artifex artis ministerio non producit formam naturalem, seu formam suę speciei; nec enim Polycletus formam humanam & viuentem statuæ indit, sed formam artis: ita mens per intellectum agentem nonnisi intelligibiles formas patienti confert. Lege D. Thomam lib. 2. contra Gentes, cap. 76 & Ferrariensem in Comment. eiusdem capitis.

*Cur dixit Aristotel. agentem intellectum habere se vt artem ad possibilem.*

Ad posterius dubium respondendum est, intellectum agentem non vocari habitum ab Aristotele, quòd sit habitus primorum principiorum, vt arbitrati sunt nonnulli, quorum meminit D. Bonauentura in 2. dist. 24. artic. 2. quæst. 4. M. Albertus in Summa, de Homine, in quæst. qua quærit, an detur intellectus agens, art. 2. Et Aegydius hoc in lib. ad tex. 18. cuius opinionis absurditas ex eo conuincitur à D. Thoma, quia habitus primorum principiorum est qualitas primæ speciei, recepta in intellectu possibili ad cognoscendas primas veritates indemonstrabiles, suppositā cognitione terminorum: at intellectus agens numeratur inter secundæ speciei qualitates, quia est facultas à natura insita; nec verò supponit cognitionem terminorum, nec insidet in intellectu possibili, nec tribuitur à natura ad intelligendum, sed ad abstrahendas species à phantasmatibus. Quæ omnia ex ijs, quæ hactenus à nobis disputata sunt, facilè quiuis deprehenderit. Dicendum est igitur intellectum vocari ab Aristotele habitum, latè accepta habitus appellatione, vt complectitur quamlibet vim, aut facultatē ad operandum.

*Cur item habitum appellauit.*

## QVAESTIO III.

### *VTRVM NECESSARIO DANDE sint in nostro intellectu species intelligibiles, an non.*

### ARTICVLVS I.

### *VARIAE PHILOSOPHORUM sententiæ.*

HAec controuersia, & quæ subsequentur, cum superioribus cohærent, affereniq; non parum momenti ad vtriusque



que intellectus officia, vim & naturam pernoscendam. In præsenti autem quæstione diuersi diuersa scripsēre. Quidam species intelligibiles omnino tollere conati sunt, aientes sat esse phantasmata, vt in his intellectus naturas, non singulares tantūm, sed etiam vniuersales contueatur. Ex eorum numero fuēre Themistius, Theophrastus & Auem-Pace: qui tamen in constituendo intellectu discordes fuēre, vt superiùs diximus. De Theologis etiam Durandus in 2. dist. 3. quæst. 6. Bachouus quæst. 2. Prologi. Gotfredus quodlibeto 9. quæst. 19. & quodlib. 13. quæst. 3. Henricus quodlib. 4. quæst. 7. 8. & 21. & quodlib. 5. quæst. 14. species intelligibiles negārunt, quibus ex parte assensus fuit Gabriel in 2. d. 3. quæst. 2. aiens non requiri speciem in intellectu ad cognitionem intuitiuam, licèt ad abstractiuam requiri nō sit negandum. Nec desunt argumenta, quibus ostendi videatur fusticrà omnino species intelligibiles poni. Primùm, quia sine ipsis potest intellectus contemplari in phantasmatibus naturas, quæ in ijs, tanquam in speculo relucent. Corroboraturque argumentum ex eo, quia in potentijs, quæ inter se ordinem habent, obiectum repræsentatur posteriori per actum prioris, vt voluntati per actum intellectus, & appetitui sensitiuo per actum phantasiæ. Cùm igitur phantasia & intellectus sint potentiæ subordinatæ, ratio ordinis postulat, vt phantasia, quę est potentia natu à prior, repræsentet intellectui obiectum, quod ille confestim apprehendat absque alia specie. Secundò, idem probatur, quia vt le habet bonū ad affectum, ita verum ad intellectum; bonum autem non est in affectu per speciem, aliquam ve sui similitudinem: ergo neque verum in intellectu. Tertiò, quia si darentur in intellectu species intelligibiles, cùm eæ ponantur vti naturales causæ intellectionū, nō posset vnquam intellectus ab earum vsu cessare, semperque versaretur in percipiendis rebus, quæ per eas repræsentantur: quod experientiæ repugnat. Quartò, quia si eæ species essent in nostro intellectu, oporteret nos eas cognoscere, quēadmodum & nostros actus, tam voluntatis, q̄ intellectus palām deprehendimus. Quintò, quia multa à nobis intelliguntur, quorū species intelligibiles non habemus; siquidem nec Dei, nec substantiarum separatarum, neque aliarum rerum materiæ expertium, intelligibiles imagines assequi possumus, cùm hiusmodi res non moueant sensum, proindeque earum phantasmata habere nequeamus; & tamen constat, nos harum rerum conceptus formare. Postremò, quòd neque Angelis simpliciter necessariæ sint species intelligibiles, ostenditur. Nam Angelus sine interuentu speciei cognoscit se per suam essentiam; immò & alios Angelos per eorum substantias sibi præsentes; quod probatur, quoad

*Qui species intelligibiles nolunt ad mittere.*

1. *Argum.*

2. *Argum.*

3. *Argum.*

4. *Argum.*

5. *Argum.*

*Vltimum.*

priorem partem, quia essentia Angeli, vt est actus sine admixtione materiæ; ita est per se actu intelligibilis; estque actu & intime coniuncta proprio intellectui, vt cum eo concurrat ad sui ipsius notionem. Quoad posteriorem verò partem, ostenditur idem assumptū; nam quilibet Angelus poterit ita se coniungere intellectui alterius, vt per modum formæ intelligibilis efficientiam habeat respectu intellectionis ob eo eliciendæ. Quare videtur hisce argumentis conclusum rectè sentire eos, qui species intelligibiles dari negant.

### ARTICVLVS II.

### *NON ESSE NEGANDVM dari species intelligibiles: & has cessante actu intelligendi, manere in intellectu contra Auicennam.*

HAec tamen opinio probanda non est, sed cum schola Peripatetica, cōmuni Philosophorum approbatione asserendum, dari in intellectu species intelligibiles, quæ sint principia intelligendi; sicuti & in sensibus dantur sensibiles, vt superiori libro demonstrauimus; vbi etiam complures huiusce veritatis assertores in medium attulimus. Certè D. Augustinus putat adeò competitum esse dari hiusmodi species, vt libro 11. de Trinit. cap. 2. dicat ingeni tardioris esse de eis dubitare. Probatur igitur hæc sententia ex eo, quia ita se habet intellectus ad propriam functionē, vt sensus ad suam; at sensus, vt loco citato plenum fecimus, nullo pacto sentire queunt absque speciebus sensibilibus. Secundò, quia cùm intellectus ad hanc, vel illam rem percipiendam indiscriminatim se habeat; cumque in se spectatus sit pura potentia, necessariò ad intelligēdum requirit aliquam formam, qua actuetur, & eget aliquo formali principio, vnde intelligendi actum promat, & quo ad hoc potius, quam ad illud concipiendum determinetur. Hæc verò forma & principium non aliud est, quàm species intelligibilis. Nàm q̄ ad id præstandum phantasmata nequaquam satis sint, ex eo constat, quia phantasmata quemadmodum sunt per materiam extensa, & imperfecta crassæque materiæ, ita non nisi res singulares repræsentant: & tamen constat intellectum etiam obiecta communia percipere. Item quia phantasmata non sunt intime coniuncta intellectui, cùm non hæreant in anima, sed in corpore: at nihil operatur, nisi per virtutem, quæ in ipso est, vt ex doctrina Aristotelis in 2 huius operis lib. cap. 1. text. 4. & 5. astruit D. Thomas lib. 2. contra Gentes, cap. 76. Quò fit, vt ad nullius rei, siue vniuersalis, siue singularis, siue expers, siue particeps

*Alensis 2. p. q. 24. m. 2 et 3. & q. 16. m. 6. M. Albert. in 2. d. 3. art. 15. D. Tho. 1. part. q. 55. art. 2. D. Bon. in 2. d. 3. art. 2. q. 1. Richar. eadem d. art. 5. q. 2. Scot. q. 6. Greg. d. 7. q. 3. art. 2.*

*Phantasmata non esse satis ad efficiendas intellectiones.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



particeps materiæ sit, sufficiat phantasma, vt ex eo intellectus possibilis intelligẽdi actum proferat. Adde quòd, vt Scotus argumentatur in 1. dist. 3 q. 6. magna foret naturæ intellectualis imperfectio, si non in se, sed in corpore, hoc est, in potentia sensitiua corpori inhærente, nobilissimæ suæ operationis principium haberet. Neque huic rationi obstat, q beatis diuina essentia pro specie intelligibili est, & tamen nec per realem identitatem, neque subiectiuè in ipsis inest. Namque sic intimè eorum intellectui copulatur, vt suppleat vnionem, quam vel inhæsio, vel alia naturalis coniunctio præstare potest. Quod vt planiùs intelligas, sic habeto; In nostra specie intelligibili naturali tria inueniũtur. Est enim imago rei intelligendæ; idque habet peculiariter, vt species est. Secundò, concurrit cum intellectu ad eliciendam intellectionem: id autem vendicat, prout est principium, seu ratio intelligendi. Tertiò, inhæret intellectui, qd obtinet, quatenus accidentis naturam participat. Igitur duo priora, cùm nihil imperfectionis habeant, diuinæ essentiæ conuenire possunt, respectu intellectus beati: tertium verò minimè; quia potentialitatem & compositionem, atque adeò imperfectionis notam inuehit. Itaque adhuc ratum manet, omnem nostram speciem naturalem, atque ordinariam debere esse in ipso intellectu, cui intelligendi principium & ratio est.

*Tria inueniri in specie intelligibili.*

*Quæ illorũ competãt essentiæ diuinæ cum beatis est pro specie intelligibili.*

*Aristoteles species intelligibiles posuerit non esse.*

Postremò, quòd Aristoteles species intelligibiles posuerit, constat. Etenim hoc libro, cap. 4. text. 15. ait intellectum possibilem fieri singula, videlicet, quia singularum rerum species recipit, & tex. 16. sequenti, itemque cap. 5. tex. 19. ait intellectum & rem intellectam esse vnum; non sunt verò vnum per naturam, sed intelligibiliter, quatenus res, quæ intelligitur, per sui imaginem intellectui copulatur, & vnitur. Præterea vocat intellectum locum formarum, seu specierum; non nisi quia vt locus rem locatam recipit, ac seruat; ita intellectus species intelligibiles.

*Auicennæ dictus species intelligibiles permanere in intellectu.*

Sciendum est autem Auicennam libro 6. Natural. part. cap. 6. existimasse intelligibiles species non permanere in nostro intellectu, nisi dum eas apprehendit, aut ex ijs intellectionem edit. Eius fundamentum fuit, quia quicquid recipitur in intellectu, recipitur intelligibiliter: ergo cessante intellectione euanesceret species intellectu recepta. Hæc tamen opinio procul aberrat à veritate, nititurque fundamento satis futili. Eam igitur præter alios coarguit D. Thomas lib. 2. contra Gentes, cap. 74 & de Veritate, quæst. 10. art. 2. & 1. par. quæst. 79. artic. 6. Nam cognitio intellectiua multò est perfectior, quam sensitiua: ergo si ad sensitiuam cognitionem conseruãtur species, vt fatetur Auicenna, multo maiori iure conseruabuntur ad intellectiuam: maximè cùm intellectus possibilis multò firmior sit, quàm esse materiæ corporeæ, quæ sensim fluit, & amittitur, in qua tamen sustentantur potentiæ sensitiuæ.

Deinde, quia si hæc positio vera esset, nulla prorsus ratio memoriæ daretur in parte intellectiua, nec recordaremur nos eliciuisse cõceptus rerum vniuersalium, quod est contra experientiam. Lege si placet, quæ de hac re commentati fuimus in libris Paruorum Nat. de Memoria & reminiscentia, cap. 2.

*Confutatur hæc sententia.*

Ad rationem Auicennæ respondendum est, si recipi intelligibiliter idem valeat, atque recipi accommodatè ad intellectum, haud dubiè species intelligibiles recipi in nostra mẽte intelligibiliter. Si verò idẽ sit ac recipi, vt cognitum in cognoscente, quod dicitur recipi dum apprehenditur; tunc species non ita se habere, quia non opus est, vt cùm recipiuntur, ab intellectu apprehendantur.

*Proponuntur ordine dignitatis genera 4. specierum.*

Portò quibusdam veluti gradibus ascendunt species, quæ cognitionis principia existunt. In infimo sunt species sensuũ externorum, quæ nõ nisi præsente obiecto, & sensione durante, manent. In secundo species internorum sensuum (non tamen sensus communis) quæ post sentionem, & remoto obiecto, seruantur: sed tamen cùm insint in organo corporeo obsolescunt, & fluxu materiæ sensim dilabuntur. In tertio species intelligibiles nostri intellectus, quę obiecto nõ existente, & cessante intellectione, perseuerãt; cúmque immateriali subiecto insint, postquam ei semel inhæserunt perpetuæ, atque indelebiles sunt. Neque obstat, quòd habitus scientiarum & virtutum intellectui, seu voluntati insidentium sæpe amittantur. Non enim talis amissio prouenit ex defectu subiecti, sed ex dissidio & repugnantia contrariorum, quibus cedunt (vt omittamus eam supernaturalium habituum amissionem, quæ ob nostram culpam accidit per subtractionem diuinam, cuiusmodi est deperditio gratię.) At species tam intelligibiles, quàm sensibiles contrarijs vacant; alioqui non possent inesse simul imago candoris & nigredinis in acie, vel oculo. Quod falsum esse constat, cùm vtrumque simul intueamur. In quarto gradu sunt species intellectus Angelici, quæ præter alias perfectiones, eam addunt supra species nostri intellectus, quòd non fuerunt aliquo temporum, aut inflatum successu acquisitæ, sed ipsis Angelis à principio ingenitæ.

*Species intelligibiles inhærentes intellectui inesse.*

*Species Angelicæ omnium præstantissimæ.*

## ARTICVLVS III.

### SOLVTIO ARGVMENTORVM primi articuli.

*Ad 1. arg.*

ARgumenta initio quæstionis proposita sic explicabis. Ad primum dic, non posse intellectum contemplari naturas in phantasmatibus



matibus ob eas causas, quas superiori articulo attulimus. Et ad argumenti confirmationem, si loquamur de modo repræsentandi, q sufficiat vt posterior potentia id ipsum, quod prior cognoscat, falsum assumi. Nec enim facultati appetenti sic obiectum repræsentatur, vt quod à cognoscente apprehenditur, ipsa etiam cognoscat: sed eatenus dicitur ei repræsentari obiectum, quatenus in id tendere non valet, nisi à cognoscente præconceptum sit. Quod patet, cùm phantasia & intellectus sint potentiæ subordinatæ; nõ probari hoc argumẽto sat esse repræsentari obiectum à phantasia: vt in id intellectus illicò absque specie sibi inhærente feratur.

*Ad 2. arg. Cur potentia appetens non habeat in se principium à quo determinetur.*

Ad secundum, diuersam esse rationem in potentia cognoscente, & in appetente, tum ob alias rationes, tum quia facultas appetens determinatur ad operandum à notitia obiecti; facultas autem cognoscens non habet à quo determinetur, ideoque opus illi est specie, tanquam principio determinante.

*Ad 3. arg.*

Ad tertium, sic intellectũ concurrere cum specie ad intellectionem, vt oporteat illum prius excitari vel à phantasmate, vel à voluntate, vel ab vtroque, aliave causa eiusmodi; ob idque non semper vti speciebus, quibus est consignatus; sed interdum ab intelligendo cessare; nonnunquam hac potiùs, quàm illa specie vti; quia ad hunc magis, quam ad alterius vsum aliunde mouetur.

*Ad 4. arg. Quo pacto cognoscat intellectus se vel sua species consignata.*

Ad quartum, cognosci ab intellectu species intelligibiles per actum reflexum & arguitiuè. Dum enim experitur se intelligere, reflectitur supra suum actum, arguitq; habere se principium formale intellectionis, hoc autem principium esse colligit ijs rationibus, quibus id concluditur. Qua de re infrà.

*Ad 5. arg.*

Ad quintum, esto omnis intellectio ab aliqua specie intelligibili oriatur, non omnem tamen elici ab specie propria eius rei, quam intelligimus; sæpe enim ex imagine & notitia vnius ad cognitionem conceptumve alterius progredimur, vt cùm per res sensibiles Dei & substantiarum separatum intelligentiam assequimur; quæ cognitio etsi non proximè, teniotè tamẽ à sensu petitur. Vtrum verò post conceptus, quos de hisce rebus formamus, relinquantur in nostro intellectu species intelligibiles, progressu patebit.

*Non semper intellectus res cognoscit per propriam sui speciem. Ad vltimũ.*

Ad sextum, quod attinet ad cognitionem, quam de se Angelus habet, admittendum est cognoscere illum se per suam essentiam, vt docet D. Thomas 1. par. quæst. 59. artic. 1. & de Veritate, quæst. 8. art. 2. itemq; D. Bonauentura, Durandus, Richardus in 2. dist. 3. Aegidius in tract. de Cognitione Angelorum, q. 1. Soncinas 12. Metaph. q. 19. aliiq; non pauci; etsi nõ defuerint qui secùs existimarint aientes non posse Angelum se per suam substantiam intelligere, sed habere ad id speciẽ sicuti ad aliarum rerum perceptionem. Oppositum tamen dicendum, videlicet non intelligere se Angelum per speciem superadditam, cùm ad id possit eius substantia, vti argumentam concludit, subire vicem speciei. Quòd verò spectat ad cognitionem, qua vnus Angelus alios cognoscit, putant nonnulli quemlibet cæteros per eorum essentias intelligere, quam opinionẽ attribuit Platoni D. Thomas 2. cont. Gent. cap. 98. eamq; tuetur Durandus & Nominales in 2. dist. 3. sed nobis ea non placet, quia nequit potentia intellectiua ab vlla re creata, tanquam à forma intelligibili actiuè, ac principaliter determinari ad intelligẽdum, nisi eiusmodi principium determinans intra se, atq; intimè sibi coniunctum habeat, quæ coniunctio non cernitur in substantia vnius Angeli respectu alterius. Longior hac de re disputatio ad alium locum pertinet.

*Angelus non cognoscit speciem vi sui intelligati.*

## QVAESTIO IV.

### *DENTVRNE IN NOSTRO intellectu species intelligibiles, quæ proprie sint rerum singularium, an non.*

## ARTICVLVS I.

### *NEGATIVAE PARTIS argumenta.*

AGitatur hæc quæstio inter Philosophos magna dissidentiũ partiũ cõtentione. D. Thomas tum alijs in locis, tum 2. cont. Gent. cap. 100. 1. par. q 86. artic. 1. Caietanus ibid. Capreolus in 1. dist. 35. q 2. in solutione argumentorum contra quartam conclusionem, Argentinas in 4. dist. 50. quæst. 1. artic. 3. Ferrariensis 1. cont. Gentes, cap. 65. & hoc in lib. quæst 13. arbitrantur nõ dari in nostro intellectu species rerum singularium, idemq; tuentur nonnulli ætatis nostræ Philosophi, asserẽtes nihil esse à peripatetica doctrina alienum, si eiusmodi species admittere. Probãt suam sententiam in hunc modum:

*Qui species rerum singularis in intellectu non admittant.*

*1. Argum.*

Forma recipitur in subiecto secundùm conditionem, ac modum recipientis; sed anima est expers materiæ; ergo species, quę in ea recipiuntur, debent esse immateriales in repræsentando; atque adeò nequibunt repræsentare conditiones materiæ singularis, sed duntaxat naturam communem ab ijs omnibus, ac liberam. Confirmatur, & arguitur vt communi illo Peripatetticorum effato, quod assumptum est ex Aristotele hoc in lib. cap. 4. text. 16. Res materiales fieri intelligibiles, dum à materia abstrahuntur. Enimverò cùm hæc abstractio non ita accipi debeat, quasi res per intellectum à propria materia, qua constant, eximendæ sint; vtique sic erit accipienda, vt tunc res dicãtur effici intelligibiles, cũ menti

Universidad de Deusto
Biblioteca



obijciuntur per species, quæ non materiam A
individualem, vtpote crassiorē, ac magis de-
pressam, sed communem tantùm referant.

2. Argum. Secundò, intellectus humanus medium locū obtinet inter sensum & intellectum substantiarum separatarum; atqui species, quæ sensibus inuruntur, repræsentant sola singularia; quæ verò substantijs separatis congenitæ sunt; tam singularia, quam vniuersalia distinctè referunt, vt Scholastici scriptores in 2. dist. 3. edisserunt. Igitur ordo ac proportio rerum B postulat, vt species, quæ ab humano intellectu acquirentur, solas naturas communes repræsentent. Adde quòd vt intellectus Angelicus percipit distinctè per vnam speciē, quæ nosser per multas; ita consentaneum est, vt quę à sensu per multas species cognoscuntur, a nostro intellectu per vnam intelligentur: quod secùs foret si nostet intellectus posset rerum singularium imaginibus configuari.

3. Argum. Tertiò, id naturæ ingenium est, vt non C consueuerit facere pluribus, quod possit facere paucioribus; sed species intelligibiles naturarum communium sufficiunt ad intelligendas res singulares, adiunctis earum phantasmatibus; non est igitur vlla necessitas inuehendi species intelligibiles rerum singularium. Probatur assumptio, qui vti phantasmata concurrunt cum intellectu agente ad producendas species intelligibiles, ita cum patiente impressionato iam specie rei communis D poterunt concurrere, nō exemplariter solùm, sed etiam actiuè illam determinando ad concipiendā eam rem singularem, cuius id phantasma est: præsertim cum ex eo nullū sequatur absurdum.

4. Argum. Postremò, quod Aristotelico dogmati aduersentur, qui rerum singularium species intellectui humano dant, hinc perspicuum est, q; Aristoteles hoc libro, capite 4. text. 10. docuit animam nostram vt sensitiua cognoscere earE nem, id est, singularia materialia, quę sunt affecta sensibilibus qualitatibus, calore, frigore, alijsque eiusmodi. At ipsum esse animæ alia percipere facultate, aut separabili, id est, diuersa ab ea, qua cognoscit singularia, aut perinde se habente ad se ipsam, vt cum extensa fuerit linea flexa. Quo loco, vt plerique interpretes annotarunt, profitetur Aristoteles singularia non intelligi à nobis directa, sed reflexa cognitione; at si in nobis intelligibiles rerum singularium species darentur, non dubium, quin ex directe à nobis intelligi possent.

## ARTICVLVS II.

### *ARGVMENTA PARTIS affirmatiuæ.*

*Qui dandas esse species singularium existimant.*

COntraria huius controuersię pars asserto-
res habet Scotum in 4. d. 45. quæst. 3. Gre-
gorium Ariminensem in 1. dist. 3. q. 1. art. 2. Richardum in 2. dist. 2. q. 4. Apollinarem hoc in lib. quæst 12. Thienensem & Buriæum 1. Physicorum & alios. Quæ ita probatur: Nulla est repugnantia quominus species rerum singularium in nostro intellectu dentur; possunt igitur dari. Negant aduersarij antecedens, aiuntq; repugnare tum ex parte ipsarum specierum intelligibilium, quas nō videtur consentaneum ita limitatas esse, vt singulæ singula duntaxat individua repræsentent: tum ex parte intellectus possibilis, quem minimè decet speciebus adeo circunscriptis affici. At enim difficile nō est huiusce modi repugnantias demoliri. Nam species naturam singularem repræsentans nobilior est, q̄ ea, quæ communem tantùm naturam significat; ergo limitatio illa nihil detrahit de dignitate speciei; nec species rei singularis minùs, quàm rei communis: quin potius magis cùm intellectus præstantia conuenit. Antecedens probatur, quia imaginis præstantia, modò cætera sint paria, desumitur à re, quam repræsentat, at natura singularis excellentior est, q̄ communis; cùm inferiora plures essentiæ gradus in se cohibeant, quam superiora: vnde & conceptus rei singularis, quàm rei cōmunis, perfectior habetur. Rursus, quòd prædictæ species te ipsa in nostro intellectu dentur, ita probatur: Causæ naturales non impeditæ producunt nobilissimum effectum, quę possunt; at intellectus agens & phantasma sunt causæ naturales specierum intelligibilium; ergo producent nobilissimam speciem, quam possunt, si non impediantur: sed species nobilissima est species rei singularis, vt ex proximè dictis constat, & nihil est quod eius generationem impediat: ergo hanc producent. Item, Nostet intellectus effingat peculiares ac distinctos conceptus rerum singularium, sed ij sine propriis earum speciebus confiare nequeūt: dantur ergo propriæ species rerum singularium. Maior propositio, etsi a quibusdam negetur, a nobis tamen paulò post demonstrabitur. Minor ex eo suadetur, quia ea species rei communis non nisi confuse & implicite singularia repræsentet, nequibit intellectus ad hoc magis, quam ad illud singulare concipiendum per eam deduci; sed vago & errabundo motu huc illuc fluctuabit. Sunt qui respondeant, licet species intelligibilis solam communem naturam referat, determinari tamē per eam intellectum ad concipiendam rem singularem, de cuius phantasmate species ipsa educta est, propriè cognitionē, quam species habet cum phantasmate. Sed hi facile coarguuntur. Nam vel ea species iure cognationis re vera eiusmodi singulare repræsentat, vel non; si dent primum, iam ergo in nostro intellectu erunt species, quæ nō solùm naturas vniuersales, sed individuas etiam referant, quod tamen solis speciebus substantiarum separatarum Theologorum Schola attribuit; si secundum, nullo pacto species intellectrices vim ad vltimū singulare definitè intelligendum applicabit.

1. Argum. 1. Refutatio. Alij occurrunt, intellectum nostrum naturæ communis imagine affectum determinari à phantasmate ad rem singularem concipiendam eo modò, quem tertio superioris articuli argumento explicuimus. Verùm neque horum solutio satisfacit. Etenim quemadmodum nostet intellectus, vt suprà ostendimus, non potest vti solo phantasmate tanquam principio intelligendi, sed requirit principium sibi intimè coniunctum, atque inhærens, à quo intelligendi actum promat, (alioqui saltem ad intelligenda singularia neutiquam speciebus intelligibilibus indigeret) ita vt hoc potius, quàm illud percipiat, non fit illi est externa assistentia phantasmatis; sed eget interno principio, à quo ad id actiuè determinetur. Nec obstat, quòd intellectus beati concurrit cum diuina essentia ad actum beatificæ visionis; cum tamen diuina essentia non sit interna ipsi beato; id enim, vt iam ante monuimus, propterea fit, quia diuina essentia ob suam eminentiam infinitam, potest supplere modum illum intimæ coniunctionis, sine quo species creata, vel quod speciei creatæ conditionem subit, non potest cum intellectu ad intelligendi actum concurrere. Nec item obest, quod quilibet Angelus intelligit se per suam essentiam. Nam essentia Angeli est intimè copulata eius intellectui, cùm intellectus in ipsamet essentia inhæreat, Phantasma verò non ita se habet ad nostrum intellectum: siquidem illud in organo corporeo, hic in ipsa animæ substantia insidet. Corroboraturque argumentum insuper ex eo, quia conceptus, qui per intellectionem rei singularis in mente gignitur, est quasi proles ipsius obiecti cogniti, vt docet Diuus Augustinus libro nono de Trinitate, capite decimosecundo. Quare oportet, dum is gignitur, contineri in mente obiectum: non potest autem ibi esse per se: ergo per suum quasi semen, quod est propria ac peculiaris ipsius imago. Nam species rei communis non magis est virtus huius, quàm illius singularis.

4. Argum. Præterea, in nostro intellectu dantur species multorum singularium materiæ expertium; ergo saltem horū singularium species admittendæ sunt. Antecedens probatur, quia is, qui elicuit actum amoris Dei, vel naturæ vniuersalis; intellectionem, recordatur postea se eiusmodi actus elicuisse; omnis verò recordatio intellectus oritur à specie intelligibili: habet ergo nostet intellectus species intelligibiles, quæ hosce actus singulares repræsentent. Nec satisfaciet qui dixerit recordationem hanc non ab intellectiui, sed à sensitiua memoria proficisci; non enim facultas organica apprehēdit res spirituales, cuiusmodi sunt voluntatis, & intellectus actiones: cùm sint extra limites obiecti potentiæ corporeæ. Nec memoria sensitiua recolit nos percepisse hominem in commune: cùm circa naturas singulares tantummodò versetur.

5. Argum. Item, Anima separata recordatur singularium sensibilium per species, quas hinc detulit; ergo dum esset in corpore habuit intelligibiles species eiusmodi singularium. Antecedens suadetur exemplo diuitis epulonis, cuius habetur mentio Lucæ decimosexto, q̄ apud inferos recordabatur suorum fratrum. Ac quòd eam recordationem eliceret non ex speciebus infusis, sed ex ijs, quas ministerio phantasmatum acquisierat, ea ratio probat, quia recordatio est perceptio rei cognitæ; vt antè à cognitæ: diues autem non cognouerat antè fratres per species infusas, sed p̄ acquisitas. Quare non videtur negandum dari in nostro intellectu species intelligibiles propriæ rerum singularium.

## ARTICVLVS III.

### *VTRAQVE PARS CONTROuersiæ probabilis iudicatur: præfertur tamen negatiua, vt magis peripatetica: vtriusq; argumenta diluuntur.*

HIs ita disputatis, vtraque pars quæstionis probabilis videtur, etsi propositum nobis fit tueri potius negatiuam, quæ Aristoteliæ doctrinæ magis consentanea existimatur: diluemus tamen vtriusque argumenta, vt quo pacto quælibet earum defendi possit, facilè appareat. Ad primum pro priori sententia concessa maiori & minori, neganda est consecutio. Nec enim oportet omnes species intelligibiles immateriales esse in repræsentando, sed in essendo. Aristoteles autem loco citato tantum docet, vt res in materiam diuersæ intelligibiles fiant, debere à materia, id est, à materiæ conditionibus abstrahi; quia quæ ab intellectu percipiuntur, nequeunt in eo esse per species diuisas, aut extensas, siuve præditas, quæ sunt propriæ affectiones materiæ, sed per imagines spirituales, atque omnis concertionis expertes, vt cum ipsa intelligendi vi cognationem habeāt; tales verò sunt omnes species intelligibiles, siue communium, siue singularium rerum.

*Ad 1. argu. sententiam negatiuam.*

*Quo pacto species intelligibiles debeāt esse immateriales.*

Ad secundum dicendum, proportionem nexumq; ordinis, qui inter humanum intellectum & Angelicum, atque inter sensum est, in eo cerni, quòd sensu acquirit species solas singularia repræsentantes: nullas verò, quæ repræsentent vniuersalia; intellectus autem nostet quasdam sortitur, quæ singularia tantùm, alias quæ sola vniuersalia repræsentent:

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Species Angelorum distincte vniuersalia & singularia representant.*

at in intellectu Angelico nullæ sunt, quæ aut sola singularia, aut sola vniuersalia referant, sed omnes vniuersalia simul, & singularia distinctè exprimunt. Ad reliquam partem eiusdem argumenti dic ea, quæ sensus per multas species cognoscit, percipere nostrum intellectum per vnam speciem, confuse tamen. Nam colorem in commune, verbi gratia, intelligit per speciem coloris, qua cognitione implicitè & confusè colores omnes complectitur. Verùm præter hãc confusam singulorum colorum notitiam, aliam quoque propriam & expressam consequitur intellectus singulorũ colorum per singulas species, q̃ per vnam tantùm imaginem obtinere non posset; quia id solis Angelorum speciebus conuenit. Si autem petas quando intellectus acquirat species rerũ singularium, quando communium,

*Quo modo intellectus acquirat species rerum singularium, et communium.*

Respondemus species rerum singularium acquirere beneficio intellectus agentis, & operè phantasmatum: species autem rerum communium, cùm possit recipram speciem rerũ singularis, abstrahit ex ea naturam communem; eam nimirum concipiendo absque differentijs individualibus. Tunc enim per eiusmodi conceptionem gignitur in intellectu species naturæ communis: quia conceptus est actualis similitudo rei; at ex similitudine actuali relinquitur in potentia habitualis similitudo: quemadmodum & per assensum conclusionis, qui est scientia actualis, gignitur habitus sciendi, siue scientia habitualis.

*Ad 3. arg.*

Ad tertium, concessa maiori propositione, negãda est minor, & ad eius probationem inficiandum posse phantasma actiuè concurrere cum intellectu possibili ad intellectionẽ rei singularis, ob eam causam, quam superius explicuimus, quia videlicet oportet principium elicitiuum intellectionis non esse extra

*Oportere principium elicitiuum intellectionis non esse extra intellectum.*

intellectum. Enimuerò licet phantasma intellectui possibili famulatum præstet suppeditando illi suo modo species intelligibiles, determinatè tamen decet intellectum possibilem post receptionem eiusmodi specierum intellecti, ad sensum, demittique ad organum corporeum edituros nobilissimam, & quam maximè à materia liberam operationem, quæ est intellectio.

*Ad vltimũ argum.*

Ad vltimum dicimus locum illum secùs ab aliis explicantibus vt nequaquam sibi de reflexa, aut directa cognitione primo sit: sed cũ Aristoteles quęrisset, eademne an diuersa potentia rem singularem sensibilem & communem eius naturam cognosceremus, respondere, animam, rem singularẽ sensibilem percipere sensitiua potentia; communem verò alia aut separabili, id est, diuersa, secundùm rem ab ea, qua singularem cognoscit; aut habente se ad se ipsam, atque cùm extensa fuerit linea flexa, id est, quæ saltem ratione (de reali namque distinctione nondum ibi quicquam absolute discernitur) ab illa differat eo modo, quo linea inflexa, cùm extenditur, re quidem ipsa eadem est, potest enim eadem linea frangi & pungi, tatione tamen à se distinguitur. Ita verò (iuxta hanc interpretationem) inflexæ rectæ qi lineę similitudinem, non ad agnitionem reflexam & directam, sed ad discrimen inter potentiam, qua singulare & vniuersale cognoscitur, quæ de re quæstio erat, retulit Aristoteles. Quo fit, vt ibi de ordine modoue vniuersalem & singularem naturam cognoscendi nihil omnino habeatur.

Hæc explicatio totam machinã illius argumenti, quo maximè nituntur, qui singularia reflexè ac posteriùs à nobis intelligi opinantur, facilè dissoluit. Nec verò, vt quidam autumant, Platonis in Timæo sententia est, quam illic Aristoteles imitatus sit, singularia reflexè à nobis concipi. Non enim Plato cũ reflexæ cognitionis meminit, & actiones intellectus lineæ primùm rectæ, mox circinatæ, interiusque recurrenti, comparat, non, inquam, tunc de rerum singularium notitia philosophatur, sed de ea, qua hominis mens recto cursu ad alterum rerum scientiam expessendam extra se primùm quasi egreditur, deinde oraculi monitu ad se redit, & in sui ipsius cognitionem incumbit. Qua de causa anima, intellectualis sphæra, quæ in seipsam circulum facit, à Philosophis dici cõsuevit. Eóque spectat illud Hugonis Victorij lib. 1. Didascalon, cap. 2. Mens nostra in orbes geminos motum glomerat; quia siue per sensus ad sensibilia excat, siue per intelligentiam ad ea, quæ sensu fugiunt, ascendat; ad se ipsam rerum similitudines trahens, regyrat. Vel dicendum, vt Philoponus interpretatur, Platonem quasi ænigmate per lineam flexam indefinitè significasse actiones intellectus, cuius est in se ipsum posse conuerti; per rectam verò cæteras functiones vitales, quæ nihil aliud sunt, quam progressus quidam ab anima vt vnificante ad aliud, siue ad illud, quod vitam suscipit, id est, ad corpus: secuti linea recta ab vno puncto desinit in aliud.

*Locus Platonis explicatur.*

*Sententia Delphicis ipsi scribitur, nosce te ipsum.*

*De qua Lesbius libro 1. Plin. lib. 7. cap 32. Macrob 1. Sat. c 6. Clem. Alexand. in Pædag.*

*Anima intellectus dicitur sphæra à Philosophis.*

Veniamus nunc ad explicanda partis affirmatiuæ argumenta. Ad primum negandum est antecedens, & ad eius probationẽ dicendum, speciem, quæ repræsentat rem singularem ex parte nobiliorem, esse, videlicet, prout refert naturam plures gradus in se continentem, vt probat argumentũ: alioquin verò deficientis notæ habeat, nimirũ quatenus est limitata ad vnum tantùm singulare; species autẽ rei vniuersalis nõ solùm repræsentat naturam communem multis, sed potest deseruire cognitioni omnium singulariũ sub eadem specie, concurrendo cum eorum phantasmatis, vt in tertio primi articuli argumento dicitur.

*Respõdetur ad argumenta in parte affirmatiua. Ad 1. arg.*

Ad secundum respondendum est speciem propriam rei individuæ nõ esse effectum absolutè præstantissimũ, quẽ intellectus agens potest edere, tum ob limitationem, quam eximus;



eximus; tum quia ne eiusmodi speciem producat, obstat naturæ ipsius ingeniũ; quæ non assolet pluribus efficere, quod potest paucioribus: potest autem intellectus patiens intelligere naturas singulares per species rerum communiũ adiutus concursu phantasmatũ.

*Ad 3.*

Ad tertium concessa maiori, neganda est minor, & ad eius probationem, omissa priori solutione, quæ rectè colligitur, danda est secunda, dicendumq;, licet intellectus non determinetur ad conceptum alicuius singularis à sola specie intelligibili in se sumpta, determinari tamen ab illa, pro vt concurrit vna cum phantasmate rei singularis, & ad huius rei impugnationem respondendum, cùm dicimus intellectui non posse deseruire phantasma tanquam principium intelligendi: interpretandum id esse de principio adæquato, vel principali actuante, ac determinante intellectum: quale non ponitur phantasma ab iis, qui dicunt intellectum determinari ab eo ad concipienda singularia: tantùm enim statuitur ad supplendam repræsentationẽ singularitatis, & conditionum individualium. Cætera, quæ in eodem argumento afferuntur de visione beatifica, & de cognitione Angeli, nihil contra id, quod tuemur concludunt, vt erit iam consideranti perspicuum. Nam vnio essentiæ diuinæ cum intellectu beati eminenter continet illam coniunctionem, quam requirimus in principio adæquate, vel principaliter actuante intellectum. Essentia verò Angeli intelligẽtis se per suam essentiam intimè copulata est intellectui eiusdem, cum intellectus in ipsamet essentia hæreat. Phantasma autem no ita se habet ad intellectum; siquidem illud in organo corporeo, hic in anima infidet. Postremo ad id, quod ex D. Augustino citatur, fatendum est conceptũ esse obiecti prolem, sed negandum id producendum rei singularis conceptum requiri speciem intelligibilem rei singularis propriam. Licet enim species intelligibilis nullum singulare explicitè repræsentet; determinatur tamen à phantasmate, atq; ita conceptus rei singularis censetur prolis eius obiecti, cuius ipsum phantasma est.

*Quid præstet phantasma cũ requiritur ad intellectionem singularis.*

*Ad 4 arg.*

Ad quartũ dicendum cùm quis elicit conceptum hominis, verbi gratia, speciem illam, quæ antea, cum primum est producta in intellectum possibilem, repræsentabat hominẽ absolutè, post eiusmodi conceptum factam memoratiuã referre eundem hominem sub ratione cogniti, ita vero, vt quia recordetur se cognouisse hominem, non opus est manere in intellectu speciem, quæ repræsentet illum singularem conceptum, quo hominem apprehẽderat; sufficit enim eandemmet speciem hominis modificari ad repræsentandũ hominẽ sub ratione cogniti. Quod fit cognitio sit rei individuæ materialis, vt Bucephali: cum postea intellectus recordatur se Bucephalum cognouisse, ea recordatio nõ erit adæquate à specie equi, quemadmodum nec prima conceptio fuit; sed inadæquate, id est, partim erit ab illa, partim à phantasmate repræsentante Bucephalũ sub ratione cogniti. Nam cùm intellectus primò apprehẽdit Bucephalum, eundem simul apprehendit phantasia, & quia species Bucephali, quę in phantasia seruata est, post primam apprehensionẽ repræsentat illũ sub ratione cogniti, inde est quòd postea phantasma ab ea elicitum exhibet Bucephalum similiter sub ratione cogniti, determinatq; intellectũ ad apprehendendum illum sub eodem modo. Si autem conceptio sit rei individuæ immaterialis, cùm ea nõ possit in phantasmate repræsentari, maior est difficultas; dicendum tamen quoties intellectus aliquod singulare, etiã immateriale concipit, simul phantasiam aliquid materiale apprehendere; simile tamen, cognatúmve eiusmodi rei immaterialis, vt progressu huius operis exponemus. Igitur ex specie memoratiua talis rei apprehensæ per phantasma, & ex phantasmate ab ea elicito poterit determinari species illa, è qua intellectus ante elicuerat conceptũ prædictũ rei individuæ immaterialis. Atq; ita fiet, vt intellectus absq; specie propria rerum singulariũ, siue ex res materiales sint, siue immateriales, earũ recordationem edere valeat.

*Recordatio rei individuæ materialis.*

*Quo pacto fiat memoratiua.*

*Ad 5. arg.*

Ad quintum, relicta opinione quorundã, quos refert Caiet. 1. part. q. 79. art. 6. alentium animam separatã cognoscere singularia per species acquisitas, vel quas hinc detulit, respondendum est cum D. Thoma in disputatis, quæst. de anim. art. 20. & 1. parte q. 89. art. 4. Caietano ibidem, Ferratiẽsi ad cap. 74. lib. 2. contr. gent. Abulense ad cap. 25. Matth. q. 607. & 610. & alijs; animã separatam cognoscere singularia per species sibi inditas in absolutis à corpore, quæ species similes sunt iis, quas Angeli à prima origine acceperunt; repræsentant enim non solùm vniuersalia, sed etiam singularia. Ac quemadmodum in Angelis species intelligibiles, quæ ex se indifferenter singularia possent repræsentare, determinantur ad hæc & illa singularia actu significanda, cum illa existunt actu, ita vt existentia sit conditio determinandi speciem ad eiusmodi singularia: sic in anima separata species vniuersaliter repræsentantes, & alioquin æqualiter se habentes ad omnia sua significata, determinãtur ad quæda singularia, quæ ad animæ statũ pertinẽt, quatenus anima sortitur ad illa peculiarẽ habitudinẽ, siue ob aliquam affectionem, siue ob antecedentẽ notitiam, siue ob diuinã ordinationẽ, aut aliud quid simile; quibus inter viuos reliquerat. Ad id verò, quod deinde argumẽtũ opponebat, dicendum est, licet recordatio sit rei cognitę, vt cognita est iterata cognitio, nõ

*Ad 5. arg. Vtrum partim ab specie, partim à phantasmate.*

*Vnde prouenit quod separata anima singularia percipiat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



oportere proinde eam cognitionē repeti ex eadem specie: sat enim esse elici ex alia, sup-
Dist. 4. ar. 3. posita priori cognitione. Quod in tractatu de anima separata erit à nobis enucleatius explicandum.

Ita patet qua ratione diluenda sint veriusij partis argumenta. Quia tamen, vt superiùs monuimus, decretum nobis est eam partem, quæ negat dari species rerum singularium, vt Aristotelicæ doctrinæ magis consentaneam tueri, quam iccirco etiam in primo Physicæ Auscultationis lib. defendimus: ad eā in nostris cōmentarijs doctrinæ filum accōmodabimus. Quæ verò in solutione argumentorū,
Cap. 1. qu. 4. art. 2. quæ pro illa ad iucuntur, retulimus, si ijs, quę à nobis alibi statuuntur, repugnent, vt ex aduersationum sensu dicta accipi debent.

## QVAESTIO V.

### *NVM SPECIES INTELLIGIBILES ab intellectu agente producantur.*

### ARTICVLVS I.

### *REIECTIS QVORVNDAM placitis, statuuntur aliquot assertiones.*

*Qui dixerunt species non gigni in intellectu sed à corpori bus immitti.*

IN hac quæstione fuit Democriti opinio, vt refert D. Augustinus in epistola ad Dioscorum, & Aristoteles in libro de Somno, & vigilia cap. 2. nullam speciem ab intellectu siue agente, siue patiente gigni; sed ab ipsis corporibus per diffluxus quosdā intrare imagines in nostros animos. Idem quoque fuit Stoicorum dogma, quod Boetius libro 5. de consolatione philosophiæ metro 4. hunc in modum cecinit:

*Quondam porticus attulit*
*Obscuros nimium senes,*
*Qui sensui, & imagines*
*E corporibus eximis*
*Credunt mentibus imprimi:*
*Vt quondam celeri stylo*
*Pressas figere litteras*
*Mos est in cerave paginæ,*
*Quæ nullas habet notas.*

*Huius sententiæ absurditas demonstratur.*

Huiusce placiti absurditas liquet ex ijs, quę à nobis superiùs disputata sunt, cùm ostendimus nō posse phātasma visua speciem intelligibilem producere: si enim id nequit phātasma, multo minùs potuerunt corpora ipsa, quæ sunt naturæ multò crassioris, multoq; magis in materiam demerta. Neque officit, quod nō pauci ijsq; graues Theologi arbitrati sunt Angelos accipere à rebus, etiam sensibilibus, species, per quas cognoscant singularia, vel saltem prædicata contingentia quæ rebus singulis conueniūt. Non enim ij Auctores credūt eiusmodi species transfundi in intellectū Angeli immediatè à coloribus, verbi gratia: sed intellectum agentem illius vnà cum speciebus sensibilibus colorū (quemadmodum nostri intellectus assolet cum phantasmatis) producere in intellectum possibilem species intelligibiles earum. Quā de re lege si placet. Alenſem 2 part. qu. 26. memb. 2 D. Bonauenturam in 2. dist. 3. art. 2. quæst. 1. Richardum eadem dist. art. 6. quæst 2. Scotū quæst 11. Gregorium dist. 7. quæst. 5, art. 1.

*Angeli accipere species à rebus, non hac ratione modo recipiendi.*

Altera sententia fuit Platonis in Menone, alijsq; locis, & Auicennæ lib. 6. Naturalium part. 5. cap 6. & 7. arbitrantiū species intelligibiles defluere in humanam mentē à substantijs separatis; eo tamen discrimine quòd ex substantiæ apud Platonē et antideæ, apud Auicennam intelligentiæ, à quarum prima in proximam, atq; ita deinceps vsque ad vltimam, quam agentem vocabat; ab hac in intellectum humanū prædictæ species descenderent. Ité Plato finxit species inditas animæ à primo ortu Auicenna progressu temporum communicatas: ille in anima fixas, hic post intelligendi actum euanescentes, vt iam suprà retulimus.

*Sententia Platonis et Auicennæ de specierum defluxu ex substantijs separatis.*

Hunc errorem confutat D. Thom. 1 part. q. 84. art. 4. ex eo, quia si ita se haberet nostra cognitio, posset natura excoxi per eiusmodi imagines colorū notitiam habere, quod negat experientia. Deinde, quia si animæ rationali aliunde species aduentitiæ, fictitiæ societatē iniret cū corpore; quā ideo init vt sensuū ministerio species acquirat; sed hac de re in progressu copiosiùs, & enucleatius.

*Confutatur hic error.*

His ergo erroribus exclusis asserendum est cum Schola Peripatetica, species intelligibiles produci in animam, dum est vnita corpori, ab intellectu humano, vt constat ex ijs, quæ ab Aristotele cap. 5 huius lib. disputata sunt. Cùm autem duplex in nobis sit intellectus, agens, & patiens, quænam species à quo intellectu gignantur, aliquot assertionibus exponemus. Prima sit. Ab intellectu agēte pro-
1. Assertio. duci possunt species intelligibiles earum rerum duntaxat, & earum omnium, quarū propria phantasmata habemus. Hæc assertio, quæ communi philosophorum consensu recepta est, ex eo probatur, quia intellectus agens nō elicit species, nisi vna cum phantasmatis, & prout ab ijs determinatur, vt ex su-
*Lege D. Aquin. 1. p. q. 79. a. 4. et Trinit. ca. 3. D. Th. 1. p. q. 84. a. 2. et 3. perq. de veritat. q. 10. art. 4.* perioribus constat, docetq; D. Augustinus lib 11. de Trinitate cap 8. cùm ait nullam speciem dari in intellectu nisi sensu intercedente; at nihil impedit quominùs intellectus cum omnibus phantasmatis indiscriminatim iungi queat ad species intelligibiles producendas.

Secunda assertio. Ab intellectu agēte pos-
2. Assertio. sunt gigni species omnium substantiarū corporearum. De veritate huius assertionis non liquet inter Philosophos. Est enim de ea triplex opinio. Prima Scoti in 1. distinct. 3. quæst.



*Scot. negat dari species, quæ sit propriæ alicuius substantiæ. Alij volunt hanc speciē produci ab intellectu agente.*

quæst. 1. Richardi in 2. dist. 24 quæst. 3. circa 3. principale, & Heruæi quodlibeto 3. artic. 12. ad 4. existimantium non comparari in hac vita à multo intellectu, siue agente, siue patiente intelligibilem speciem, quæ sit propria alicuius substantiæ. Alij arbitrantur dari huiusmodi speciem etiam ab intellectu agente producā; licet hi nō omnino inter se conueniant. Nam Iauellus 7. Metaph quæstione tertia, & Soncinas eodem lib. quæst. 54. ctedunt intellectum agentem ex vno, eodemq; accidentia phantasmate, duplicem edere speciem, vnam accidentis, alteram substantiæ, quæ eiusmodi accidente inuoluta erat, quia cùm phantasma illud sit instrumentum substantiæ, cui tale accidens inhæret, poterit eius virtute non modò suam, sed substantiæ quoque imaginem procreare. At D. Thomas de veritate quæstione 10. artic. 5. & libro 2. Post. text. 27. & opusc. 29. Auerroes 2. huius operis com. 63. Iandunus lib. 10. quæst. 10. Ferrariensis lib. 3. quæst. 7. Apollinaris qu. 12. Abulensis in capite 25. Matthæus quæstione 608. Caietanus 3. part. quæst. 76. artic. 7. aliique nonnulli putant, vim cogitatiuam hominis, quam nos à phantasia nō distinguimus, proprium exprimere idolum singularis substantiæ. Quæ sententia nobis placet. Nam cùm multò operosius sit ab vno singulari ad aliud discurrendo progredi, quàm ex accidentium inuolucro proprium substantiæ phantasma eruere; cumq; primum illud cogitatiui hominis facultatis, vt superiùs ostendimus, concedatur; non est cur eidem hoc posterius denegetur. Fauet plane Aristoteles hoc in lib. cap. 4. tex. 10. vbi ait cognitionem huius carnis singularis pertinere ad potentiam sensitiuam. Ostenditur D. Augustinus lib. 10. de Trinit. cap. 10. vbi corporum cogitationem imaginatiui facultati attribuit. Non credimus tamen cogitatiuam vt primùm recipit speciem accidentis confestim elicere expressam imaginē latentis in eo substantiæ; sed primo aggressa apprehendere tale accidens: deinde ex illius prænotione in substantiæ notitiam penetrare. Itaq; statuimus produci ab intellectu agente species substantiarum corporearum, eo argumento, quòd nihil obstet, quominùs formemus earum phantasmata, cum quibus intellectus agens cōcurrat. Quod autem intellectus agens è phantasmate accidentis non eliciat speciem substātiæ, vt putant ij Auctores, quos suprà retulimus, ex eo ostenditur, quia sicut phantasma accidentis non repræsentat directò, & per se nisi accidens, ad quod suopte ingenio determinatur; ita non videtur posse concurrere per se nisi ad producendam imaginem accidentis, esto ex illo possit phantasia arguendo eruere idolum substantiæ singularis. Est autem hæc nostra secunda assertio potissimùm intelligenda de ipsis cōpositis. Nam quædam eorum partes, vt differentiæ Metaphysicæ, cùm in abdito delitescant, non cadunt sub notionem internorum sensuum.

*Cogitatiua hominis expers idolis singularis substantiæ.*

*Ostenditur quomodo id fiat.*

Tertia assertio. Species intelligibiles om-
3. Assertio. nium quantitatum corporaliū generari possunt ab intellectu agente. Hæc suadetur, quia nulla quantitas corporalis phantasiæ præsertim humanæ captum excedit; proindeq; potest phantasia earum omnium idolum formare. Dubitet fortè aliquis de tempore, quod præ cæteris quantitatibus latet. Non est tamen de eo dubitandū; siquidem memoria, & reminiscentia, quæ propriè sensui interno conueniunt, versantur circa præteritum, vt in libro de memoria cap. 1. Aristoteles ait: cum autem præteritum cognoscitur, vtiq; & tempus apprehenditur, cuius differētiæ sunt præteritum, & futurum. Theophilus tamen hoc in lib. ad text. 22. ait phantasiam non percipere tempus ipsum, nec rationem præteriti in se, seu res, quæ præterito fuerunt tempore, idemq; videtur existimasse Themistius: sed nobis contrarium magis placet, præsertim si de phantasia humana sermo sit, de qua in cōclusione loquimur. Apposuimus in hac conclusione particulam illam, corporalium, propter quantitates spirituales, quas constat non percipi interno sensu, cuiusmodi est duratio eius motus, quo per continuam successionem intenditur v. g. habitus iustitiæ in voluntate, quod fieri posse alibi statuimus.

*Tempus percipitur à phātasia.*

*Quælitas spiritualis non percipitur à sensu interno.*

*Lib. 3. Phys. c. 2. q. 1. ar. 3. & lib. 4. ca. 14. q. 3. ar. 2.*

Quarta assertio. Qualitatum materialium,
4. Assertio. seu per se, seu aliter sensibilium, species intelligibiles edi possunt ab intellectu agente. Hæc patet, quia omnes istiusmodi qualitates veniunt in cognitionem phantasiæ; cum ie vera sensibiles sint. Nō extendimus assertionē ad omnes qualitates materiales, quia nonnullæ sunt organo corporeo inhærentes, atq; adeò materiales, quæ à nullo sensu interno percipiantur, vt species sensibiles phantasiæ, & habitus, seu virtutum, seu vitiorum vtriusque appetitus sensitiui. Hæc enim, vt progressu ostendemus, percipi non solent nisi reflectente se potentia primò supra suum actum; deinde supra habitum, à quo actus proficiscitur; nullus verò sensus supra actum propium reflectitur.

Quinta assertio. Multarum relationū spe-
5. Assertio. cies intelligibiles possunt ab intellectu agente effici. Hæc ex eo ostenditur, quia phantasia, etiam brutorum animantiū, effingit idolum amicitiæ, & odij, & aliarum quarundam relationum, vt diuersitatis, & similitudinis inter aliquas obiecta. Est tamen hæc assertio aliquantulùm ambigua; quia fortasitan sensus interior non apprehendit relationes ipsas formaliter in se, sed earum fundamenta. Non est verò dubium multas dari relationes, etiam materiales, quarum cognitionem phantasia nō assequitur, cùm non paucæ etiam intellectus vim effugiant. Opponet tamen aliquis,

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Obiectio.* quis, Obiectum concutrit actiuè ad generandam speciem; sed neq; relatio, neq; quantitas possunt actiuè concurrere, cùm nullam agendi vim habeant, vt in Physicis ostendimus: igitur nec relatio, nec quantitas possunt obtinere speciem sibi propriam. Pro solutione aduertendum, relationem, & quantitatem non producere immediatè species in sensus externos, (siquidem quantitas non est sensibile proprium, sed commune, quod tantùm species modificat; relatio autem nec propriũ, nec commune sensibile est) fortiri tamẽ species beneficio phantasiæ eruentur, formantisq; ipsarum idolum, cum quo intellectus agens concurrit ad producendam speciem intelligibilem. Licet aũt eiusmodi cõcursus, etiam ex parte idoli, actiuus sit, sicuti & concursus speciei intelligibilis ad eliciendũ conceptum; non proinde tamen asserendum relationem, aut quantitatem in se aliquã agendi vim possidere: esto eam facultatem sortiatur eius species: quod certè haud quaquam mirandum est, cum species traheat in meliorem categoriam, videlicet, qualitatis, cui propè soli conuenit esse immediatũ agendi principium, vt lib. 2. Physicorũ ex instituto diximus. Itaque non valet hæc consectio, species relationis, vel quantitatis agit, ergo quãtitas, vel relatio in se habet vim agendi. Cùm autem hoc loco dicimus effingi simulacra relationum à phantasia, id non de omnibus relationibus, sed de ijs tantùm, quæ nequaquam interni sensus facultatem exuperant intelligendum esse volumus.

*Lib. 2. cap. 7. q. 1. art. 3.*

*Solutio.*

*Relatio & quantitas phãtasiæ beneficio suas species sortiuntur.*

*Relationis, et quantitatis species actiuum habens negatur.*

*6. Assertio.* Sexta assertio. Multarum corporaliũ actionum, & passionum species intelligibiles possunt ab intellectu agente produci; nõ tamen omnium. Hæc quoad priorẽ partem manifesta est: quia calefactio, verbi gratia, & refrigeratio, aliæq; multæ id genus actiones, & passiones nõ solùm ab interno sensu, sed ab externo etiã percipiuntur. Quoad posteriorem ex eo ostenditur; quia saltẽ operationes phãtasiæ nequeũt ab ipsamet apprehẽdi; cum nulla potẽtia organo corporeo insidẽs reflectatur supra suum actũ, vt paulo antè diximus.

*7. Assertio.* Septima assertio. Species intelligibiles earum rerũ, quæ spectant ad reliquas quatuor categorias (si tamen excipiatur æuũ Angelorum, & quædam aliæ durationes spirituales; ex eorum sententia, qui hæc in prædicamento Quando constituunt: quod alibi expendemus) possunt ab intellectu agente elici: siquidem illhæc obiecta sensibus in primis nota, & conspicua sunt.

## ARTICVLVS II.

### TRADVNTVR ALIAE ASSERTIONES DE SPECIEBVS, QUAE A SOLO INTELLECTU POSSIBILI GIGNUNTUR.

EGimus de speciebus, quæ ab intellectu agente producuntur; proximum est vt disputemus de ijs, quæ à solo patiẽte generantur. Sit octaua assertio. Species generũ, si impedimenta remoueantur, producũtur à solo intellectu patiẽte. Hanc ea ratio suadet, quia, vt in Physicis ex instituto docuimus, si nihil absit, vel obsit, id quod primùm à sensu tam externo, quam interno percipitur, est singulare sensibile speciei infimæ, cuius phantasma vnà cũ intellectu agente non nisi intelligibilem imaginẽ speciei infimæ producet; atque adeò si elicienda sit imago intelligibilis, quæ naturam generis ã referat, oportebit accedere operã intellectus possibilis, qui à natura specifica abstrahat generẽ, ex cuius conceptu r. linquenda erit imago eandem generẽ naturãm repræsentãs. Nam tametsi dubitari so- *Eximagine* leat num ex imagine infimæ speciei elici pos- *speciei infi-* sit conceptus nõ ipsius naturæ specificæ, sed *mæ elici po-* etiam genericæ, per quem naturæ genericæ *test conceptus* imago in intellectu producatur: nõ est tamen *naturæ spe-* ea de re dubitandũ; quia licet imago propria *cificæ, & ge-* speciei nonnisi speciẽ formaliter, & adæqua- *nericæ.* te exprimat, nihilominus etiã naturas superiores virtute, siue inadæquatè repræsentat, eaq; repræsentatio sufficit, vt ex ea conceptus generum eliciantur. Quod asserunt non D. Thomæ solùm, sed etiam Scoti sectatores. Lichetus in 1. dist. 3. q. 6. Bargius dist. 3. qu. 1. Antonius Andreas lib. 7. Metaphys. q. 13. Trombeta 7. Metaphys. quæst. 8.

Sunt etiam qui cõtra eandem conclusionẽ asserant, esto nihil sit impedimenti, posse ab intellectu agente produci species intelligibi- les generũ. Ex his sunt Scotus in 2. distinct. 3. quæst. 1. & Lichetus in 1. distinct. 3. quæst. 2. potest autẽ id confirmari, primùm, quia cùm phantasma huius hominis repræsentet etiam virtute hoc animal, sicuti species hominis animal in commune, nõ apparet, cur tale phantasma quatenus hoc animal repræsentat, non possit cõcurrere cũ intellectu agente ad producendam speciẽ animalis. Deinde oportet intelligentẽ speculari phantasmata; ergo dũ intellectus concipit animal, simul phantasia formabit idolum huius animalis, ideq; amotis impedimentis: ergo, &c. Nihilominus contraria sententia, quam in nostra conclusione statuimus, cõmunis est, ac verisimilior. Nam quòd species primò genita ab intellectu agẽte, si nihil impediat, non sit species generis, nec a- lijs argumentis cõcluditur, tum eo po- tissimùm quod omnis causa naturalis, si nihil impediat, semper producat effectum, quem potest; nobilior autem est effectus est imago repræsentans hominem, quam animal. Quòd autem neq; post primam speciei productionẽ g ignatur ab intellectu agẽte, & phãtasmate alia species, quæ sit propria animalis, ex eo ostenditur, quia, vt docet Aristoteles lib. 8. Physic. cap. 6. text. 53. idem eodẽ modo

*Qui velint* *esse sine in-* *tellectu agente* *possibiles* *species* *ab obiecto* *phantasmate* *elici virtute* *intellectus.*



modo se habens, nonnisi idem efficit. Quare si intellectus agens, & phantasma primo congressu naturæ specificæ typum genuere: non est cur alium postea gignant. Ad primũ verò argumentũ pro parte contraria respondendũ est, non sufficere repræsentationem illam virtualem, vt propterea intellectus, & phantasma producant speciem animalis: cùm oppositum fieri debere ostendant proximè adductæ rationes. Ad secundum dicendum est, vt intelligens dicatur phantasmata speculari, sat esse percipi à phantasia aliquod individuum contentum sub natura communi, vt Socratẽ, dum animal concipit.

*Ad 1. Ratio.*

*Ad 2.*

*9. Assertio.* Nona assertio. Aliquando intellectus possibilis educit intelligibiles imagines infimarum specierũ. Hęc inde constat, quia postquã ab intellectu agente producta est species naturæ humanæ, verbi gratia, & intellectus patiens eius notitiã efformauit, potest subinde ex eadem imagine elicere conceptũ alicuius proprietatis ad hominem pertinentis, vt risibilitatis, ex quo cõceptu maneat in intellectu imago intelligibilis talis proprietatis. Et è conuerso post receptam in intellectu imaginem alicuius accidentis propriį alicui naturæ specificæ, potest intellectus patiens ex ea educere conceptum talis naturæ, per quem producat speciẽ intelligibilem illi propriam & adæquatam.

*Vt 1. p. q. 55. & 57. viro liq; art. 2. et 2. cõtra gẽt. c. 100.*

Quæri solet an in nostro intellectu dentur species intuitiuæ, id est, quæ per se, ac determinatè repræsentent rem sub esse præsentię, & aliarum conditionũ individuantium; quo pacto in eas ferimur per intuitiuam notitiã. Sit decima assertio. Hoc vitæ statu non dantur in nostro intellectu species intuitiuæ. Hęc assertio consentanea est doctrinæ existimantium non produci à nostro intellectu species rerum singularium, quam suprà vt magis Peripateticam amplexi fuimus. Nam cùm solæ res singulares cadant sub notitiam intuitiuã, si in nobis earum species nõ dantur; planum est non dari species, quæ per se primò ad intuitiuam notitiam deseruiant. Diximus, hoc vitæ statu, quia species, quę infunduntur animæ in abscessu à corpore, deseruiunt illi per se tam ad notitiam abstractiuam, quàm intuitiuam, sicuti & Angelis species à primo ortu ingenitæ, vt habetur ex S. Thoma prima part. quæst. 89. art. 4. & quæst. 19. de veritate, articul. 2. & quæstio. vnica de anima, artic. 20. ac quoties de cognitione Angelorum per species inditas respectu rerum singularium sermo incidit.

*Cognitio intuitiua p̃fectu huius vitæ competit intellectui.*

Non est tamen propterea negandũ, posse intellectui in statu huius vitæ competere aliquam intuitiuam cognitionem. Licet enim nullam habeat speciem, quæ ex se rem intuitiuè repræsentet; potest tamen determinari à phantasmate obijciente rem sub esse præsentiæ, aliarumq; conditionum individualium, ita ut eliciat notitiam rei singularis sub prædictis conditionibus, quæ notitia procul dubio intuitiua erit. Quare non probamus sententiã Capreoli in 2. dist. 23. quæst. vnica, art. 3. Durandi quæst. 3. Prologi art. 2. Bassolij ibidem quæst. 1. & aliorum negantiũ nostrio intellectui talem notitiã intuitiuã, quam concedunt Ochamus quæst. 1 prologi, Gregorius in primo distinct. 3. quæst. 3 art. 1. Sotus libro Summ. cap. 3. alijq; complures. Obijciat tamen aliquis, si daretur in intellectu notitia illa, quã elicimus de Petro præsente, cùm clausis oculis possit intellectus conseruare eandẽ notitiam, sequi vnam, eandemq; cognitionem esse, & intuitiuam, & abstractiuã: siquidem prædicta cognitio interim dum seruatur in Petrum vt præsentem, erat, vt diximus, intuitiua: postea verò, non exhibita iam præsentia, cœpit esse abstractiua. Huic obiectioni occurrendum in primis, si ea quicquã conficit, etiam concludere neq; in sensu interno dari aliquam notitiam intuitiuã: cùm similiter obijci queat, clausis oculis posse à nobis continuari eandem cognitionẽ phantasiæ, qua in Petrum præsentem ferebamur. Respondemus igitur in proposito euentu nõ conseruari eandem cognitionem; sed depositã priori ex toto, tam quoad realitatẽ, quam quoad formalitatem, inchoari denuò aliam quæ sit abstractiua. Vel certè seruata realitate prioris aduenire illi nouam formalitatem, per quam in specie notitiæ abstractiuæ reponatur. Quam rationum formalium mutationem sub eadem cõmuni realitate in quibusdam actionibus moralibus viri docti admittunt.

*Obiectio.*

*Quòd notitia intuitiua, & abstractiua distinguantur specie Scoti quodl. 13. Do. quæst. 3. Prol. Almai. in 3. d. 14. q. 1. art. 2. Dilutio.*

*Quo pacto ab intuitiua cognitione transitus fiat ad abstractiuam.*

Sed est adhuc non prętereunda dubitatio, qui fieri possit, vt eadem imago, siue intelligibilis intellectui, siue sensibilis interno sensui deseruiat ad notitias specie differentes, cuiusmodi sunt intuitiua & abstractiua. Sunt qui velint nõ ab eadem imagine elici vtrãq; notitiam: sed cessante cognitione intuitiua, *Qui negent ab eadem specie* confestim euanescere imaginẽ, à qua illa ori- *vt possit fieri* tur; neque abstractiuam promi nisi ab alia *notitia.* diuersæ naturæ, quę in potentia remanet. Nõ placet tamen opinio hæc, vel ob eam rationem, quòd res absq; necessitate multiplicet: nihil enim obstat quominùs ab eadem specie intelligibili, sicuti & ab eadem potentia, proficiscãtur actiones distinctæ specie, vt sentit (quod iam suprà retulimus) D. Thomas de spectebus tam animarũ separatarum, quàm Angelorum: putat enim animas separatas, & Angelos per easdẽ species cognoscere abstractiuè res antequam fiant, & intuitiuè, cùm tam sunt. Præterea ex eadem specie elicere Angelum conceptus hominis, & leonis; qui tamẽ conceptus specie distinguuntur. Adde quòd species intelligibiles, quæ semel intellectui impressæ fuerunt, perpetuò in eo manent, suntq; omnino indelebiles, vt docet idem

*Id non repugnat incentibus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sanctus Doctor prima part. quæstion. 89. articul. 5. & libro 2. contra gentes cap. 74. Nec enim est earum dignitati consentaneum, vt non conseruentur nisi durante cognitione, & præsente obiecto, sicuti species externarum facultatum, & sensus communis. Itaque fictitia videtur illa mox euanescentium, & permanentium in intellectu specierum distinctio.

11. *Assertio. Dari in nostro intellectu species rerum immaterialium pro viraq; parte est disputabilis.*

Est etiam à paucis, nec dum satis explicata controuersia, num in nostro intellectu detur species rerum immaterialium. Sit vndecima assertio; In vtramq; partem probabile est dari in nostro intellectu, etiam hoc vitæ statu, aliquarum rerum immaterialium species. Pars affirmatiua inde ostenditur, quia cùm intellectus formet has propositiones, Charitas est maxima virtutum. Prudentia est habitus mentis; & apprehendit earũ extrema, nõ videtur eiusmodi apprehensiones aliũde elicere, quàm ex speciebus intelligibilibus extremorũ, cùm aũt extrema immaterialia sint, dabuntur in intellectu species rerum immaterialiũ. Deinde is, qui semel prudentiæ conceptum elicuit, experitur in se postea maiorem facilitatem ad similem conceptum repetendum: hæc verò maior facilitas censetur apud philosophos præcipuum indicium inherentis habitus: datur ergo in intellectu habitus apprehensiuus, siue species prudentiæ, aliarumq; eiusmodi rerum spiritualium.

1. 2.

*Pars negatiua firmatur.*

Pro parte aũt negatiua est in primis illud, quòd vt obiectũ motiuũ nostri intellectus est ens materiale; ita non videtur posse sibi comparare cognitionẽ habitualẽ, quæ per species habetur, nisi materialium rerũ. Deinde, quia ex speciebus rerum materialium poterat arguendo, discurrendóve elicere immaterialium conceptus. Quo fit vt supernacaneæ videantur species propriæ rerũ immaterialiũ.

1. 2.

*Respondetur ad rationẽ partis affirmatiuæ.*

Qui huius dubij partẽ negatiuã tueri volet, ad primũ argumentũ pro aduersarijs adductũ respondebit, vt intellectus propositiones illas effingat, nõ egere propriis speciebus extremorũ; potest enim eorum conceptus ex speciebus materialiũ rerũ elicere. Quod hoc exemplo ostendit. Percipit phantasia hoc vocabulũ, prudentia: deinde vnà cum intellectu agente imprimit possibili speciẽ, quæ repræsentet sonum in comune (nec enim admittimus speciẽ intelligibilẽ huius soni, sicuti nec aliarũ rerum singularium) tum intellectus possibilis ex tali specie, determinata tamẽ à phantasmate, quo repræsentatur vocabulum illud, prudentia, format conceptũ illiusmet singularis vocis, & quia scit eam significare habitũ quendã virtutis, qui dicitur prudentia, elicit conceptũ prudentiæ. Ita verò ex specie significante sonũ, qui est res materialis, prompsit intellectus rei immaterialis, id est, prudentiæ conceptũ. Quod in reliquis apprehensionibus immaterialiũ obiectorum suo modo poterit contingere. Atq; hic progressus ordinariè datur in formandis apprehensionibus rerũ, quarum vocabula audimus, si eorum iam significata teneamus. Quo patet propositum argumentũ parum roboris habere ad constituendas species intelligibiles rerũ immaterialiũ. Neq; id à nobis adductũ fuit, nisi vt eius occasione explicaremus ordinem concipiendi, quem in prædicto euentu seruat intellectus.

*Ad 2. Vnde proueniat maior facilitas in concipiendis rebus immaterialibus.*

Ad secundũ respondendum est, eum, qui semel formauit conceptum prudentiæ, aliarũmve rerum immaterialiũ, sentire deinceps maiorem promptitudinem & facilitatem ad similes conceptus, non quòd tunc acquisierit, aut magis actuarit iam antè acquisitã speciem earum rerum: sed quia magis actuauit species rerum materialium, tam in intellectu, quàm in phantasia, è quibus speciebus arguendo eduxit conceptus rerum immaterialiũ.

*Ad 1. rationẽ partis negatiuæ.*

Ad primum pro parte negatiua dicendum est, ex eo quod obiectum motiuũ nostri intellectus sit ens materiale, rectè colligi non posse ab intellectu agente produci nisi rerum materialiũ species, cùm sola entia materialia moueant phantasiã, cũ qua intellectus agens concurrit ad species educendas. Non tamen probari haud posse gigni tales species ab intellectu possibili per cõceptus elicitos ex speciebus productis per intellectũ agentem.

*Ad 2.*

Ad secundum dicẽ, etsi non sit inficiandum dari modum illum educendi primos rerũ immaterialium conceptus ex speciebus rerum materialium; tamen quia is aliquantulum operosus est, ac minùs expeditus, nequaquã fore supernacaneas species rerum immaterialium ad similes conceptus in posterum maiori facilitate repetendos.

Quæri solet an alicui creaturæ possit esse naturalis aliqua species intelligibilis quæ repræsentet mentis cogitationes. Respondetur

*Nõ posse dari species impressas naturales alicui intelligibili substantiæ.*

nõ posse cũ Caiet. 1. part. q. 57. art. 4 cũ D. Bo. 2. q. 8. quæst. vltima, Richardo ibidẽ art. 2. q. 4. & Gregorio dist. 9. qu. 1. Prop. 3. & in 2. dist. 11. qu. 2. artic. 3. vel ab aliquo externo signo, quo sua cogitata aperiunt, vt existimat Gregorius Arimin. in 2. dist. 10. qu. 2. Marsilius qu. 7. art 2. Chlichthouæus super Damasc. lib. 2. fidei cap 3. & alij.

*cui naturaliter conueniat cognitionem cogitationes exprimat. Solus Deus cordium inspector. Eccl. 37. Atensis 2. p. q. 27. m. 6. Alb. de 4. sent. dist. 49. art. 5. D. Anatolius 3. p. tit. 31. ca. 1. §. 2. Caprolus 1. part. qu. 107. art. 3. de veritate quæst. 9. ex Hispal. in art. 4. & in 2. dist. 11. qu. 2. artic. 3. vel ab aliquo 2. d. 11. q. 1. Quo posito Angeli alio percipiant.*

QVAE-



## QVAESTIO VI.

### *NVM OMNES INTERNI SENSVS, & quo nam causæ genere cum intellectu agente concurrant ad producendas species intelligibiles.*

### ARTICVLVS I.

### *EXPLICATVR PRIOR controuersiæ pars.*

ORdiemur in hac disceptatione ab eo, quod priori loco disquirendum proposuimus. Philosophandum verò à nobis erit iuxta opinionem existimantium duos tãtùm esse internos sensus, nempe sensum communem, & phantasiam; ad quam superiùs delegauimus omnia officia, quę alij tribus quatuorve potentijs internis sensitiuis distribuunt. Nõ quærimus autem an omnes sensus interni aliquo modo intellectui ministrent; constat enim ministrare illi omnes, etiam externos, quatenus vniuersi suorũ sensibilium imagines ad phantasiam transmittunt. Tantùm ergo in controuersiam vocamus, omnes ne interiores sensus, an vnus tantùm, ei proxime famulentur? Quòd omnes, arbitratur Apollinaris hoc in lib. q. 6. videtur. que traditum à D. Thoma in quæstionibus de veritate q 18. art. 9. Potestq; id ex eo ostẽdi, quia congruit, vt sicuti omnes externæ sentiendi facultates proximè influunt in sensum communẽ; ita omnes interni immediate agant in intellectum possibilem suppeditando agenti materiam ad abstrahendum, & vnà cum eo operãdo. Secundo, quia cùm tota vis intellectiua, sicuti & anima rationalis, in qualibet parte corporis existat, adsitq; sensui communi situ & immediatione præsentiæ; nihil impediet quominùs eius etiam ministerio proximè vtatur.

*Sensus quæ sionis propositur.*

*Apollinaris sensus omnes internos intellectus potentia obseruit.*

*1. Argum.*

*2. Argum.*

*Vnam phantasiam obire hoc ministerium.*

Verum quòd vnus tantùm sensus interior sit proximus minister intellectus, nempe is, qui inter cæteros dignitate eminet (quẽ nos phantasiam ponimus) maiori probabilitate

*Probatur 1.*

assentit Caietanus 1. part. quæst. 73. art. 3. & qu. 85. art. 1. eo potissimùm argumento, quia dignitatis ordo, & optima naturæ constitutio postulat, vt ea tantùm potentia intellectui quoad operationem iungatur, eiq; ministerium proximè impendat, quę ad illum dignitate propiùs accedit, iuxta illud D. Dionysij 4. capite de diuinis nominibus, Supremum infimi attingit infimum supremi. Est enim phantasia suprema inter sensus, qui in potentijs cognoscentibus obtinent locum infimũ, & intellectus humanus est infimus inter facultates intellectrices, quæ in eisdem potentijs supremum locum vendicant. Deinde ab extremo ad extremum non itur, nisi per medium; sed inter intellectũ & sensus tam communem, quàm externos, qui sunt veluti extrema, interiecta est phantasia; ergo vt ab illis aliquid sensibile ad intellectum commeet, oportet vt prius in phantasia insit, atque adeo nõ alius sensus, sed phantasia proximè intellectui ministerium præstabit. Igitur ad primum argumentum contrariæ partis, quę nobis alibi nõ displicuerat, negari debet patem esse rationem in externis sensibus comparatione sensus communis, & in internis comparatione intellectus. Diuersitas autem ex ijs, quæ proximè attulimus liquidò constat.

*Dionys.*

*Probatur 2.*

*Ad 1. arg. partis oppositæ. 1. Phys. c. 1. §. 5. art. 3.*

Ad secundum dicẽ sensus communis intellectui famulatum proximè exhibeat, nõ impediri ob situs distantiam, quæ nulla est, sed quia id non patitur ordo naturæ, quem diximus.

*Ad 2 arg.*

Vt verò phantasiæ satellitiũ melius percipiatur, tria occurrũt explicanda. Primum est, vtrum phantasma impressum, an expressum concurrat cũ intellectu agente ad producendas species intelligibiles. Secundum, concurratne phantasma ea præcisè ratione, qua cõmunem naturam repræsentat, nec ne. Tertium, an vnum, idemq; phantasma ad plures species intelligibiles educendas idoneum sit.

*Tres dubitationes circa phantasiæ ministerium.*

Ad primum horum, longiori disputatione omissa, respondendum est immediatè concurrere phantasma expressum, quod ab impresso elicitur. Patet hoc ex eo, quia phantasia non concurrit cum intellectu nisi operando, dum verò operatur rei apprehensæ phantasma exprimit. Deinde, quia cùm in phantasia sint impressæ variarum rerum imagines, & intellectus agens indiscriminatim se habeat ad vsum, seu ministerium huius, vel illius; oportet vt ad id determineturnõ est autem alia ratio, qua determinari possit, nisi eliciente phantasia ex vna aliquã illarum imaginum phantasma expressum rei per eam significatæ.

*Pro 1. dubio.*

Quod ad secundum attinet pro certo habendum est phantasma nõ repræsentare naturam communem nudam, ac liberam à differentijs individualibus, sed cum ijs iunctã, & concretam, vt constat ex ijs, quæ superiùs à nobis disputata sunt. Verum licet ita res habeat, & communis, ac singularis natura à parte rei in vnam indifferetam realitatem coalescant; non desunt tamen arguments, quibus videri possit ipsarum phantasma eam admittere distinctionem, vt quòties concurrit cum intellectu ad producendam speciem intelligibilem, quemadmodum hæc non significat nisi naturam communem, ita phantasma sentiat eandem communem naturam repræsentare. Enim verò phantasma, quod Socratem refert, distinguitur specie à phantasmate, quod Platonem significat, vt plerique graues Auctores arbitrantur, & tamen vtrumque producit

*Pro 2. dubio. Arguitur phantasma non concurrere nisi ea præcisè ratione, qua nequaquam communem naturam repræsentat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ducit imaginē intelligibilem eiusdē speciei, nempe hominis: quod certe nō aliunde prouenit, nisi quia ambo conueniūt secundū conuenientiam, & cognationem, quam inter se habent, hoc est, pro vt communem hominis naturam repræsentant. Deinde effectus imitatur suam causam, sed species intelligibilis non imitatur phantasma, vt singularitatem, sed vt naturam cōmunem refert: ergo phantasma non est causa speciei, prout singularitatem, sed prout naturā communem significat.

*Phantasma concurrit vt vtramq; naturam communem & singularem exhibet.*

Amplectenda tamen est contraria sententia, quæ asserit phantasma non concurrere ea præcisè ratione, qua communem naturam, sed vt tam cōmunem, quàm singularem exhibet. Quæ ita probatur. Phantasma cùm sit causa naturalis, totum suum conatum impendit, agitq; secundum vltimum potentiæ, vt & cæteræ formę, quæ sunt naturalia agendi principia: ergo ex se incumbit in effectum secundum totam suam repræsentandi vim, ac secundum rationem sibi propriam, & peculiarem: non igitur concurrit, prout in eo elucet, quasi solitariè sola communis natura. Corroboraturq; argumentum ex eo, quia vt phantasma totum refert individuum, & indistinctè exprimit tam cōmunem, quàm singularem naturam, ita non concurret cum intellectu, nisi vt id totum repræsentat.

*Ad 1. arg.*

Ad argumenta, quæ oppositū suadebant, respondendū est duo illa phantasmata ideò producere imaginē intelligibilem vnius speciei, esto specie differant, quia repræsentant individua sub eadem infima specie contenta. Item non producere effectum sibi ex toto similem, licet se totis concurrant: quia sæpè accidit, vt effectus non assequatur perfectam similitudinem sui efficientis quoad omnia: quanquam efficiens secundum totam suam perfectionem agat: quod ob varias causas accidit, exempli gratia, propter intercapedinē spatij in qua eius virtus langueſcit, ac sensim minuitur, quo pacto lux octo graduū in prima superficie excepta, licet secundum totam octo graduum latitudinem agat; tamen immediatè post illam primam superficiem non tam octo graduum lucem fundit, sed minùs intensam, deinde minùs, & ita gradatim vsq; ad non gradum. Vel ratione materiæ, siue subiecti, in quo effectus recipitur: quo pacto phantasma huius candidi non produceret nisi speciem intelligibilem candidi in cōmune, quia intellectus possibilis non est subiectum capax talis speciei; quæ singularem tantum naturam repræsentet, vt suprà tactum fuit. Itaque dicendum effectum imitari suā causam quoad potest: speciem verò intelligibilem non posse imitari phantasma quoad repræsentationem singularitatis.

*Ad 2.*

*Vnde veniat, vt effectus nō semper perfectè efficienti causæ assimiletur.*

*Pro 3 dubit.*

Ad tertium sunt qui concedant posse intellectum agentem ex eodem phantasmate educere plures species intelligibiles: vt ex phantasmate huius candidi, vnam candidi, alteram coloratī. Aduersa tamen opinio vt ex dictis constat, magis placet, vel eo argumento, quod suprà attulimus. Nam cum phantasma totam suam vim agendo exprimat, & se toto agat, vtique non concurret nisi prout ab eo exprimitur hoc candidum, atq; adeò non nisi speciem candidi gignet. Loquimur autem de phantasmate, quod hoc candidum diserte refert, quodq; idoneū est ad speciem candidi producendam. Nam si tantùmodò hoc coloratū exhibeat, tunc sola species coloratī, non verò candidi ab eo elicietur: quia tunc maximus eius conatus nō plus attingit.

*Vtū idem sit phantasma non esse idoneum ad plures species intellig. eliciendas.*

## ARTICVLVS II.

### *EXPLANATVR ALTERA PARS propositæ controuersiæ.*

*In quo genere causæ phantasma cùm currat cum intellectu.*

SEquitur posterior pars quæstionis, in qua examinandū se offert quonam causæ genere phantasma cum intellectu agente concurrat ad eliciendas species intelligibiles. Nam quod ei in aliquo causæ genere cōcursum exhibeat, ex eo constat, quia intellectus agens in producendis speciebus intelligibilibus est causa vniuersalis, quę vt hanc potiùs, quàm illam speciem producat, eget causa particulari, à qua determinetur; hæc autē causa est phantasma expressum rei sensibilis. Sunt ergo de hac re duæ opiniones; altera existimantiū phantasma concurrere in genere causæ materialis: altera eorum, qui putant concurrere in genere causæ efficientis: quæ ad huc bipartita est, vt mox dicemus. Priores volunt phantasma habere se vti dispositionem intellectus possibilis eo modo, quo pertur-

1. *Opinio est cōcurrere in genere causæ materialis.*

*Minùs proprie causalitas exemplaris phantasmati tribuitur.*

*Respondetur ad rationem prioris sententiæ.*

*D. Thom. sectatur vo-*

bationes appetitus ad intellectus, & voluntatis nostræ actiones: sit enim sæpè docente Aristotele 3. Ethic. cap. 4. vt prout quisq; secundum appetitum afficitur, ita de rebus iudicet, easq; appetat, aut reijciat. Vnde quibus ira efferuescit, facilè iudicant sumendam sibi esse vindictam, eamq; appetunt. Sic igitur se habere inquiunt phantasma ad intellectū possibilem: quia si phantasma Socratem, verbi gratia, referat; disponitur intellectus possibilis ad excipiendam speciem hominis; si Bucephalum, ad speciē equi; spectat autem hic concursus ad causam materialem; siquidem dispositiones patientis reuocantur ad materiam. Ac sanè quòd phantasma vt materia, non vt efficiens ad speciem intelligibilem se habeat; ex eo videtur, qui semper effectus sequitur deteriorē partem suæ causæ efficientis. Quare si intellectus agens, & phantasma intelligibilem speciem partiatim efficerent, cum phantasma corporeū sit, necessariò species intelligibilis materiale quidpiam foret.

Hæc sententia non placet, sed ea potiùs, quæ phantasmati actiuum cōcursum tribuit quod



*actiuū concursum phantasmati attribuit.*

quod communis philosophantium schola tuetur. Diuus Thomas de Veritate, quæstione decima, articulo sexto & secundo, contra Gentes, cāpite septuagesimoseptimo, & tertia parte, quæst. 9. artic. 4. Caietanus ibidem; Scotus quodlib. 8. articul. 1. & in 1. distinct. 3. quæst. 8. Lichetus eadem distinct. quæst. 2. Soncinas 7. Metaphys. quæst. 12. Ferrariensis hoc in libro, quæst. 13. in 2. distinct. 17. quæst. 2. & Capreolus in 2. distinct. 3. quæst. 2. artic.

*Probatur 1.*

3. Primum, quia intellectus eget causa particulari, à qua actiuè determinetur: hæc verò non alia est, quàm phantasma. Vnde Aristoteles intellectum agentem comparauit exterio lumini, quod à candore effectiuè determinatur ad imaginē potiùs candoris, quàm nigredinis ducendam. Deinde quia id, quod causat assimilando sibi effectum, pertinet ad effectricem causam; at phantasma ita se habet ad speciem intelligibilem. Namque rationem repræsentandi, seu esse repræsentatiuum, accipit species à phantasmate, quemadmodum & est spiritale ab vtroque intellectu; ab agente, vt ab effectrici; à possibili, vt

*Probatur 2.*

*Obiectio.*

à causa subiectiua, seu materiali. Lege Diuū Thomam de Veritate, quæstione decima, articulo sexto, ad septimum. Quod si quis obijciat phantasma dum sibi similem speciē reddit, magis videri sortiri rationem causæ exemplaris, cuius causalitas consistit in imitatione, quam efficientis. Respondemus, si propriè loquamur, eam tantum assimilationem pertinere ad causam exemplarem, qua res ad quam artifex operando respicit, secundum passiuam imitationem ab effectu exprimitur, vt in Physicis libro 2. cap. 7. quæst. 4. artic. 2. latè disseruimus; at phantasma non ita se habet ad speciem intelligibilem; non enim intellectus ad ipsum attendens, ipsumque cognoscens ad illius similitudinem speciem gignit. Quare minùs propriè dici potest phantasma sortiri causalitatem exemplaris respectu speciei intelligibilis; sed esto hęcilli competat, ea tamen non obstat, quominùs causalitas actiua, quam diximus, eadem simul conueniat.

*Dilutio.*

Ad rationem verò, quæ ostendere nitebatur phantasma nullo pacto esse causam efficientem, sed quasi dispositionem in generatione spectatum intelligibilium, respondendum est effatum illud Philosophorum, Effectus sequitur deteriorem partem suę causæ, si absolutè spectetur, multis exemplis conuincti à vero aberrare. Atque vt nunc cætera omittamus, respondemus non oportere effectum sequi deteriorem partem, cum deterior pars à præstantiori eleuatur, vt in re proposita accidit. Quandoquidem operatio phantasmatis eleuatur ab intellectu agente vltra propriam vim, ac facultatem.

Sed adhuc inter illos, qui phantasmati respectu specierum intelligibilium, efficiendi vim tribuunt, dissidium est. Nam Caietanus, Ferrariensis, Capreolus & alij volūt phantasma concurrere tanquam instrumentum, quo vt medio intellectus agens operetur. Scotus & alij asserunt phantasma & intellectum agentem esse duas causas partiales, vnam totalem causam integrantes, quarum vtraque immediatè effectum attingat. Prioribus ea ratio adstipulatur, quia causa particularis est instrumentum vniuersalis, quàm determinat, & cui subordinatur: at phantasma determinat intellectum agentem, vt causa particularis vniuersalem. Quod iam ex dictis constat. Præterea necessariò eidem subordinatur, cū absque illius concursu agere nequeat. Posteriores autem Philosophi suam sententiam ex eo confirmant: quia id, quod propriè instrumentum est, aut non agit nisi motum ab alio, vt serra; aut est tota virtus agentis, vt calor respectu ignis, quorum neutrum phantasmati cōuenit. Nec enim ab intellectu agēte quicquam accipit, vt ex superioribus liquet: nec tota vis intellectus agentis, alioqui non eleuaretur per illius actionem, & influxum: si enim sic eleuatur, oportet vt intellectus agens potiores partes in agendo obtineat, atq; adeò vt eius virtus non sit ea tantùm, quę phantasmatis propria est.

*Vtraque harum opinionum admodum probabilis videtur.*

Vtraque harum opinionum admodum probabilis videtur; si tamen prima nomē instrumenti laxiori significato vsurpet; vt nimirum conuenit ijs omnibus, quorum interueniente ministerio aliquod agens vniuersale in operādo vtitur. Qui igitur priorem tueri volet, ad rationem aduersariorum respondebit, rectè concludere phantasma non esse propriè instrumentum intellectus agentis; quod tamen non obstat, quominùs, latè accepto vocabulo, instrumentum dici queat. Cui autem posteriori magis placuerit, ad argumentum partis contrariæ dicet, phantasma nō solùm determinare intellectum agentem, vt causa particularis vniuersalem determinat, sed ei quoque subordinari; non tamen more proprij instrumenti, quasi intellectus agens eo intermedio operetur; sed quia nequit absque illius consortio agere, & illud vltra vires proprias excitat ad agendum: ita vt ambo pariatim & immediatè influant in effectum, quem neque phantasma sine intellectu, nec intellectus absque phantasmate vllo modo producet. Quod si quis opponat, cùm duæ causæ ita concurrunt, quamlibet earum posse perse solam edere effectum eiusdem speciei, licēt minùs perfectum; vt cùm duo luminosa lumen producunt. Occurrendum, non esse id perpetuò verum, quia secùs accidit in causis, quæ sunt heterogeneæ comparatione effectuum, quomodo se habent intellectus agens & phantasma ad species intelligibiles: itemque intellectus patiēs & species intelligibiles ad intellectionem.

*Fundamēta prioris sententiæ.*

*Fundamēta posterioris.*

*Obiectio.*

*Solutio.*

*Opinio, quæ placet,*

ΚΕΦ. ε.

Ἡ μὲν οὖν ἀδιαίρετον νόησις ἐν τούτοις, περὶ ἃ ἀσύνθετον τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθές, σκοπεῖν· ἐν οἷς δὲ τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθές, συνθετόν τι ἤδη νοημάτων, ὥσπερ ἂν εἰ φίλιον, φησὶν Ἐμπεδοκλῆς ἴφθι,

ᾗ πολλὰ μὲν ἀκρήτου κεφαλὴ ἀναύχενα βλάστανε.

ἄπτωτα συνέπηξεν τῇ φιλίᾳ, ὥστε καὶ τοῦτο κεχωρισμένον συνῆπται, οἷον τὸ ἀσύμμετρον, ἢ ἡ διάμετρος. ἀεὶ δὲ συναμφοῖν ἢ ἀνάμφοιν, τὸν χρόνον ἀσυνθετεῖν, καὶ συνπτῶσις· τὸ γὰρ ψεῦδος ἐν συνθέσει ἀεί· καὶ γὰρ οὐ τὸ λευκὸν μὴ λευκόν, τὸ μὴ λευκὸν συνθήκη. ἐνδέχεται δὲ καὶ διαιρεῖν· ἴσως γὰρ οὐκ ἀεὶ ἦν ἐκ μέρους τὸ ψεῦδος ἢ ἀλήθεια, ὅτι λευκὸς Κλέων ἦν, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἔσται· τὸ δὲ ἐν πᾶσιν, τοῦτο ἐ νοεῖ ἐκεῖνο. τὸ δὲ ἀδιαίρετον ἐπὶ ὀλίγων, ἃ δυνάμεθα, ἢ ἐνεργείᾳ, ἧττον κωλύει τοῦτο τὸ ἀδιαίρετον εἶναι, ὅσον τοῦ μὲν ἀδιαιρέτου τὸ ἐνεργείᾳ, καὶ οὐ χρόνῳ ἀδιαίρετον· ἐμμένει γὰρ ὁ χρόνος ἀδιαίρετος, καὶ ἀδιαιρέτῳ τῷ μήκει. οὐκοῦν ἴσως ἐπὶ ἐκείνου, ὃ τῷ ἐ μικρῷ ἢ οὐσίᾳ ἐκείνῳ· ἐ γάρ ἐστι, μὲ μὴ δυνατὸν ᾖ, ἀλλ' ὁ δυνάμει. χρόνος δ' ἐνέσται τοῦτο ἀμέτοχον τοῦ, διαιρεῖ δὲ χρόνος ἀεὶ· τοῦτο μάλιστ' ἂ ὡς ἐξ ἀμφοῖν, καὶ ἐν τῷ χρόνῳ τῷ ἐν' ἀμφοῖν.

τὸ δὲ μὴ κεχωρισμένον ἀδιαίρετον, ἀλλὰ τοῦ ἡδὺ ποῦ ἐν ἀδιαιρέτῳ χρόνῳ, καὶ ἀδιαιρέτῳ τῷ ἐν ἀνθρώπου· καὶ συμβεβηκός δέ τι, καὶ ὡς ἐ συνθὲν διαιρετόν, ᾗ τοῦ, καὶ ἐν ᾧ χρόνῳ, ἀλλ' ἢ ἀδιαίρετον· ἐν ἑνὶ γὰρ καὶ τῷ αὐτῷ τι ἀδιαίρετον, ἀλλ' ἴσως οὐ χωριστόν, ὁ ποιεῖ εἶναι τὸν χρόνον καὶ τὸ μῆκος· καὶ τοῦτο ἐμμένει ἐν ἑκάστῳ ἐν τῷ πρώτῳ καὶ χρόνῳ, καὶ μήκει. ἡ δ' αὐτὴ, καὶ πᾶσα διαίρεσις, ᾗ τὸ αὐτὸς ἀδιαιρετόν, ὁλοθεν, ὥσπερ ἡ εἰς ἡμιτόμια· ἔτι ὁ λίγος ἐπὶ τῶν πολλῶν εἶναι, πῶς τὸ κινεῖσθαι χωρίζει, ἢ τὸ μέλαν; τῷ συνεχῆ μὲν πως χωρίζει. δῆλα δὲ ταῦτα τὸ χωρίζον, καὶ ἐν ᾧ τὸ αὐτῷ· ἢ δὲ τοῦ μὲ ἐστὶ ἐναντίον τὸ αὐτὸν, αὐτὸ ἑαυτῷ χαλεπόν, ἢ ἐνεργείᾳ ἐστὶ καὶ χωρίζει. ἔστι δ' ὁ μὲν φάσις τι κατὰ τινὸς, ὁ δὲ κατὰ φάσεως καὶ ἀλήθεια ἢ ψεῦδος· πᾶσα· ὁ δὲ τινὶ ὧν, ἀλλ' ὁ τοῦ τι ἐστὶ κατὰ τί ἢ ἁπλῶς ἀλήθεια, ἢ ὡ τι κατὰ τινός· ἀλλ' ὥσπερ τὸ ὄρθιον ἴδιον ἀλήθεια· ἢ δ' ὑγιεινὸν τὸ λευκὸν ἢ μέ, οὐκ ἀλήθεια ἁπλῶς· ἀνάγκη δὲ ἐχέτω ἀεὶ οὕτως ἔχειν.

ΚΕΦ. ϛ.

CAP. VI.

Indiuisibilium 2 igitur intellectio in hisce consistit, in ea quæ falsitas non est. At in quibus iam falsitas & veritas ineſt: in hisce compositio quædam iam est conceptuum intellectus, quasi ipsi sint vnum. Atque vt Empedocles dixit: Text. 7.

Multorum certe capita, admirabile dictu,
Cernuice absque fuere exorta in luminis auras:
Illa tamē dulcis post hoc cōcordia iungit.

Sic & hæc separata componi solent, vt incommensurabile & diameter. b Quòd si eorum etiam, quæ fuerunt, vel erunt sit compositio, & tempus insuper intelligitur, atque additur. Falsitas enim in compositione semper consistit. Nam si albū non album esse dicat, ipsum tunc non album componit. Licet autem per diuisionem etiam omnia dicere. Attamen falsitas, aut veritas non solùm consistit in hoc, Cleon est albus, sed in his etiam, Cleon erat, vel erit albus. Id verò quod singulos dictos conceptus componit, vnumque facit, ipse est intellectus. c Cùm autem dupliciter indiuisibile dicatur, aut potentiâ, aut actu: nihil prohibet intellectum, cùm longitudinem intelligit, indiuisibile intelligere, & in indiuisibili tempore: est enim indiuisibilis actu. Ex tempore perinde atque longitudo diuisibile, ac indiuisibile est. Non igitur dici potest, qui in vtroque temporis dimidio intelligebat: non est enim si non diuisin fiat, niſi potentia. At cùm vtrumque sensum intelligit, diuidit simul & tempus, atq; simul vt longitudinem, illa intelligit. Quòd si longitudinem vt ex vtriusque constantem intelligat, in eo quoque, tempore nimirum ipsam intelligit, quod ex vtriusque pari modo temporibus constat, atque componitur. d Quod

Text. 8.

Text. 9.

Text. 10.



atque hoc significat, cùm ait indiuisibile dici dupliciter; nempe actu & potentia. De tali autem indiuisibili agens, inquit, nihil prohibere, quominùs intellectus intelligat indiuisibile, cùm percipit aliquid continuum, nempe longitudinem, quæ est indiuisibilis actu, licèt potentia sit diuisibilis; potest nimirum intellectus magnitudinem dupliciter intelligere: Vno modo, vt est diuisibilis potentia, sicque intelligit lineam, numerando partem post partem: atque adeò in tempore, siue successiuè. Altero, vt est indiuidua actu: & ita percipit eam, vt vnum quid ex multis partibus constitutum, atque adeò simul. Ideoque subiungit tempus, & longitudinem similiter diuidi, & non diuidi intelligendo. Vnde dici non potest, cùm id, quod intelligitur, partibus caret, dimidium eius intelligi medietate temporis, sed simul: quemadmodum si partes habeat, diuersis partibus respondere poterunt diuersæ partes temporis.

*IIo intellectus, vt est intellectio indiuisibilium. Indiuisib. 1. modo.*

d *Quod verò non quantitate, sed forma est indiuisibile, id in indiuisibili tempore, & animæ indiuisibili intellectione percipit, atque intelligit: per accidens autem, & non hoc sanè, quo illa diuisibilia sunt, id quod intelligit, & tempus, in quo intelligit, sed hoc, quo indiuisibilia sunt. Ineſt enim & in hiis indiuisibile quiddam: at fortasse non separabile, quod quidem vnum tam tempus ipsum, quàm ipsam longitudinem facit, atque id in omni sanè continuo, & tempore, & longitudine similiter ineſt.* Text. 24.

e *Punctum autem, omnisque diuisio, & id, quod est sic indiuisibile, perinde atque primatio cognoscitur, manifestumque eundem: similiter esse videtur & in aliis vtris: hoc enim modo malum cognoscit, atque etiam nigrum: Contrario namque quodammodo cognoscit.* f *Id autem quod cognoscit, potentia nimirum esse, & in ipso potentiam ineſſe oportet. Quòd si cuiusnam alicui nullum sit omnino contrarium: illa seipsam profectò cognoscit, & est actus, & etiam separabilis.* g *Est autem dictio, quæ aliquid de aliquo enuntiat, quemadmodum affirmatio, vera omnis, aut falsa. At intellectus non omnis, sed qui est ipsius quid est secundùm formam, est verus, & non quippiam de quopiam dicit. Sed vt visio proprij ipsius est vera; si verò album hominem esse dicat, aut non, non semper est vera: sic se habent ea, quæ sine materia sunt.* Text. 25. Text. 26.

CAP.

## CAPITIS SEXTI EXPLANATIO.

*Discrimina inter primã intellectus apprehensionem & compositionem.*

Indiuisibilium a igitur.] Hoc capite duplicem intellectus functionem distinguit Aristoteles: vnam, qua res simpliciter apprehendimus, & dicitur intellectio indiuisibilium: alteram, qua res conceptas componimus, vocaturque compositio, sub qua tertia continetur. Docet autem eo differre priorem operationem a posteriori, quòd in illa non insit veritas, aut falsitas: in hac insit. Item quòd in hac ea, quæ sparsa sunt, ad vnitatem reuocet intellectus, connectendo videlicet inter se terminos, & ex ipsis propositiones coagmentando eo modo, quo cecinit Empedocles, concordia factum esse, vt partes & membra animalium, quæ prius discreta fuerant, in vnum corpus coalescerent. Vel, quod eòdem fere recidit, docet Aristoteles apprehensionem simplicium esse priorem compositione: quia non componimus, nisi priùs apprehendamus: imitaturque hac in re intellectus naturam in procreatione animantium, quæ, vt Empedocles existimauit, priùs membra singulatim finxit, &c. Porrò autem, vt non quæuis coniunctio animal efformet, sic neque intellectus quæuis compositio veritatem enuntiat: si enim commensuratio cum diametro componatur, propositio falsa erit: si incommensuratio, vera.

*Nomine cõpositionis quid denotetur.*

Hic aduerte nomine compositionis comprehendi ab Aristotele tam affirmantem, quàm negantem enuntiationem, vt annotauit Caietanus & Philoponus: nec immeritò; cùm omnis enuntiatio compositio quædam sit: si propositionem negantem vocat paulò post Aristoteles diuisionem proprio vocabulo, quod in ea vnum ab alio diuidamus, negemúsve.

*Quibus modis contingat falsitas in diuisione.*

b *Quòd si eorum etiam, quæ fuerunt.*] Docet non modo ratione rerum conceptarum posse in enuntiationibus falsitatem reperiri; cùm videlicet coniungimus, quæ copulanda non erant: vt si dicamus hominem non esse animal (siquidem licèt omnia per diuisionem dicere, hoc est, quæ affirmata sunt, negare) sed etiam cùm termini alioqui inter se probè cohærent: at tempus verbi non rectè coaptatur. Nam, verbi gratia, morbus & Socrates cohærent inter se, dum Socrates ægrotat; si quis tamen pronuntiet Socratem ægrotasse, mutato præsenti tempore in præteritum, falsum dixerit.

*Distinguitur ex obiectis operationes.*

c *Dupliciter indiuisibile.*] Primam intellectus operationem, qua indiuisibilia, id est, simplicia percipiuntur, apertius distinguit ex obiectis, atque trifariam indiuisibile dici: Vocatur autem in primis indiuisibile, id quod non est actu diuisum; diuidi tamen potest, vt linea: atque

*Indiuisibile 2. modo.*

d *Quod verò non in quantitate.*] Secundo modo indiuisibile ait dici illud, quod vnam speciem vendicat, etsi compositum sit ex partibus non continuis, vt homo, domus, exercitus: & hoc ait percipere animam tempore indiuisibili, & per indiuisibilem potentiam, cuiusmodi est intellectus. Addit etiam licet ea, quæ sunt indiuisibilia specie, aliquam ratione partium diuisionem sortiantur; tamen per accidens intelligi diuisa, non vt sunt diuisibilia, & ex parte eius, quod intelligitur, & ex parte temporis: sed vt sunt indiuisibilia, quia ea partibus diuisis est aliquod indiuisibile; nempe ipsa species, quam intellectus indiuisibiliter percipit. Quòd si intelligeret partes vt diuisas; nimirum carnem per se, & ossa per se, atque ita cæteras: tunc non intelligeret tempore indiuisibili. Contendit autem Aristoteles huius & superioris modi similitudinem ostendere.

Vt enim hoc in modo est aliquid indiuisibile; nimirum species, quæ facit omnes partes totius vnum esse, ita fortasse in continuo ineſt quidpiam ab eo inseparabile, videlicet indiuisibile, quod causa est, vt tempus vnum sit, & longitudo vna: Siue hoc dicatur esse punctum in linea, & momentum in tempore: siue ipsa species longitudinis, aut temporis. Sed *Quæ similitudo, vt quæ differentia inter hoc differt, quòd tale indiuisibile similiter in omni continuo, & tempore, & linea inueniatur: huiusmodi indiuisibile autem secundùm speciem, non similiter in omnibus speciem habentibus: siquidem quædam constant partibus homogeneis, quæ eandem speciem & appellationem cum toto sortiuntur: alia ex partibus heterogeneis, quæ aliter se habent. Ita hanc locum perobscurum interpretatur Diuus Thomas.* *indiuisibilia.*

*Indiuisibile 3. modo.*

e *Punctum autem.*] Indiuisibile tertio modo id esse ait, quod non solùm actu, sed potentia insectile est, vt punctum: hoc autem diuisio appellatur, quia vt per illud partes cohærent, ita & secantur,

Universidad de Deusto
Biblioteca



secantur, cùm ab se mutuò abiunguntur: quod similiter de momento pronuntiandum est. Hoc indiuisibile quo pacto sub intellectum cadat, ostendit; docens illud non intelligi per se, sed per contrarium, seu quasi contrarium: percipitur enim per negationem continui, sicuti priuatio per formam, quam negat, vt malum per bonum, & nigrum per album. Numerat autem nigrum inter priuantia, vel quia, vt interpretatur D. Thomas, semper alterum contrariorum, quod imperfectius est, obtinet modum priuationis respectu alterius, vt iam alibi exposuimus. Vel certè, quia sumpsit album pro luce, nigrum pro tenebris.

*Modus cognoscendi vnum contrarium per aliud, est proprius intellectui humano.*

f *Id autem quod cognoscit.*] Docet modum illum cognoscendi vnum contrariorum per aliud, siue priuatiuum per formam negatam, ita vt intellectus ex cognitione vnius progrediatur ad cognitionem alterius, proprium esse facultatis intellectricis, quæ est in potentia, & non in actu puro: cuiusmodi est humanus intellectus. Quòd si quis alius existat, quem prænotio eius contrarij non deducat ad intelligentiam alterius: sed in se ipso omnia vnite, ac simpliciter comprehendat: oportere eum actum esse purissimum, & à materia ac potentialitate prorsus abiunctum, quid est ipsa diuina mens. Ita hunc locum explicant Diuus Thomas & Philoponus: Themistius tamen & Simplicius aliter; nempe de intellectu illo separato, quem finxere humano assistere ad rerum notionem excipiendam. Prior tamen interpretatio vera ac germana est, congruitque cum ijs, quæ ab Aristotele libro 12. Metaphysic. capite 7. & 8. de Diuina mente scripta sunt.

*In 2. operatione intellectus dari veritatem, vel falsitatem per se.*

*In 1. autem veritatē per se, falsitatē per accidēs.*

g *Est autem dictio.*] Reuocat se Aristoteles ad id, vnde est digressus; nempe ad secundam intellectus operationem, docetque intellectum, qui est in compositione & diuisione veritatem affirmando, aut negando aliquid de aliquo, interdum falsum esse, interdum verum. Eum autem, qui circa simplicia occupatur, & ipsum quod quid est rei secundùm suam naturam absque nexu apprehendit, per se semper esse verum, quemadmodum & visus aliique sensus dum propria sensibilia apprehendunt etsi per accidens interdum errent in applicatione formæ, quam percipiunt, quòd hoc, vel illud album sit, quod re vera non est. Tandem subdit item habere in immateriali potentia, siue intellectu: fallitur enim etiam in simplici apprehensione, non tamen per se, sed ex accidente, dum etsi nō componat, simplici actu accommodat alicui id, quod ei non inest, vt si Solem sub magnitudine bipedali concipiat. Sed nos de errore sensuum superius disputauimus, & de veritate tum simplici, tum complexa quid sit, & quibus rebus competat, quibus non, in primo de interpretatione diximus.

---

ΚΕΦ. Ζ. CAP VII.

Τὸ δ' αὐτὸ δ' ἐστὶ ἡ κατ' ἐπιστήμην ἐπιστήμη τῷ πρᾶγμα. ἡ μὲν δυνάμει, χρόνῳ πρώτερον· ὅλως δὲ οὐδὲ χρόνῳ· ἐν τῷ ἐξ οὗ συνέστηκεν ὅλῳ· πάντα τὰ γιγνόμενα· φύσει μὲν γὰρ ἀόριστον, οὐ δυνάμει δὲ ὡρισμένον· ἔστι δὲ ἀόριστον, ὅσον ἐπιδέχεται κίνησις· ἡ δὲ αὔξησις καὶ ἡ φθίσις, τοῦ ἁπλῶς ὡρισμένα λόγῳ· ἡ δ' ἁπλῶς ὡρισμένη οὐσία ἐνέργειά ἐστι· τὰ μὲν οὖν ἄλλα ὑπάρχει ἐκ τούτων κινούμενα· ἡ γὰρ αἴσθησις ποιόν τι ἐνδέχεται· ἡ δὲ ἁπλῶς οὐδενὸς ὑπάρχει ἐνέργεια ἀλλ' ἢ τοῦ καθ' ἑαυτοῦ· ἐπὶ δὲ τοῦ καθ' ἑαυτοῦ ἀεὶ ἔστιν ἀληθὲς· ἢ γὰρ ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ τί ἐστιν ἀλη-

θὲς ἢ ψεῦδος· ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοῦ ποιοῦ τινος· οὐδὲ ἐπὶ τοῦ ποσοῦ· οὐδὲ ἐπὶ τοῦ ποῦ· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ τί ἐστιν· ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ δὲ καὶ ἡ ἐπιστήμη καὶ ἡ ἀντίφασις· ἔστι δὲ καὶ ἡ ἐπιστήμη ἀντίφασις· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἀντίφασις· ἔστι γὰρ ἡ μὲν ἀντίφασις ἀόριστον καὶ τοῦ ἐνδεχομένου· ἡ δὲ ἐπιστήμη τοῦ ὡρισμένου· ἡ δὲ ἀπόφασις ἐν τῷ ἐνδεχομένῳ ἐστὶν ὑπάρχειν καὶ μὴ ὑπάρχειν· ἡ δὲ ἀπόδειξις ἐκ τούτων ἐστὶν ἀναγκαίων· ἔστι γὰρ ἀποδεικτὸν ἀλλὰ τὸ ἐξ ἀνάγκης ἀλη-

ηῆ

CAP VII.

*Scientia autem ea quæ est actu, est idem, quod res; ea verò, quæ est potentia, in vno prior est tempore. Simpliciter autem neque tempore; sunt enim vniuersa, quæ fiunt ex eo, quod actu est.* Text. 27.

*b Sensibile autem ad actum ex potentia sensitiuum ipsum deducere, actúsque videtur efficere, non enim patitur, ac alteratur. Quapropter alia quædam est hæc species motus; nam motus actus est imperfecti: at actus simpliciter, qui quidem est vel perfectæ, aliud est omnino, diuersúmque ab illo. Sentire igitur ipsi sicere solùm, ac intelligere simile est.* Text. 28.

*c Cùm autem sensus iucundum aut molestum discernit: quasi affirmauerit, aut negauerit, tum persequitur, aut fugit.* Text. 29.

*d Atque delectari, aut dolere est operari ipsa medietate sensu ad bonum, aut malum, vt talia sunt, e & fuga & appetitus, qui est actu, hoc sunt, & non aliud est appetitiua,*

*aliud fugitiuum, nec alia sunt ista à sensitiua, quanquam ipsarum ratio non est eadem, sed diuersa.*

f *Anima*

---

## CAPITIS SEPTIMI EXPLANATIO.

*Hist. lib. 4. tex. 53. & c. 3. tex. 19. ibi. 9. 3. ar. 2.*

*Scientia autem ea.*] vt D. Thomas, & Simplicius, & Philoponus, alijque Interpretes obseruarunt: tradit hoc capite Aristoteles discrimen inter actiuum & contemplatiuum intellectum, vt hæc de intellectrici facultate doctrina illustrior euadat. Præmittit igitur intellectum in actu, id est, intellectum, prout intelligendi actum exercet, esse idem cum re intellecta, quod qua ratione verum sit, alibi explicuimus. Item intellectum potentia antecedere intellectum actu: quia quod in potestate est ad intelligendum, deducitur aliunde ad actum. Id verò respectu eiusdem hominis accipi debet. Simpliciter enim potiùs antecedit, qui actu est; quia omnis potentia ab ea, quod est in actu constitutum, ad actum prouehitur.

*Qua ratione intelligēdum sit intellectum potentia antecedere intellectum actu.*

b *Sensibile autem.*] Quia inter sensum & intellectum cognatio quædam est: ex ijs, quæ sensui conueniunt, intellectus vim explicare contendit. Competit autem in primis sensui deduci ad actum ab obiecto sensibili, non tamē per aliquam propriè dictam alterationē, aut motum: qui sit actus entis in potentia, vt in potētia: quemadmodum lib. 3. Phys. definitur: sed per alterationem translatitiam, qua subiectum non corrumpi, aut lædi, sed perfici solet. Item per aliud quoddam genus motus, seu mutationis, qua imagines ab obiecto transmissæ organo corporeo imprimuntur. Porrò prima sensus operatio, quæ est simplex cognitio obiecti, similis est primæ functioni intellectus, quę dicitur simplicium apprehensio, quam hic dictionem & intellectionem simplici vocabulo appellat, eaq; speciatim pertinet ad intellectum speculatiuum.

*Simplex sensus cognitio similis est primæ intellectus operationi.*

*Discrimen inter intellectum practicum & speculatiuum.*

c *Cùm autem sensus.*] Alia sensus operatio est perceptio rei sensibilis sub ratione conuenientis, aut non conuenientis, iucundi, aut molesti, quæ pertinet ad phantasiam. Ratione huius similem esse vult Aristoteles sensum intellectui practico, cuius est rem amplectendam, fugiendámve proponere voluntati. Vnde & discrimē habetur inter practicum & speculatiuum intellectum, q; hic rem simpliciter consideret, neque spectet opus: ille dum rem vt commodam, vel noxiam repræsentat, ad prosecutionem, aut fugam lacessit: atque adeò ad praxim dirigat.

d *Atque delectari.*] Quia iucundi & molesti fecit mentionem, obiter docet quid sit voluptuaria molestiaq; actio, circa quid versetur, cuius sit facultatis propria. Ait esse delectationem, aut dolorem: versari circa bonum, aut malum, qua talia sunt, pertinere ad appetitū sensituum, quem appellat mediocritatem, seu mediocritatem; quia, vt interpretatur Simplicius, vtriusque susceptor est, tum suauis, tum insuauis: siue quia ex se est quasi medium, non magis ad delectationem, quam ad molestiam recipiendam aptum.

*Quo pacto debet intelligi appetitum sensitiuum non distingui à potentia sensitiua.*

e *Et fuga, & appetitus.*] Monet fugam & appetitum in actu, id est, actum auersandi, & actum prosequendi obiectum, idem esse, quod dolor & delectatio. Quæ res fusiùs & enucleatius esset hoc loco pertractanda, nisi iam in Ethicis fuisset à nobis explicata. Subdit quoq; appetitum sensitiuum, ad quem prædictæ actiones spectant, non distingui à potentia sensitiua. Intellige autem non distingui subiecto, quandoquidem, vt ab eadem anima oriuntur, ita in eodem insunt animali: alioqui diuersam habent rationem, imò & realitatem.

*Disp. 6. q. 3. art. 1.*

f *Anima*

---



τὸν διανοητικὸν ψυχὴν τὰ φαντάσματα ὡσπερ αἰσθήματα ὑπολήψεται· ὅταν δ' ἀγαθὸν ἢ κακὸν φύγῃ ἢ διώκῃ, οὐκέτι φεύγει ἢ διώκει· διὸ καὶ πάντοτε μετὰ φαντάσματος ἡ ψυχὴ· ὥστε καθ' ὃ ἡμῖν τὸ κρῖναι τοιοῦτόν ἐστιν, οὗτος ὁ ὑπερ, ὃ καὶ ἀκοῦσαι ἀναγκαῖον· τὰ δὲ ἐχόμενα τε, καὶ μία μεσότης· τὸ δ' ἄνω αὐτῆ ὁμοίως. πῶς δ' ὑπερέχει, ἢ ἀμφίβιον γ' ὑγρὸν καὶ χερσαῖον, ἢ πρότερον, ἢ ὕστερον· ἔστι γὰρ καὶ ταῦτα· ἔστι γὰρ ὁ μὲν ἀκριβὴς λόγος ἐπὶ τοῦ ἀεὶ καὶ ἁπλῶς· καὶ πῶσιν ὑπάρχειν ἐν τοῖς ἀεὶ ὑπάρχουσιν, οὐκ ἐνδέχεται· ἀλλὰ τὸ ἐγγύτατον ἑκάστῳ· ἔστι δὲ ἐν ἑκάστοις ἄριστον καὶ τὸ ἀκριβέστατον· τὸ δὴ τοιοῦτον ἐν τοῖς ἀεὶ οὐκ ἔστιν· οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς ἀεὶ ὑπάρχουσιν, ὥστε ἐξ ἀνάγκης καὶ τὸ ἄριστον, ὥστε τὸ β τῷ μείζονι, τὸ γ ὡσαύτως τῷ δ, ὡς ἐκείνοις ὄντος ἀριθμοῦ· ὥστε καὶ ἐξ ἀνάγκης ἐν δὲ τοῖς γιγνομένοις καὶ φθειρομένοις, ὥστε ἐξ ἀνάγκης καὶ τὸ ἄριστον, ὥστε τὸ β τῷ μείζονι, τὸ γ ὡσαύτως τῷ δ, ὡς ἐκείνων ὄντων ἀριθμῶν· ὥστε καὶ ἐνταῦθα· ἀλλ' ἐν τοῖς ἐλάττοσι καὶ τοῖς ἐπὶ μέρους· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τὸ ἄνω· πάντων ὁμοίως ἐόντων λόγου· κἀν ἐν μέρει τὸ α τῷ γλυκεῖ πικρῷ, τὸ δὲ β τῷ λευκῷ· τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἤδη τὸ τοιοῦτον ἐν τοῖς φυσικοῖς μᾶλλον ἐστίν.

ὃ δὲ νοῶν

*f Animæ autem dianoeticæ ipsa phantasmata perinde atque sensibilia sensui ipsi subiiciuntur: atque cùm bonum, aut malum esse dicit affirmando, aut negando, fugit, aut persequitur. Quapropter ipsa anima sine phantasmate nunquam intelligit.* Text. 30.

*g Fit autem & hic perinde vt ibi: manet quidem pupillam talem efficit: ipsa autem aliud, & auditus simili modo: ipsum verò vltimum vnum quidem est, & meditatio vna, at ipsius plures sunt rationes. Quo verò dyadicat, atq; discernit calidum à dulci differre dictum & prius est, & nunc etiam est dicendum, h Est enim vnumquid quid ipsum, & ita vnum vtrumuis. i At* Text. 31.

*que hæc ipsa vnum sunt, tum similitudine rationis, tum numero, quem habent ad vtrumque, vt illa inter sese habent. Quid enim interest, si quonam pacto discernit aut ea, quæ sub eodem genere collocantur, aut contraria, dubitemus, vt album an nigrum? Sit igitur, vt est A, quod est album ad B, quod est nigrum, sic C, ad D: Quare mutato ordine comparationem etiam eorundem vere facere licet. Si igitur C D sint vnum, ipsa profectò sese habebunt perinde atque A B, vt sint idem & vnum: non tamen autem habeant rationem, & illa simili modo. Eadem erit omnino ratio, etsi A quidem sit dulce, B verò album. Intellectuum igitur ipsas formas in phantasmatibus ipsi intelligit.*

k Es

---

*f Animæ autem.*] Discrimen intellectus contemplatiui & practici reperens ait, licet anima dianoitica, id est, intellectus contemplatiuus phantasmatis vtantur, quia hæc ei suppeditant

G species

Universidad de Deusto Biblioteca



species, sicuti sensibilia externa sensui: tamen intellectum practicum aliter eisdem vti; nimirum, prout inseruiunt ad practica dictamina circa bonum, aut malum amplectendum, aut declinandum. Vnde colligit, nunquam animam intelligere citra opem phantasmatum, cùm ea vtrique intellectui necessaria sit.

g *Fit autem.*] Dixerat sensibile mouere sensum, nunc quo pacto moueat obiter ostendit, aiens rem obiectam sensui prius medium afficere, deinde externi sensus officinã immutare vsq; ad ipsum medium, id est, vsq; ad sensum communem, ad quem tanquam ad centrum omnium sensibilium imagines perferuntur; hunc vero ait re vnum, ratione plures esse, tum quia re vera quoad naturã vna simplex facultas est: tum quia vnius termini vicem obtinet, quatenus ad eam externorum sensuum functiones terminantur: officio autem multiplex est, quia inter calidum & dulce, verbi gratiã, & inter omnia externa sensibilia discrimen ponit, eaq; & ipsorum sensiones dijudicat, vt alibi dictum fuit. Hinc cognitam esse vult Aristoteles similitudinem, siue analogiam inter sensum & intellectum: quia vt externa sensibilia se se habent ad sensum communem, quem mouent, ita phantasmata ad intellectum: & vt sensus communis omnia sensibilia percipit, ita intellectus omnia intelligibilia: ille ministerio sensuũ, hic ope phantasmatũ. Quod ad vim muniisq; sensus communis attinet, addit Philoponus non solùm communem sensum esse quasi sedem omnium sensibilium: sed in singulari quoque externis sensibus dari vnum συνδρομήν, id est, confluuium, ad quod sensibilia cuiusque sensus concurrũt. Namque omnium visilium commune quasi centrum est aspectus; omnium sonorum auditus; odorũ olfactus; tactilium tactus; gustatilium gustus. Illud tamen interest, quod sensus communis omnia externa sensibilia percipit, atq; dijudicat: quilibet autẽ externus sensus ea duntaxat, quæ ipsi propria sunt.

*Vt communis sensus omnia sensibilia percipit, sic intellect⁹ omnia intelligibilia.*

h *Etenim vnum quid ipsum.*] Quod libro superiori de sensu communi asseuerat, id nunc repetit; nimirum esse vnum tanquam terminum, id est, vt Philoponus interpretatur, vt centrum circuli, in quod diuersæ lineæ incidunt. Vel, vt Simplicius ait, esse vltimum iudicatorium omnium sensibilium, & vnum quidem re ipsa, plura verò ratione, quatenus diuersas sensibilium proprietates diuerse cognoscit. Est enim, inquit, iudicatorium vnum, vt terminus, terminum appellans punctum, in quem concurrunt lineæ diuersæ. Nam & is vnus, impartibilisque existens diuersam habet ad diuersas lineas habitudinem.

*Repetuntur quæ de sensu communi superiori libro dicta sunt.*

i *Atque hæc ipsa vnum sunt.*] Ita se inquit habere centrum vt sensum communem, tũ proportione, tum numero. Proportione, quia vt se habet centrum, ad lineas, ita sensus communis ad operationes aliorum sensuum: vt enim illæ ad centrum, sic hæ ad tribunal sensus communis perferuntur. Numero, quia vt centrum existens vnum, ad multas lineas ordinem habet, ita communis sensus, cùm vnus sit, ad multos sensus habitudinem seruat: atq; ita sensus communis, & centrum obtinent eundem numerum, id est, haudquaquam numero variantur, quin potius in sua vnitate consistunt. Alij, quorũ interpretatio facilior videtur, verba illa, hæc ipsa vnum sunt, explicant de proportione inter sensum & intellectum, respectu suorum obiectorum: quia vt se habent sensibilia ad sua phantasmata, ita sensus communis ad intellectum. Quod Aristoteles ostendit, ratione ducta a sensibilibus, admonens parum referre, siue sensibilia pertineant ad vnum sensum externũ, siue ad plures. Ratio verò est huiusmodi: sicuti se habet candidum ad nigrum, ita phantasma candidi ad phantasma nigri: ergo commutata proportione, vt se habet candidum ad suum phantasma, ita nigrũ ad suum. Si igitur phantasma candidi & nigri insunt vni, spectantq; ad vnam potentiam, quę est sensus communis, facultasq; vna secundum rem, diuersa secundum rationem: ita omnia phantasmata pertinebunt ad vnam potentiam; videlicet intellectum, qui sit facultas re vna, diuersa verò ratione: & vt sensus communis non nisi interuentu externorum sensuum res percipit, ita intellectus non intelliget, nisi ministerio phantasmatum: non quasi opus sit phantasmata ipsa intelligere: sed res per illa repræsentatas. Huiusce rationis discursum, assumptis elementis, vt aliâs consueuit, proponit Aristoteles.

*Communis sensus tum proportione, tũ numero centro comparatur.*

*Vnitas intellectus colligitur ex vnitate sensus communis.*

---

καὶ ὡς ἐν ἐκείνοις ὥρισται αὐτοῖς τὸ διωκτὸν καὶ φευκτόν, καὶ ἐκτὸς τῆς αἰσθήσεως, ὅταν ἐπὶ τῶν φαντασμάτων ᾖ, κινεῖται, οἷον αἰσθανόμενος τὸν φρυκτὸν, ὅτι πῦρ, τῇ κοινῇ γνωρίζει, ὁρῶν κινούμενον, ὅτι πολέμιος· ὁτὲ δὲ τοῖς ἐν τῇ ψυχῇ φαντάσμασιν ἢ νοήμασιν, ὥσπερ ὁρῶν λογίζεται καὶ βουλεύεται τὰ μέλλοντα πρὸς τὰ παρόντα· καὶ ὅταν εἴπῃ, ὡς ἐκεῖ τὸ ἡδὺ ἢ λυπηρόν, ἐνταῦθα φεύγει ἢ διώκει, καὶ ὅλως ἐν πράξει· καὶ τὸ ἄνευ δὲ πράξεως, τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος ἐν τῷ αὐτῷ γένει ἐστὶ, τῷ ἀγαθῷ καὶ κακῷ· ἀλλὰ τῷ γε ἁπλῶς διαφέρει, καὶ τινί.

τὰ δὲ

k *Et vt in illis ipsi definitum est id, quod fugiendum est, vel sequendum, sic & sine sensu cùm in phantasmatibus est, mouetur: sentiẽs enim signum face dati ignem esse, videns q; ipsum communi sensu agitari motu, cognoscit hostem accedere, at nonnunquam hisce, quæ sunt in anima, phantasmatibus, aut mentis cõceptibus quasi videns ad ea, quæ sunt præsentia ratiocinatur, atque deliberat de futuris. Et cùm dixerit hîc aut ibi rem eam esse, quæ voluptatem, aut dolorem affert, tum fugit, aut persequitur, & omnino aliquid agit.* Text.33. l *Ipsum autem verum ac falsum, quæ sine actione sunt, in eodem genere sunt, in quo sunt bonum ac malum, sed absolutè differunt, atque cuiuspiam ratione.* Text.34.

m *At*



k *Et vt in illis.*] Ostendit quonam pacto excitetur intellectus actiuus ad deliberandum de re prosequenda fugiendáve: nempe interdum moueri sensibilibus præsentibus: nonnunquam sola phantasia stimulante. Nam qui conspicatur erectam agitatamque facem ad significandos hostium incursus, præsentia rei sensibilis, visuque impellitur ad consilium ineundum aduersus hostes. Interdum autem, etsi nullum præsens obiectum lacessat, phantasia de futuris cogitans, & alia cum alijs conferens intellectus prouocat, vt de agendis deliberet, & quid facto opus sit, doceat, & quæ iucunda aut molesta iudicarit, eã prosequi aut declinare iubeat.

l *Ipsum autem verum.*] Docet verum & falsum, quæ ad actionem non pertinent in eodem genere contineri, in quo bonum & malum, id est, hæc omnia pertinere ad intellectum vnum & eundem re. Nec enim intellectus practicus & speculatiuus sunt potentiæ realiter distinctę. Neque in obiecta simpliciter diuersa tendunt. Nam speculatiuus versatur circa cognitionem veri & falsi absolute: practicus autem in ordine ad opus, atque adeò, vt est conueniens, vel nõ conueniens, seu bonum, aut malum: quæ obiecti distinctio non facit, vt intellectus practicus & speculatiuus re ipsa distinguantur. Qua de re in progressu plura.

*Intellectum practicũ & speculatiuũ non esse potentias realiter distinctas.*

---

τὰ δὲ ἐν ἀφαιρέσει λεγόμενα, νοεῖ, ὥσπερ ἂν εἰ τὸ σιμόν, ᾗ μὲν σιμόν, οὐ κεχωρισμένως, ᾗ δὲ κοῖλον, εἴ τις ἐνόει ἐνεργείᾳ, ἄνευ τῆς σαρκὸς ἂν ἐνόει, ἐν ᾗ τὸ κοῖλον· οὕτω τὰ μαθηματικὰ οὐ κεχωρισμένα ὡς κεχωρισμένα νοεῖ, ὅταν νοῇ ἐκεῖνα. ὅλως δὲ ὁ νοῦς ἐστιν ὁ κατ' ἐνέργειαν τὰ πράγματα νοῶν. ἆρα δ' ἐνδέχεται τῶν κεχωρισμένων τι νοεῖν ὄντα αὐτὸν μὴ κεχωρισμένον μεγέθους, ἢ οὔ, σκεπτέον ὕστερον.

ΚΕΦ.

m *At verò res eas, quæ vocitantur ob abstractionem abstracta, hoc pacto intelligit: nam vt si quispiam simitatem non, vt est simitas: quo quidem pacto percipi separata nõ potest, sed vt concauitas est, intelligeret actu sine ea in ipsam intelligeret carne, in qua concauitas est: sic cùm res intelligit mathematicas, nõ separatas ipsas, vt separatas intelligit.* Text.35. n *Omnino autẽ is intellectus, qui actu intelligit, res ipse est, vt diximus. Si verò fieri possit, vt aliquam ipse non separatus à magnitudine separatarum rerum intelligat necne, considerandum est postea.* Text.36.

CAP.

---

m *At verò res eas.*] Quia asseruerat intellectum speculatiuum verum in commune, & abstractum considerare: ostendit qua ratione abstracta contempletur in disciplinis Mathematicis, nimirum considerando illa, quæ in materia quidem sunt, non tamen vt in materia sensibili continentur, quod illustrat exemplo simitatis, seu curuitatis nasi. Si enim vt talis curuitas est, perpendatur, necessariò in sua consideratione nasum, ac materiam sensibilem inuoluet: non autem si absolute secundum communem rationem curuitatis spectetur. De materia sensibili & intelligibili, deq; tota varietate abstractionum, quæ in scientijs inuenitur, egimus in Proœmio Physicorum, quæst. 1. artic. 3.

n *Omne autem.*] Repetit quod suprà docuerat: nimirum intellectum esse rem, quam intelligit. Quod qua ratione verum sit, iam exposuimus, & proximo sequenti capite inculcabimus. Postremò, dubitat an intellectus, dum est in corpore, cognitionem substantiarum separatarum assequi valeat: cuius dubitationis solutionem in alium locum reijcit. Ea verò in Commentarijs primæ Philosophiæ à nobis tractatur.

---

## ΚΕΦ. η.

ΝΥΝ δὲ περὶ ψυχῆς τὰ λεχθέντα συγκεφαλαιώσαντες, εἴπωμεν πάλιν, ὅτι ἡ ψυχὴ τὰ ὄντα πώς ἐστι πάντα· ἢ γὰρ αἰσθητὰ τὰ ὄντα, ἢ νοητά. ἔστι δ' ἡ ἐπιστήμη μὲν τὰ ἐπιστητά πως, ἡ δ' αἴσθησις τὰ αἰσθητά. πῶς δὲ τοῦτο, δεῖ ζητεῖν. τέμνεται οὖν ἡ ἐπιστήμη καὶ ἡ αἴσθησις εἰς τὰ πράγματα, ἡ μὲν δυνάμει εἰς τὰ δυνάμει, ἡ δ' ἐντελεχείᾳ εἰς τὰ ἐντελεχείᾳ. τῆς δὲ ψυχῆς τὸ αἰσθητικὸν καὶ τὸ ἐπιστημονικὸν δυνάμει ταῦτά ἐστι, τὸ μὲν ἐπιστητόν, τὸ δὲ αἰσθητόν. ἀνάγκη δ' ἢ αὐτὰ ἢ τὰ εἴδη εἶναι. αὐτὰ μὲν γὰρ δὴ οὔ· οὐ γὰρ ὁ λίθος ἐν τῇ ψυχῇ, ἀλλὰ τὸ εἶδος.

ὥστε

## CAP. IIX.

*NVnc autem ea, quæ de anima dicta sunt, quasi ad quædam capita redigentes: rursus dicamus animam ipsam ea vniuersa quodammodo esse, quæ sunt. Nam ea, quæ sunt, aut intelligibilia sunt, aut sensibilia. Atq; scientia quidem est res ea quodammodo, quæ sub ipsam scientiam cadunt: sensus autem ipsa sensibilia. Verùm quo pacto id ita est, quæramus oportet. Scinditur igitur in ipsas res scientia, atque sensus: & quidem qui est potentia in res potentia tales: is verò qui est actu in actu similiter tales; & scientia pari modo. Sensitiuum autem animæ, & id, quod scientia affici potest, hæc potentia sunt. Hoc quidem id, quod sub scientiam cadit, illud verò sensibile. Atqui necesse est aut res ipsas, aut formas in anima esse, at non sunt in ea res ipsæ profectò. Non enim ipse lapis in animo, sed forma lapidis inest.* Text.37.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## CAPITIS OCTAVI EXPLANATIO.

*Animâ quo modo esse omnia.*

NVNC autem ea ] Quæ de sensu & intellectu tradiderat, quasi in summam colligit, aiens animam quodammodò esse omnia. Namque omne ens aut sensibile, aut intelligibile est: anima verò ratione sensuum est omnia sensibilia: ratione intellectus omnia intelligibilia. Id autem quo pacto veritati consonet exponit asserens, tam obiectum sensus, quàm intellectus: tam sensum, quàm intellectum bifariam dici: actu nimirum, vel potestate: actu sumitur vtrumque obiectum, cùm actu a facultate cognoscente percipitur: potestate cùm non actu cognoscitur, est tamen idoneum vt cognoscatur. Similiter intellectus in actu dicitur, cùm actu contemplatur: potestate, dum potest contemplari. Eatque modo sensus in actu, dum actu sensionem edit: potestate, dum edere illam valet. Anima igitur quatenus est in potestate ad percipienda omnia, dicitur omnia potentia: vt verò est in actu cognoscendi, dicitur esse actu ea, quæ sub eius notionem veniunt. Porrò animam esse omnia, non tealiter accipiendum est, nec enim anima est lapis, quem intelligit, aut color, quem cernimus, sed notionaliter, hoc est, secundùm rerum imagines, similitudinesve, quibus consignatur.

b *Quare*

---

ὅτι ἡ ψυχὴ ὅτι πάντα τὰ ὄντα ἐστίν· ἢ γὰρ αἰσθητὰ τὰ ὄντα ἢ νοητά· καὶ ἡ ἐπιστήμη τοίνυν τῶν ὄντων ἐστὶν ἡ ἐπιστητὸν καὶ ἡ αἴσθησις τῶν αἰσθητῶν. ἐπεὶ δὲ τρόπον μὲν ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη τῶν ὄντων ἡ ἐπιστητὸν καὶ ἡ αἴσθησις τῶν αἰσθητῶν, ὃν τρόπον ἐν τῇ δυνάμει τὰ ἐπιστητὰ καὶ τὰ αἰσθητά, ἐστὶν ἐν ἐνεργείᾳ τὰ πράγματα καὶ τὰ ὄντα· ἡ μὲν οὖν αἴσθησις τοῖς αἰσθητοῖς ἔοικε, καὶ ἡ ἐπιστήμη τοῖς ἐπιστητοῖς· ἀνάγκη δὲ ταῦτα ἢ αὐτὰ εἶναι ἢ εἴδη αὐτῶν. αὐτὰ μὲν οὖν οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ ὁ λίθος ἐν τῇ ψυχῇ ἐστὶν ἀλλὰ τὸ εἶδος· ὥστε ἡ ψυχὴ ὡς ἡ χεὶρ ἐστὶν ἐν τοῖς ὄντοις· ἡ γὰρ χεὶρ ὄργανον τὸ ὄργανον, καὶ ὁ νοῦς εἶδος τὸ εἴδος, καὶ ἡ αἴσθησις εἶδος τὸ εἴδος. ἐπεὶ δὲ μηδὲν ἐστὶν ἐκτὸς οὕτως ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν μεγεθῶν, ἀλλὰ τὰ νοητὰ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ὑπάρχει, καὶ τὰ τῆς ἀφαιρέσεως καὶ τὰ περὶ τὰ πάθη τὰ τῶν αἰσθητῶν, ἴδοι τις ἂν οὐδὲν οἷόν τε μαθεῖν, οὐδὲ ξυνιέναι· ὅταν δὲ φαντάσῃ, ἀνάγκη ἅμα φαντάσασθαι τι διαγράμμασι γὰρ καὶ πάθεσιν ὁμοίως ἔχει τὰ τῆς διανοίας ἀπαθῆ ὄντα. ἐὰν δὲ μὴ θεωρῇ, οὐδὲ φαντάσεται ἄνευ γὰρ φαντάσματος οὐκ ἔστι νοεῖν. ΚΕΦ.

b *Quare anima est vi manus; manus enim instrumentorum est instrumentum. Et intellectus formarum est forma, & sensus itidem sensibilium forma. Cùm autem nulla rei sit, vt videtur, præter magnitudines sensibiles separata, in ipsis profectò sensibilibus formis, ipsa sunt intelligibiles formæ, id est rerum, quæ abstractæ vocantur, tum earum etiam sensibilium, quæ sunt habitus, atque affectus. Idcirco & qui non sentit, nihil discere, vel intelligere potest. Et qui contemplatur, necesse est vnà cum phantasmate contempletur, ipsa namque phantasmata veluti sensibilia sunt, etiamsi sine materia. Est autem aliud phantasia ab affirmatione negatione ve: verum enim, vel falsum complexio est conceptuum intellectus. At mentis primi conceptus, quo, quæso, differunt, vt non phantasmata sint? An neque cæteri sunt phantasmata, non tamen sine phantasmatibus sunt.*

Text. 35.

CAP.

---

*Minus instrumentorum omnium organum.*

b *Quare anima est vt manus.* ] Dixerat animâ continere in se formas, id est, imagines, è quibus rerum cognitionem elicit. Id similitudine quadam explicat, hunc in modum: Sicuti manus cùm sit instrumentum, quo cætera efficiantur, atque adeò instrumentorum omnium organum, aliis instrumentis vtitur: ita anima cùm sit forma alias formas admittit, ipsaque in cognoscendo vtitur, tam ratione intellectus, quàm sensus: nisi quòd intellectus suscipit formas, id est, imagines rerum tam immaterialium, quàm materialium, atq; ita forma formarum nuncupari potest: sensus verò materialium & sensibilium duntaxat.

*Intellectum non versari circa res mathematicas & physicas, sine ope sensuum.*

c *Cùm autem nulla rei.* ] Cùm neque res Mathematicæ, neque Physicæ, & harum affectiones (de hoc enim tantummodò rerum genere hoc loco agit) extra sensibilia cohæreant, ac proinde earum imagines intelligibiles è formis sensibilibus, in quibus vitiare insunt, eluantur; colligit Aristoteles non posse intellectum in earum consideratione & disciplina versari sine ope sensuum, qui primo sensibilia percipiunt. Vult autem intellectum non solùm, cùm denuò species haurit à phantasmatibus pendere: sed etiam comparatis iam speciebus, dum contemplatur: quòd eum simul cum phantasmate contemplari oporteat: quia vt se habet sensus externus ad obiecta, sic intellectus ad phantasmata. Quare vtille sine præsentia obiecti non sentit, ita hic sine phantasmatibus nihil intelligit: nisi quòd externa sensibilia sunt in materia penitùs demersa: phantasmata verò sunt formæ sine materia: nec enim sunt ipsæ res sensibiles, sed earum simulacra.

*In compositione & divisione phantasia non datur veritas, vel falsitas.*

d *Est autem.* ] Subijcit discrimen inter actum intellectus & phantasiæ, quòd actus intellectus, qui est compositio, vel divisio, verus sit, aut falsus: non autem actus phantasiæ; siquidem in sola complexione intelligibilium proprie veritatem aut falsitatem esse dicimus: cognitionem autem simplicium, inquit, differre à phantasmatibus, licet absque ijs esse non possit, vt neque aliæ operationes intellectus.

QVÆSTIO



## QVÆSTIO I.

### *VTRVM INTELLECTVS PATIENS sit potentia passiua: & omnino pura potentia, an non.*

### ARTICVLVS I.

### *INTELLECTVM PATIENTEM esse potentiam tum passiuam, tum actiuam.*

EXplicatis capitibus, in quibus Aristoteles de intellectu possibili, seu patiente disseruit, doctrinæ ordo postulat, vt quæstiones ad eundem intellectum pertinentes, attexamus. Supponimus autem in præsenti dari patientem intellectum. Quod ex eo satis constat, quia intellectus patiens est facultas intelligendi, quilibet aût experitur se intelligere. Ac ne quis eâm actionem ad internum sensum referat, manifestum est intelligi à nobis res immateriales, & cõmunes, quarũ perceptio in facultatẽ materialem, & organo corporeo inhærentem, atque adeò in sensum internum cadere non potest, vt alibi demonstrauimus. Quærimus ergo imprimis an intellectus pãtiens sit potentia passiua, id est, vtrum solummodò patiatur recipiendo, an etiam agat intelligendo. Pro cuius dubij solutione aduertendũ, posse intellectũ patientem conferri vel cum obiecto, vel cũ intellectione. Si cũ obiecto conferatur, dicimus esse potentiam passiuam duntaxat. Quod probatur, quia intellectus patiens nihil agit in proprium obiectum (sicuti agit potentia nutritiua in suum, videlicet, in alimentum) sed abeo tantùm pãtitur recipiendo speciem interuentu phantasmatum. Hæc assertio est Themistij, & Simplicij & communis interpretũ eiusdem cum Aristotelis. Item D. Thomæ 1. part. qu. 79. ar. 2. Caietani ibidem, & hoc in lib. c. 2. Capreoli in 4. distinct. 49. quæst. 4. Ferrariensis lib. 2. contra Gent. c. 6. & aliorum.

*Dari intellectum patientem.*

*Intellectus patiens collatus cũ obiecto est potẽtia passiua duntaxat.*

*Qui velint eumdem cum intellectione esse quoque potentiam passiuam.*

Si autem intellectus comparetur cum intellectione, sunt qui putent eum passiuè tantùm se habere, vt Gotfredus quodl. 6. quæst. 7. teste Scoto in primo distin. 3. quæst. 7. Iandunus lib. 2. huius operis quæst 16. & lib. 3. quæst 13. & 24. & Venetus in summa de anima cap. 3. asserentes intellectionẽ recipi tantùm ab intellectu patiente, effici verò à phantasmate vel vt aliis placet, ab intellectu agente in 3. d. 3. &c. Quam opinionem probabilem iudicat Scotus quodlib. 13. potestq; confirmari eo argumẽto, quia si intellectio esset actiuè ab intellectu patiente, cùm recipiat in se intellectionem more materialis causæ: vtique incideret in vnam, eandemq; rem causa efficiens, & materialis, quod negat Aristoteles lib. 7. Phys. c. 1. text. 1. & lib. 2. cap. 4. text. 28. dum A causam mouentem, & rem motam realiter distingui asseuerat.

*Gab. in 1. d. q. 2. Aliacens. Ibid. & alij apud Bargii in d. 1. q. 4.*

Nihilominus asserendum intellectum patientem actiuè concurrere ad suã intellectionem. Nam quòd eam neq; intellectus agens, neque phantasmata per se efficiant, in superioribus ostendimus. Deinde quòd illam edat ipse intellectus patiens, liquet vel ea ratione, quia intellectio est actio immanens, quę ab eademmet potentia, in qua recipitur, elici debet. Quare cùm intellectio recipiatur in intellectu patiente, ab eodem elici necesse est. Secundo, Nihil denominatur agere nisi ab actione, quam elicit; quod vsq; adeò verũ est, vt si Deus se solo poneret in meo oculo visionem, ita vt oculus passiuè tantùm se haberet, non diceret ab ea videns; sed intellectus denominatur intelligens à propria intellectione: igitur necessãrio eam elicit. Tertiò, idem confirmari potest, quia eadem ratio est in actu intelligendi, quæ in actu volendi: sed in Concil. Tridentino sess. 6. Can. 4. damnatur qui dixerit in iustificatione liberum arbitrium passiuè tantùm se habere, proindeq; docerut voluntatem actiuè concurrere: ergo similiter intellectus concurrit actiuè ad intellectionem: maximè cùm liberum arbitriũ non in solo actu voluntatis consistat, sed importet etiam actum intellectus, liberumq; iudicium, vt constat ex ijs, quæ tradit D. Thom. lib. 2. contra Gent. c. 48. ridiculus verò esset, qui diceret actiones voluntatis, & intellectus, quatenus ad iustificationem pertinent, elici ab ipsis potentijs, alias verò non elici.

*Intellectum patiẽtẽ actiuè cõcurrere ad suã intellectionem. Probatur 1.*

*Voluntas cõcurrit actiuè ad suas operationes.*

Superiùs dictis nihil officit locus ille septimi, & 8. Phys. Loquitur enim ibi philosophus de causa materiali phys. quæ est principiũ physici motus, non autem de causa materiali, sumpto vocabulo, prout complectitur omne id, quod est susceptiuum alicuius motionis, siue materialis sit, siue non. Quo pacto minimè repugnat eandem rem esse causam materialem, & efficientem. Ita verò dicimus si intellectus cũ intellectione conferatur, esse potentiã, tum actiuam, tum passiuam. Actiuam, prout intellectionẽ edit: passiuam, prout eandem recipit. Adde etiam nudum intellectum causam esse passiuam intellectionis, actiuã verò simul cum specie, quo pacto iam materialis causa cum efficiente non omnino coincidunt. Qua de re in physicis latiùs.

*In quib. materialis causa coincidere potest cũ efficiente.*

*Nudum intellectum distinguitur à seipso vt est specie consignatum. Lib. 7. c. 1. q. 1. art. 2.*

### ARTICVLVS II.

### *INTELLECTVM PATIENTEM in quodam sensu non esse puram potentiam: in alio an sit disquiritur.*

QVod ad secundam propositæ quæst. partem attinet, bifariam quæri potest, an intellectus patiens pura potẽtia sit. Vno modo, an in

*Lege D. Thom. 1. p. q. 87. ar. 1. Caiet. ibi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Pereir. lib. 2. contra gen. c. 82. & 98. Scot. in 1. d. 3. quæst. 7. Quibus modis quæri possit an intellectus sit pura potentia.*

an in genere entium sit pura potentia, nullum in sua natura includens actum, quo pacto materia prima dicitur pura potentia. Altero, an ex se sit pura potentia in genere intelligibilium, id est, vtrum ex sua primæua origine nullam obtineat sibi cõgenitam speciem, aut notionem: sed duntaxat in potestate sit ad eam progressu temporis acquirendam. Hoc posito, nostra assertio sit. Si potentia priori modo sumatur, intellectus non est pura potentia; quod ita probatur. Intellectus ex sua natura est forma, & actus; ergo secundum eam considerationem non est pura potentia. Antecedens ostenditur. Nam id, quod alteri ratio est, & principium operandi, dicitur actus, & forma; possibilis verò intellectus est animæ operandi, id est, intelligendi ratio; est igitur actus, & forma. Maior patet, quia vnumquodque per suam formam operatur. Minor verò traditur ab Aristotele hoc in lib. capit. 4. text. 5. suadeturq; ex eo, quia cùm nulla substantia creata possit esse immediatum principium operandi; eget animus aliqua vi, seu facultate intermedia, qua intelligendi actus promat, quæ facultas nõ alia est, quàm intellectus.

*An sit pura potentia in genere intelligibilium dissensio.*

Quod verò ad alterum quæstionis sensum pertinet, magna ea de re inter Platonem, & Aristotelem contentio extitit. Nam Plato, vt constat ex ijs, quæ scripsit in Phædro, Menone, & 10. de Rep. cùm persuasum haberet nostros animos extra corpora fuisse procreatos, ibiq; rerum omnium notionem, ex idearum influxu hausisse, credidit eos, cum hisce moribundis corporibus illabũtur, inditas rerum imagines, ac scientias deferre secum; ita tamen, vt omnis ea cognitio ob crassæ, concretæq; materiæ commercium, & quasi insolentiam, terni carceris obliuione sopiretur: deinde accessu phantasmatum excitata remitteret. Itaque censebat Plato nos, cùm aliquid discimus, non simpliciter discere: sed recordari potius, nec nouam acquirere scientiam, sed antè habitæ reminisci. Hoc tamẽ dogma, quatenus animarum ante corporis creationẽ fingit, iam in 2. huius operis libro fuit à nobis confutatum. Quare ea parte omissa, quæ etiam ad rem præsentem non facit: expendendum hic tantùm erit vtrum noster animus veluti nuda tabula absque vllis intelligibilium imaginum lineamẽtis, corpori infundatur, vel ei potiùs in ipso creationis momẽto ab Auctore naturæ eiusmodi imagines, siue species tribuantur, vt quidam nostræ ætatis Philosophi putant. Nam quod ita res habeat his argumentis videtur ostendi.

*Argumenta quæ probant animã in sua creatione esse species accipere.*

*1. Argum.* Substantiæ à materiæ concretione abiunctæ intelligunt omnia naturaliter per formas sibi à principio inditas, vnde in libro de causis propositione 10. dicitur intelligentiæ plenæ formis; ergo & animi rationis participes saltem aliquarũ rerũ species sibi innatas habebunt; præsertim cùm intelligere sit homini cõmune cũ Angelis, vt ait D. Gregorius homil. 29. in Euang. Secundò, Anima intellectiua est multo nobilior, quam materia prima; sed materia prima non est à Deo producta sine formis; ergo neq; anima intellectiua sine speciebus. Tertiò, Deus qualibet cæterarũ rerũ condidit instructa, atq; ornata ijs actionibus, quæ ad illius munia necessariæ erant; sed vt intellectus possibilis operetur, indiget speciebus: non ergo sine ijs à Deo procreatur.

*2. Argum.*

*3. Argum.*

Postremò, Nostris animis innati sunt duo habitus alter, quo primis principijs speculatiuis assensum damus, qui dicitur habitus principiorum: alter, quo assentimur primis principijs practicis, qui vocatur synderesis: igitur cùm eadem sit ratio in speciebus intelligibilibus, erunt quoq; hæ nobis insitæ. Antecedens probatur, primùm quia huiusmodi habitus dicuntur naturales, non nisi quia inditi nobis sunt à natura. Deinde, quia id etiam de habitu syndereseos palàm affirmant, tum D. Augustin. super Psalm. 57. & D. Epiphanius lib. 2. contra hær. tom. 2. tum D. Hieronymus in epist. ad Demetriadem hisce verbis: Est in animis nostris quædam sanctitas naturalis à Deo impressa, quæ veluti in arce animi residens, parui, & recti iudicium exercet. Patet igitur nostrum intellectum non esse puram potentiam in eo sensu, de quo agimus.

*Primũ arg.*

*D. Augustin. D. Epiphan. D. Hieron.*

## ARTICVLVS III.

## *INTELLECTVM PATIENTEM ex sua primæua origine esse puram potentiam in genere intelligibilium.*

*Superior sententia à disciplina Aristotelica, vt patet ex 3. actia anim. 4. huius libri text. 14. vbi noster intellectum à principio dicitur esse quasi tabulam in qua nihil est depictũ: quod communi assensu Peripatetica Schola tuetur.*

VErum istiusmodi placitũ abhorret in primis à disciplina Aristotelica, vt patet ex 3. de anima text. 14. vbi noster intellectum à principio dicitur esse quasi tabulam in qua nihil est depictũ: quod communi assensu Peripatetica Schola tuetur. Ita verò, vt D. Thomas prima part. qu. 79. art 2. animaduertit, cùm triplex sit intellectus, diuinus, Angelicus, & humanus. Diuinus, quia est ipsa Dei essentia, & actus omnino purus semper respectu totius entis est essentialiter in actu intellectionis, nullo q; modo in potentia. Angelicus verò, & humanus, cùm puri actus nõ sint, oportet eos in potentia esse, sed quia potentia duplex est, vna semper est actu ino coniuncta, vt materia cœlestis cùm propria forma; alia no semper coniuncta cũ actu, quæ assequi potest, vt materia sublunaris quæ propter essentiam temporis cũ alias, atq; alias formas recipit: intellectus quidem Angelicus ob propinquitatẽ ad primum intellectũ, semper est in actu intelligibilium imaginum; humanus autem quia infimus, & à diuino quam maximè remotus, principio quidẽ est in potestate respectu earũ imaginum

*Datur potentia semper coniuncta cum actu, & alia non semper coniuncta.*



imaginũ, quasi nuda tabula; tum deinde paulatim ijs imbuitur, ac perficitur.

*Anima intellectiua nõ infundi species in ipso ortu.*

Quapropter asserendũ omnino est animæ intellectiuæ non infundi species in ortu. Quod probatur, Nam si ita esset, posset anima cõfestim ijs vti, nec enim earum vsus operationis aut notionem sed duntaxat in potestate sit ad eam progressu temporis acquirendam. Hoc posito, nostra assertio sit. Si potentia priori modo sumatur, intellectus non est pura potentia; quod ita probatur. Intellectus ex sua natura est forma, & actus; ergo secundum eam considerationem non est pura potentia. Antecedens ostenditur. Nam id, quod alteri ratio est, & principium operandi, dicitur actus, & forma; possibilis verò intellectus est animæ operandi, id est, intelligendi ratio; est igitur actus, & forma. Maior patet, quia vnumquodque per suam formam operatur. Minor verò traditur ab Aristotele hoc in lib. capit. 4. text. 5. suadeturq; ex eo, quia cùm nulla substantia creata possit esse immediatum principium operandi; eget animus aliqua vi, seu facultate intermedia, qua intelligendi actus promat, quæ facultas nõ alia est, quàm intellectus.

*1. Ratio.*

Quod verò ad alterum quæstionis sensum pertinet, magna ea de re inter Platonem, & Aristotelem contentio extitit. Nam Plato, vt constat ex ijs, quæ scripsit in Phædro, Menone, & 10. de Rep. cùm persuasum haberet nostros animos extra corpora fuisse procreatos, ibiq; rerum omnium notionem, ex idearum influxu hausisse, credidit eos, cum hisce moribundis corporibus illabũtur, inditas rerum imagines, ac scientias deferre secum; ita tamen, vt omnis ea cognitio ob crassæ, concretæq; materiæ commercium, & quasi insolentiam, terni carceris obliuione sopiretur: deinde accessu phantasmatum excitata remitteret. Itaque censebat Plato nos, cùm aliquid discimus, non simpliciter discere: sed recordari potius, nec nouam acquirere scientiam, sed antè habitæ reminisci. Hoc tamẽ dogma, quatenus animarum ante corporis creationẽ fingit, iam in 2. huius operis libro fuit à nobis confutatum. Quare ea parte omissa, quæ etiam ad rem præsentem non facit: expendendum hic tantùm erit vtrum noster animus veluti nuda tabula absque vllis intelligibilium imaginum lineamẽtis, corpori infundatur, vel ei potiùs in ipso creationis momẽto ab Auctore naturæ eiusmodi imagines, siue species tribuantur, vt quidam nostræ ætatis Philosophi putant. Nam quod ita res habeat his argumentis videtur ostendi.

*Argumenta quæ probant animã in sua creatione esse species accipere.*

*1. Argum.* Substantiæ à materiæ concretione abiunctæ intelligunt omnia naturaliter per formas sibi à principio inditas, vnde in libro de causis propositione 10. dicitur intelligentiæ plenæ formis; ergo & animi rationis participes saltem aliquarũ rerũ species sibi innatas habebunt; præsertim cùm intelligere sit homini cõmune cũ Angelis, vt ait D. Gregorius homil. 29. in Euang. Secundò, Anima intellectiua est multo nobilior, quam materia prima; sed materia prima non est à Deo producta sine formis; ergo neq; anima intellectiua sine speciebus. Tertiò, Deus qualibet cæterarũ rerũ condidit instructa, atq; ornata ijs actionibus, quæ ad illius munia necessariæ erant; sed vt intellectus possibilis operetur, indiget speciebus: non ergo sine ijs à Deo procreatur.

*2. Argum.*

*3. Argum.*

Postremò, Nostris animis innati sunt duo habitus alter, quo primis principijs speculatiuis assensum damus, qui dicitur habitus principiorum: alter, quo assentimur primis principijs practicis, qui vocatur synderesis: igitur cùm eadem sit ratio in speciebus intelligibilibus, erunt quoq; hæ nobis insitæ. Antecedens probatur, primùm quia huiusmodi habitus dicuntur naturales, non nisi quia inditi nobis sunt à natura. Deinde, quia id etiam de habitu syndereseos palàm affirmant, tum D. Augustin. super Psalm. 57. & D. Epiphanius lib. 2. contra hær. tom. 2. tum D. Hieronymus in epist. ad Demetriadem hisce verbis: Est in animis nostris quædam sanctitas naturalis à Deo impressa, quæ veluti in arce animi residens, parui, & recti iudicium exercet. Patet igitur nostrum intellectum non esse puram potentiam in eo sensu, de quo agimus.

*Primũ arg.*

*D. Augustin. D. Epiphan. D. Hieron.*

*Species infusæ non egent ope phantasmatum.*

Quapropter asserendũ omnino est animæ intellectiuæ non infundi species in ortu. Quod probatur, Nam si ita esset, posset anima cõfestim ijs vti, nec enim earum vsus operationis aut notionem sed duntaxat in potestate sit ad eam progressu temporis acquirendam. Hoc posito, nostra assertio sit. Si potentia priori modo sumatur, intellectus non est pura potentia; quod ita probatur. Intellectus ex sua natura est forma, & actus; ergo secundum eam considerationem non est pura potentia. Antecedens ostenditur. Nam id, quod alteri ratio est, & principium operandi, dicitur actus, & forma; possibilis verò intellectus est animæ operandi, id est, intelligendi ratio; est igitur actus, & forma. Maior patet, quia vnumquodque per suam formam operatur. Minor verò traditur ab Aristotele hoc in lib. capit. 4. text. 5. suadeturq; ex eo, quia cùm nulla substantia creata possit esse immediatum principium operandi; eget animus aliqua vi, seu facultate intermedia, qua intelligendi actus promat, quæ facultas nõ alia est, quàm intellectus.

*Quapropter asserendũ omnino est animæ intellectiuæ non infundi species in ortu.*

*1. Ratio.*

Quod verò ad alterum quæstionis sensum pertinet, magna ea de re inter Platonem, & Aristotelem contentio extitit. Nam Plato, vt constat ex ijs, quæ scripsit in Phædro, Menone, & 10. de Rep. cùm persuasum haberet nostros animos extra corpora fuisse procreatos, ibiq; rerum omnium notionem, ex idearum influxu hausisse, credidit eos, cum hisce moribundis corporibus illabũtur, inditas rerum imagines, ac scientias deferre secum; ita tamen, vt omnis ea cognitio ob crassæ, concretæq; materiæ commercium, & quasi insolentiam, terni carceris obliuione sopiretur: deinde accessu phantasmatum excitata remitteret. Itaque censebat Plato nos, cùm aliquid discimus, non simpliciter discere: sed recordari potius, nec nouam acquirere scientiam, sed antè habitæ reminisci. Hoc tamẽ dogma, quatenus animarum ante corporis creationẽ fingit, iam in 2. huius operis libro fuit à nobis confutatum. Quare ea parte omissa, quæ etiam ad rem præsentem non facit: expendendum hic tantùm erit vtrum noster animus veluti nuda tabula absque vllis intelligibilium imaginum lineamẽtis, corpori infundatur, vel ei potiùs in ipso creationis momẽto ab Auctore naturæ eiusmodi imagines, siue species tribuantur, vt quidam nostræ ætatis Philosophi putant. Nam quod ita res habeat his argumentis videtur ostendi.

*Argumenta quæ probant animã in sua creatione esse species accipere.*

*1. Argum.* Substantiæ à materiæ concretione abiunctæ intelligunt omnia naturaliter per formas sibi à principio inditas, vnde in libro de causis propositione 10. dicitur intelligentiæ plenæ formis; ergo & animi rationis participes saltem aliquarũ rerũ species sibi innatas habebunt; præsertim cùm intelligere sit homini cõmune cũ Angelis, vt ait D. Gregorius homil. 29. in Euang. Secundò, Anima intellectiua est multo nobilior, quam materia prima; sed materia prima non est à Deo producta sine formis; ergo neq; anima intellectiua sine speciebus. Tertiò, Deus qualibet cæterarũ rerũ condidit instructa, atq; ornata ijs actionibus, quæ ad illius munia necessariæ erant; sed vt intellectus possibilis operetur, indiget speciebus: non ergo sine ijs à Deo procreatur.

*2. Argum.*

*3. Argum.*

Postremò, Nostris animis innati sunt duo habitus alter, quo primis principijs speculatiuis assensum damus, qui dicitur habitus principiorum: alter, quo assentimur primis principijs practicis, qui vocatur synderesis: igitur cùm eadem sit ratio in speciebus intelligibilibus, erunt quoq; hæ nobis insitæ. Antecedens probatur, primùm quia huiusmodi habitus dicuntur naturales, non nisi quia inditi nobis sunt à natura. Deinde, quia id etiam de habitu syndereseos palàm affirmant, tum D. Augustin. super Psalm. 57. & D. Epiphanius lib. 2. contra hær. tom. 2. tum D. Hieronymus in epist. ad Demetriadem hisce verbis: Est in animis nostris quædam sanctitas naturalis à Deo impressa, quæ veluti in arce animi residens, parui, & recti iudicium exercet. Patet igitur nostrum intellectum non esse puram potentiam in eo sensu, de quo agimus.

*Primũ arg.*

*D. Augustin. D. Epiphan. D. Hieron.*

*Species infusæ non egent ope phantasmatum.*

*Anima intellectiua nõ infundi species in ipso ortu.*

*1. Ratio.*

*Ad 1.*

*Angelis indita sunt species nõ verò animæ rationali.*

*Ad 2.*

*Ad 3.*

*Intellectus agens datur, vt vis specialis huic animæ commodet.*

*2. Phys. c. 9. 7. t. 2. 3.*

*Ad 4.*

*Non datur hæc sententia primo lib. 1. posteriorum principiorum esse nobis ingenitum à natura.*

*Cur quædam naturales dicantur.*

*Non esse homini ingenitas scientias habitus.*

*2. Ratio.*

*Ad intellectionem necessaria est coniunctio animæ cum corpore.*

*Obiectio.*

*Responsio.*

*3. Ratio.*

Quapropter asserendũ omnino est animæ intellectiuæ non infundi species in ortu. Quod probatur, Nam si ita esset, posset anima cõfestim ijs vti, nec enim earum vsus operationis aut notionem sed duntaxat in potestate sit ad eam progressu temporis acquirendam. Hoc posito, nostra assertio sit. Si potentia priori modo sumatur, intellectus non est pura potentia; quod ita probatur. Intellectus ex sua natura est forma, & actus; ergo secundum eam considerationem non est pura potentia. Antecedens ostenditur. Nam id, quod alteri ratio est, & principium operandi, dicitur actus, & forma; possibilis verò intellectus est animæ operandi, id est, intelligendi ratio; est igitur actus, & forma. Maior patet, quia vnumquodque per suam formam operatur. Minor verò traditur ab Aristotele hoc in lib. capit. 4. text. 5. suadeturq; ex eo, quia cùm nulla substantia creata possit esse immediatum principium operandi; eget animus aliqua vi, seu facultate intermedia, qua intelligendi actus promat, quæ facultas nõ alia est, quàm intellectus.

*1. Ratio.*

Quod verò ad alterum quæstionis sensum pertinet, magna ea de re inter Platonem, & Aristotelem contentio extitit. Nam Plato, vt constat ex ijs, quæ scripsit in Phædro, Menone, & 10. de Rep. cùm persuasum haberet nostros animos extra corpora fuisse procreatos, ibiq; rerum omnium notionem, ex idearum influxu hausisse, credidit eos, cum hisce moribundis corporibus illabũtur, inditas rerum imagines, ac scientias deferre secum; ita tamen, vt omnis ea cognitio ob crassæ, concretæq; materiæ commercium, & quasi insolentiam, terni carceris obliuione sopiretur: deinde accessu phantasmatum excitata remitteret. Itaque censebat Plato nos, cùm aliquid discimus, non simpliciter discere: sed recordari potius, nec nouam acquirere scientiam, sed antè habitæ reminisci. Hoc tamẽ dogma, quatenus animarum ante corporis creationẽ fingit, iam in 2. huius operis libro fuit à nobis confutatum. Quare ea parte omissa, quæ etiam ad rem præsentem non facit: expendendum hic tantùm erit vtrum noster animus veluti nuda tabula absque vllis intelligibilium imaginum lineamẽtis, corpori infundatur, vel ei potiùs in ipso creationis momẽto ab Auctore naturæ eiusmodi imagines, siue species tribuantur, vt quidam nostræ ætatis Philosophi putant. Nam quod ita res habeat his argumentis videtur ostendi.

*Argumenta quæ probant animã in sua creatione esse species accipere.*

*1. Argum.* Substantiæ à materiæ concretione abiunctæ intelligunt omnia naturaliter per formas sibi à principio inditas, vnde in libro de causis propositione 10. dicitur intelligentiæ plenæ formis; ergo & animi rationis participes saltem aliquarũ rerũ species sibi innatas habebunt; præsertim cùm intelligere sit homini cõmune cũ Angelis, vt ait D. Gregorius homil. 29. in Euang. Secundò, Anima intellectiua est multo nobilior, quam materia prima; sed materia prima non est à Deo producta sine formis; ergo neq; anima intellectiua sine speciebus. Tertiò, Deus qualibet cæterarũ rerũ condidit instructa, atq; ornata ijs actionibus, quæ ad illius munia necessariæ erant; sed vt intellectus possibilis operetur, indiget speciebus: non ergo sine ijs à Deo procreatur.

*2. Argum.*

*3. Argum.*

Postremò, Nostris animis innati sunt duo habitus alter, quo primis principijs speculatiuis assensum damus, qui dicitur habitus principiorum: alter, quo assentimur primis principijs practicis, qui vocatur synderesis: igitur cùm eadem sit ratio in speciebus intelligibilibus, erunt quoq; hæ nobis insitæ. Antecedens probatur, primùm quia huiusmodi habitus dicuntur naturales, non nisi quia inditi nobis sunt à natura. Deinde, quia id etiam de habitu syndereseos palàm affirmant, tum D. Augustin. super Psalm. 57. & D. Epiphanius lib. 2. contra hær. tom. 2. tum D. Hieronymus in epist. ad Demetriadem hisce verbis: Est in animis nostris quædam sanctitas naturalis à Deo impressa, quæ veluti in arce animi residens, parui, & recti iudicium exercet. Patet igitur nostrum intellectum non esse puram potentiam in eo sensu, de quo agimus.

*Primũ arg.*

*D. Augustin. D. Epiphan. D. Hieron.*

*Species infusæ non egent ope phantasmatum.*

*Anima intellectiua nõ infundi species in ipso ortu.*

*1. Ratio.*

*Ad 1.*

*Angelis indita sunt species nõ verò animæ rationali.*

*Ad 2.*

*Ad 3.*

*Intellectus agens datur, vt vis specialis huic animæ commodet.*

*2. Phys. c. 9. 7. t. 2. 3.*

*Ad 4.*

*Non datur hæc sententia primo lib. 1. posteriorum principiorum esse nobis ingenitum à natura.*

*Cur quædam naturales dicantur.*

*Non esse homini ingenitas scientias habitus.*

*2. Ratio.*

*Ad intellectionem necessaria est coniunctio animæ cum corpore.*

*Obiectio.*

*Responsio.*

*3. Ratio.*

Quapropter asserendũ omnino est animæ intellectiuæ non infundi species in ortu. Quod probatur, Nam si ita esset, posset anima cõfestim ijs vti, nec enim earum vsus operationis aut notionem sed duntaxat in potestate sit ad eam progressu temporis acquirendam. Hoc posito, nostra assertio sit. Si potentia priori modo sumatur, intellectus non est pura potentia; quod ita probatur. Intellectus ex sua natura est forma, & actus; ergo secundum eam considerationem non est pura potentia. Antecedens ostenditur. Nam id, quod alteri ratio est, & principium operandi, dicitur actus, & forma; possibilis verò intellectus est animæ operandi, id est, intelligendi ratio; est igitur actus, & forma. Maior patet, quia vnumquodque per suam formam operatur. Minor verò traditur ab Aristotele hoc in lib. capit. 4. text. 5. suadeturq; ex eo, quia cùm nulla substantia creata possit esse immediatum principium operandi; eget animus aliqua vi, seu facultate intermedia, qua intelligendi actus promat, quæ facultas nõ alia est, quàm intellectus.

*1. Ratio.*

Quod verò ad alterum quæstionis sensum pertinet, magna ea de re inter Platonem, & Aristotelem contentio extitit. Nam Plato, vt constat ex ijs, quæ scripsit in Phædro, Menone, & 10. de Rep. cùm persuasum haberet nostros animos extra corpora fuisse procreatos, ibiq; rerum omnium notionem, ex idearum influxu hausisse, credidit eos, cum hisce moribundis corporibus illabũtur, inditas rerum imagines, ac scientias deferre secum; ita tamen, vt omnis ea cognitio ob crassæ, concretæq; materiæ commercium, & quasi insolentiam, terni carceris obliuione sopiretur: deinde accessu phantasmatum excitata remitteret. Itaque censebat Plato nos, cùm aliquid discimus, non simpliciter discere: sed recordari potius, nec nouam acquirere scientiam, sed antè habitæ reminisci. Hoc tamẽ dogma, quatenus animarum ante corporis creationẽ fingit, iam in 2. huius operis libro fuit à nobis confutatum. Quare ea parte omissa, quæ etiam ad rem præsentem non facit: expendendum hic tantùm erit vtrum noster animus veluti nuda tabula absque vllis intelligibilium imaginum lineamẽtis, corpori infundatur, vel ei potiùs in ipso creationis momẽto ab Auctore naturæ eiusmodi imagines, siue species tribuantur, vt quidam nostræ ætatis Philosophi putant. Nam quod ita res habeat his argumentis videtur ostendi.

*Argumenta quæ probant animã in sua creatione esse species accipere.*

*1. Argum.* Substantiæ à materiæ concretione abiunctæ intelligunt omnia naturaliter per formas sibi à principio inditas, vnde in libro de causis propositione 10. dicitur intelligentiæ plenæ formis; ergo & animi rationis participes saltem aliquarũ rerũ species sibi innatas habebunt; præsertim cùm intelligere sit homini cõmune cũ Angelis, vt ait D. Gregorius homil. 29. in Euang. Secundò, Anima intellectiua est multo nobilior, quam materia prima; sed materia prima non est à Deo producta sine formis; ergo neq; anima intellectiua sine speciebus. Tertiò, Deus qualibet cæterarũ rerũ condidit instructa, atq; ornata ijs actionibus, quæ ad illius munia necessariæ erant; sed vt intellectus possibilis operetur, indiget speciebus: non ergo sine ijs à Deo procreatur.

*2. Argum.*

*3. Argum.*

Postremò, Nostris animis innati sunt duo habitus alter, quo primis principijs speculatiuis assensum damus, qui dicitur habitus principiorum: alter, quo assentimur primis principijs practicis, qui vocatur synderesis: igitur cùm eadem sit ratio in speciebus intelligibilibus, erunt quoq; hæ nobis insitæ. Antecedens probatur, primùm quia huiusmodi habitus dicuntur naturales, non nisi quia inditi nobis sunt à natura. Deinde, quia id etiam de habitu syndereseos palàm affirmant, tum D. Augustin. super Psalm. 57. & D. Epiphanius lib. 2. contra hær. tom. 2. tum D. Hieronymus in epist. ad Demetriadem hisce verbis: Est in animis nostris quædam sanctitas naturalis à Deo impressa, quæ veluti in arce animi residens, parui, & recti iudicium exercet. Patet igitur nostrum intellectum non esse puram potentiam in eo sensu, de quo agimus.

*Primũ arg.*

*D. Augustin. D. Epiphan. D. Hieron.*

*Species infusæ non egent ope phantasmatum.*

*Anima intellectiua nõ infundi species in ipso ortu.*

*1. Ratio.*

*Ad 1.*

*Angelis indita sunt species nõ verò animæ rationali.*

*Ad 2.*

*Ad 3.*

*Intellectus agens datur, vt vis specialis huic animæ commodet.*

*2. Phys. c. 9. 7. t. 2. 3.*

*Ad 4.*

*Non datur hæc sententia primo lib. 1. posteriorum principiorum esse nobis ingenitum à natura.*

*Cur quædam naturales dicantur.*

*Non esse homini ingenitas scientias habitus.*

*2. Ratio.*

*Ad intellectionem necessaria est coniunctio animæ cum corpore.*

*Obiectio.*

*Responsio.*

*3. Ratio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



art.1. & lib.2.cont. gent. cap.78. cùm docuit habitum principiorũ partim esse naturalem, partim acquisitũ. Quod verò ex Sacrorũ patrum dictis retulimus, id nõ de habitu, quod intellectui superaddatur, interpretandũ est, sed de lumine intellectus, quod ab ipsa intelligendi facultate nõ distinguitur. Id verò D. Hieronymus propterea naturalem sanctitatẽ vocat, quia illo illustratur mens ad approbãda communia principia, quibus rectè viuendi norma continetur.

## QVAESTIO II.

### *VTRVM INTELLECTVS Patiens in homine vnus specie sit; an plures.*

### ARTICVLVS I.

### *QVAE ARGVMENTA OSTENdere videantur plures esse.*

1. Argum. QVod intellectus patiens non vnus specie, sed multiplex sit, conabitur quispiam hisce argumẽtis ostendere. Ratio, & intellectus, id est, vis ratiocinãdi, & intelligendi differunt inter se specie; vtraq; autem facultas vis intellectiua est; ergo intellectus patiens non est specie vnus. Probatur maior in primis testimonio Boetij lib.5. de consolatione prosa 4. vbi ait intellectũ comparari ad rationẽ, vt æternitatem ad tempus. Quare cùm tempus, & æternitas inter se pluſquam specie distinguantur, different quoq; saltem specie intellectus, & ratio. Item, quia Aristot. lib.6. Ethicorum cap.1. docet principium, quo animus necessaria percipit ab eo, quo opinatur, ratiocinaturq;, distinctum esse.

2. Argum. Deinde, Intellectus speculatiuus, & practicus differunt inter se specie; dantur ergo plures intellectus specie distincti. Probatur assumptũ, quia diuersa ratio obiecti variat potentię naturam: at obiectum intellectus speculatiui est verum, contemplatio enim versatur circa veritatem; obiectum autem intellectus practici est bonũ, vel malum; quia intellectus practicus ordinat, dirigitq; ad opus; & ad bonum, seu malum amplectendum, declinandumve. Confirmaturq; huiusce argumẽti vis: quia minùs discrepant inter se obiectum intellectus Angelici, & humani, quod est verum intelligibile absolutè, quam obiectum intellectus speculatiui, & practici eiusdem hominis: at intellectus humanus, & Angelicus specie differunt, non secùs ac homo, & Angelus: ergo & intellectus practicus, & speculatiuus.

3. Argum. Postremo, Appetitus superior, & inferior omnium Philosophorum confessione differunt inter se specie; ergo ratio superior & inferior; cùm vtrobiq; eadem concurrat distinctionis causa. Addo etiam quòd syndereſis, cuius fecimus mentionem superiori quæstione, non videtur esse habitus, vt ibi diximus. Nam Aristoteles lib.6. Ethic. ca 3. vbi recenset habitus intellectuales, nõ connumerat inter eos syndereſim. Videtur igitur syndereſis esse aliqua potentia intellectiua; & quidem distincta ab intellectu, cùm diuidatur à D. Hieronymo ad caput 1. Ezechielis cõtra vim appetentem, & rationalem. Quare fatendum videtur intellectum non esse vnam specie potentiam, sed plures.

### ARTICVLVS II.

### *INTELLECTVM PATIENTEM in homine esse vnum specie: nec argumenta in contrariam partem adducta concludere.*

ASserendum tamen cum communi Philosophorum schola intellectum patientem hominis esse vnam specie facultatem. Namque, vt in primo huiusce operis libro exposuimus, non distinguuntur potentiæ secundum varietatem particularium conditionum, quæ in obiecto insunt, sed secundum rationẽ cõmunem, quam omnia sub illo contẽta per se sortiuntur; quæ ratio si vna sit, vna erit potentia. At omnia, quæ sub intellectum possibilem cadunt, vnam veritatis, & intelligibilis. *Quid potentiae distinctionis subeunt rationem, sicuti & vnum modũ quae.* immutandi potentiam, vt illic diximus; proindeq; intellectus possibilis vna specie potentia censenda erit.

*Respondetur ad 1. arg. pars.* Respondeamus igitur argumẽtis, quæ oppositum suadebãt. Ad primum dicimus eandem facultatem, & intellectum, & rationem *tur oppositae.* vocari: intellectum, prout intelligibilem veritatem simpliciter apprehendit; rationem, quatenus ab vno ad aliud progrediẽdo ratiocinatur; vnde est quòd Angeli, qui simplici *Cur Angeli* intuitu res percipiũt, intelligentiæ dicuntur; *intelligentiae* homines verò, qui inquirẽdo à notioribus ad *homines ve-* ignota procedunt, rationales vocantur. Ideò *rò rationa-* autem intellectus æternitati; ratio tempori à *les appellan-* Boëtio comparatur, quia vt æternitas stabilis *tur.* est, ità & intellectus suo modo, dum sine discursu rerum notionem capit: & vt tempus in fluxu consistit, ità ratio, dum ab vno ad aliud tendit. Ad locũ Aristotelis dicendum, nihil aliud eo docere, quàm principia, quibus necessaria, & probabilia cognoscimus, & ex quibus ratiocinamur, non cõsilẽ habitus esse, sed diuersos. Itaq; nihil imbi de intellectuis potentiæ distinctione traditur.

*Ad 2. Obiecta practici, & speculatiui intellectus diuersa quidem sunt, intellectus autem ipse non diuersificatur, sed vnus manet.* Ad secundum dicendum ea, quæ per accidens obiecto aduenium, non variare potentiã, nec enim, verbi gratia, magnũ, & paruũ, quæ colorato accidunt, videndi facultatẽ diuersificant; obiectum verò intellectus practici, *tũ distinguitur* & specu-



& speculatiui accidentaria tantùm ratione dissident: vtrumque enim per se circa veritatem intelligibilem duntaxat occupatur; licet intellectus speculatiuus veritatem apprehẽsam non ordinet ad opus; practicus verò ordinet; atq; ita bonum, & malum spectet, non tamen primò ac per se; ordinari aũt, vel non ordinari ab intellectu, ex accidente se habent ad intelligibilem veritatem. Ex quo liquet intellectum speculatiuum, & practicum non plures, sed eandem esse potentiam. Ad cõfirmationem eiusdem argumẽti negandum est plus differre inter se intellectum humanum practicum, & speculatiuum, quàm intellectũ humanum, & angelicum. Namque humanus intellectus tendit in veritatem, vt habet dependentiam, & respectum ad phantasiam, & ad sensibilia, a quibus eam habuit; angelicus verò ad veritatem, vt acceptam influxu superni luminis; quæ ratio non per accidens, vt de practico, & speculatiuo diximus, sed per se variat obiectum, atq; adeò specificum discrimen inducit.

*Ad 3.* Ad tertium respondendum est, appetitum inferiorem, cùm sit potẽtia materialis, necessario differre specie à superiori, id est, à voluntate, quæ est immaterialis facultas; vt suo loco fuit à nobis planiùs declaratum ad rationẽ superiorem, & inferiorẽ eandem intelligendi vim esse, vtpote quæ circa idem intellectus obiectũ, & eandem eius formalem rationem, de qua paulò ante diximus, verset, licet prout alio, & alio modo cõsideratur, diuersa nomina obtineat. Vocatur eorum ratio superior, quatenus diuinam, & incõmutabilem veritatem contemplatur; inferior, prout inferiora considerat. Vnde quia incõmutabilis veritas fortior est, ac purior, quàm creata & per illã ad hanc percipiendã illuminamur atq; erudimur, comparat D. Aug. rationẽ superiorem viro, qui mulierẽ gubernat, ac docet; inferiorem autem mulieri, quæ à viro instituitur, & regitur. Lege D. Thomam 1.part.q.79. art.9. & in 2. dist.24. q.2. art.2. Richardum ibidem qu.4. circa secundum principale. Ad id verò, quod in eodem argumẽto de syndereſi obiiciebatur, reiecta eorum sententia, qui putarunt syndereſim potentiã quandam esse rationе altiorem: respondendum est cum D. Thoma art.3. quæstionis proximè citatæ, syndereſim re vera esse habitũ quendam, vt diximus, intellectricis facultatis; sicut enim ratio in ijs, quæ ad speculationem pertinent, deducitur à principijs quibusdam per se notis, quorum habitus intellectus vocatur, ita oportet rationẽ practicam ab aliquibus principijs per se notis proficisci, eiusmodi est illud, Malum non est faciendum; & horum quidam habitus syndereſis dicitur. Porro autem vt habitus principiorum speculabilium non requirit in homine potentiam diuersam ab intellectu, ita neq; habitus principiorum ad

*Ratio inferior & superior solo nomine distinguuntur.*

*Vnde inducitur ea distinctio.*

*Syndereſim esse habitum intellectus.*

A praxim dirigentium, qui est syndereſis. Diuidit autem hanc Diuus Hieronymus contra partem rationalem, non quòd eam ab intellectu seiungat, sed quia appellat intellectum partem rationalem, vt ad alia minora attendit; syndereſim verò vt ad maiora. Vnde ait hanc in arce animi residentem praui, & recti iudicium exercere. Neque obstat quòd Aristoteles libro sexto Ethicor. cap.3. non fecerit expressam mentionem syndereſis inter alios B habitus intellectuales. Non enim ibi omnes nominatim recensuit: cùm nullius omnino habitus practici, qui circa principia versetur, meminerit, etsi cunctos sub nomine habituum complexus fuerit.

Cæterùm D. Bonaũentura in 2. dist.39. art.1.quæst.1. & Alensis 3.part.qu.27. membro 2. art.3. arbitrantur, syndereſim non intellectui inesse, sed voluntati. Quõ etiam inclinat Henricus quodlibeto 1. quæst.18. Potestq; id ex eo probari, quia proprium munus syndereſis est ad bonum instigare; constat autem bonum, qua tale, non ad intellectum, sed ad voluntatem pertinere. Amplectenda tamen est contraria sententia, quam probat D. Thomas ratio superiùs adducta; sequiturq; idem Sanctus Doctor non solùm 1.part. loc. cit. sed etiam in prima secundæ quæst.94. art.1. & sæpe alibi. M. Albertus in summa de homine tract. de syndereſi qu.1 & 3. aliiq; tàm ex antiquis, quam recentioribus non pauci. Idem sentit D. Hieronymus loco citato, & ad caput primum Ezechielis, vbi syndereſim vocat superiorem scintillam rationis; & eandem comparat aquilæ, quæ cæteris auibus acutiùs videt, atque altiùs volat. Eandẽ quoque D. Basilius homil.1. in prouerbia, & D. Augustinus lib.12. de libero arbitrio c.20. vocant naturale iudicium, quo discernimus bona à malis: constat autem iudicij ad intellectricem vim spectare. Rursusq; idem D. Augustinus lib.12. de Trinit. cap.2. ait, videri syndereſim, & rationem idem esse. Aduerte tamen ab his patribus non fuisse acceptam syndereſim pro habitu intellectus, sed, vt interdum solet, pro ipsa intelligendi facultate, seu naturali lumine, quatenus ostendit bonum esse amplectendum, malum verò declinandũ. Ad rationem pro contraria opinione existimantium syndereſim pertinere ad voluntatem, C respondendum est, syndereſim nõ tendere ad bonum sub ratione boni, sed sub ratione veri practici, quod sub obiecto intellectus continetur. Dicitur autem instigare ad bonum, & de malo conqueri, ac submurmurare; propter veritissimas, & incommutabiles regulas, quas proponit voluntati, & ne eas violet perpetuò admonet, coarguitq; violatores; quantumlibet profligatæ sint vitæ. Lege D. Thom. qu.17. de verit. art.3.

*Syndereſis praui, & recti iudicatrix.*

*Quis syndere sit in voluntate contendant.*

*Potior sententia eã in intellectu constituit.*

*Syndereſis scintilla rationis, & inde à patribus vocatur.*

*Cur scintilla dixerit lege apud D. Th. in 2. dist. 24. q.3. art.3 ad 5. & d 39. 3 art 1. circa verit. qu.16. art.1. ad 9.*

*Syndereſis nõ tendit in bonum nisi sub ratione veri practici.*

*Cur instigare & conqueri dicatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



## QVAESTIO III.

### *VTRVM NE PER INTELLECTIONEM verbum producatur, an non.*

### ARTICVLVS I.

### *QVIBVS ARGVMENTIS ostendi videatur non produci.*

NEgatiuam controuersiæ partem conabitur aliquis hisce argumẽtis suadere. 1. Argum. Primò; Si per intellectionem produceretur verbum, intellectio esset vera actio: sed nõ est, quia omnis vera actio est coniuncta cum motu, vt constat ex 3. phys. Igitur per 2. Argum. intellectionem nõ producitur verbũ. Secundò; Per actiones immanentes nihil efficitur, sed intellectio est actio immanens; non igitur per eam verbũ gignitur. Maior probatur ex Aristotele. Aristotele lib. 6. Ethic. cap. 4. & 5. & lib. 1. Magnorũ Moral. c. 35. & lib. 9. Metaph. c. 9. text. 16. id discriminis constituente inter immanẽtes, & transeuntes actiones, quòd per transeũtes aliquid efficiatur, vt per calefactionem calor; per ædificationẽ domus; per immanẽtes verò nihil: vbi etiã addit immanentẽ actionẽ esse extremũ ipsius operationis, transeuntem verò minimè, siquidẽ domus posterior est ædificatione, at si per intellectionẽ gigneretur verbũ, certè id necessariò esset intellectione posterius, cùm generatio sit quasi via ad id, quod gignitur. Confirmatur ex iisdem huiusce argumenti vix, quia teste Aristotele 1. Ethic. c. 2. cùm per operationem aliquid fiat, opus ipsum operatione nobilius est. Quare si per intellectionẽ verbũ producitur, vtique id intellectione præstantius erit, quod tamen veritate abesse inde probatur, quia felicitas vt idem 10. Ethic. cap. 7. & 8. ait, sita est in immaterialiũ substantiarũ contemplatione; in qua tamen consistere non posset, si quis actus ea nobilior ab intellectrici vi ederetur.

3. Argum. Tertiò si intellectio ex sua natura, vti quidã volunt, productio verbi esset, nulla posset intellectio constare, per quam verbum non gigneretur, sicut quia omnis calefactio productio est caloris, fieri nequit, vt vlla calefactio detur per quam non efficiatur calor; atqui multæ sunt intellectiones, per quas verbum nõ gignitur; nõ ergo intellectio ex se productio verbi est; probatur assumptio, Primum, quia Filius, & Spiritus Sanctus per suam intellectionẽ non gignunt Verbũ, vti fides docet. Deinde, quia neq; verbum producit substantiæ separatæ, dum se ipsas intelligunt; id enim superuacaneũ omnino foret, siquidem verbum effingitur ad exhibendam intellectui præsenti iam rei cognitæ, eiusmodi verò substantiæ se ipsas proprio intellectui intimè præsentes habent. Præterea, quia multo mẽnus id videntur producere beati per intuitiuã diuinæ essentiæ cognitionem. Nam si in eis non datur species impressa, per quam Deum videant, quia nulla potest dari imago, quæ ad diuinitatem clarè repræsentandã idonea sit; pari ratione neq; imago expressa danda erit; præsertim cùm hæc distinctiùs, & clariùs, quàm illa rem exprimat. Adde quod cùm intellectio primo terminetur ad verbum, deinde ad obiectum, sequeretur visionem beatam non ferri primo in Deum; quod admittendum non est, tam enim inter beatos, & diuinam essentiam non esset tanta coniunctio, quanta esse oportet in summã illa felicitate.

Quartò, principaliter arguitur, Cùm verbum, & intellectio habeant inter se ordinẽ, si in intellectione daretur verbum, aut verbum esset propter intellectionem, aut intellectio propter verbum. Primum dici non potest, quia ad intelligendum sufficit species intelligibilis. Item, quia si verbum ad intellectionem promendam necessarium foret, sequeretur intellectum, postquam est obstigatus specie intelligibili, adhuc manere in potentia essentiali ad intelligendum, quod negat Philosophus libro superiori cap. 1. text. 5. Cõsecutio probatur, quia adhuc intelligendi facultas egeret noua quadam forma, nimirum, verbo producto ad intelligendum. Quòd verò secundum admitti nequeat, ex confirmatione secundi argumẽti superiùs adducti cõstat, vbi ostendimus intellectionem esse nobiliorem verbo; atq; adeò non posse verbum intellectionis finem esse.

Quintò, si per intellectionem produceretur verbum etiam per actionẽ sensuum tam internorum, quàm externorũ gigneretur aliquis terminus, qui proportione verbo responderet, diceremusq; notitia expressa rei sensibilis; sed nõ ita res habet, ergo, &c. Probat minor; quia, vt Aristoteles docuit 2. huius operis cap. 5. text. 59. visile, vt est in rebus, terminat visionem, intelligibile verò, non nisi prout est in intellectu. At si per actum videndi efficeretur prædicta notitia, certè res per eam visa esset in potentia videndi, non aliter ac res intellecta in ipso intellectu.

Denicq; Per actionẽ voluntatis nullus terminus internus producitur: ergo neque per actionem intellectus. Probatur assumptum, primùm quia si quid produceretur, id esset amor: at amor est ipse actus amandi, non autem terminus per ipsum editus. Secũdo, quia beneficio eius termini res amata esset in amante: quod falsum est, tum quia nec illic residet per suam essentiã, vt patet; nec per similitudinem; cum similitudo nõ ad voluntatem pertineat, sed ad intellectũ; tum etiam quia tam amans non esset in re amata, sed potius res amata in amante, cuius oppositum celebre est apud Theologos ex D. Dionysio asserente 4. c. de diuinis nominibus amorem facere ecstasim, id est, ponere rem extra se, scilicet, in re amata: & ex D. Bernardo in tract. de præcepto, & dispensatione quo loco ait animam vetius esse vbi amat, quàm vbi habitat, vel animat iuxta illam Christi seruatoris nostri sententiã apud Matth. cap. 6. Vbi est Thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

4. Argum.

5. Argum.

6. Argum.



### ARTICVLVS II.

### *EXPLANATIO quæstionis.*

*Verbũ multipliciter accipi.* PRo explicatione propositæ difficultatis nonnulla prænotanda sunt. Primum sit, verbum, Latinè, λογος Græcè, multiplicem habere vsum, variecq; à Theologis, & Philosophis accipi, vt videre est apud D. Athanasiũ in tractatu de definitionibus, D. Basilium in primum caput Ioannis, D. Gregorium Nazianzenum lib. 4. suæ Theologiæ, Eusebium Cæsariensem lib. contra Marcellũ, D. Damascenũ lib. 1. fidei Orthodoxę cap. 17. D. Augustinum 15. de Trinitate cap. 10. & 11. & in lib. de cognitione veræ vitę c. 14. D. Thom. 1. part. q. 34. art. 1. & alios. Cæteris tamen verbi notionibus in præsenti omissis, verbum duplex est, nempe corporis, & cordis; seu vocale, & mentale, quod D. August. 15. de Trinitate loco citato hunc in modum explicat. In nobis duplex est os, vnũ corporis, aliud cordis, vt constat ex verbis Christi Matth. 15. Non quod intrat in os coinquinat hominem, vbi agitur de ore corporis; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem; quod intelligitur de ore cordis, & infernus. De corde exeunt cogitationes malæ. Sicut ergo est duplex os, ita & duplex loqui, atque adeo & duplex verbum, vnum vocis, aliud mentis, cùm loqui nihil aliud sit, quàm proferre. Verbi autem appellatio magis propriè cadit in verbum mentis, quam vocis; quia hoc eatenùs verbum dicitur, quatenùs illius index est.

*Verbum est duplex, vocale, et cordis.*

*Duplex os in homine.*

Secundum sit, omnem operationem oriri ab aliqua forma, cuius interuentu operans in actu constituitur, ipsamq; promit actionem.

*Ad cognitionem requiritur vt res cognita potentiæ præsens adsit.* Tertium sit, ad quamlibet cognitionem necessarium esse, vt res cognita potẽtiæ cognoscenti præsens sit, non solùm vt principium sui actus elicitiuum, sed in esse quoq; obiectiuo, ac terminatiuo. Id, quod patet primùm in cognitionẽ sensuum externorũ, quæ realem exigit præsentiã eius, quod percipit. Liquet etiam in cæteris potentijs cognoscentibus, siue internæ sentiendi facultates sint, siue intellectus; nemo enim quicquam imaginatur, aut intelligit, quin rem cognitam sibi intimius proponat, atq; obijciat.

*Cognitio assimilatio est inter rem cognitã & cognoscentem.* Quartum omnem cognitionẽ ex communi philosophorũ sensu assimilationem quandam esse inter rem cognitam, & cognoscentem, quod ex eo sanè prouenit, quia cognitio oritur à similitudine impressa, inde est enim quod per cognitionem producatur similitudo expressa rei, idq; significauit Aristot. hoc in lib. cap. 4. text. 16. & capite 8. text. 37. & 38. cùm dixit intellectum in actu (idem pronuntiat de sensu) esse rem ipsam, quæ intelligitur, non enim intellectus sit secundum esse reale res ipsa, quam percipit; sed secundum quandam assimilationem, atque expressionem. Hùc spectat quod D. Augustinus 14. de Trinit. c. 17. ait, tunc videlicet fore perfectam Dei similitudinem in mente, cùm fuerit perfecta Dei visio, iuxta illud Secundæ Ioan. 3. Cùm apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.

His ita constitutis ex 2. hypothesi habemus, ponendas esse in intellectu species intelligibiles, quæ sint intelligendi principia; ex 3. & 4. dandum esse verbum mentis; quod hunc in modum concluditur. Quælibet intellectio non solum requirit obiectum præsens, sed est assimilatio quædam inter potentiam intellectricem, & rem intellectam. hæc verò assimilatio consistit in exprimenda, & repræsentanda re cognita, & talis expressio fit per verbum mentis, quod nihil est aliud, quàm species expressa rei. Igitur per quamlibet intellectionem gignitur verbum. Atq; hoc potissimùm ducti argumento arbitramur nullam omnino dari posse intellectionem, esto feratur in rem præsentem, & secundum esse reale intimè coniunctam per quam non producatur verbum, cùm intelligere ex suamet natura, & essentia nihil aliud sit, quàm rem in se ipso intelligibiliter efformare, & exprimere, quod fit per notitiam genitam, seu per verbum. Vade D. Thom. 1. part. qu. 47. art. 1. ait, cùm quis intelligit ex eo, quòd intelligit, procedere aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellectæ, idemq; repetit de potẽtia quæst. 9. art. 5.

*Probatur assumptum.*

*Primum.*

*Secundum.*

Deinde, quòd præsentia obiecti quantumlibet intima sit, non impediat quominùs per intellectionem verbum gignatur, suadetur. Namq; essentia diuina summè præsens est intellectui Paterno, & tamen Pater eam intelligendo producit verbum: ergo ex eo capite nihil impedit verbi productionẽ. Tertiò probatur institutum hoc modo. Non magis repugnat dari calefactionem sine calore, quàm intellectionem sine verbo, sed illud ita repugnat, vt neutiquam fieri possit: ergo & hoc. Probatur maior, quia vt calor terminus est calefactioni intrinsecus; ita & verbum intellectioni, & vt calefactio ex sua natura, & essentia est productio caloris, ita intellectio est generatio verbi.

*Præsentia obiecti nihil impedit productionẽ verbi impedit.*

*3.*

Sunt qui aliam quoq; afferant rationẽ ponendi verbum in mẽte, nimirũ, vt intellectus in ipso tanquam in imagine intueatur obiectum. Putant enim verbum nõ solùm esse id, quo res per ipsum expressa intelligitur; sed

*Non placens, et dicta ratio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Sum producti, vt in ea signũ in imagine cõspiciatur obiectũ. Ita D. Thom. quæst. 14. & de verit. qu. 4. art. 1. ad 1. p. 93. art. 8. ad 2. & 4. cõt. gent. c. 11. 15. Capr. in 1. d. 27. q. 2. Ferrar. 1. cont. gent. c. 53. & lib. 4. cap. 11.*

ipsum quoq; verbum primò terminare intellectionem; quæ videtur esse sententia D. Thomæ, tum alijs in locis, tum in quæst. de potentia q. 9. art. 5. idemq; sentire nobiliores Thomistas ostendit Turrianus in suis cõmentarijs de Trinitate ad art. 1. q. 27. D. Thom. disput. 5. Sed hoc placitum reijcit communis Schola Dialecticorum aientium, neq; speciem, neq; conceptum percipi à nostro intellectu, nisi per actum reflexum. Itaque conceptum esse duntaxat signum formale, effectiuum id, quo rem obiectam percipimus, ipsum verò per se intellectionem directam minimè terminare.

*Aliqui Thomistæ tres enumerant actiones.*

Vt autem pateat per quam actionem producatur verbum, haud ignorabis Scotum in 1. sententiarum d. 2. q. vlt. & d. 27. quæst. 1. & in quodl. q. 1. arbitrari nostrum intellectũ constitutum in actu primo per speciem intelligibilem, duplicem edere actionem, quarũ prior vocatur intelligere, nec est alicuius termini productiua: posterior verò nuncupatur dicere, & per hanc ait produci verbũ. Quod probat, quia cùm intelligere sit actio immanẽs, atq; adeo per eam nihil producatur, vtique actio alia danda erit, qua verbum gignatur, nimirum dictio. Quidam etiam Thomistarũ constituunt in nostra mente tres actus actionem intelligendi, notitiam, & verbum mentale, ita vt per intellectionem producatur notitia, per notitiam verbum. Nobis tamẽ neutra harum opinionum videtur vera. Non prima, quia multiplicat res sine necessitate, ponitq; actionem intelligendi, per quam non producatur verbum, quod paulò ante refutauimus. Non secunda, quia si per notitiam intelligit conceptum, nõ rectè eam distinguit à verbo, cùm idem omnino sit. si verò aliam significat intellectus actionem, eodem laborat vitio, quo prior sententia, dum ponit intellectionem sine verbo, eam nempe, qua fingit notitiam produci. Præterea, facit vnam actionem terminum alterius, quod à vero abest. Quare statuendum est verbum produci per quemlibet actum intelligendi: tametsi eiusmodi actus, prout habet ordinem ad verbũ, quod per ipsum gignitur, peculiari vocabulo dictio nuncupetur.

*Vna actio nõ est terminus alterius.*

*Verbũ D. Thom. intentio rei intellectæ & intentio intellecta nũcupatur. Quinque ad rationẽ verbi requiruntur.*

Porrò autem verbum diuersis nominibus à D. Thoma significatur, nisi enim dicitur intentio rei intellectæ, vt primo contra gent. cap. 54. nunc intentio intellecta, vt 4. eius è operis cap. 11. alias conceptio intellectus, vt eodem lib. cap. 12. Quinq; autem sunt ad rationem verbi pertinentia, vt colligitur etiam ex D. Thoma de veritate quæst. 4. & in prima part. quæst. 34. art. 1. In primis enim verbum est aliquid in mente, vnde D. Augustinus 5. de Trinitate cap. 11. ait per corporalia signa verbum, quod mente gerimus, innotescere. 1. Secundò, Verbum est aliquid genitum ab intellectu, quasi proles, genitum, inquam, per actionem intelligibilem, qui est actus dicendi. Vnde illud D. Augustini 9. de Trinitate cap. 8. conceptam rerũ veracem notitiam tanquã verbum apud nos habemus, & dicendo intùs gignitur, nec à nobis nascendo discedit. Tertiò, Verbum est similitudo rei, & eius imago, vt testatur D. Augustin. 15. de Trinit. cap. 12. Verbum, inquit, est simillimum rei notæ, de qua gignitur, & imago eius. Quartò, Verbũ est expressiuum rei; sicut enim teste D. Augustino 15. de Trinit. cap. 12. verbum, quod foris sonat, pandit verbũ, quod intùs latet, ita verbum, quod intùs latet declarat rem, cuius est verbi. Vbi aduertes verbũ formaliter importare duplicem relationem; alteram expressi, alteram signi; illam principaliter, hanc secundariò: illam ad dicens, hanc ad obiectũ significatum. Quintò, Non manet cessante actu cogitandi, vt testatur etiam D. Augustin. eodem libro capite 11. 2. 3. 4. 5.

## ARTICVLVS III.

### *SOLVITVR PRIMVM ARGVmentum initio quæstionis propositum, statuitur intellectionem non esse qualitatem, sed veram propriamque actionem.*

*Qui arbitrantur Henricus Gandauẽsis quodl. 11. qu. 3. Scotus in 1. dist. 3. quæst. 6. & quodl. 13. art. 6. eiusq; sectatores, Durãdus in 1. distinct. 27. quæst. 4. Ochamus, & Gabriel quæst. 2. Capreolus in 2. dist. 1. qu. 2. art. 3. ad 12. Heruæus quodl. 2. quæst. 8. Aegidius de mensura Angelorum quæst. 10. Ferrariensis lib. 2. contr. gent. cap. 9. & 82. Caietanus in commentarijs 1. part. quæst. 79. art. 2. Soncinas li. 9. Metaph. quæst. 11. Iauellus ibidem quæst. 7. quibus fauet primum illud argumentum.*

PRo explicatione primi argumẽti eorum, quæ initio quæstionis continentur, aduertendum controuersiam apud Theologos, & Philosophos esse, nũ intellectio sit vera actio, vel potius qualitas. Nã quòd sit qualitas arbitrantur Henricus Gandauẽsis quodl. 11. qu. 3. Scotus in 1. dist. 3. quæst. 6. & quodl. 13. art. 6. eiusq; sectatores, Durãdus in 1. distinct. 27. quæst. 4. Ochamus, & Gabriel quæst. 2. Capreolus in 2. dist. 1. qu. 2. art. 3. ad 12. Heruæus quodl. 2. quæst. 8. Aegidius de mensura Angelorum quæst. 10. Ferrariensis lib. 2. contr. gent. cap. 9. & 82. Caietanus in commentarijs 1. part. quæst. 79. art. 2. Soncinas li. 9. Metaph. quæst. 11. Iauellus ibidem quæst. 7. quibus fauet primum illud argumentum.

*Aristotelici esse eam actionem.*

Contraria tamen opinio statuens intellectionem, aliasq; actiones immanentes non esse qualitates, sed veras actiones, & Aristotelica & vera est. Nam Aristoteles lib. 10 Ethic. cap. 5. docet operationes virtutis, & felicitatem non esse qualitates. Cùm igitur eodem lib. cap. 7. constituat felicitatem in contemplatione, quæ intellectio est, planè sentit intellectionem non esse qualitatem. Præterea, alijs in locis numerat intellectionem inter actiones, vt hoc in lib. cap. 4. text. 4. & lib. 12. Metaphys. text. 15. vbi ex eo, quod notitia intellectio nõ pendeat à corpore, ostendit inesse in nobis aliquam actionẽ à corpore abiunctam. Accedit communis sensus interpretum, qui in categoria actionis diuidunt actionẽ in transeuntes, & immanentes, è quarũ numero sunt intellectiones omnes, & volitiones.

Idem



*Non omnis vera actionem esse coniunctam cũ motu.*

Idem ea ratio confirmat, quia actio nihil est aliud, quam actus agentis, vt agens est. Quod non videtur quo pacto negari possit actionibus immanentibus conuenire. Igitur ad argumentum pro contraria sententia, concessa maiori, neganda est minor, & ad eius probationem dicendum, nõ omnem veram actionem esse coniunctam cum motu, siquidem illuminatio momentanea est vera actio, neque tamen est coniuncta cum motu. Itaque id solis actionibus successiuis competit: siue eæ sint actiones physicæ, vt calefactio, siue nõ, vt actiones illæ, quibus habitus spirituales interdum à nobis per actiones continuas & successiuas intenduntur.

*Verbum esse qualitatem.*

Quod verò attinet ad verbum, communis est auctorum sententia, ipsum esse propriè qualitatem, videlicet dispositionem: quia bene vel male subiectum afficit, & ex sua natura vendicat causas facilis depositionis; adeo vt cessante intellectione, qua producitur, confestim euanescat, vt ad calcem superioris articuli, ex D. Augustino asseruimus.

## ARTICVLVS IV.

### *DILVVNTVR CAETERA argumenta primi articuli.*

*Dilut. 2. argumenti. Lege D. Th. 1. p. q. 87. ar. 3. & Cajet. 1. par. q. 27. art. 2.*

AD secundum eiusdem articuli argumẽtum respondendum est, per actionem immanentem nihil produci ad extra, hoc est, nullum externum opus effici. Itemq; actionem immanentem dici vltimum operationis, tum quia non est gratia eius, quod per eam producitur, sicuti actio transiens, ea præsertim, quæ factio dicitur, vt ædificatio. Non enim intellectio est propter verbum, sed è contrario verbum intellectionis gratia. Item verò, quod Aristoteles lib. 1. Ethicorum scripsit, opus esse operatione nobilius, non de omni actione, sed de sola transeunte, & de factione intelligi debet.

*Dilut. 3. argum. quoad primã eius confirmationem.*

Ad tertium concedenda est maior propositio, neganda minor, & ad primam eius confirmationem dicendum, per intellegere diuinum essentiale, hoc est, per intellectionem diuinam, vt communem tribus personis, nõ gigni verbum; gigni tamen per intelligere notionale, quod est proprium Patris, & quia intelligere essentiale, & notionale idem re sunt, adhuc manet nullam dari intellectionem, per quam nõ producatur verbum. Ad secundam eiusdem minoris confirmationẽ dicendum cum Ferrariensi 1. contra Gent. cap. 53. & Sylueltro in conflato, quæst. 27. Angelos cùm se intelligunt formare verbum, non enim verbum in. 9. ponitur, vt res intellectui quoquo modo præsens sit, sed vt intimè atque intelligibiliter, hoc est, in ipsa intellectione sit præsens per expressam sui imaginẽ, conceptũve: maximè cùm actus intelligendi necessariò fiat secundum assimilationem, vti diximus. Ad tertium respondemus cum Capreolo in 1. dist. 29. quæst. 2. etiam beatos videndo Deum gignere verbum, quod item probabile censet Ferrariensis 1. contra Gentes, cap. 53. Non est enim eadem ratio in specie impressa diuinæ essentiæ, & in expressa, quia illa tantùm poneretur, vt per eam res cognita vniretur intellectui, quam vnionem abundè per se exhibet diuina essentia; at verbum iccirco datur, quia id ipsa intellectionis natura exigit. Itaque non probatur nobis eorum sententia, qui putant ideò in beatis speciem impressam diuinæ essentiæ non dari, quòd nulla imago possit diuinum esse apte repræsentare. Nam quamuis ipsum nulla imago infinitè & ex æquo referat, aliqua tamen esse potest, reque ipsa datur, à qua limitatè, & prout ab intellectu creato cerni potest, repræsentetur; quod est verbum mentis. Nec inde sequitur beatos nõ ferri in Deum immediatè immediatione obiecti: siquidem intellectio nõ terminatur ad verbum, vt ad rem cognitam.

*Quæd 2.*

*Angeli sum se intelligunt, verbum exprimunt.*

*Quæd 3.*

*Qua ratio suadeat dari esse verbum expressum diuinæ essentiæ.*

*Beati exprimentes verbum in Deũ feruntur immediate.*

*Dilut. 4. argum.*

Ad quartũ argumentum respondendum est, verbum esse propter intellectionem; non quasi ad eam requiratur, vti principium effectuum; ad id namque sat est intellectus & species; sed quia non potest quicquam sub intellectionem cadere, quin expressa eius imago ab intelligente formetur. Neq; propterea existimandum est intellectum informatum specie intelligibili manere adhuc in potentia essentiali ad intelligendum; quandoquidem verbum non est forma antecedens actum intelligendi, sed vbi primũ intellectus speciem re obtinet, confestim elicere ab ea potest intellectionem, qua verbum gignitur: nec ad eam est in potentia essentiali, sed accidẽtaria duntaxat.

*Dilut. 5. argum.*

Ad quintum, Diuus Thomas 1. par. quæst. 85. artic. 2. ad 3. & quodlib. 5. artic. 9. ad 2. concedit in actionibus sensuum internorum dari aliquid proportionale verbo, per actiones verò sensuum externorum nihil produci, idémque asserit Capreolus in 1. dist. 27. quæst. 2. Heruæus tractatu de Verbo, quæst. 2. artic. 1. & 2. Nos tamen maiorem propositionem absolutè concedimus; est enim commune omni cognitioni tam intellectus, quàm sensus, siue internus, siue externus sit, effici per assimilationem & expressionem rei cognitæ. Neganda est ergo minor, & ad eius confirmationem dicendum, mentem Aristotelis eo loco esse externum sensum ferri in obiectum, prout à parte rei præsens est; intellectum verò, quatenus in ipso secundum notitiam expressam continetur, non quasi res hoc etiam pacto interiori modo non sit in sensu externo, sed quia is requirit insuper externam præsentiam rei, quæ sub eius notitiam cadit,

*Omnem cognitionem, non intellectiuã, quam sensus efficit per expressionem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



quam tamen intellectus non poscit; quandoquidem tam præsentia, quàm absentia intelligimus.

*Vide 6. argumen.*

Ad sextum respondemus cum D. Thoma 1.par.q.37.art.1. & Caietano eodem loco, Ferrariensi 4.contra Gent.cap 19. Capreolo in 1. dist.10 q.1.art.1.quemadmodum per intellectionem gignitur verbum, in quo est obiectum res intellecta, vt in sua imagine; ita per actum amandi effici in amante impressionem quandam obiecti amati, secundùm quam res, quę amatur, dicitur suo modo esse in amante, qui terminus, quia proprio caret nomine, vocari consueuit amor, impulsus, affectio, siue inclinatio in rem amatam. Ergo ad id, quod in contrariam partem attulimus, dicendum est, terminum illum per amandi actionem productum, amorè quoque dici, quanquam laxiori significatu; ac ratione huiusce termini rem amatam esse in amante secundùm conuenientiam & proportionem. Quod nō obstat quominùs simul res amans sit in amata, quatenus ad eam impellitur, ac trahitur.

*Quo pacto res sit amata in amante, & amans in re amata.*

## QVAESTIO IV.

### *QVO PACTO INTER SE differant species intelligibilis, intellectio, verbum & obiectum.*

### ARTICVLVS I.

### *INTELLECTIONEM DISTINGUI re ipsa ab specie intelligibili.*

QVoniam cùm intellectus rem quampiam intelligit, quatuor potissimùm consideranda occurrunt, nimirùm species intelligibilis, intellectio, verbum & res intellecta: expendendum nobis hoc loco erit quonam modo hæc inter se conueniant, & dissideant. Ac primùm quòd attinet ad speciem intelligibilem & intellectionem, Aegidius quodlib.3.q.12.& 13. Aureolus apud Capreolum in 1.dist.35.q.1. Nyphus lib.5.de Intellectu, cap 9.& alij, quorum meminit Scotus in 1.d.3.q.7. putarunt speciem & actum intelligendi idem esse. Quod hisce rationibus videtur concludi: Species ponitur in intellectu ad exhibendum illi obiectum præsens secundùm esse intelligibile, sed hoc præstat intellectio; ergo intellectio est species. Secundò vbi est eadem ratio obiecti, ibi est idem esse; sed species & intellectio tendunt in obiectum sub eadem formali ratione; habēt ergo idem esse, atque adeò non sunt duæ res.

*Quibus placuerit species & intellectionis.*

*1. Ratio.*

*2. Ratio.*

*Gothfredus intelligendi actū in ipso eius receptio nē cōstituit.*

Ad eandem opinionem accedit Gothfredus quodlib.4. vbi comprobare nititur, nihil esse aliud intelligere, quā recipi in intellectu speciem, atque adeò speciem intelligibilem, vt A receptam, esse ipsum intelligendi actum. Id verò hunc in modum probat; Ita se habet intelligi ad intelligibile, vt intelligere ad intelligentem: sed intelligi respectu obiecti intelligibilis significatur, vt passio; & tamen re vera actio est; quia intelligibile nihil patitur, dum intelligitur, sed potius agit in intellectū; ergo intelligere in intelligente, erit recipere, ac pati, esto actiue significetur.

Item intellectio est id, quo intellectus formaliter intelligens vocatur; sed hoc non obtinet ex eo quod intellectionem edat; alioqui efficiens candorem diceretur candidus; habet igitur ex eo tantùm, q̄ intellectionem recipiat, scq; intellectio est passio, non actio ab intellectu edita. Accedit ad huius rei confirmationem illud Aristotelis cap.4.huius lib. tex 2. Intelligere est quoddam pati. B

*2. Motiuū.*

*1. Assertio.*

Sit tamen nostra conclusio, intellectionem realiter differre ab specie intelligibili. Hæc est D Thomæ, quæst.8 de Potētia Dei, artic 1. Scoti in 1.d.3.quæst.6. Capreoli in 1.dist.35.q.æst.1. Apollinaris lib.3.de Anima, quæst.5.& alior. Probatur: primùm, quia nulla causa efficiens est idem re cum sua actione; species verò est causa efficiens, etsi nō integra, partialis tamen intellectionis. Secundò, quia si species & intellectio forent eadem res, non posset diuina virtute & species sine intellectione, & intellectio sine specie conseruari, quod tamen fallum esse inde constat, quia cessante actu intelligēdi, manet species, & sublata specie, potest Deus cum intellectu actum intelligendi producere, cùm omnis causalitas causæ efficientis diuina virtute supleri queat. C D

Argumenta verò, quæ huic conclusioni aduersabantur, hanc habent explicationem. Ad primum dicendum, speciem poni in intellectu, vt faciat rem præsentem in habitu, & vt sit principium elicien. intellectionem: quorum neutrum præstat intellectio formaliter spectata; quanquam sit idem re cum verbo, per quod res cognita exprimitur, atque in esse obiectiuo & intelligibili sit actu præsens intellectui. Ad secundum, etsi species & intellectio tendant in idem materiale obiectum; quia vna eademque res est, quam species repræsentat, & quam intellectio percipit: non tamen in eam tendere sub eadem ratione formali; quia species fertur in eam vt habitualiter cognitam, intellectio vt in actu cognitā. Si autem petas quo pacto species & verbum inter se distinguātur; quandoquidem verumque tendit in rem, vt repræsentatam. Respondemus similiter, speciem tendere in rem, vt cognitam ac repræsentatam habitu; verbum autem in rem vt actu expressam, quæ rationes diuersæ sunt, sufficiuntque ad vtriusque essentiale discrimen arguendum.

*Ad 1. arg. partim negat.*

*Ad 2. arg.*

*Ad 1. motiuū.*

Rationes autem Gothfredi sic dilues: Ad primam negabis eodem modo se habere intelligi

*ium sententia Gothfr.*



telligi ad intelligibile, quo intelligere ad intelligentem. Namque intelligi importat denominationem extrinsecam respectu intelligibilis; intelligere verò significat actionem intellectui inhærentem; quæ tamen actio in eodem intellectu insidet, atque vt ab eo egreditur, actio vocatur; vt recipitur, passio. Itaque licèt is, qui intelligit, dum intellectionem recipit, patiatur; ipsum tamen intelligere, non est pati, sed agere. Ad secundam, concessa maiori propositione, ad minorem dicitur, intellectum nō ob id tantùm intelligentem appellari; quòd intellectionem producat, sed q̄ eam simul producat, & recipiat, quod actionum immanentium proprium est. Cùm vero Aristoteles scripsit intelligere esse quoddam pati, nihil aliud voluit, quam intellectu, dum intellectionem recipit, pati, vt paulò antè diximus, vel intellectum antequam intelligat pati, recipiendo speciem ab obiecto. Nec enim probanda est eorum sententia, qui intellectionem à solo obiecto effici arbitrātur, nec quicquam aliud præstare intellectum, q̄ intelligendi actum sustinere, aduersus quos iam suprà disseruimus. A

*Ad 2.*

*Euadatur locus Aristotelis.*

B

C

## ARTICVLVS II.

### *VERBVM ET INTELLECtionem idem re esse: non tamen idem ratione: vtrumque tamen ab obiecto realiter distingui.*

*2. Assertio.*

SEcunda conclusio in hac controuersia sit, verbum non dissidere re ipsa ab intellectione. Ita sentit H. Gand. quodl.1.q.2. Dur. in 1.d.17.q.2. Ochamus & Gabr.q.2. Lichetus, Bargius & Maironius eod dist. Paludanus ibidem, q.4. Albertus art.7. D. Bonau.q.1.& 4. Richardus in 2.princ.q.1. Alensis 1 p.q.62.m. 1. art.1.& alij) Quibus aduersatur Capreolus in 1.d.27.q.2. Caiet.1.par.q.27.art.1. Ferrar.4. contra Gentes, cap.53. & alij è recentioribus Theologis: suadetur tamen nostra conclusio quia ita se habet quælibet actio, siue physica sit, siue non ad terminum per eam productum, vt se habet motus ad eundem: at vt in Physicis ostendimus, motus est idem re cum suo termino; ergo & intellectio cum verbo, quod est illius terminus. Nec satisfacit Ferrariensis loco citato, aient motum esse actum imperfecti, id est, rei existentis in potentia, ideoq; esse idem cum termino, quia idem est id, quod priùs est in potētia, & postea in actu: intellectionē verò esse actum perfecti. Quare licet motus sit idem cum termino, nihilominus intellectionem ab eo distingui. Non, inquam, satisfacit, quia vtrumque se habeat actio, siue sit actus imperfecti, siue non; nihil est aliud, quàm res ipsa in fieri (liceat enim ita loqui) proindeque non distinguitur re à suo termino, præsertim cùm nulla necessitas cogat huiusmodi realitates multiplicare. Porrò, ob hanc, quam diximus identitatem realem intellectionis cū suo termino, effectum est, vt S. Patres nonnunquam verbum intellectionem appellent, vt D. Damascenus lib.1. Fidei orth. cap.18. D. August. 9.& 15.de Trinit. vbique. cap.10. & de Cognitione veræ vitæ, cap.16 & D. Anselm. in Monologio, cap.31. D. Irenæus lib.2.aduersus hær. cap.47. Obsiciunt tamen aduersarij omnem effectum distingui re à sua causa: ergo & verbum ab intellectione, quæ illius causa est. Sed negandum intellectionem esse causam verbi; non enim est illius causa, sed productio, & quasi via, qua intellectus verbum exprimit. D

*Verbum sæpe intellectio appellatur.*

*Obiectio.*

*Diluitur.*

*Lib.3.cap.2. t3.art.2.*

Tertia conclusio sit, verbum non esse formaliter intellectionem. Hæc est contra Durandum, Patet autem ex eo; quia verbum est terminus intellectionis; omnis verò actio distinguitur, saltem formaliter à suo termino, vt citato loco Phys. ostendimus. Secundò, quia verbum, teste D. August. lib.15.de Trinit. cap. 12. est imago expressa ab intellectu, eiq; formalis similitudo rei cognitę, intellectio verò, qua intellectio, non est similitudo. E

*3. Assertio.*

Quarta conclusio sit, verbū distingui realiter ab obiecto. Hæc est contra Aureolum in 1.dist.1. Probatur tamen, quia, vt docet Diuus Augustinus 15. de Trinit. cap.10.11.14.& 15. verbum mentale ex sua natura est intra mentem: at res cognita est extrinseca intellectui. Item, quia verbū producitur per intellectionem, obiectum verò minimè, vt luce clarius est. Ex dictis colligē intellectionem distingui re ab obiecto; nam si intellectio & obiectum essent idem; essent quoque idem obiectum & verbum; cùm verbum & intellectio idem re sint. Illud tamen concedendum est, si sit. F

*4. Assertio.*

*Quomodo obiectū possit esse idem cum verbo & intellectione.*

quàm intellectionem & verbum. Nec huius re. oppositum ostendunt proximè adductæ rationes, vt planum est.

## QVAESTIO V.

### *HABEAMVSNE PROPRIOS verum singularium conceptus.*

### ARTICVLVS I.

### *NEGATIVAE PARTIS argumenta.*

*Excipitur vbi singularis sit præfatus conceptus & adæquatus, vt cùm Socrates per se seorsim sit.*

AD intelligentiam propositæ controuersię, aduerte duplicem esse rei singularis conceptum; alterum illi propriū, & adæquatum, vt cùm Socrates per se seorsim sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sim apprehenditur; alterum communem, vt A cùm percipitur vniuersale, sub quo singulare ipsum continetur, vt homo, sub quo est Socrates. Præsens quæstio de conceptu secundùm priorem sensum intelligi debet, nec versatur de quibusuis singularibus, sed de sensibilibus tantummodò. Nam quòd singularia materiæ expertia, siue intelligibilia proprio conceptu à nobis percipiantur, non est ambigendum, cùm intellectus efformet propriam notionem; tam suorum, q̃ voluntatis actuum: B alioqui nemo vitiosas, aut honestas actiones à se interiùs elicitas propriè distinctéve cognosceret, quod nemo dixerit. Sunt ergo qui negatiuam partem quæstionis defendant, quam hisce ferè argumentis astruere nituntur: Si haberemus proprium conceptum rerum singularium, frustrà poneretur intellectus agens, sed hoc repugnat Peripateticæ doctrinæ; ergo & illud. Probatur maior, quia ideò intellectus agens ponitur, vt abstrahat naturam à differentijs individuantibus, & vt res (sicuti ait Commentator) de ordine singularium materialium, ac sensibilium ad ordinem vniuersalium immaterialium, atq; intelligibilium transferat; si autem singularia proprio conceptu à nobis intelligerentur, fictitia esset eiusmodi abstractio, similiterque fictitia opera intellectus agentis, cuius præstantia & efficacitas ob id muneris tantoperè commendatur.

*De proprio quæstio excitatur, quoad singularia sensibilia.*

*Non dari conceptus singularium sensibilium probatur 1.*

2. Secundò, Sensus cognoscit propriè ac distinctè singularia: ergo si intellectus eadem percipit, duplex sequetur incommodum primum quod altera ex hisce notionibus erit superflua. Secundum, quòd obiecta intellectus & sensus non erunt inter se distincta; siquidem obiectum sensus etiam sub intellectum cadet.

3. Tertiò, Nulla potentia fertur nisi in cognatum, sibique in proportione respondens E obiectum; sed inter singularia in materiæ fæcem demersa, & inter intellectum nulla existit cognatio, aut proportio; cùm intellectus sit omnino expers materiæ. Non possunt igitur singularia sensibilia ab intellectu nostro per se concipi.

*Auctores propositæ quæstionis.*

Denique quòd ita senserit Aristoteles probatur, quia libro 1. Physicorum, capite 5. text. 49. asserit intellectum esse vniuersalium, sensum verò singularium. Plura ad hanc partem stabiliendam argumenta habes apud Capreolum in lib. 1. Sentent. distinct. 35. quæst. 2. conclus. 4. aliosque eius opinionis assertores, è quorum numero sunt Philoponus & Alexander hoc loco, Themistius capite 20. Auerroes Comment. 9. Aegidius quodlibet 1. quæst. 9. Caietanus prima parte, quæstione 86. artic. 1. Mirandulanus libro 23. de Euersione singularis certaminis, à sectione 4. vsq; ad libium 33. Aureolus in lib. 1. distinct. 35. quæstione 4. artic. 1.

## ARTICVLVS II.

### *AFFIRMATIVAM CONTROVERSIÆ PARTEM VERAM ESSE.*

CONtraria tamen sententia aientium singularia sensibilia proprio ac peculiari conceptu à nobis intelligi omnino vera est. Eam sequitur Scotus in 4. dist. 45. quæst. 3. Gregorius in 1. dist. 3. q. 1. art. 1. con. 3. Durandus in 2. dist. 3. quæst. 7. Richardus in 2. dillin. 24. quæst. 4. circa 3. princ. Burlæus 1. Physic. & alij. Comprobatur primò: Si singularia sensibilia nō possent per se ac proprio conceptu à nobis cognosci, vel ideò non possent, quia singularia sunt, vel quia sensibilia. Non quia singularia; alioqui nullum singulare etiam intelligibile & immateriale caderet per se in nostrum intellectum; imò neque in Diuinum. Non quia materialia, alioqui neque naturæ communes materia præditæ per se intelligerentur; ergo, &c. Huic argumento occurrunt aduersariæ partis defensores, intellectionem propriam eiusmodi singularium repugnare nostro intellectui, non quia singularia sunt, aut quia materialia absolutè, vt probat argumentum: sed quia singularia materialia; quia oportet rem per se cognitam ab intellectu, abstractam esse à materia individua. Hæc tamen responsio nunquam satisfacit; quia nullam idoneam affert rationē, cur magis materia singularis, q̃ communis cognitionem intellectucē impediat.

*Argum. in 4. d. 30. ar. 3. q. 1. Iand. hac 6. q. 11. Aureol. 1. dist. 3. q. 1. art. 1. con. 3. Durand. 2. dist. 3. q. 7. Richard. 2. dist. 3. q. 1. Burlæus 1. Phys. & alij.*

*Ferrar. q. 3. 1. Argum.*

*Occursus ad aduersarios.*

*Deducitur.*

2. Secundò, Noster intellectus potest discrimen & conuenientiam inter singulare & vniuersale per proprias & peculiares eorum rationes, vt cùm iudicat latiùs patere hominē, quàm Socratem, & Socratē esse idem re cum homine: igitur nosset intellectus vtrumque, & vniuersale, & singulare proprie ac distinctē percipit. Huic argumento obuiam eunt aduersarij, aientes non opus esse, vt qui de conuenientia vel discrimine inter duas res iudicat, eadem facultate vtramque dignoscat, satisque esse percipi ab eodem homine, licèt duabus potentijs, idque in re proposita accidere. Nam singulare, inquiunt, per vim cogitatiuam; vniuersale per intellectricem à nobis cognoscitur. Verùm hanc responsionem ea ratio confutat, quia cùm actus ille iudicādi vnus simplexque sit, necessariò ad vnam eandemq; potentiam pertinebit, atqui non pertinet ad cogitatiuam, tum quia non decet facultatem inferiorem iudicare de obiecto superioris; tum quia nulla potentia organo corporeo affixa in rem vniuersalem tendit, spectat ergo eiusmodi actus ad intellectum. Quare ne is de re sibi ignota iudicet, tam vniuersale, quàm singulare per se cognoscet. Corroboratu; que huiusce rationis vis auctoritate Aristotelis hoc in libro, cap. 2. text 145. & 146.

*2. Argum.*

*Respondent aduersarij.*

*Confutatur.*

*Iudicium de re singulari & vniuersali ad eandem facultatem intellectum.*



& 146. vbi ex eo probat, dandam esse facultatem vnam sensitiuam (id est, sensum communem) quæ omnia externa sensibilia per se dignoscat, quia experimur nos discrimen ponere inter obiecta externorum sensuum; at si ad hoc iudicium discrimenq; constituendum non opus esset res, de quibus iudicium fertur, in eandem cadere potentiam, non rectè assemisset Aristoteles oportere omnia externa sensibilia ab eadē illa facultate dignosci.

1. Argum. Item, Intellectus ex multis propositionibus singularibus colligit vniuersalem; ergo B percipit singularia, alioqui infertur consequens ex antecedente sibi ignoto, quod ridiculum est. Nec satisfaciet qui dixerit, sat esse percipi ab eo antecedens confuse, quia admodum confusa, ac penè cæca esset ea ratio colligendi, cùm tamen communia scientiarum principia eo pacto colligi soleant, vt libro 2. Poster. cap. vlt. & 1. Metaphys. cap. 1. Aristoteles testatur.

4. Argum. Deinde, voluntas compescit actum potentiæ cogitatricis, idque non nisi præeunte cognitione intellectus, cuius est voluntatem appetendam, aut declinandam proponere; igitur intellectus cognoscit actum potentiæ cogitatricis, qui singulare quoddam est in materia insidens; corroboratuique argumentum ex eo, quia reflexio illa, quam in nobis circa huiusce modi internorum sensuum functiones experimur, non potest sensibus ipsis attribui, sed alicui nobiliori potentiæ, id est, intellectui, vt docuit Aristoteles libro primo huius operis, capite tertio, tex. 46. Item, quia errores, qui in sensu, siue externo, siue interno accidunt, consueuit intellectus corrigere, quod nō faceret, nisi & ipsam actionem sensuum, & rem singularem, circa quam ipsi hallucinantur, cognosceret.

*Intellectus cognoscit actum potentiæ cogitatricis.*

5. Argum. Præterea, Quidquid potest virtus inferior, potest superior: ergo quidquid cognoscit phantasia, quæ est interior intellectu, cognoscet intellectus, sed phātasia percipit singularia per propriam notitiam; ergo & intellectus. Respondent id, quod potest vis inferior, posse etiam superiorem, non tamen eodem modo, sed nobiliori; sicque intellectum cognoscere singularia in communi, id est, quoad naturam speciei, non quoad singularitatem. Nihil respondent; non enim qui cognoscit Socratem confusè, perfectiorem habet eius notitiam, quàm qui eum distinctè cognoscit; at si intellectus non percipit singularia, nisi quoad commune eorum naturam, seu quatenus percipit vniuersalia, sub quibus illa continentur, certè non nisi confusè & implicitè singularia intelligit.

*Occurrunt aduersarij: sua reprimitur.*

Vltimò arg. Postremò idem stabilitur, quia consultatio, & artis prudentiæque actiones pertinent ad intellectum, hæ verò circa singularia versantur, vt docet Aristoteles lib. 3. Ethicorum, cap. 3. Nec dubium quin frequenter eiusmodi singularia è sensibilibus sint. Quare nullo pacto videtur negandum singularia sensibilia proprio ac peculiari conceptu à nostro intellectu percipi. Vtrum verò hic conceptus sit reflexus an non, & quo pacto à specie intelligibili rei cōmunis eliciatur, iam alibi in hoc libro exposuimus.

## ARTICVLVS III.

### *DILVTIO ARGVMENTORUM, QUÆ PRO NEGATIVA PARTE QUÆSTIONIS ADDUCTA FUÈRE.*

AD primum igitur argumentum eorum, quæ pro altera quæstionis parte, articulo primo adducta sunt, neganda est maior propositio; & ad eius probationem dicendum, intellectum agentem non ideò poni, vt abstrahat naturam à differentijs individuis, hoc est, eam ponat in statu, in quo non nisi absque ijs differentijs intelligi possit, quicquid Auerroes alijque nonnulli senserint; sed vt à singularium rerum phantasmatibus eliciat species intelligibiles, sine quibus res percipi ab intellectu non possunt.

*Ad 1. arg.*

Ad secundum, etsi intellectus singularia percipiat, non proinde eam notitiam fore superfluam, quemadmodum neque superuacanea est cognitio, qua sensus communis omnia externorum sensuum obiecta cognoscit, ac dijudicat. Quin verò imperfecta esset intelligendi vis, nisi in eam talis notitia caderet, quia perfectio ordoque naturæ exigit, vt in potentijs subordinatis, quidquid inferior potest, possit quoque superior. Neque hinc sequitur intellectus & sensus obiecta confundi. Primùm, quia intellectus tam singularia, quam vniuersalia percipit; sensus verò singularia duntaxat. Secundò, quia ipsa etiam singularia, aliam formalem rationem sortiuntur dum in intellectum; aliam dum in sensum recidunt; ad illum enim sub ratione intelligibilitatis, ad hunc sub ratione sensibilitatis pertinent.

*Ad 2. arg.*

*Imperfecta intelligendi vis esset, si singularium rerum cognitionem non formaret.*

Ad tertium, cognitionem, quæ in obiecto requiritur, comparatione potentiæ, non esse naturæ similitudinem: alioqui nullum sensibile à Deo, vel ab Angelo perciperetur, sed esse conuenientiam, siue aptitudinem, vt ratio inter potentiam cadat, & commensurationem, secundùm quam eius vim non excedit. Ad lo cum Aristotelis ex primo Physicorum dicendum, mentem Philosophi esse intellectum eo differre à sensu, quòd hic sola singularia, ille etiam vniuersalia dignoscat.

*Ad 3. arg.*

*Quæ similitudo requiritur inter potentiam cognoscentem, & rem cognitam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



## QVAESTIO VI.

### POSSITNE INTELLECTVS noſter plura ſimul intelligere, an non.

### ARTICVLVS I.

### QVI NEGATIVAM PARTEM ſecuti ſint, & quibus eam argumentis probârint.

Duns Thomas tum alibi, tum 1.p.q.85. artic.4. & Caietanus ibid. Ferrarienſis hoc in libro, quæſt.14. & libro 1 contra Gentiles, cap.55. Capreolus in 2. diſt 3. quæſt. 2. Heruæus quodlib 7 q.16. Sylueſter in conſtato 1, part. q.12 art.10 & ante hos Alenſis 4. part. q 98 memb 2. Alber. Magn. in 3 diſt.30. art 4 Durandus in Prologo ſent. quæſt.1. art. 2.num.24. ad negatiuam propoſitæ quæſtionis partem deflexere; præmittunt verò ad illius explicationẽ aliquot hypotheſes. Prima eſt; Formas tripliciter ad ſubiectum comparari, vno modo poteſtate tantùm, quo pacto non repugnat eas ſimul eſſe, quia potentia eſt contrariorum. Secundò, quoad actum imperfectum, ſicque reperiri etiam ſimul poſſunt. Nam, exempli gratia, interim dum ſubiectum albeſcit, ineſt ei tum candor, tum aliquid de contrario colore. Tertiò, ſecundùm actum perfectum, vt cùm candor totam iam ſuam obtinuit perfectionem; quo modo duæ formæ vnius generis ſimul cohærere neutiquã poſſunt, alioqui oporteret eandem potentiam ad diuerſos actus abſolutè perfectos ſimul terminari, quod tam eſt impoſſibile, q̃ vnam lineam diuerſis punctis verſus eandem partem definiri.

1. Suppoſit.

2. Suppoſit.

Secunda hypotheſis eſt, omnes formas intelligibiles vno genere contineri, quia quantumlibet res, in quas feruntur, in ſe diuerſorum generum eſſe queant, eandem tamen potentiam intellectricẽ reſpiciunt. Quo fit, vt omnes tam poteſtate q̃ ſecundùm actum imperfectum, qui medius eſt inter potẽtiam & perfectum actum, ſimul reperiri poſſint; & hoc quidem modo ſe habent ſpecies intelligibiles, dum iis non vtimur, vt tamen poſſimus: ſunt enim tunc quaſi ſopitæ; at cùm iam per eas actu intelligimus, exactam perfectumq; naturæ ſuæ modum obtinent.

3. Suppoſit.

Tertia eſt, Ea, quæ plura ſunt, bifariam ſpectari, vel vt plura, vel vt ſubeant rationem vnius, veluti cauſa, partes continui, ſi vnaquæque per ſe ſumatur, plura ſunt, at, vt inſunt in continuo, quod ex iis coaleſcit, quaſi vnum quid habentur.

4. Suppoſit.

Quarta eſt, Cùm vnumquodque ſit à nobis actu intelligibile, dum ſimilitudinẽ ſuam in mente habet, quæcunque per vnam ſpeciem intelligi poſſunt, ſumi vt vnum intelligibile; quæ per multas, vt plura. Nam cùm quælibet ſpecies vnam aliquam naturam primò exprimat, quæcunque per vnam ſpeciem cognoſcuntur, ſpectantur, vt in illa natura per ſpeciem repræſentata conueniunt; proindéque in vna ratione intelligibilis conſentiunt. Quæ verò pluribus cognoſcuntur ſpeciebus, quia eiuſmodi ſpecies, non ea repræſentant, vt communem aliquam rationem habentia; non vt vnum quoddam intelligibile, ſed vt multa percipiuntur.

*Plura, vt plura, non poſſunt intelligi, ſed vt vnum quidpiam, iuxta ſententiã D. Thomæ.*

His ita conſtitutis, propoſitæ quæſtioni 1. Ratio. hunc in modum reſpondent; Plura, vt plura, non poſſunt à nobis intelligi, vt verò vnum quidpiam ſunt, poſſunt. Quod ita ſuadent; Plura, vt plura, non niſi per multas ſpecies repræſentantur, ſed quæ ita ſe habent, nõ poſſunt à noſtro intellectu ſimul concipi; ergo plura, vt plura, nequeunt ſimul à nobis intelligi. Maior conſtat ex quarta hypotheſi, minor probatur ex prima & ſecunda, quia multæ formæ eiuſdem generis nequeunt ſecundùm actum abſolutum ac perfectum ſimul eſſe, at plures ſpecies intelligibiles cognitionem elicientes, ſunt in actu perfecto & completo; non igitur ſimul dari queunt, atque ita impoſſibile eſt plura, vt plura, à nobis cognoſci. Stabiliturq; argumentum ex eo, quia vt corpus figuris delineatur, & deſcribitur, ſic intellectus ſpeciebus actum perfectum habentibus, vt Algazel ille rectè dixit. Quare ſicut idem corpus diuerſis figuris ſimul conſignari non poteſt, ita nec intellectus multis ſpeciebus ad noſtram actu concurrentibus.

2. Ratio.

Rurſus probatur eadem aſſerto, quia ad intellectionem requiritur mentis intentio, vt D. Auguſtinus ait: intentio verò cùm ſit motus quidam, vel quaſi motus, in plures terminos ſimul tendere nequit; tenderet autem ſi mens multa, vt multa, ſimul intelligeret. De 3. Ratio. quibus huic ſententiæ adſtipulantur verba illa Philoſophi lib. 2. Topic cap 4. Contingit vnum intelligere, ſcire verò plura.

4. Ratio.

Quod verò multa, non vt multa ſunt, ſed vt vnum ſubeunt rationem, ſicuti in ſecunda hypotheſi explicatum eſt, ſimul concipere valeamus, (quę erat altera aſſertionis pars) luadent ex eo, quia per vnam ſpeciem repræſentari poſſunt multa, vt vnum; quæ autem per vnam ſpeciem repræſentantur, nihil obſtat quominùs in humanam cognitionem pariter veniant.

### ARTICVLVS II.

### POSSE PLVRA, VT PLVRA, ſimul intelligi.

Noſtra tamen aſſertio eſt, humanum intellectum poſſe plura ſimul, vt plura ſunt, intelligere. Hanc tuetur Scotus in primo, diſtinct. 3. quæſt. 6. Gregorius in primo, diſtinct. quæſt. 1. artic. 3. Lichetus diſtinct. 3. quæſt. 1. Marſilius diſtinct. 3. quæſt. 11. Gabriel diſtinct. 1. quæſt. 1, conclus. 6. Ochamus in ſecundo, diſtinct. 21. & alij. Probaturque id in hunc modum; Facultas cernendi videt ſimul plura, vt plura, veluti cùm in eadem charta intuetur nigrorem characterum, & candorem papyri: ergo & vis intelligendi cùm multò ſit perfector, poterit multa, vt multa, ſimul intelligere. Reſpondet Ferrarienſis, oculum non videre nigrorem & candorem, vt plura, ſed vt vnũ, quia vtrumque cernit per vnam ſpeciem, cuius altera pars nigrorem refert, altera candorem. At non rectè philoſophatur; primùm, quia res ſpecie differentes non eandem, ſed diuerſam ſpecie imaginem in ſenſum imprimunt. Deinde, quia vt in ſecundo libro huius operis, capite 6. quæſt. 2. artic. 2. & capite 7 quæſt. 5. artic. 2. oſtendimus, imagines viſuales, etſi mittantur à diuerſis obiectis, non occupant diuerſas partes oculi, ſed quælibet in tota pupilla inſidet, alioquin cùm pupilla tam exigua ſit, paucis ſpeciebus occupata, non poſſet ſimul reſtam varias, tamque diuerſas obiecta comprehendere. Tertio, quia vna pars imaginis non repræſentat vnam partem rei viſæ, alia aliam, ſed quælibet totam rem vtiam, ad eum modum, quem loco citato expoſuimus. Item, Quoties cognoſcuntur multa diſtinctè, cognoſcuntur vt plura, ſed poſſumus ſimul videre diſtinctè tres columnas, ergo poſſumus eas vt plura cognoſcere, idque tam ſenſu, quam intellectu: cum ea, quæ ſenſus percipit, intellectus ſimul intelligat.

*Reſpõſio Ferrarienſis refellitur.*

*Quælibet pars ſpeciei vnam totã repræſentat. 2. Argum.*

*3. Argum.*

Tertiò, Noſter intellectus intelligit ſimul lapidem & hominem tanquam plura, cùm efformat hanc propoſitionem. Lapis non eſt homo; ergo, &c. Nec ſatisfaciunt aduerſarij, aſtruentes intellectum apprehendere tunc lapidem & hominem vt vnum quidpiam. Namque, vt ipſi fatentur, & tanquam opinionis ſuæ fundamentum ponunt, quęcunque multis ſpeciebus repræſentantur, non ſe habent ad intellectum, vt vnum, ſed vt plura; at homo & lapis per duplicem ſpeciem in noſtro intellectu repræſentantur.

*4. Argum.*

Quarto, Intellectus eodem inſtanti aſſentitur minori, & concluſioni, vt ex Ariſtotele in primo poſteriorum Analyticę, capite primo, oſtendimus: ſed hi aſſenſus cadunt in diuerſas enuntiationes, prout diuerſæ, ac plures ſunt; ergo iudicium intellectus ferri ſimul in plura, quatenus plura; atqui eadem ratio, eademque difficultas, quod ad rem præſentem attinet, occurrit in iudicio, & in apprehenſione; igitur noſter intellectus apprehendit ſimul plura, vt plura ſunt.

*Poſtremum argum.*

Poſtremò, Non minùs repugnat voluntatem ferri ſimul in plura, vt plura, quam intellectum: ſed voluntas fertur eo pacto, vt cùm eodem momento rem vnam odit, ex alia voluntatem percipiat; ergo, &c.

*A fortiori intellectum Angelicum percipere plura, vt plura.*

Porrò id, quod de humano intellectu diximus, aſſerendum quoque erit, ac multo maiori iure de Angelico, cùm mens ſubſtantiarum ſeparatarum multò perſpicacior ſit, ac multò plura ſimul comprehendat. Quam quam aduerſæ partis defenſores ſuam etiam ad intellectum Angelicum extendunt aſſertionem, quos priuatim quoad hanc partem ea ratio confutat, quòd Angeli, vt fatentur, à ſui cognitione nunquam ceſſant, & tamẽ interim res alias percipiunt, in quę obiecta non niſi vt plura feruntur; cùm eiuſmodi cognitionem non ex eadem ſpecie eliciant, ſed per ſuam ſubſtantiam, cætera per proprias eorum imagines intelligant.

### ARTICVLVS III.

### DILVTIO ARGVMENTORVM primi articuli.

Aduerſariorum verò argumenta ſic explicantur. Ad primum conceſſa maiori, negatur minor; & ad eius probationem dicendum erit, formas eiuſdem generis ſiue perfectæ, ſiue imperfectæ ſint, non ſe mutuo excludere à ſubiecto, niſi repugnãtiam habeãt; hanc verò non habere ſpecies in intelligendi actum prodeuntes. Ad eiuſdem quoque argumenti confirmationem reſpondemus; Etſi ſpecies intelligibiles aliquam analogiam ac ſimilitudinem cum figuris ſeruent, quatenus, vt hæc corpus effugiant; ita illæ mentem intelligibiliter formant, non tamen eodem modo ſeſe habere, quoad repugnantiam; diuerſæ namque figuræ ſi in eodem eſſent corpore, traherent eandem partem ad diuerſos ſitus; quod fieri nequit; at ſpecies intelligibiles non ita affectæ ſunt, vt liquidò conſtat: quo fit, vt duæ figuræ mutuò ſeſe in eodem corpore impediant; non ita verò duæ, pluresve ſpecies intelligibiles, quantumlibet perfectæ & abſolutæ ſint.

*Ad 1. rationem oppoſitæ ſententiæ.*

*Ratio plures figuras in eodem eſſe negantes, poſſint tamen eſſe ſpecies.*

Ad ſecundum dicitur, intentionem mentis in rem cognitam non eſſe aliud actum à cognitione diſtinctum. Quare vt intellectu multæ intellectiones dari queant, ita poſſe & intentiones multas.

*Ad 2. rationem.*

Locus autem Ariſtotelis libro ſecundo Topicorum, ſignificat nos interdum multa ſcire ſecundùm habitum, quæ tamen ſecundùm actum non ſimul intelligimus; id verò noſtræ ſententiæ nihil aduerſatur.

*Ad 3. rationem.*

Ad quartum, nihil attinet reſpondere, cùm ea pars, quæ probatur, noſtræ concluſioni minimè aduerſetur.

*Ad 4. rationem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



## QVAESTIO VII.

### *VTRVM ANIMA HVMANA se per suam essentiam intelligat, similiterq; intelligendi vis & se & proprias functiones, atque habitus sibi inhærentes dignoscat.*

### ARTICVLVS I.

### *QVAESTIONIS IN DIuersas partes agitatio.*

*1. Argum. p parte negan te.*

IN primis quòd anima intellectiua nullo pacto se ipsam intelligat, videtur ex eo probari, quia omnis nostra cognitio à sensibus ortum habet, quo fit, vt ea tantùm, quæ sub sensus cadunt, percipere valeamus; anima verò intellectiua cùm materiæ expers sit, sensuum notionem effugit. Quo spectat illud Philonis Iudæi lib. 1. Allegoriarum; Quærendum cur qui reliquis omnibus nomina imposuit, id est, Adamus, sibi nullum imposuit? videlicet mens, quæ inest nostrûm vnicuique, cætera potest comprehendere, se ipsam nosse non potest. Quemadmodum enim oculus alia videt, se ipse nõ videns; sic & mens intelligit alia, se ipsam non comprehendens. Econtrario tamen q; non modo se cognoscat immediatè, ac per suam se intelligat essentiam, ea ratio ostendit, quia substantiæ separatæ & humanæ animæ conueniunt in genere intellectualis substantiæ, proindeque vt Angeli se per suam essentiam norunt, ita & animæ intellectiuæ. Confirmatque id testimonium D. Augustini 9. de Trinitate, cap. 3. asserentis mentem se per ipsam nosse, quia incorporea est.

*Contra oppositum p parte affirmatiue.*

*2. Argum p parte negan te.*

Secundò, quòd intellectus se ipsum minimè intelligat, probatur, quia cũ perpetuo sibi præsens sit, vbi sui cognitionẽ semel inisset, nunquam ab ea cessaret, quod in se tamen nemo experitur. In contrariam verò partem, quòd nõ modò se norit, sed se per suam essentiam intelligat, est illud, quod Aristoteles hoc in lib. cap. 4. tex. 15. docet: nempe in iis, quæ materia carent, idem esse & intellectum, & quod intelligitur.

*Contra obiectum pro affirmante.*

*3. Argum p parte negan te.*

Tertiò, probabit quis intellectum nõ cognoscere propriam functionem. Nam quicquid cognoscitur, aliquo actu cognoscitur; si ergo intellectus functionem suam cognoscit, aliquo actu eam percipiet, tuisusque illum alio; atque ita dabitur infinita progressio in intellectionibus, quæ nequaquam videtur danda. Item, quia si intellectus cognoscit suos actus, cognoscet actus fidei supernaturales: parique modo percipiet actus voluntatis, & inter eos actum Spei & Charitatis infusæ, proindeque sciet quiuis se esse in gratia, cum in ea fuerit. Quod negat facta paginæ auctoritas illis verbis Ecclesiastæ 9. Et tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta. In oppositum verò quòd negari non debeat intellectum cognoscere suos actus, docet D. Augustinus lib. de Trinit. cap 10. & 11. Item, quia nisi intellectus tam suos, q̃ voluntatis actus perciperet, nemo an aliquid ipse intelligeret, an vellet, scire posset, quo nihil absurdius.

*Contra argumentum pro affirmante.*

*4. Argum. pro parte negante.*

Quarto, non cognosci ab intellectu habitus ipsi inhærentes, suadetur ex eo, quia aliqui cognoscerent quinis an haberet Spiritus Sancti dona, atque adeò gratiam, quod proximè refutauimus. Econtrario autem quod intelligẽdi vis suos habitus planè cognoscat, ea ratio ostendit, quia, propter quod vnum quodque tale, & id magis tale est, quare cùm res cæteræ ab intellectu per habitus & species intelligibiles cognoscantur; consequens est, vt ipsi habitus in eius cognitionem ac scientiam primò cadant.

*Contra insurgitur pro affirmante.*

### ARTICVLVS II.

### *CONTROVERSIAE dissolutio.*

*Dupliciter dici posse aliquid intelligi per suam essentiam.*

AD propositæ difficultatis intelligentiam aduertẽdum erit dupliciter; quod ad præsens institutum facit, posse dici, cognosci rem per essentiam. Primo modo, referendo id ad rem cognitam, ita vt ea p suam essentiam cognoscatur, cuius natura & quidditas, non autem sola accidentia, percipiuntur, alio modo respiciendo ad mediũ, quo cognoscitur, sicq; intelligitur res per essentiam, cùm essentia est id, quo cognoscitur, nec interuenit alia imago, vel ipsi propria, vel alterius rei, à qua intellectus paulatim deduceretur, arguendoque ad essentiam perueniat. Nostra disceptatio hoc in loco non est de cognitione rei per essentiam secundùm priorem, sed secundùm posteriorem sensum duntaxat.

*De posteriori modo intelligitur quæst.*

*Excludũntur placita quorundam Philosophorum.*

Igitur omissa opinione quorundam veterum Philosophorum, aientium animam nostram cognoscere se directo, & immediatè p se ipsam absque vlla specie, atque adeò per se secundo modo, quos secutus fuit Gregorius Ariminensis in 1. dist. 3. q. 2. art. 1. & 2. Reiecta item sententia aliorum existimantium animam ex speciebus rerum materialium elicere speciem quandã immaterialem sui ipsius, qua se intelligat. Respondemus cum D. Tho. ma 1 par. q. 87. tribus prioribus articulis, & in quæstionibus de Veritate, quæst. 10. artic. 8. & 9. animam nostram non cognoscere se in hoc vitæ statu per suam essentiam, sed interuentu specierum intelligibilium, quas abstrahit a rebus sensibus. Quod ita patet; Quemadmodum, vt Auctores annotauit, materia prima in genere sensibilium, ita mẽs humana inter substantias intellectuales postremum locum sortita est,

*Legc. Aegid. quodl. 2. qu. 13. D. Th. 2. cont. Gent. c. 96. & li 3. c. 31. & 1 p. ma 1 par. q. 87. & in q. 89. art 2. Anima dũ 9 animam nostram non cognoscere se in hoc vitæ statu per suam essentiam, sed interuentu rerũ cognoscibilium, quas abstrahit a rebus sensibus. Quod ita patet; Quemadmodum, nemini sani cerum non immediatè suam essentiam,*



*Anima materiæ primæ confertur. Lege quæ de hac re ad primã huius capitis, quæst. annotauimus.*

est, vt enim materia prima est in potentia ad formas sensibiles, sic anima ad intelligibiles formas; & vt illa in ordine sensibilium, ita hęc in intelligibilium serie, est pura potentia; vnde sicuti materia non nisi aduenientis formæ beneficio sub sensum cadit, ita anima nõ redditur actu intelligibilis, hoc est, apta vt à se ipsa intelligatur (dum in alium statũ nõ transit) nisi accessu specierum. Vnde Aristoteles hoc in lib. cap. 4. text. 15. docuit animam nostram intelligere se ipsam, sicuti & alia intelligit, id est, per species; & tex. 8. asserit animã nihil absolutè operari secundum intellectũ, nisi cùm iam est in actu primo per species.

*Qua via se anima intelligat dum est in corpore.*

Quo fit vt se ipsam concipere primò, atq; immediatè nequeat, sed ad sui notitiam ex aliarum rerũ perceptione deducatur, quia videlicet primò concipit id cuius speciem à sensibus hausit, verbi gratia, naturã hominis, tunc reflectitur supra suum actum, cumq; percipit, & ex eo cognoscit tum imaginé, tum potentiam à qua actũ elicuit; deinde, quia compertum habet imaginem rei communis, corporeum, aut materiale quid esse nõ posse, sed materiæ omnino expers, atque adeò nonnisi in potentia spirituali, & in substantia incorporea, vt in subiecto, consistere: percipit tandem se vt substantiam quandam immaterialem intelligentiæ, & rationis participem.

*Disp. 5. ar. 1. Extra ordinem per suam se essentiam dignoscit. Qua ratione cognoscat intellectus habitus sibi inhærentes.*

Quod autem anima non intelligat se per speciem ipsi propriam, præterquam quòd ostenditur ijs rationibus, quæ probant non dari species rerum singularium, quas supra attulimus, & ijs etiam, quæ suadent non dari in nostro intellectu, hoc vitæ statu, species rerũ immaterialium: confirmari id ex eo potest, quia, quod intelligitur per speciem propriã, intelligitur actu directo: at experientia testatur nos non nisi actu reflexo, & vnum ex alio arguendo in nostræ animæ notitiã deuenire. Cõsule D. Thom. q. 10. de verit. art. 8. & Fett. lib. 3. cont. gent. cap. 46. Diximus animã dum est in corpore non cognoscere se immediatè, quia extra corpus, cùm transeat quodammodo in statum substantiarum separatarum, habeatq; liberiorem intelligendi modum, nec iam intelligat per reflexionem ad phantasmata, facta est per se actu intelligibilis à se primò: atq; ita se per suam substantiam immediatè intelligit, vt docet D. Thom. 1. p. q. 89. art. 2. alijsq; in locis, & Henr. Gand. quodl. 1. q. 12. & 13. Sed de his iucuIentius dicetur in tract. de anima separata. Ex superiori progressu patet iam quomodo intellectus dum est in corpore nõ modò se, sed propria quoque functiones, atq; habitus sibi inhærentes dignoscat, quæ erat altera quæst. pars. Nam quod de apprehensione speciei diximus, asciendum quoq; similiter est de cæteris habitibus; hos enim cognoscit anima per actus, quia expetitu se cum facilitate, & promptitudine, quæ habituum propria est, operari.

*De habitib. voluntatis idẽ dicendũ hac in re quod de habitibus intellectus.*

A Quod verò ad voluntatis actus spectat, paulò secus de ijs est iudicandũ; nam cum obiectiue primo, atq; intelligibiliter per se intellectui præsentes sint, possunt ab eo directa cognitione percipi, non vt actus intelligendi, qui cùm ab eodem intellectu eliciãtur, opus illi est reflexa, secundariaue actione ad eorũ notitiam capiendam. Habitus autem voluntatis eodem ferè modo cognoscit intellectus, quo suos, videlicet ex facilitate, qua voluntatem B agere experitur. Lege D. Thomam loco citato primæ partis art. 4.

### ARTICVLVS III.

### *EXPLICATIO ARGVMENTOrum, quæ in vtramq; partem adducta fuere.*

*Ad 1. pro parte negãte adductum.*

NVnc argumentis primi articuli, qua ex parte ijs, quę decreta à nobis sunt, aduersantur, occurramus. Ad primum dicendum, etiam ea, quę sensibus tam internis, quam externis obnoxia non sunt, vt anima humana, posse à nobis intelligi, non tamen per propriam imaginem à sensibus immediatè acceptam, sed modo superiùs explicato; quod tamen non impedit quominùs omnis nostra cognitio à sensibus ortum habere dicenda sit, cùm ea quoq; notitia à sensibus remotè dimanet. Cùm verò Philo ait animam intellectiuam esse nobis ignotam, id non de quocunque animæ conceptu, sed de perfecta, atque omnibus numeris absoluta cognitione interpretandum erit, si modo Iudæus rectè philosophetur. Ad alteram partem eiusdem argumenti negari debet parẽ esse in substantijs separatis, atque in anima humana, dum est in corpore, rationem: illæ enim sunt actu E intelligibiles, & vt tales sibi perpetuò obijciuntur, anima verò est pura potentia in genere intelligibilium, & in corpore intelligit speculando simul phantasmata, vnde tunc non nisi per species acquisitas sese intelligit. Illud verò D. Augustini, Mentem nostram se per se cognoscere, ita accipiendum est, vt anima non accipiat ab externis rebus sui imaginem, sicuti cùm res corporeas intelligit.

*Ad obiectionem pro parte affirmãte.*

*Ad 2. pro parte negat.*

Ad secundum, intellectum semper sibi esse præsentem quoad suam entitatem, nõ autem secundum esse obiectiuum, & intelligibile, ideoq; licet cùm in suum actum, & in se reflectitur, sese intelligat (tunc enim fit sibi præsens in ratione obiecti) non proinde tamen in sui considerationem perpetuò versari, quia non semper eo reflexu vtitur. Illud verò Aristotelis, In ijs, quæ materia carent, idẽ est intellectus, & quod intelligitur, explicat Diuus Thomas prima parte, quæst. 55. artic. 1. aiens nihil aliud velle Philosophum, quàm ex intellectu, & specie rei, quæ intelligitur,

*Ad obiectionem pro parte affirmat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



fieri quodammodo vnum. Adde id, quod intelligitur, dici idem cum intelligendi ratione verbi, in quo ab eo exprimitur, vt superiùs quoq; interpretati fuimus.

*Ad 2. propter negatiua.* Ad tertium, licet mens humana quamlibet actiuũ multitudinem exercere simul nequeat, quia finitam, limitatamq; habet intelligendi vim, posse tamen successione post notitiam vnã, aliam subinde edere, tum aliam, atque aliam; ita vt sine vllo termino reflectatur in primã per secundam, in secundam per tertiam; ob quam causam ratio potest quodammodo infinita esse, vt docet S. Thom. 1. super alios prima secundæ quæst. 30. art. 4. ad 2. Licet vero intellectus cognoscat tam suos, quàm voluntatis actus, non sequitur inde nosse naturales a supernaturalibus, quia non eos distinctè penetrat, & quoad modum vnicuique peculiarem; sed cõfusè tantùm. Quo fit vt ex hac notitia nõ possit quis scire se esse in gratia. Alterà verò pars eiusdẽ argumenti rectè probat cognosci ab intellectu propinquos actus, non tamen intelligi per essentiã, cum ad hanc reciprocationem exigatur species intelligibilis alicuius rei, è cuius conceptu mens ad prædictorũ actuum notionem progreditur.

*Intellectus potest reflectere super alios actus. & sic deincept.*

*Ad obiectiũ alterius partis.*

*Ad 4. p. partem negatiuã.* Ad quartum, licet anima habitus naturalis ordinis sibi inhærentes prædicto modo cognoscat, certò tamen scire non posse, nisi ei diuinitus innotescat inesse sibi dona Spiritus Sancti, gratiam, & charitatem: quia suauitas, & promptitudo ad exercẽdas studiosas actiones, quam istiusmodi habitus secum affert, constare ei nequit, vtrum ab ijs, an ab alijs habitibus naturalibus, qui absq; gratia reperiri possunt, oriatur. Ad posteriorem partem argumenti dicendum, effatum illud, Propter quod vnumquodq; tale, & illud magis, hunc in modum debere intelligi, & aptari ad vim argumenti, Quando aliquid, verbi gratia, cognoscitur, quia aliud cognoscitur, illud propter quod cognoscitur, necesse est, vt magis cognoscatur: sed res cognoscuntur, quia earum species, & habitus cognoscuntur: ergo, &c. Cùm igitur illa minor propositio vt falsa à nobis negetur: patet hac probatione non colligi prius à nobis cognosci habitus, esto cognoscantur eo ordine, quem explicuimus.

*Intellectum non posse distincte dignoscere actus supernaturales.*

*Ad obiectionẽ pro parte affirmatiua.*

## QVAESTIO VIII.

### *NVM INTELLIGENTEM SPECULARI PHANTASMATA OPORTEAT, NEC NE.*

### ARTICVLVS I.

### *QVAE ARGVMENTA SVADEANT NON OPORTERE.*

*Quid sit intellectus phãtasmata speculari.*

INtelligentem speculari phantasmata, nõ est intellectum, aut ipsa phantasmata, aut naturas, quæ in eis relucent, intueri, sed est A eum, qui intelligit, dum intellectu tem alicuius siue vniuersalem, siue particularẽ considerat, simul per phantasiam circa aliquid singulare obiter versari, quod ex Græci contextus verbis in capite proxime superiori textu 39. magis patet, sic enim habet ὁταν τὸ νοῆσαν νοεῖ τι τῶν ἐν τοῖς φαντασμασιν ὁμως γὰρ φαντασμα τι τὰ μεγέθη, id est, cùm intelligitur, necesse est vnã cum phantasmate contempletur. *Ferrar. lib. 1. cõtra Gent. c. 65. & lib. 2. cap. 73.*

Partem negatiuam quæstionis hæc argumenta suadent. Primò. Vel speculari phantasmata est animæ naturale, vel non; si non est cùm ad id aliunde minimè cogatur, poterit interdum eam speculationem omittere, si est, cùm id, quod vnicuiq; secundum naturã competit, incolumiter, perpetuò conueniat, sequitur animã etiam à corpore abiunctam, vel glorioso corpori vnitam speculari phantasmata, quod falsum est. nam corporis soluta vinculis neque phantasmata habet, neque phantasiam; glorioso autem corpori comũcata perfectiorem, liberioremq; habet intelligendi modum, & à corpore independentẽ. Quare potent citra sensuum operam, cùm libuerit, intelligere. *1. Argum.*

Secũdò, Magis dependet phantasia à sensu externo, quàm intellectus a phantasia; cùm intellectus, vt est potentia immaterialis, ita longè abstractior sit a corpore, quàm vlla facultas materiali organo affixa: atqui phantasia, cessante omni actu externo ũ sensũ potest functiones suas edere; ergo & intellectus. *2. Argum.*

Tertiò, Intellectus incorporea & immaterialia contemplatur, vt Deũ, & intelligentias, sed hæc nullo modo in phantasiam cadunt, cùm sint extra limites corporearum virium; ergo anima saltem non ad omniũ rerum intellectionem phantasmata speculatur. Adde quòd Aristoteles loco antea citato, cùm huiusmodi speculationem commendabat, de sola physicarũ, & Mathematicarũ rerum scientia agebat. proindeq; non videtur eã omniũ disciplinarũ obiectis percipiendis indixisse. *3. Argum.*

Quartò, Qui Ecstasim passi rapiũtur ad diuinarum rerum contemplationem, desetunt tam externorum, quàm internorũ sensuum functiones; ergo saltem ij, dum intelligunt, non speculantur phantasmata. Probatur assumptum. Imprimis, quia id ipsum nomẽ raptus, atq; Ecstasis significat. Deinde, quia cõstat eos, qui ad rem aliquam considerandam valde attenti sunt, nõ videre interdum obiectum præsens, idq; ob eam causam, quia cùm vis animæ finita, ac limitata sit, si ad vnam aliquam rem per vnam potentiã vehementer incumbat, cessat ab operatione alterius; ergo tam vehemens potest esse mentis applicatio ad alicuius obiecti cõsiderationem, vt ab omnibus tam externorum, quàm internorum sensuum muneribus prorsus ferietur. Ac quod id viris Sanctis contemplationis deo insignibus nonnunquam eueneri, *4. Argum.*

planum



planum est; sic enim interdũm abstrahebantur a sensibus, vt nec admotũ ignem sentirẽt.

### ARTICVLVS II.

### *DIVERSA AVCTORVM PLACITA, & explicatio veræ sententiæ.*

*Auicenna nõ requirit ad sententiã phãtasmatũ speculationem. Alij tã tantùm exigunt ad productionem speciei.*

INhac quæstione variæ sunt Philosophorum sententiæ. Namque Auicenna in suo compendio de anima arbitratus est ad vsum scientiæ nequaquã speculationem phantasmatum requiri. Græci quoq; interpretes aiũt eam superuacaneã esse, cùm anima attendit ad cõmunia, & immaterialia, quæ phantasiæ vim transcendunt. Alij, quorũ meminit Vicomercatus in disputatione peripatetica de immortalitate animæ rationalis, volunt illam exigi ad productionẽ duntaxat speciei factã ab intellectu agente, & ad primum conceptũ eam comitante; tunc enim necesse est operari simul phantasiã, quæ vnà cum intellectu agente speciem intelligibilium opifex est. *B C*

*Alij ad solas intellectiones quæ pendent ex speciebus.*

Alij eam adhibent ad omnes, solasq; intellectiones elicitas ab speciebus comparatis ope intellectus agentis, & phantasmatum; propterea quòd vt eiusmodi species à phantasmatis ortum habeant: ita eorum consortiũ ad operationes suas obeundas necessariò videntur adiscere. Sunt etiam non pauci, qui asserant nullam dari in hac vitæ statu intelligendi actionem, cùm qua phantasmatum speculatio non concurrat. Demiq; nonnulli ab hac cõmuni lege excipiunt sublimẽ quandam, & eminentem contemplationem, qua se mens, etsi adhuc in corpore degens, ita supra molem corporis quodammodo euehit; vt non iam videatur curare turbam intercurrentium phantasmatum. *D*

*Alij nullam volunt dari intellectionẽ sine cõcursu phantasmatum.*

*Assertio.*

Nostra assertio hæc esto. Anima coniuncta corpori non glorioso, saltem cum cõmunes, siue ordinarias intellectiones administrat, necessariò speculaf phantasmata. Hanc assertionem tradit Aristoteles hoc in lib. c. 7. text. 30. & c. 8. text 39. licet ij in locis non eam illæ adhibuerit moderationẽ, quam nos de qua paulò post dicemus; licet etiam non de omnium, sed de sensibilium tantùm rerum notitia, præsertim textu illo expresè locutus fuisse videatur. *E*

*1 Ratio assertionis. De hac re D. Th. 1. par. q. 84. art. 8.*

Probatur ergo huiusce rei veritas duplici indicio. Primum, quia videmus quoties interni sensus, aut membo læsi, aut somno, aliove impedimento ligati sunt, turbari etiam, & ligari iudicium intellectus, neq; mentem suis actionibus rectè ac ritè fungi; quod certè nõ aliunde pronenit, nisi quia tametsi vis intelligendi non inhæret corpori, requirit tamen conditum internarum virium corporeis organis insidentium. Alterum iudicium *F*

*Impeditis sensibus nihil agitur intellectus.*

*2 Ratio.*

A est, quod in se ipso quilibet experitur, cùm aliquid intelligere conatur, efformare sibi materialia quædam idola, seu phantasmata, quibus id, ad cuius intellectionem animũ appulit, quodammodo intueatur. Quò spectat illud D. Gregorij Nazianzeni de Theologia, oratione 1. secunda. Quemadmodum nulla ratione fieri potest, vt quispiam, qualibet gressum vigeat, vmbram suam præterear (quantùm enim eam assequeris, tantùm etiã semper anteuertit) aut oculus rebus in aspectũ cadentibus citra intermediã lucem, & aërem coniungatur, aut tot alia animantia extra vndas labantur: Ita etiam impossibile est ijs, qui corporibus inclusi sunt, siue corporearum, ac sensibilium rerum admixtione rebus ijs, quæ animo, ac ratione intelliguntur, omnino coniungi, semper enim obiter sensibile aliquid incidit, quantumuis maximè nostra mens a rerum aspectabilium contagione separata, atq; in se ipsam collecta, cum rebus cognatis, oculorumq; aciem fugientibus commercio habere conetur. *Egregium testimonium Nazianzeni.*

Est autem hoc loco dubitatio, vnde nam animæ obuenerit hæc necessitas conuertendi se ad phantasmatã. Scotus in 1. dist. 3. q. 3. & in 4 dist. 45. quæst. 2. duplicem causam affert, phantasmatum, vel peccatum originis, in cuius pœnam demissa, atque inflexa est anima ad corpus. Quò pertinet illud D. Augustini lib. 15. de Trinitate cap. 27. Quæ causa vt ipsam lucem fixa acie videre non possis, nisi infirmitas? & quis eam tibi fecit, nisi iniquitas? Vel naturalem ordinem potentiarum; quo fit vt dum vna proprium attingit obiectum, altera, quæ circa idem ferri apta est, in idem simul contendat. Ex hisce causis prior non videtur rectè tradita: sicut enim dependentia, quam intellectus possibilis habet a phãtasmatibus, quoad receptionem specierum intelligibilium, quæ illorum ministerio ab intellectu agente producuntur, neutiquam ex peccato originis orta fuit (siquidem ello primi parentes nõ peccassent, eius posteritati species intelligibiles, quàm scientiæ ope phantasmatũ cõparassent, vt D. Thomas docet prima parte qu. 101. art. 1. & in 2. dist. 20. qu. 2. art. 2.) ita nec necessitas speculandi phantasmata, cùm acquisitis iam speciebus vtimur, ad prædictam culpam referenda est. Posterior vero causa, si rectè ad propositũ accommodetur, vera est, nimirũ adeò esse naturalem connexionem intellectus cùm phantasia, dum animus est in corpore, vt saltem ordinariè non possit intellectus vllius rei capere notionẽ, quin ipsum phantasia commetur, ac circa idẽ obiectum pro suo captu, & faculate insistat. Vbi aduertes cùm operatio formam, eiusque modum existendi sequatur, anima vero humana simul sit & substantia independens a corpore, & forma corporis, merito primæ cõditionis vendicare sibi operationẽ, scilicet *Vnde animæ necessum sit phantasmatibus. 1. Causa. 2. Causa. Improbatur 2. causa. Peccato originis non est adscribenda hæc necessitas. 2 Causa approbatur, & explicatur.*

intelligendi

Universidad de Deusto
Biblioteca



intelligendi actum, non inhærentem organo corporeo; ratione secluditur, exposcere ad eam functionem ministerium corporis, & phantasiæ satellitium.

*In vtroq; statu naturæ integræ & corruptæ necessaria fuit phantasmatũ speculatio.*

Ponto apposuimus in conclusione verba illa, Dum anima coniuncta est corpori nõ gloriloso, vt comprehenderemus duplicem animæ statum in corpore; eum scilicet, quem habuere primi parentes dum ingenitæ à Deo iustitiæ dono insigniti fuere, & eum in quo nunc versamur. In vtroq; enim connexio illa naturalis inter possibilem intellectum, & phantasiam vigorem obtinuit. Nam quod etiam primi parentes in illo statu vterentur cõuersione ad phantasmata, affirmat D. Thomas 1. part. q. 94. art. 2. & in qu. 18. de verit. artic. 2. & 5. probaturq; ex eo, quia species, & scientiæ primorum parentum erant eiusdem naturiæ cum nostris, vtpote infusæ per accidens. Quare idem illis, ac nobis modus intelligendi secundum naturam conueniebat. Et si contrariam opinionẽ defendat Scotus loc. citato, absolutè negans primũ hominem intellexisse per conuersionem ad phantasmata. Neq; verba illa D. Augustini asserunt culpam inuexisse homini dependentiã à phantasmatibus, cùm id ei naturale fit, sed duntaxat laborem & difficultatẽ ad res clarè & dilucidè contẽplandas, ac cognoscendas. Non est etiã diffitendũ sublimiorem fuisse primi hominis cognitionẽ, quàm nostrã. Verùm maior illa sublimitas & eleuatio nõ erat secundũ independentiã à phantasmate, sed quoad ea, quæ contemplabatur, vt explicat D. Tho. qu. 18. de verit. art. 5. Itẽ, quia ea ipsa, quæ cognoscebat, expeditiùs, & acutiùs penetrabat. Adde etiã modũ acquirendi scientiã multo altiorem illi contigisse, quàm nobis, siquidẽ non ope sensuum, sed diuini numinis afflatu eam immediatè accepit. Exclusimus aũt à dependentia phantasmatũ statũ animæ vnitę corpori glorioso; quia in ea nõ erit necessarius phantasię concursus ad intelligendum; licet enim beati tam externorũ, quàm internorũ sensuũ functiones habituri sint, liberum tamen eis erit quamlibet rem sine eius phantasmate intelligere. Quòd si quis obijciat gratiam nõ euertere naturam. Quare si operatio phantasiæ naturaliter intelligẽdi actũ comitat, necessatio ammã in corpore, etiã glorioso, ad phantasmata recursurã dicendũ erit gratiam nõ euertere naturã, id est, non immutare essentiã rei, nec potentias, quæ ab illa manant demo- litis; sed eam traducere ad altiorem statum, & perfectiorem operandi modum, cuiusmodi est posse intelligere sine obligatione, defle- xuq; illo ad sensum. * Aduerte etiam ani- mam Christi adhuc in statu vitæ mortalis nec quoad vsum scientiæ infusæ, nec acquisitæ indiguisse recursu ad phantasmata; quia tum ratione vnionis, tum ratione beatitudinis nõ erat corpori subiecta, aut ab eo dependens.

*Quæ ex parte Adami cognitio nostra fuerit præstantior.*

*Obiectio.*

*Anima Christi non indiguit conuersione ad phãtasmata.*

* *Lege D. Th. 3. part. q. 11. art. 4.*

*Lege de hac re D. Th. in 2. 2. qu. 175. art. 5. & de verit. qu. 13.*

A Adiecimus, dum anima communes, siue ordinarias intellectiones administrat, vt excluderemus contemplationem, quæ per Ecstasim perfectam, & raptum fit. In ea enim tam externorum, quàm internorum sensuum munia cessant, vt probat vltimum superioris articuli argumentum.

*art. 4. et Abulensem in cap. 1. Genes. q. 400 & in Paradoxe 5. cap. 46.*

*Imperfecta Ecstasi nõ egent anima phãtasmatũ concursu.*

## ARTICVLVS III.

## DVBIA QVAEDAM enodantur.

OCcurrunt tamen hoc loco quædam dubia, quorum solutio nõ parum conferet ad melius percipiendam dependentiam intellectus à phantasmatibus. Primum est, quo pacto anima beata in corpore glorioso functiones sensuum obiturа sit & ad phantasmatum recursura, cum voles, si oppositum euenit ij, qui Ecstasim in hac mortali vita patiuntur, cum tamen intuitiua diuinæ naturæ cognitio, vt longè sublimior est, ita animam à sensibus abstrahat, altercum est, num in Ecstasi non solùm animales operationes, sed etiam naturales, ac vegetatrices ab opere omnino cessent, cùm in vtrisque eadem ratio esse videatur. Tertium, num Ecstasis per vim naturæ possit accidere. Ad primum horum dicendum cum D. Thom. 2. 2. quæst. 175. art. 4. licet beati assumptis corporibus gloriosis tota mentis intentione in Deum ferri debeant, non tamen in eis futuram abstractionem à sensibus; quia fiet redundantia quędam ab intellectu ad inferiores vires. Atque ita secundam ipsam beatificæ visionis regulam poterit simul attendere anima ad phantasmata, & ad externa sensibilia. Non quòd ea contemplatio cæteris eminentior nõ sit, nec quòd mens in eam non feratur conatu multo vehementiori, sed quia diuino lumine ita collustrabitur, vt vtrumque obire queat. His non obstat quòd D. Paulus etiam apud eos, qui eum in raptu diuinam essentiam vidisse putant, à sensibus abstractus fuerit, vt annotauit D. Thomas loco citato, defuit enim illi prædicta redundantia ad inferiores animæ vires, quia diuinam essentiam non stabili, vt beati in patria, sed breui, ac transitoria solùm visione intuebatur. Adde non constare an anima D. Pauli fuerit tunc à corpore separata, cùm ipse id se nescire fateatur. Vnde quid illi circa abstractionem à sensibus re ipsa acciderit, affirmare non possumus: videlicet num mortuo corpore per separationem animæ extincti fuerint in eo sensus; vel non mortuo consopiti duntaxat. Lege D. Thom. eadem quæst. art. 5. & 6.

*Primũ dubium.*

*Hæc de re Aug. lib. 12. de Gen. ad lit. cap. 27.*

*Secundum dubium.*

*Tertium dubium.*

*Visio beatifica non indiget abstractione à sensibus.*

Ad secundum dubium respondet Abulen. sis loco citato in Ecstasi, seriari omnes potentias, præter intellectum. Ad cuius rei explicationem

*Pro 2. dubio sententia Abulensis.*



tionem statuit discrimẽ inter ligationem potentiarum, quæ in somno fit, & eam, quæ in Ecstasi, quòd in somno impediantur vires cognitrices; ita scilicet, vt externi sensus nihil omnino agant; interni autem, itemq; intellectus, aut omnino etiam vacent, cùm nulla vigent insomnia; aut certè nõ nisi obscurè, & imperfectè operentur: interim verò, ligatis eo modo potẽtijs cognoscentibus, naturales vires ad opus expeditiores sint, non occupata alijs functionibus anima. Vnde & tunc cibi decoctio, atq; alimenti in totum corpus distributio, multo celerius, commodiusq; perficitur. In Ecstasi autem oppositio modo res habet. Anima enim, quæ in somno incuruat, in Ecstasi eleuatur, hoc est, quæ in sopore ad inferiores potentias inflectitur, in Ecstasi ad altiorẽ videlicet intelligendi vim, rapitur, cęteris in otio relictis. Vt enim ad tam excellẽtem rerum cognitionem ascendat, colligit se quantùm potest, totaq; in eam ita impenditur, vt reliquarum potentiarum functiones inhibeat. Ita verò sentit Abulensis etiã operationes naturales in Ecstasi intermitti. Quod ex eo probat, quia qui eam patiuntur, diu sine cibo, ac potu iacent; & quod mirabilius est, nec cordis motio, nec vitalis calor in eis deprehenditur; adeo vt mortui ne sint ambigatur.

*Discrimẽ inter ligationẽ potentiarum in somno, & in Ecstasi.*

*Sententia D. Thom.*

D. Thomas secunda secundæ quæst. 175. artic. 5. asserit non requiri ad raptum, vt vires animæ vegetatricis ab opere cessent, propterea quòd agunt per modum naturæ, non autem ex intentione animæ, vt facultates sensitiuæ, quarum proinde occupatio minuit intentionem animę circa intellectuam cognitionem. Nobis videtur, licet vires naturales, vt sunt organo corporeo magis addictæ, ita aliarum operibus minùs retardentur; vniuersim tamen facultates omnes, quocumq; modo agant, siue naturales sint, siue non, agendi actimoniã remittere, cùm anima in alicuius potẽtiæ operationem vehementiùs incumbit. Cui rei argumento est quòd, vt superiùs diceb amus, qui à cibo legunt, aut scribũt, vel de re quapiam attentiùs meditantur; minùs probè decoctionis officiũ peragũr, & è contrario. Igitur ad propositum dubitationem respondemus, cùm Ecstasis virtute diuina sit, certum esse posse tunc animã eadem virtute ab omnium potentiarũ munijs cessare. Vtrum verò ab alijs, præterquã à functionibus sensuũ, & facultatis loco motricis, te vera abstineat, non satis compertũ esse. Nobis certè verisimilius videtur etiam tunc naturales vires non nihil operari, esto id aliquando exterius deprehendi nequeat.

*Diuina virtute potest anima in Ecstasi cessare ab omni operatione.*

*Quæ ratio nec confirmet perfectã Ecstasim posse naturaliter euenire.*

Quod ad tertium dubiũ attinet; pro parte affirmatiua est in primis illud, quod ad primi articuli calcem attigimus. Nam si cùm anima rebus alijs nimis intẽta est, accidit interdum vt oculus, etsi obiecti speciem in diffantia conuenienti recipiat, ob nimiam occupationem visionẽ non edat: cur intellectus non poterit vi naturæ ita se ad rerum sublimium considerationem applicare, vt sensuum functiones deserat? Deinde, quia id ipsum videtur aliquot exẽplis confirmatũ. Nam de Restituto Presbytero ita narrat D. Augusti. lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 24. Presbyter fuit quidã nomine Restitutus in Paręcia Calamensis Ecclesiæ, qui quando ei placebat, rogabatur aũt, vt hoc faceret, ab eis, qui tem mirabilem corã scire cupiebãt, ad imitatas quasi lamentantis cuiuslibet hominis voces, ita se auferebat à sensibus, & iacebat simillimus mortuo: vt non solùm vellicantes, atq; pungentes minimè sentiret, sed aliquando etiam igne vreretur admoto, sine vllo doloris sensu, nisi postmodũ ex vulnere: non aũt obnitendo, sed nõ sentiendo, nõ mouere corpus. eo probabatur quòd tanquã in defuncto nullus inueniebatur anhelitus. Præterea sic Plato- nem de se ipso narrasse testatur Auctor operis de diuina sapientia secundum Aegyptios lib. 1. cap. 4. Ego sæpius animo contemplans relicto corpore visus sum perfrui summo bono cũ voluptate incredibili. Quare hæsi quodammodo attonitus, agnoscens me esse partem quandã superioris mundi, atq; adeptum sentiẽs vitæ immortalitatem, sub luce maxima, quæ neq; oratione exprimi potest, neque auribus percipi, neque cogitatione comprehendi. Tandem verò hac cõtemplatione defessus intellectus, recidit in phantasiã, tuncq; illa luce deficiente factus sum tristior. Tale quiddam etiã initio Pimandri legitur de Mercurio Trismegisto, qui in contemplatione naturæ, sopitis iam corporis sensibus, à diuina mẽte raptũ se ait, & de ijs, quæ scire optabat, ab eadem institutũ. Socratẽ etiam commemorat Alcibiades in Conuiuio, aliquando vno gradu diem, & noctem vsq; ad Solis exortũ stetisse, in medio exercitu cogitabundũ. Cùm igitur has à sensibus abstractiones miraculo accidisse non sit verisimile: concedendum erit posse facultate naturæ Ecstasim dari. Et in hac opinione videri esse Ficinus lib. 13. de immortalitate animorũ cap. 14. vbi asserit hoc vnũ esse ex argumentis, quibus animę rationalis à corpore solutio, atq; immortalitas cõprobatur. Pro aduersaria tamẽ sententia est, quòd ad liberandũ intellectum à naturali illa phantasmatũ dependẽtia, videtur requiri vis aliqua supra naturã. Idq; putare se non obscurè indicauit D. Gregorius Nazianzenus iis verbis, quæ superiùs attulimus, vbi ait impossibile esse mentem quantumlibet se à face corporea ad sublimium rerum contemplationem erigat sensuum commercia defituere.

1. 2.

*Locus D. Aug. in Prolo.*

*Locus Platonis de seipso.*

*Similę quid narratur de Trismegisto.*

*Item de Socrate.*

*Quæ ratio probet nõ posse dari talem vis aliquã Ecstasim naturæ viribus.*

Qui priorẽ partem sequi volet, dicat legẽ illam dependentiæ à phantasmatibus, quam ita sententiæ natura intellectui imposuit, nõ esse irrefraga- bilem,

*Solvitur ratio negatiua.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



bilem, sed ordinatiã. Neq; hæc prædictæ le- A
gis interpretatio paucorum est, sed complu-
rium, quorũ supra ex Vicomercato mentio-
nem fecimus, alientiũ nõ semper sequiti spe-
culationẽ phantasiæ. Itaq; verisimile est pos-
se aliquos velut ex naturæ priuilegio in ali-
quo cuentu, & circunstantijs naturaliter Ec-
stasim pati, ad quod multũ confert cuiusque
temperamentũ. Melancholici enim, vt edisse-
rit Eracastorius lib. 2. de intellectione quem-
admodum suopte ingenio sint cogitabũdi, B
sic ad illusimodi raptũ à sensibus prociuio-
res habentur. Nec vero est à naturæ decretis
alienum res his similes, & rantate mirabiles
nonnunquã efficere, vt experientia ipsa testa-
tur, docet q; variis exemplis D. Augustinus de Ci-
uitat. Dei loco citato, vbi inter naturæ mira-
cula recenset illud de ecstasi presbyteri Re-
stituti, quod supra memoraimus.

*Melancholici cur procliniores ad Ecstasim.*

*Explicantur rationes partis affirmatiuæ.*

Cui posterior sententia magis placuerit, di- C
cet non eodẽ modo se habere visum ad phan-
tasiam & intellectum, quo ad intellectum se
habet phantasia; quia intellectus pendet à
satellitio phantasiæ at neq; intellectus, neq;
phantasia pendet à functione visus. Quare ni-
hil mirum si non edente aipectu suam actio-
nem, nihilominus phantasia, & intellectus in
opere perseuerent. Quod autem spectat ad
exempla, quæ retulimus, dicendũ erit, Ecsta-
sim perfectam, de qua nostra quæstio est, in
qua nimirũ omnes, tam interni, quam exter- D
ni sensus omnino sopiuntur, nemini absque
diuina virtute contigisse, imperfectam verõ,
in qua nõ omnino cessat operatio phantasiæ,
potuisse illis hominibus per naturam acci-
dere. Certe Restitutus Presbyter narrabat se
postquam ita, vt diximus, à sensu raptus erat,
inclamantium voces quasi è longinquo au-
disse, vt ibidem refert D. Augustinus. Quod si
voces percipiebat, vtiq; non feriebatur in eo
audiendi sensus: proindeq; perfe-
ctam Ecstasim non pa-
tiebatur.

*Ecstasim per fectã posse in natura sensitiua.*

## ARTICVLVS IIII.

### *RESPONSIO AD PRIMI articuli argumenta.*

REliquum est vt argumẽtis initio quæstio- *Ad 1. Arg.*
nis propositis occurramus. Ad primũ con-
cedimus, naturale esse animæ dum intelligit, *Quidquid alicui cõpetit naturaliter semper ei ibidem est, nisi ponamus tem ab vno statu venit, modo ad alium perfectionis, ac ipsa natiuam ipsius facultatem transferri. Vel præter vsitatũ cur- ferantur.*
sum aliquo veluti priuilegio naturæ, Iccus
operari. Quod addimus ex mente eorum, qui
concedunt dari Ecstasim perfectã viribus na-
turæ. *Ad 2. Arg.*

Ad secundum quid responderi debeat, pa-
tet ex dictis, videlicet concedendum æquè
dependere intellectum à phantasia, & phan-
tasiam à sensibus externis, quoad acquisitio-
nem specierum; non tamen quoad vsum ea-
rum. Etenim licet intellectus absolutior sit à
materia, quam vlla potentia inhærens orga-
no corporeo; maior tamen est connexio, &
societas inter intellectum, & phantasiã, quam
inter phantasiam, & sensus externos ob caus-
sam à nobis superiùs explicatã. Aliam huius
argumenti solutionem lege, si placet, apud
D. Thomam 1. part. quæst. 84. artic. 7. ad se-
cundum.

Ad tertium dicito nõ oportere, vt semper *Ad 3. Arg.*
phantasia apprehendat singulare eiusdẽ na-
turæ cum eo, quod ab intellectu concipitur,
sed aliquid simile, aut ei quoquo modo re-
spondens. Etsi verò Aristoteles loco citato de
solis physicis, ac Mathematicis rebus expres-
se locutus fuerit, dicendũ nihilominus can-
dem videri rationem in cæterarum rerũ con-
ceptibus. Ad vltimum quid respondendum *Ad 4. Arg.*
sit, constat ex superioribus.

ΚΕΦ.

---

ΚΕΦ. θ'. CAP. IX.

ΕΠΕΙΔΗ δ' ψυχὴ καὶ δι' ὃ σῶμα δυνάμεως ἕνεκα τῶν ζώων, τοῦ τε κρεπτικοῦ, ὃ λέγομεν ἤδη εἶναι καὶ αἰσθητικόν· ἐὰν τοῦ κινεῖν τόπου καθ' αὑτὸ μὲν αἰτίαν φῶμεν εἶναι ἐκεῖ, διωρίσθω· ποτέρως δὲ τῶν μορίων ἡ ψυχὴ κινεῖ, καὶ πότερον ἑνὶ μορίῳ τῷ τοιούτῳ ἢ πλείοσι, καὶ τὰ ἀριθμῷ, ἢ εἴδει τῶν μορίων· ἐὰν δέ τι ἄλλο πέφυκε κινεῖν κατὰ τόπον αὐτὸ καθ' αὑτὸ τῶν μορίων, ἢ τὸ ὅλον, ἐπισκεπτέον. εἰ μὲν γὰρ ἀδύνατον μόριον μόριον ἢ ὅλως κινεῖσθαι μὴ κινουμένου τοῦ ὅλου, δῆλον ὡς καὶ κινεῖν τὸ ὅλον ἀναγκαῖον· εἰ δὲ μόριον μόριον κινεῖται, οὐκ ἀναγκαῖον τὸ ὅλον κινεῖσθαι· ἐνδέχεται γὰρ ἔνια τῶν μορίων κινεῖσθαι καθ' αὑτὰ μὴ κινουμένου τοῦ ὅλου, οἷον τὸ νεῦσαι ἢ ἀνακύψαι. ἔτι δὲ πότερον ἀριθμῷ ἓν τὸ κινοῦν ἢ εἴδει δεῖ σκοπεῖν, οἷον ἐν ἢ πλείω τὰ κινοῦντα τὸν ὄρθιον βάδην πορευόμενον. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο διορίσαι τῷ λόγῳ τοῦτον τὸν τρόπον.

CAP. IX.

*Cvm autem animatiũ anima hic duobus sit definita, discernendi, inquam, potentia, quod quidem est opus, officium q; mentis, atq; etiam sensus, & insuper etiam mouendi motu ad locum accommodato potentia: de sensu quidem, & intellectu hæc sint determinata, ac peractata. Deinceps sus de eo, quod mouet, quidnam sit ipsius animæ consideremus oportet, vtrum vna quædam ipsius sit pars separabilis magnitudine, vel ratione, an ipsa animalotas: etsi pars sit aliqua, vtrum sit alia quædam propria præter eas, quæ dictæ sunt, & eas, quas diximus, an ipsarum aliqua vna?*

Text. 40.

b *Atq;*



## *CAPITIS NONI EXPLANATIO.*

*Cvm a autem animalium.* ] Quia definierat animam esse id, quo sentimus, viuimus, loco mouemur, intelligimus: postquam egit de potentia vegetatiue, sentiente, & intelligente: accedit nunc ad differendum de facultate loco motiue, quam ideò in extremam libri partem vltra sensuum, & intellectus tractationem reiecit: quia hæc motio non perficitur nisi aliqua vel sensus vel intellectus notitia præeunte. Quærit ergo de potentia motrici non quauis: sed quæ principium est progressionis, & incessus animalium: vtrum ea sit aliqua animæ pars, seu facultas: an ipsa animæ subsistantia: rursusq; si potentia animæ constituenda sit, vtrum a cæteris distinguatur, necne. *Institutum huius cap.*

---

b *Atq;* hic existit continuò dubitatio, dubitabit- Text. 41.
que non iniuria quispiam, quomodo partes animæ, & quot oporteat dicere: nam infinitæ quodammodo, & non eæ solùm esse videntur quas dividendo quidam dixerunt, rationis, quam participes, & sentiendi, ac cupiendi principium, vel vt alij, rationis participes, & rationis expers. Per differentias enim, quibus hactenus diuiduntur, & separant partes, & aliæ partes esse videntur, quæ maiorem inter sese, quam dictæ distantiam habent. Vegetatiua, inquã, quæ quidem & plantis, & vniuersis animalibus inest. Et sensitiua, quam nec vi rationis expertẽ, nec vi eiusdem participem quisquam facilè ponet. Præterea imaginatiua, quæ ratione quidem ab omnibus est diuersa, cui verò sit iungenda, vt sit idem, quod illa, aut à qua seiungenda, vt sit alia ab illa, magnam dubitationem habet profectò, siquis scientiæ animæ partes, separatas, & alias, diuersasq; esse dubio ab vniuersis esse videtur. Absurdum autem est hanc à cæteris antellere partibus: sit enim & in participe rationis voluntas, & in ratione vacãs cupiditas, atq; ira. Quòd si res ita partes diuidatur anima, in vnaquaq; profectò partiũ inerit appetitus. c *Sed vt* Text. 42.
redeamus vnde digressi sumus, quid est id, quod mouet ipsum animal loco, quo de nunc disputatio nostra est? instituta? motus aut, eo, quo incremẽta, decrementaq; fiunt, quidẽ omnibus animalibus inest, sed motus ipse videtur, quod vni- Text. 43.
uersis inest eisdẽ: principiũ, inquã generandi, ac nutriendi. De respiratione aũt expiratione ve, & somno, atq; vigilia posterius cõsiderare oportet. Nã & hæc ipsa magnã dubitationẽ, difficultatẽq; habent. Nunc Text. 44.
est de motu ad locũ accõmodato considerandũ, quidnam in eadem sit, quod ipsum animal motu mouet progrediendi. Patet itaq; non esse ipsam potentiã nutriendi. Nam alicuius gratia semper hic motus efficitur, essq; cũ imaginatione, vel appetitu: nihil enim nã appetens aut fugiens hoc motu cietur, nisi forsitã vi. Præterea Platæ quoq; tali cieretur profectò motu, partibusq; aliquã ad hunc motũ, vt instrumẽtis haberẽt. Text. 45.

d *Pari*

---

b *Atq; hic existit continuò dubitatio.* ] Quia propositæ quæstiones expediri commodè non possunt, nisi priùs de facultatum numero constet, dubitationem interponit de animæ partibus, quot sint. Enim verò nec diuisio, quam Plato 7. de Republ. tradidit in iram, cupiditatẽ, & rationem: neq; illa, quam ipse Aristoteles vltimo cap. libri primi, & primo cap. lib. 6. Ethicorum affert, videlicet in rationis compotem, & rationis expertem, omnes animæ partes ambitu suo videntur coercere: quod adductis hinc inde rationibus pertractat. *Quæritur de partibus animæ quot sint numero.*

c *Sed vt redeamus.* Id, quod ad præsentem disceptationem attinebat, discussit, concluditq; vim mouentẽ non esse potentiam vegetandi, sentiendi, intelligendi, aut appetendi. Nam primùm quod nõ sit facultas vegetandi ex eo patet, quòd omnis motio est coniuncta ch imaginatione, & appetitu, cum sit ad fugiendum, prosequendúmve aliquid imaginatione perceptũ, & *Concluditur vim mouentẽ non esse potentiam vegetandi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



omnis fuga, & prosecutio ad appetitum pertineat: vegerandi verò actio non requirit imaginationem, & appetitum, cùm insit etiam plantis, quibus neutrum horum cõuenit. Item quia si mouendi & vegetandi potentia idem esset, sequeretur etiam stirpium genera quæ vegetandi facultate pollent, habere instrumenta ad progressionem idonea, quod falsum esse constat.

d Pari modo nec ipsam sentiendi vim motus huiusce principium esse constat: sunt enim animalia multa quæ sensum quidem habent, manenti tamen, & semper immotili sunt. Quòd si natura nihil facit frustrà, neq; necessarium quicquam omittit, nisi in animalibus membris capitis, ac imperfectis, atq; animalia hæc & perfecta sunt, & non membra capita, cuius id indicium est, & generant enim & stabunt, decrementaq; suscipiunt, haberent & eas ipsa profectò partes, quæ progredienti sunt instrumenta. e At verò neq; ratiocinãdi vis, & id, quod intellectus appellatur, principium est mouendi. Intellectus enim contemplatiuus nihil eorum, quæ sub actionem cadũt, contemplatur, neq; dicit quicquã omnino si sit fugiendum, aũ persequendum. At motus semper aut fugitiui, aut persequutis quippiam est. Actiuus etiam cum rem aliquam huiusce modi contemplatur, minimè iam fugere, aut persequi iubet, attamen fit res illa terribilis, sit, cer ipsum monetur, sine afficiens voluptate, pars aliqua alia corporis agitatur. Præterea intellectus nonnunquam iubet, ratioq; fugere aliquid, aut persequi dicit, at non obtemperat homo, neq; monetur, sed agit cupiditate, vt in ipso fieri solet incontinenti. Omnino aut persæpe sieri videmus, vt ne medetur ijs ce, qui medicinã habet, nec ijs ce conficiat statuã qui statuariã habet artẽ. Propterea quòd non ars ipsa, neq; scientia, sed aliquid aliud hanc habet vim, & potentiã, vt per ipsam artẽ aliquid scientiarũq; agatur. At verò nec appetitus auctus, atq; princeps huius est motionis: continentes enim quamquã appetãt, atq; cupiunt, nõ tamen agunt ea, quæ cupiunt, sed intellectum ipsum sequuntur, rationiq; obtemperant.

Text.46.

Text.47.

Text.48.

CAP.

*Probatur istẽ nõ esse potentiam sentiendi.* d *Pari modo nec ipsam.*] Eãdem ratione ostendit vim progrediendi non esse sensum, quia constat quædam esse animalia, quæ nõ mouentur loco, sed eadem fixa sede vitã agunt (Græci Zoophyta vocant, Latini plantanimalia nuncupare possunt) quæq; sensum habent, & tamen facultate loco mouendi prædita non sunt, cùm organa ad diuersa loca adeunda careant.

*Eandem distinguit ab intellectu.* e *At verò neq; ratiocinandi vis.*] Probat non eandem esse facultatem motiuam & intellectiuam, quia intellectus, vel actiuus est, vel contemplatiuus: neuter autem principium progressionis haberi potest: nõ contemplatiuus: hic enim, quia talis est, nihil quod in actionẽ cadit, considerat: progressio aũt non nisi fugientis, aut amplectentis actio est. Nõ practicus, quia hic sæpenumero quid amplectendum aut declinandum sit proponit, nec tamen actio sequitur, vt patet in ijs, qui cupiditate magis, quàm ratione ducũtur. Postremõ, quod facultas mouens nõ sit appetitus, siue concupiscibilis, siue irascibilis, confirmat ex eo, quia sæpe inclinante appetitu ad aliquem motum, motus non exhibetur.

*Facultatem mouentem non esse appetitum.*

CAP.

ΚΕΦ. ι.

Φαίνεται δὲ καὶ δύο ταῦτα κινεῖν, ἡ ὄρεξις, ἢ τοῦτο, ἂν μὴ τὸν φαντασίαν τιθῶμεν κίνησιν τινά· πᾶσα γοῦν ἡ παρὰ λόγον ἐπιθυμία ἄρχει τῆς φαντασίας, καὶ οὐ τῆς διανοίας ἐστὶν ἡ βούλησις· ἀεὶ γὰρ ἡγεῖται τοῦ ἐπιθυμοῦντος ὀρεκτικὸς νοῦς ὢν

CAPVT X.

Videntur 2. igitur duo hæc esse mouentia, vel appetitus, vel intellectus, si quis imaginationẽ, vt quãdã intellectionẽ esse ponat. Nã et homines magis imaginationẽ, si scientiã pterq; sequũtur, ex eo genere animalib. nõ intellectus, neq; ratio, sed imaginatio inest. Hæc igitur ambo, intellectus et appetit⁹, mouẽdi motu dictio principia sunt. Intellectus Text.49.



## CAPITIS DECIMI EXPLANATIO.

*Ostenditur hoc cap. quæ sit vis mouens.*

Videntur 2 igitur duo.] Capite superiori docuit, quid non esset vis mouendi, nunc quid sit, ostendit. Sit quoniam facultas motrix aut est dirigens, aut impellens, aut exequens, docet quænam sint principia, à quibus potentia motum exequens dirigitur, & impellitur. Statuit ergo intellectum practicum, & appetitum esse principia motus progressionis, monetq; nomine intellectus practici comprehendi quoque imaginationem, eò quòd inter se munere consentiant. Vt enim homines ad motum, omnemque actionem ratione diriguntur, sic brutæ animantes imaginatione: ac nonnunquam etiam homines, cùm animi perturbatio rationem vincit. Hoc verò assertum probat, quia tam appetitus, quàm intellectus spectant aliquẽ finem motu progressionis obtinendum. Aduerte autem intellectum practicum esse dirigens: appetitum verò principium impellens, quia ad intellectum practicum pertinet quid fugiendum amplectendúmve sit proponere, & appetitus officium est rem obiectam fugere, vel amplecti. Ait quoque intellectum, qui monet, ratiocinari ob aliquid: quia contemplatiuus propter se speculatur veritatem; practicus autem gratia operis; siquidem omnis appetitio fertur in aliquid assequendum, & intellectus practicus est, qui mouet appetitum, vnde & appetibile dicitur finis, à quo intellectus practici considératio incipit.

*Intellectum practicum & appetitũ esse principia motus progressionis.*

b *Intellectus igitur rectus est omnis.*] Ex dictis occasionem sumit explicandi cur interdum in appetitionibus moribusque erremus, asserens in primis intellectum omnem rectum esse, quod interpretandum est de assensu communium principiorum, siue ad contemplationem pertineant, vt, Omne totum est maius sua parte; siue ad actionem, vt, Nulli nocere fas est. Itaque circa ea prima principia nullus contingit error, sed neque in ijs, quæ è primis principijs practicè deducuntur, cum recte ac solerter, quid amandum fugiendumve sit consideramus. Sic demum appetibile semper mouet, sed hoc aut simpliciter bonum est, cum rectæ rationis iudicio regulæque respondet: aut solam speciem boni gerit, qua nihilominus appetitum ad se allicit: nisi enim vt bonum & appetibile repræsentetur, nullam efficit motionem, quod certè arguméto est appetitum inter alia, quæ in ipso animali interiùs mouent præcipuum locum tenere.

*Circa primæ principia errorem nullũ cõtingere in intellectu. Appetibile aut bonum est, aut apparenter bonum.*

c *Constat enim eos oportere.*] Reijcit Platonicam diuisionem facultatum animæ in vim rationis, iræ & cupiditatis, propterea quod manifestum sit plures esse animæ potentias, nimirum vim nutriendi, sentiendi, intelligendi, deliberandi, appetendi. Vbi aduerte quod ait, potentiam intelligendi & deliberandi magis inter se differre, quam facultatem irascendi & cupien-

*Quæ ratione potentiæ*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Intelligendi & liberandi distinguũtur.* di, interpretandum id esse ex parte obiecti, quatenus simplicium intellectus circa vniuersalia & sempiterna versatur, deliberatio verò circa singularia: & quæ aliter se habere possunt, re enim vera vna & eadem potentia est, quæ intelligit, & deliberat.

d Cùm

[illegible]

ΚΕΦ.

*nimæ diuidunt, si modò potentias ipsas diuidant, atque separent complures ipsas esse concedere oportebit principium sentiendi, intelligendi, deliberandi, & appetendi: hæc enim plus inter se differunt, quàm potentia cupiendi, ac irascendi.* d *Cùm autem appetitiones inter sese contrariæ fiant, quod quidem tum fit, cùm ratio cupiditatesque contrariæ sunt, idque fieri solet in his, quæ sentiunt, atq; percipiunt tempus (mens enim ob futurum retrahere iubet: cupiditas verò præsens ipsum persequitur: nam quod iam afficit voluptate, id & simpliciter afficere voluptate & absolutè bonum esse videtur, ex eo sanè, quia futurum non perspicitur.) Specie quidem vnum id est profectò, quod mouet, ac pertinens, inquam, vt appetitiuum est; atque appetibile omnium est mouentium primum (hoc enim mouet, & non mouetur mente, aut imaginatione perceptum) numero verò plura sunt ea, quæ mouent.* e *At verò cùm tria sint in animalium motu: vnum id, quod mouet: secundum id, quo mouet: & tertium id, quod mouetur; atque id, quod mouet, sit duplex: nã aliud est immobile, aliud mouet, atque mouetur, immobile quidem id bonũ est, quod sub actionem cadit; id verò quod mouet, atque mouetur, immobile quidem id bonum est, quod sub actionem cadit; id verò quod mouet, atque mouetur, est ipsum principium appetendi (mouetur enim id, quod appetit, ex ratione, qua appetit; & appetitio est motus quidam, vel operatio) id autem, quod mouetur, est animal ipsum: at quo mouet appetitus, vt instrumẽto, id iam corpori tribuendum est. Quocirca de ipso nunc est contemplandum, cùm de communibus animæ corporisve operibus atque officijs contemplabimur.* f *Nunc vt in summa dicamus id, quod mouet, vt instrumentum, ibi est collocandum, vbi idem principij rationem finisve subit, vt in cardine fit: hinc enim connexum, & concauum est, quorum alterum finis, alterum principium est. Quapropter alterum quiescit, alterum mouetur. Sunt ratione quidem diuersa, magnitudine verò non separantur: vniuersa namque pulsu tractuque mouentur. Idcircò oportet perinde atque in circulo aliquid manere, & hinc incipere motum. Omnino igitur, vti diximus, hoc sui ipsius motiuum est animal, quo est appetitiuum. At appetitiuum sine imaginatione non est: omnis autem imaginatio aut rationis est particeps, aut est sensitiua, atque huius & belluæ participes sunt.*

Text.53. Text.54. Text.55. Text.56.

CAP.

d *Cùm autem appetitiones.*] Declarat quinam appetitus hominem moueat, aiens esse duplicem: superiorem, qui rationem sequitur, & inferiorem, qui phantasiæ ductu agitur: id autem probat ex contrarijs actionibus circa idem obiectum, quas eodem tempore elicimus. Visitur autem hæc appetitionum repugnantia in homine duntaxat, quia solus præsentis & futuri temporis disiunctionem exactè percipit.

e *At verò cùm tria sint.*] Colligit ea, quæ cernuntur in animalium motione, tria esse. Primum est id, quod mouet: secundum id, quo mouet: tertium, quod mouetur. Rursus id quod mouet duplex est; aut enim est immobile, aut ita mouet, vt moueatur. Immobile est ipsum appetibile. Quod mouet, & mouetur, est appetitus, qui motus ab obiecto, mouet membra. Huic mouenti adde vim directricem, siue sit intellectus, siue phantasia, quæ ab obiecto per speciem mota appetitum mouet, cùm nihil nisi cognitum appetamus. Id autem quod absolutè dicitur mouens, est animal. Denique id, quo mouet, est pars corporis, qua motio administratur.

*In animalium motu reperiuntur tria.*

f Nu



f *Nunc vt in summa.*] Breuiter quid de organo assertionis asserendum sit, colligit: docens id ibi esse oportere, vbi est principium & finis motus: itemque debere immobile esse. Quod exponit similitudine cardinis, quo ostium innititur: namque circa concauum ipsius cardinis, & connexum forium, motus inchoatur, & finitur: quia fores in cardine circumuoluuntur, nec aliorsum oberrant. Idem quoq; humani corporis fabrica ostendit. Namque in commissura ossium, vnius ossis connexum alterius concauo ita assuitur, vt vno quiescente, alterum moueatur. Ita verò necessum est, vt omne, quod mouetur, super aliquo fixo & immobili cieatur, atque adeò ibidem initium & terminus motionis sit, sic in incessu, vno pede consistente, pergit alter. Porrò ex his compertum esse vult Aristot. cor, vel proportionale cordis esse commune organum motus in animalibus, quia in medio, quasi in centro sphæræ consistens, licèt perpetuo motu agitetur, quodammodo quiescit, quatenus eidem parti corporis semper adhæret, & à nullo alio motum accipit. Itaque conuenit cordi motus principium, quatenus omnibus membris spiritus vitales & calorem impertit: simulque in eo motionis terminus visitur, quia ita mouet, vt prædicto modo quiescat.

*Organũ progressionis ibi esse vbi principium & finis est motus.*

CAP.

ΚΕΦ. ια.

[illegible]

ΚΕΦ.

## CAP. XI.

AT *enim considerandum est etiam quidnam sit id, quod imperfecta animalia motu ciet, quibus sensus inest tantummodò tactus, atque inuestigandum est, si his etiam insit imaginatio cupiditas ve, nec ne: & enim dolor atque voluptas his inesse videtur, quòd si hæc insunt, & cupiditatem necesse est eisdem inesse. At quonam pacto his imaginatio inesset? An asserendum est, vt videtur, hæc & in his inesse; imaginationem, inquam, atque cupiditatem: verùm vt indeterminatè mouentur, sic & hæc ipsis insunt indefinitè.* a *Imaginatio igitur sensitiua ratione etiam expertibus, vti diximus, animalibus inest. At deliberatiua his inest tantùm, in quibus ratio inest: nam verùm hoc agat, an hoc, rationis iam opus, atque officium est: atque necesse est vno quodam metiri; maius enim persequitur: quare potest vnum ex pluribus phantasmatibus facere. Et hæc est causa sanè cur non omnis imaginatio videtur opinionem habere, quia eam, quæ est ex ratiocinatione non habet: at hæc illam nimirum habet. Quapropter deliberatiuum appetitus non habet.* b *Vincit autem interdum appetitus, mouetque voluntatem: interdum hæc illum, appetitus, inquam, appetitum, vt sphæra, cùm incontinentia fit: atque semper superior magis est princeps, mouetque natura. Quo fit, vt tres iam motus efficiantur. Ea verò ratio, cui scientiæ tribuuntur, non mouet, sed manet. Cùm autem existimationum ac rationum alia sit vniuersalis, alia singularis (illa namque dicit, omne bonum honoribus esse afficiendum, hæc verò dicit me bonum esse) Hæc iam opinio mouet, non illa vniuersalis, quin potius ambæ mouent: at illa quiescens magis: hæc autem non quiescens.*

Text.57. Text.58.

CAP.

## CAPITIS VNDECIMI EXPLANATIO.

DIfferuerat Aristoteles superiori capite de principijs motus animalium perfectorũ: quærit nunc an etiam imperfectis motrix facultas conueniat. Ac primùm docet, constare inesse illis appetitum: siquidem dolore voluptateq; afficiuntur: vnde etiam liquet competere eisdem imaginationem; quia omnis appetitio cognitionem sequitur: non habere tamen perfectam imaginationem, sed indefinitam, cùm vel sede stabili degant, vel appulsu iucundi & molesti non ad certum aliquem locum, sed indefinitè cieantur.

*Animalibus imperfectis suum inesse appetitum.*

a Imagi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



*In homine ratio deliberans est primum motus principium.* a *Imaginatis igitur.*] Regreditur ad declarandum primum principium motus in hominibus, aitque esse rationem deliberantem, quæ solis animalibus iudicio & intelligentia præditis conuenit: quia consultare quidnam fugiendum amandúmve sit, opus est altioris ordinis, quàm vt brutis accommodari possit. Monet autem in deliberatione accipiendum esse vnam regulam, vel finem, aliquódve eiusmodi, quo metiamur quid potiùs agendum sit, quandoquidem in id quisque fertur, quod maius præstantiúsve æstimat: id verò non nisi secundùm aliquam mensuram, hoc est, secundùm accessum ad id quod præcellentius est, dijudicari solet. Vnde planum est, inquit, rationem deliberantem è pluribus vnum facere, quatenus vnum cæteris anteponit. Namque è tribus, quæ se illi offerunt, alterum reijcit, altero vt mensura vtitur, tertium approbat amplectiturque. Atque hæc causa est, cur brutis non conueniat opinari: quia licèt habeant phantasiam, nō tamen vti possunt syllogismo, per quē vnum alteri præferendum concludant.

*Brutis non conuenit opinari.* b *Vincit autem interdum.*] Monet interdum deliberationem rationis ab inferiori appetitu vinci, quanquam deliberationis vis suapte natura inferiorem appetitum regit, ac mouet: sicuti & in cœlesti motu superiores globi subiectas sibi sphæras circumuehunt, quæ mouendi ratio maximè ordinata est, cùm natura poscat, vt infima altioribus pateant, eorumque vim & imperium sequantur.

CAP.

ΚΕΦ. ιβ.

[illegible]

ἐχ

## CAP XII.

Necesse est igitur omne, quod viuit, animamque habet, nutriendi vim habere ab ortu, generationéve vsque ad interitum, corruptionémve suam: necesse est enim omne quod est, ortum, accretionem, & statum, & decretionem habere, quæ quidem, vt patet, sine nutritione fieri nequeunt. Necesse est igitur vniuersis his, quæ accrescunt, atque decrescunt, inesse potentiam nutriendi. At non in omnibus viuentibus necesse est sensum esse: etenim neque ea possunt tactum habere, quorum corpus est simplex, quæque non sine materia, formarum sunt susceptiua: neque fieri potest, vt sine hoc sensu animaliū quicquam in rerum sit ratione. a Animal autem necesse est sensum habere, si nihil facit frustra natura: nam vniuersa, quæ natura conficiuntur, gratia sunt alicuius, aut sunt casus eorum, quæ alicuius causa sunt. Si igitur corpus, quod habet vim gradiendi, non haberet sensum, corrumperetur sanè & non ad suum proficisceretur, peruenirétque finem, quem quidem opus esse naturæ constat. Quo namque pacto nutriretur? Immobilibus enim adest nutrimentum in eo loco, vbi sunt orta, quo nutriri possunt suapte natura. Text. 59. Text. 60.

b Fieri

## CAPITIS DVODECIMI EXPLANATIO.

Comparat hoc capite inter se facultates animæ, vt pateat quem ordinem inter se habeāt, quę necessariæ, quæúe vtiles tantùm sint. Statuit igitur duas conclusiones, quarum prior ita se habet: Omne viuens quandiu viuit, vegetandi, seu nutriendi facultate pollet: sensu verò solæ animantes indigent. Hanc quoad priorem partem suadet, quia necesse est quodlibet viuens primò augescere, tum stare, postremò imminui, id est, quia oportet vt ad perfectionem magnitudinis assequendam moueatur, & ea obtenta aliquantulum consistat, ac tandem vrgente senio in deterius ruat. Quod non nisi interuentu nutritionis fit. Quoad posteriorem verò partem, quia corpora non perfectè composita, vt plantæ, in quibus terræ concretio nimis dominatur, nequeunt habere tactum, qui omnium sensuum primus, ac reliquorum fundamentum est; siquidem tactus mediocritatem quandam exigit, & nonnullam euocationem à materia, vt formas sensibiles recipiat.

*Omne viuens nutriendi facultate esse præditum.*

*Sola animātia indigere sensu.*

*Animalia omnia gustu & tactu præditæ.* a *Animal autem.*] Secunda conclusio: Omnia animalia tactu & gustu, qui tactus quidam est, prædita sunt. Hanc probat, quia in natura nihil temerè accidit, sed omnia ad aliquem finem tendunt, quare animalia, quę loco mouentur, necessariò progrediendi facultatem ob aliquem finem obtinebunt, vtique ad salutaria consectanda & declinanda noxia: atqui hoc pręstare non possent,



possent, nisi tactu & gustu prædita essent: habent igitur hos duos sensus. Quòd si quis obijciat, conchylia & quæcunque saxis adhærescunt, non moueri loco, & nihilominus viuere ac sentire. Occurit huiusmodi animantes haud quaquam, egere facultate loco motrici, quia alimentum coniunctum habent, cæteræ verò longè positum, quod proinde motu inuestigare debent. *Obiectio.* *Dilutio.*

b Fieri

[illegible]

ΚΕΦ.

b Fieri autem nequit, vt corporum quicquam mobile, atque ortum, animam quidem habeat, discernentemq; mentem, sensu autem vacet. Cur enim nō habebit? aut enim animæ, aut corpori id ipsum melius erit. At neutri videatur melius esse: illa namque ob hoc non intelliget magis; illud autē non ob ipsum magis persistet. Nullum igitur, vti diximus, non immobile corpus habet animam absque sensu. Atqui si sensum habet, necesse est ipsum vel simplex corpus, vel mistum esse. Sed fieri non potest, vt sit simplex: non enim tactum habebit. At hunc sensum inesse necesse est; c quod quidem ex hisce perspicuum euadere potest. Nam cùm animal omne corpus sit animatum, corpusq; omne tangibile sit, tangibile autem sit id, quod est sensibile tactu, necesse est & animalis corpus vim habeat sentiendi tangendo, si debeat ipsum animal conseruari. Cæteri namque sensus per alia quædam externa sentiunt, odoratus, inquam, visus ac auditus: tangent autem, nisi sensum habeat, nō poterit alia quidem fugere, alia autem capere. Quod si ita sit, fieri non potest, vt ipsum animal conseruetur. Quapropter & ipse gustus, quasi tactus est quidam: est enim alimenti sensus: at alimentum corpus est, quod tactu percipitur. Sonus autem & color, & odor non nutriunt, nec accretionem decretionémve faciunt. Quare necesse est ipsum gustum tactum quendam esse, quia rei tangibilis ac nutritiuæ est sensus. Hi igitur sensus necessarij sunt animali: atque perspicuum est fieri non posse, vt sit animal absque tactu. At cæteri sensus boni sunt gratia, & definito iam generi, non cuiuis animalium sine vllo discrimine, sed cuidam, vt gradienti, necesse est insint: nam si conseruari debeat non solùm tangendo, sed eminùs etiam sentire ipsum oportet. Quod quidem erit, si per externum sentire medium possit hoc pacto, vt à sensibili quidem medium, ab hoc autem ipsum patiatur, ac moueatur. Nam vt in motu ad locum accommodato fieri solet, cùm per multa efficitur (primum namque mouens pellit secundum, pellendoq; facit, vt illud pellat id, quod deinceps post illud est collocatum: sicq; hoc pacto motus per medium: atque primū quidem pellit, & nō pellitur: vltimum autem pellitur, & nō pellit, medium verò pellitur, atq; pellit: & interdum plura sunt media, interdum pauciora) sic & in alteratione fieri solet, hoc excepto dumtaxat, id, inquam, quod alterat eodem in loco manere: Veluti si quispiam in ceram tinxerit, vsque ad id mota est, vsque quò tinxit: lapis autem non mouetur; at aqua ad distantiam longam; aer autem ad longiorem mouetur, atque agit, & patitur, si maneat, sicque vnus & non diuisus. Quapropter & de reflexione melius est aerem à figura coloreque pati, quo vsque sit vnus (est autem vnus in ipso læui) quàm egredientem visionem frangi, atque reflecti censere. Quæ circa rursus hic mouet visum, perinde atque si signum, quod in ceram imprimitur, transmitteretur vsque ad finem. Text. 61. Text. 63. Text. 64. Text. 65.

CAP.

b *Fieri autem nequit.*] Diceret aliquis gradientia si intellectrici vi affecta sint, posse per eam iucundum ac molestum dijudicare, atque adeò non indigere sensu. Respondet fieri non posse, vt vllum corpus mentem habeat, & sentiendi facultate non polleat, quia alioqui talis animæ & *Fieri nequit vt corpus habeat mentem.*

L corporis

Universidad de Deusto Biblioteca



*nem, & sensibus nō polleat.* corporis vnio neq; in animæ, neq; in corpore bonum caderet. Non in bonum animæ, quia anima intellectiua ideò corpori vnitur, vt sensuum ministerio rerum notionem sibi compararet, qui finis tunc cessaret: non in bonum corporis, quia non ob id corporis compago firmior, aut diuturnior efficeretur.

c *Quod quidem ex.*] Iterum suadet tactum & gustum omnibus inesse animantibus, nō ita verò reliquos sensus auditum, aspectum, olfactum: qui animali non dantur ob necessitatē, sed vtilitatem, atq; iis potissimùm competunt, quæ progressionem subeunt; dantur enim à natura ad ea, quæ procul sunt percipienda. Vnde eorum obiecta priùs medium externū immutant, deinde per id ad sensiteria sui imaginem traijciunt. Quo autem pacto intelligendum sit gustum inesse omnibus animantibus, quæ nam eius sit necessitas, iam alibi in hoc opere posuimus. *Lib. 3. cap. 1. quæst. vnic. art. 2.*

ΚΕΦ. ιγ.

[illegible]

## CAP. XIII.

*Atqui perspicuum est, fieri nō posse, vt corpus animalis sit simplex, igneum, inquam, aut aquæ, aut aereum. Nam nullus aliud absque tactu haberi potest: corpus enim animalis omnis, vt dictum est, vim habet sentiendi tangendo: Cætera autem elementa, præter terram, instrumenta sensus fieri possunt. Atque omne tale per aliud sentiendo sensum nimirum efficit, & per media: at tactus in tangendo sensibilia sua, consistit. Quapropter & hoc nomine nuncupatur. Atque tametsi cætera quoque sensuum instrumenta tactu sentiunt, tamen per aliud medium sentiunt: at ipse tactus per se ipsum solus sentire videtur. Quibus efficitur, vt nullum talium elementorum corpus sit animalis. At verò neque terreum esse potest: tactus enim veluti mediocritas est omnium tangibilium: & instrumentum ipsius non modò terræ differentiarum est susceptiuum, sed etiam calidi frigidique, cæterorumque omnium tangibilium: & ideò neque ossibus, neque pilis, neque talibus partibus vllis omnino sentimus, quia terrea sunt. Hinc & Plantæ omnium sensuum sunt, vt pates, expertes, quia & ipsæ terreæ sunt. At absque tactu fieri non potest, vt alius quisquam sit sensus, huius autem instrumentum sensus, neque terræ est, neque cæterorum vllius elementorum.* Text. 66. *a Hæc cùm ita sint, patet animalia necessariò mori, cùm hoc solo sensu tactus priuantur; neque enim fieri potest, vt hunc sensum non animal habeat, neque si animal est, alium sensum præter hunc habere necesse est. Et propterea fit, vt cætera quidem sensibilia non corrumpant suis exuperantiis animal, color, inquam, sonus & odor, sed ipsa tantum sensuum instrumenta nisi per accidens; vt si simul cum sono pulsio ictusque fiat, etsi à rebus, quæ videntur, atque ab olentibus, alia moueantur, quæ tactu corrumpunt: sapor etiam hoc sanè corrumpit, quo simul accidit ipsum tangibile esse. Exuperationes autem tangibilium, vt calidorum, frigidorum & huiusmodi ipsum interficiunt, atque interimunt animal. Exuperatio enim sensibilis cuiusuis sensus destruit instrumentum, atq; deuastat. Quare & tangibile exuperans ipsum destruit tactum.* Text. 67. *At hoc sensu definitum est animal, sine namque tactu fieri non posse, vt sit animal demonstrauimus. Quamobrem exuperationes eorum, quæ tactu percipiuntur, non solùm instrumentum ipsius sensus, verum etiam animal ipsum interimunt, atque corrumpunt: quia necesse est animal hunc solum habere.* Text. 68. *Cæteros autem sensus animal habet, non vt sit, sed vt benè sit, vt antea diximus: visum enim habet, vt videat, quoniam & in aere, & in aqua, & omnino in perspicuo degit. Gustum autem ob id, quod voluptate afficit, aut dolore, vt in alimento ea sentiat, & cupiat, ac moueatur, & auditum vt aliquid significetur. Linguam præterea, vt ipsum aliquid alij per ipsam significet.*

CAP.



## *CAPITIS DECIMITERTII EXPLANATIO.*

*1 Conclusio.* Repetit illustratq; hoc capite duplicem conclusionem. Prima est, nullum animal esse corpus simplex, aut vno elemento constans: sed ex omnium permistione concretum. Hanc probat, quia omnibus animantibus competit sensitiuum tactus, quod simplici elemento constare non potest, cùm mediocritatem & temperationem exigat, quæ in compositis duntaxat visitur. Vnde ea, quæ terrestri materia nimis abundant, sensu carent, etsi vegetentur, sicuti plantæ, & his vicinia, cognatave, vt capilli & ossa.

2 *Hæc cùm ita sint*] Secunda conclusio est; Animal tactu destructo statim interire. Hanc suadet, quia nihil magis animantibus necessarium est, quàm huiusmodi sensus, cùm reliqui dati eis fuerint à natura, vt meliùs & commodiùs possint viuere, siue ad ornatum & meliorem notam. Atque ex prædicta tactus necessitate fit, vt exuperantia obiecti tangibilis per se corrumpat animal, quatenus dissoluit temperiem tactus; exuperantia verò reliquorū sensibilium non nisi ex accidenti; cùm videlicet tact[illegible]ualitates pariter inuehit, quarum excessus non solùm eiusmodi sensuum instrumenta, sed ipsum quoque organum penitus labefactat.

## QVAESTIO I.

### DISTRIBVATVR'NE RECTÈ *appetitus in intellectiuum & sensitiuum.*

### ARTICVLVS I.

### VIDERI NON RECTÈ *distribui.*

*Qui sit appetitus naturalis.* Quæ proximis capitibus de appetitu & vi motrici disseruit, expendenda à nobis hoc loco sunt. Atq; in primis quæstionem propositam de eo tantùm appetitu excitamus, qui cognitionem sequitur. *Appetitum non distribui in intellectiuum & sensitiuum.* Constat enim præter appetitum sensitiuum & intellectiuum, alium quoque dari tam animatis, q̃ inanimatis rebus communem, quem naturalem vocant, qui nihil est aliud, q̃ inclinatio, qua vnumquodque, nulla præeunte notitia, fertur in id, quod sibi conueniens est, vt propensio materię in propriam formam, qua de re lege D. Dionys. 4. cap. de Diuin. nom. D. Thomam in quæstionibus de Veritate, quæst. 25. artic. 1. & 1. par. quæst. 78. art. 1. & 1. 2. quæst. 26. art. 1.
*Probatur 1.* Quòd igitur appetitus etiam hac limitatione sumptus non rectè dispertiatur in sensitiuum & intellectiuum, hisce rationibus videtur ostendi: Potentiæ distinguuntur per obiecta; atqui hi duo appetitus in idem obiectum feruntur; non sunt ergo potentiæ diuersæ. Probatur minor, quia vter-
2. que est inclinatio in suum bonum, eoq; adepto similiter delectationem capit. Secundo, sicuti apprehensionem sequitur appetitio, ita appetitionem motio ad locum: sed facultas loco mouens non est diuersa in iis, quæ ratione carent, & quæ ratione prædita sunt; er-
3. go nec facultas appetens. Tertiò, Vis cognoscens nec appetitus sensitiuus est, nec intellectiuus, & tamen est appetitus: ergo diuisio illa non est perfecta. Probatur minor, quia perturbationes, seu passiones animæ sunt propriæ appetitus, & tamen hæ ad cognoscentem vim spectant: nam ægritudo, teste Cicerone 4. Tusculanarum quæstionum, definitur Opinio recens mali præsentis, in quo demitti contrahive animo rectum esse videtur. Lætitia opinio recens boni præsentis in quo efferri rectum censetur. Metus opinio impendentis mali. Denique vnaquæque cæterarum affectionum dicitur opinio, siue existimatio; quæ, vt planum est, non nisi ad potentiam cognitricem spectat. Adde quòd auctore D. Augustino lib. 12. de Trinit. cap. 12. serpens, qui primis parentibus peccatum suasit, adumbrabat, significabàtve appetitū sensitiuum; at persuadere ad vim cognoscentem pertinet. Quartò, Admiratio & risus sunt affectiones alicuius appetitus; sed non intellectiui, aut sensitiui: ergo alterius. Quare ex vna parte videntur plures distinguendi appetitus, ex alia pauciores.

### ARTICVLVS II.

### CONSTITVITVR PARS *affirmatiua quæstionis.*

Asserendum tamen est cum Aristotele hoc in libro, capite 10. text. 17. & libro primo Magnorum moralium, capite decimoseptimo & communi schola Philosophorum, duplicem in nobis dari appetitum; vnum intellectiuum, qui videlicet intellectus notitiam sequitur, vociturque voluntas: alterum sensitiuum, quem præit interni sensus cognitio. *Vnica assertio.* Probatur autem hæc assertio. Primùm quod ad appetitum intellectiuum, quia constat appeti à nobis res spiritales & communes, in quas organi corporei facultate ferri non possumus; cùm hæc ea tantùm prosequatur, quæ phantasia obiicit, phantasia verò nec spiritalia, nec vniuersalia obiecta percipit. Quare necessariò danda in nobis erit aliqua vis appetens, quæ ductu intellectricis cognitionis moueatur, hæc autem est voluntas. Deinde q̃ præter hanc alius sit appetitus, nempe sensitiuus,

Universidad de Deusto
Biblioteca



sitiuus, qui in sola singularia sensibilia tendat, A suadetur; quia videmus brutas animantes salutaria consectari, & declinare noxia; quæ functiones haud dubiè ab appetitu manãt. Inesse verò nobis non modo superiorem illum, sed etiam hunc inferiorem appetitũ, planum est, tũ quia naturam sensitiuam communem habemus cum belluis; proindeque si illis, etiam nobis hęc facultas competeti tum quia, vt Aristoteles capite 10. argumentabatur, experimur in nobis simul vnius eiusdemq; rei appetitionem & fugam; cùm, verbi gratiã, appetitus aliquod bonum delectabile appetit, voluntas autem id ipsum repudiat, & insurgentem alia ex parte eius appetitionem cohibet; qui actus cùm ab eadem potentia elici nequeant, euidens est argumentum duplicẽ insidere nobis appetitum, à quo illi manent.

*Distinguitur specie appetitus intellectiuus et sensitiuus.*

Quòd autem prædicti appetitus naturâ specieq; distinguantur, facilè ex dictis colligi potest, tum quia vendicant oblecta diuersa. C Nam voluntas fertur in bonum, tam vniuersale, quàm singulare; tam materia concretũ, q̃ materiæ expers; inferior autem appetitus in singulare ac materiale bonum duntaxat. Item quia voluntas est vis immaterialis, appetitus verò sensitiuus facultas corporea. Quæ verò huiusmodi sunt, in eandem specificam naturam conuenire nequeunt. Nec obstat q̃ Aristoteles loco proximè citato, text. 59. scripsit, has potentias esse vnum quid, numero D autem distingui. Nihil enim aliud ijs verbis indicare voluit, q̃ eas vnam communem genericamve rationem sortiri; nec tamen vnam esse alteram, sed duas re ipsa numerari.

## ARTICVLVS III.

### *QVIBVS INTER SE DIFferant appetitus sensitiuus, & intellectiuus.* E

*1. Discrimẽ. Obiectio.*

SVnt autem inter hos duos appetitus varia discrimina. Nam primùm voluntas rationis ductum sequitur, appetitus sensitiuus imaginationem, siue phantasiam. Sed obijciet aliquis hoc modo: Interdum voluntas contra rationis consilium iucunda sequitur, salutaria declinat, maximè verò cùm metus, cupiditas, cæteræque perturbationes, quasi venti F tempestates commouent: tunc enim piceis abscondita nimbis nec radios fundit ratio, nec vela gubernat; igitur non rectè diximus, *Dilutio.* voluntatem sequi ductum rationis. Respondendum, etsi voluntas non semper sese ad virtutis normam componat, & rectæ rationis consilium amplectatur, semper tamen sequi rationem, id est, id, quod ipsi intellectus proponit; siquidem, vt Diuus Augustinus lib. 10. de Trinitate, capite 1. ait, nihil volitum, quin cognitum.

Secundò differunt, quia actiones voluntatis sunt simpliciter liberæ, appetitus autem sensitiui non nisi adumbrata quadam & imperfecta libertate, & communicata aliunde, videlicet ob coniunctionem cum voluntate; quam libertatem proinde appetitus inferior in solo homine sortitur, nõ in brutis animantibus. quæ non sponte, sed naturæ impetu, ac necessitate operantur. Itaque repræsentato obiecto, integrum voluntati est nolle, aut velle, vel saltẽ actum suspendere (nisi id sit summum bonum clarè visum, quod ita ad se rapit, vt voluntas appetitionis & amoris actum neutiquam inhibere queat) at brutorum appetitus, quandiu ei phantasia rem vt iucundam & appetẽdam obijcit, necessariò in eam fertur, ideoque bruta, vt D. Damascenus lib. 2. Fidei orthod. cap. 27. inquit, potiùs aguntur, quàm agunt. Aduerte tamẽ quosdam esse actus voluntatis, quos Theologi vocant primò primos, qui tametsi nõ nisi præeunte cognitione exerceantur: quia tamen non liberum, sed subitum, ac necessarium rationis iudicium sequuntur, liberi non sunt, neq; in nostra potestate est eos suspendere. quod similiter dicendum est de ijs, quos pueri & amentes, ac cæteri, quibus rationis vsus impeditus est, administrant. Sed & hos aliquid obtinere libertatis nonnulli putant, qua de re alibi.

*2. Discrimẽ.*

*Voluntaria liberum circa obiectũ, quod nõ est summum bonum clarè visum.*

Tertiò, Voluntas est potentia immaterialis in animæ substantia insidens: appetitus sensitiuus est facultas corporea inhærens in materia; quo fit vt voluntas reflectatur supra suos actus, quia vult se velle: appetitus verò sensitiuus non item: quemadmodum & alibi de intellectu & internis sensibus dicebamus; *Hoc lib. c. 2. q. 1. art. 2.* ille enim conuertere supra seipsum potest; hi autem minimè; videlicet altioris negotij est hæc reciprocatio, quàm vt à re materiali fieri queat.

*3. Discrimẽ.*

Quartò, Voluntas, vti diximus, fertur tam 4. *Discrimẽ.* in singularia, quàm in communia: tam in ea, quæ materia vacant, quàm quæ in materiam sunt demersa; appetitus autem sensitiuus in singularia & materialia tantummodò; patet hoc ex ijs, quæ antè disseruimus. Appetitus enim sensitiuus cùm organo corporeo inhæreat, nequit vltrà singularitatem concretionémve materiæ sese attollere, sicuti nec imaginatio, quam præeuntem sequitur.

*5. Discrimẽ.*

Quintò, Voluntas per se, ac naturali ordine mouet appetitum sensitiuum, iuxta illud Genes. 4. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, quod trifariam præstat voluntas; vno modo interuentu notitiæ sensitiuæ, imperando videlicet sensui interno, vt ea apprehendat, quæ hunc illúmve affectum in appetitu commouere queant; verbi gratiã, vt de morte cogitet ad timorem excitandum, vel de re iucunda ad cupiditatem. Secundò, imperando immediatè ipsi appetitui, vt circa obiectum ei propositũ eliciat, continuet,

*Tribus modis voluntas mouet appetitum,*
*1.*
*2.*



nuet, cohibeátve actum. Quo pacto vir fortis, A vt docet Aristoteles lib. 4. Ethic. dum se ad fortiter pugnandum excitat, appetitui præcipit, vt irascatur. Tametsi appetitus non semper voluntati obtemperat, sed ei interdum renititur, iuxta illud D. Pauli ad Romanos 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Cuius rei causam explicat D. Th. 1-p. q. 81. art. 3. & in 1. 2. q. 9. art. 2. ex Aristotele 1. Politicorum c. 3. quia voluntas non dominatur appetitui despotico, herilive dominatu, sed regali, ac politico, hoc est, non vt seruo, qui domini mandata nõ detectant, sed vt ciues, qui nonnunquam renuunt. Tertiò, mouet voluntas, vt quidam volunt, appetitum per defluxum quendam, siue redundantiã; cùm scilicet ex acrimonia actus voluntatis redundat in appetitu sensitiuo cõsimilis motio circa eandem rem ob coniunctionem, & ordinem, quem hæ duæ potentiæ inter se habent. 3.

Quin verò non solùm voluntas appetitum mouet, sed reliquas etiam vires, quæ obedire aptæ sunt, nimirum, quia in omnibus potentijs actiuis ordinatis, ea, quæ vniuersalem finem respicit, excitat eas, quæ circa particulares fines versantur, vt tam in naturalibus, quàm in politicis rebus videre est. Nam corpora cœlestia, quæ cõmunem sublunaris mundi conseruationẽ procurant, cient inferiora corpora, quorũ vnumquodq; propriæ D speciei, atq; individui tutelam, ac salutẽ quærit; & Rex, qui in commune totius regni bonum incumbit, Dynastas, ac ciuitatum præfectos imperio suo mouet, qui rursum ijs, quos sibi subiectos habent, regiminis curam impendunt: obiectum autem voluntatis est bonum, ac finis in commune, siue in tota sua amplitudine, quælibet verò potentia tendit in aliquod bonum particulare sibi conueniens. Quare voluntatis erit excitare reliquas potentias ad suos actus præteriquã vires animæ vegetantis, quæ nostro imperio non subduntur. His adde potentiam motiuam, pro- *Quæ potissimũ à voluntatis imperio sint exempta.* ut actum suum exercet in corde, & arterijs: non enim hic motus à voluntate pendet. Lege D. Thomam 1. part. q. 82. art. 4. & de veritate q. 14. art. 1.

## ARTICVLVS IV.

### *DISSOLVVNTVR TRIA PRImi articuli argumenta.* F

*Ad primũ.*

NVnc primi articuli argumenta diluamus. Ad primum concessa maiori propositione, negãda est minor; & ad eius probationẽ quid dicendum sit, patet ex dictis. Ad secun- *Ad secundũ.* dum admittenda est maior; ad minorem dicendum in homine duplicem esse facultatẽ motricem: vnam organicam inhærentẽ mu-

*Vide primo articulo proposuimus, differendum à nobis hoc loco erit de admiratione, & risu, quorum sæpe in philosophorum scholis fit mentio. Ac quod ad primum attinet; cùm admiramur, occurrit obiectum aliquod insolitum, & nouum, seu quasi nouum. Interuenit etiam*

## ARTICVLVS V.

### *DISSOLVITVR PRIOR PARS quarti argumenti, agiturq; de admiratione.*

OCcasione vltimi argumenti eorum, quæ *Vide primo* *Lege Arist. 1. Metaph. c. 2. D. Damasc. lib. 2. fidei or-*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Rhodoxæ c.1. D.Th.1.par. q.105. art.7. ex.m.2. & 18. q.1. art.3 & in disputatis, quæst. de miraculis art.2.*

nit etiam ignoratio causæ eius, de re, vel conditionis alicuius, aut circumstantiæ ad eam pertinentis: vt cùm quis eclypsim Lunæ aspicit, neq; eius causam tenet; vel cùm aliquid suprà naturæ ordinem fieri videt, vt mortuũ reuocari ad vitam. Vnde quæ hoc modo fiunt, ab admiratione miracula dicuntur; licet enim à diuina virtute fieri sciamus; tamẽ perfecta diuinæ virtutis cognitio, & eius in operando modus, excedit captum nostri intellectus. Tertiò datur simul fixio quædam mentis, id est, fixa, & intenta consideratio talis rei cum suspensione animi. Si autem petas in quonam horum propriè admiratio consistat. Respondemus videri consistere in illa fixione mentis connotando suspensionem; licet præterea ignorationẽ superiùs explicatam, annexam interdum habeat inquisitionem latentis causæ, vel conditionis; aut circumstantiæ, quæ ad rem spectet, inde enim est quod

*Admiratio consistit in mentis fixione, cõnotando suspensionem animi.*

*Philosophiæ initiis dedit admiratio.*

philosophia ab admiratione ortum habuisse dicitur, nimirum quia intuiti sunt homines effecta, quorũ causas cum nescirent, primum suspensi tantisper fuêre, dum eiusmodi causas indagarunt; quod nõ est aliud, quàm philosophari, &c.

*Obiectio.* Obijcies tamen non videri obiectũ admirationi rectè constitui aliquid nouum, & insolitũ, quia in Christo Seruatore nostro fuit admiratio: siquidem, vt constat ex capite 7. Matthæi, miratus est Centurionis fidem; & tamen Christo nihil nouum, occultúmve accidere poterat.

*Diluitur.* Huic obiectioni occurrendum, licet Christo secundum alios modos multiplicis scientiæ, quam habebat, non potuerit esse aliquid nouum; potuisse tamẽ esse secundum scientiam experimentalem, qua id, quod iam ipsi alioqui erat notum, experimento compertum habebat, atq; hoc pacto fuisse in eo admirationẽ. Quem affectum ob id potissimum Christus assumpsit, vt nobis mirandum esse significaret, quod etiam ipse admirabatur, vt annotauit D. Thomas 3. part. quæstione 15. artic. 8. ex Diuo Augustino 1. super Genes. contra Manichæos.

His ita constitutis respondendum est ad priorem partem argumenti, cuius gratia hæc disputauimus, admirationem neque ad voluntatem, neq; ad appetitũ sensitiuum pertinere, sed ad intellectum, vt ex dictis constat. Neque officit quod D. Damasc. lib. 2. fidei orthodoxæ capite 15. definijt admirationem metum ex imaginatione vehementi, metus verò affectio est appetitus: sumpsit enim eo loco admirationem paulo latiùs, sicuti & Aristoteles 4. Ethicorum c. 3. cùm ait magnanimum nõ esse admirabundũ; vel dicito admirationem propterea dici timorẽ, quia admirans rei nouæ, & insolitæ magnitudine oppressus cõsiderationẽ timet, ac refugit, vt D. Thomas 1.2. q. 41. art. 4. ait. At dicet aliquis

*Quo sensu admiratio dicatur metus.*

A qui fieri possit, vt qui admiratur, cõsiderationem fugiat, si consideratio philosophica ab admiratione orta est? Respõdet eodem loco D. Thomas admirabundum refugere in præsenti considerationẽ iudicatiuam, id est, non audere ferre iudicium de eo, cuius admiratione tenetur, quia sententiæ suæ defectum, & errorem timet; disquirere tamen, & indagare, vt possea re inspecta, iudicet, atq; hoc modo admirationem principium esse philoso-
B phandi, vt paulo antè diximus.

Quæri etiam solet, cùm admiratio cõsistat habeatq; ignorantiã, qui fiat, vt, docente vt Aristotele primo Rhetor. c. 11. admiratio de- lectationis causa sit? Huic quæstioni respon- det D. Thomas 1.2. q. 32. art. 8. his verbis. Est admiratio desiderij quoddã sciendi: quod in homine cõtingit ex hoc, quòd videt effectũ, & ignorat causam; vel etiã ex hoc, quòd causa talis effectus excedit cognitionẽ, aut facultatem ipsius, & ideo admiratio est causa delectationis, in quantum habet adiunctã spem eam consequendi cognitionẽ eius, quod scire desiderat, & propter hoc omnia admirabilia sunt delectabilia: sicut quæ sunt rara, & omnes repræsentationes rerũ etiã, quæ in se non sunt delectabiles; gaudet enim anima in collatione vnius ad alterũ, quia cõferre vnũ alteri est proprius, & cõnaturalis actus rationis, vt Philosophus dicit in sua poëtica: & propter hoc etiã liberati à magnis periculis magis est delectabile, quia est admirabile: vt dicitur in primo Rhetoricorũ. Hæc D. Thom. qui, vt vi-

*Cur admiratio sit causa delectationis.*

*In sententia D. Th. admidi, quod tamen supià minùs probauimus; etsi ratio perfortassis nõ multùm referat, hoc ne, an illud dixeris. Iuxta hanc D. Thomæ sententiã di- cendũ erit admirationẽ formaliter pertinere ad appetitum intellectiuũ, licet inuestigatio causæ illam concomitans spectet ad vim intelligendi.*

---

## ARTICVLVS VI.

### *DILVTIO ALTERIVS PARTIS eiusdem argumenti, disputatio de risu.*

VEniamus nunc ad alteram eiusdem argumenti partem, quæ discutiendũ nobis exhibet quidnam risus sit, aliàs; ad eum attinentia. Quæstio certè minimè ridicula, & quæ philosophos non parum exerceat, de qua est illud Ciceronis secundo de Oratore. Quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, vbi sit, quomodo exiliat, atq; ita repente erumpat, vt eum cupientes tenere nequeamus, & quomodo simul latera, os, venas, vultũ, oculos occupet, viderit Democritus. Neq; enim ad hunc sermonẽ hoc pertinet, & si pertineret, nescire me tamen id non puderet, quod ne ipsi quidem illi sciunt, qui profitentur. Hæc

*Pulcher locus Ciceronis de risu.*

illic. In



illic. In primis autem quod spectat ad obiectũ risus, siue ad ea, quæ risum mouent, sunt, vt explicat Fracastorius in lib. de sympathia cap. 10. res nouæ, repentinæ, leues, ac ludicræ, habentes argutiam quandam, & concinnitatem ad aliud; quales habentur facetiæ, & quę à mimis, seu personatis repræsentantur, & extranea quædam subitò, ac concinno quodam casu facta, vt si quis eleganti gressu & quasi per numeros incedens in lutum cadat.

*Circa quæ exerceatur risus.*

Gignitur autem risus hoc modo. Offerente B se nobis re iucunda, & quæ risum excitare queat, perfunditur animus gaudio, & lætitia, qua affectum cor, moræ impatiens sese dilatat, magnaq; sanguinis efferuescentis, & vitalium spirituũ fit diffusio, ad quam musculorum thoracis, ac præsertim diaphragmatis motus sequitur (est verò diaphragma membranula quędã partim cornea, partim neruosa, præcordia à visceribus disiungens, quã Aristoteles tertio de partibus animalium cap. 1. succinctũram vocat, eiusq; munus esse putat, impedire ne vapores, qui è ventriculo attolluntur, cor lædant) ad diaphragmatis autem agitationem, & protectionem extenditur simul musculi, qui à lateribus buccæ sunt, gestusq; ille oris fit, qui risus vocatur, quo animi gaudium & lætitia exprimitur. Erit igitur causa efficiens risus, principalis quidem anima; instrumentaria appetitus, & virtus motum exequens, simulq; effusio sanguinis: & D spirituũ, qui sunt quasi anteambulones risus: finis, gaudij, seu lætitiæ explicatio: forma ipsa oris, ac faciei deductio. Ita verò hunc in modum risus definiri soler. Risus est concitatior quidam animi exre iucunda motus, ad conceptũ intus gaudium explicandum, quo thoracis, & oris musculi impetu quodam mouentur.

*Definitur risus.*

*Causa principalis, & instrumentalis risus.*

Sunt autem quidam ad risum procliues, alij seueri. Nam cùm obiectũ risus sit res no- E ua: ij, quibus quidlibet nouum videtur, vt pueri & plebs, ex causa hac facilè rident; non ita senes, & philosophi. Item quia obiectum risus est res iucunda, & læta, ducuntur assiduè in risum ij, qui suopte ingenio hilares sunt, quales fere esse solent, qui plurimum habent sanguinem, & eum dulcem, nõ biliosum, aut melancholicum.

*Qui ad risum sint proni, qui tardi.*

*Risum quæ ad gaudium affectum appetitus requirat ge- nus ad quæ tam motricẽ pertinere.*

His positis, ad dubitationẽ, cuius illustrandæ gratia hæc præfati sumus, dicendum est F risum quoad gaudium, & delectationẽ, quæ illo significatur, pertinere ad vtrumlibet appetitum; quia gaudium propriè in voluntate, delectatio, etiam in inferiori appetitu cernitur; quoad ipsam verò oris & faciei deductionem, in qua risus formaliter consistit, immediatè oriri a facultate motum exequente, sicque ad eam, vt proximum illius effectum spectare.

## QVAESTIO II.

### *SIT-NE VOLVNTAS INTELLECTU nobilior, an non?*

## ARTICVLVS I.

### *QVI PARTEM AFFIRMATIVAM sequantur, & quibus eam argumentis probent.*

FVere, qui voluntatem, & intellectricem potentiã quasi duas sorores eodem partu editas, pariq; nobilitate insignes putarint. Sed hos refellit Aristotelis, & aliorũ philosophorum commune placitum, aientium species esse tanquã numeros, quia videlicet, vt duo numeri vnitatibus pares esse nequeunt, sed quilibet cæteris maior, minorve est; ita duæ inuenti species nõ possunt, quarum vna dignitate natiuæ alteri par sit. Nec nobis aduerlatur D. Augustinus lib. 10. de Trinit. cap. 11. cùm ait memoriam, intelligentiã, & voluntatem inuicem sibi æquales esse. Non enim id asserit de æqualitate perfectionis, quam quęlibet harũ potentiarum in se habet, sed de ea, quam ex parte subiecti omnes sortiũtur: quæ haud dubiè par est, cùm omnes in eadem animæ substantia, vtrin subiecto hæreant.

*Confutatur qui æquam potentiã quasi duas sorores eodem partu editas, pariq; nobilitate insignes putarint.*

*Vtrũ nobilitatem.*

*Tenet D. Augustin. ex- istere inuicem sibi æquales.*

His ergo omissis, Henricus quodlib. 1. qu. 14. Scotus in 4. distinct. 49. quæst. 4. eiusque magister Alexander Alensis 3. part. quæstione 80. membro primo, & quarta part. quæst. 92. membr. 2. art. 4. Albertus Magnus in 1. distinct. 1. quæst. 14 D. Bonauentura, Aegidius, Gabriel, Maior, Argentinas in 4. distinct. 49. Aureolus apud Capreolũ in 1. distinct. 1. qu. 1. Ochamus ibidem quæst. 2. ad secundũ principale, alijq; nõnulli arbitrantur voluntatem nobiliorem esse intellectu. Quæ opinio neque paucis, neq; leuibus innititur argumentis, hisce nimirum. Ea potentia naturæ dignitate alteri præstat, cuius habitus, actus, & obiecta nobiliora sunt; sed ita se habet voluntas, est igitur nobilior quàm intellectus. Maior propositio cõspicua est, assumptio mem- bratim ostenditur, ac primum quoad habitus, quia vt D. Augustinus lib. 14. de Trinitate ca. 11. & Aristoteles lib. 6. Ethicorum cap. 7. inquit, sapientia est præstantissimus omnium habituum, qui ad intellectum pertinẽt: at charitas, quæ est habitus voluntatis tum sapientiæ, tum cæteris animæ ornamentis, ac donis excellit, vt tollatur non solùm idem Doctor 15. de Trinit. cap. 19. sed etiam D. Paulus primæ ad Corinth. 13. & ad Colossens. 3. Item quia D. Dionysius 7. capite cœlestis Hierarchiæ choros Angelorũ dignitatis ordine componens in supremo loco statuit Seraphinos, qui à charitate nomen habent, & infra eos Cherubinos, quia à scientia nuncupantur.

*Pro voluntatis præstantia est 1. arg. dum ex nobilitate habent.*

Deinde, quod voluntatis actiones melioris

notæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



notæ sint, ostenditur, quia perfectius est mouere, quàm moueri; voluntas autem, vt suprà ostendimus, docetq; D. Anselmus de conceptu Virginis cap. 4. tanquam Regina mouet cæteras potentias, & in hanc, atq; illam partem pro arbitrio suo flectit; solaq; de se pronuntiat; Sic volo, Sic iubeo, Sit pro ratione voluntas. Et verò neq; ipsa ratio dominium voluntas subterfugit, cùm eius ductu ab vna re ad aliam cogitationem transferat. Vnde D. Bernardus in libro de libero arbitrio rationem pedissequam voluntatis appellat. Secundò probatur idem assumptum, quia id, quod possidentem simpliciter bonum reddit, optabilius est eo, quod non reddit simpliciter bonum: at amore, qui est actus voluntatis, redditur homo simpliciter bonus, nō autem cognitione, quæ est actus intellectus; vt enim D. Augustinus de Ciuitate Dei cap. 28. sapienter ait, Vir bonus non dicitur, qui scit id, quod bonum est, sed qui diligit: vnde cōcludit in hominibus, qui rectè amant, magis amari amorem ipsum.

Kursus idem suadetur, quia in ijs bonis, quorum vnum in alio non continetur, id habetur præstantius, cuius oppositum peius est, vt docet regula illa Topica ex Aristotele lib. 7. Ethic. cap. 10. Ea sunt meliora, quorum corrumpentia deteriora sunt; oppositum verò amoris peius est, magisq; fugiendum, quàm oppositum cognitionis, vt patet in odio Dei, & eiusdem ignoratione: quippe multo detestabilius est Deum odisse, quàm ignorare. Quartò idem corroboratur, quia actus amoris animam Deo magis vnit, quàm cognitio; vnde Diuus Dionysius septimo capit. cœlestis Hierarchiæ, amori, non cognitioni, attribuit vim vnientē, & transformatricem amantis in rem amatam.

Posteriùs, quòd voluntatis obiectum perfectius sit, ea ratio probat, quia id, in quod voluntas fertur, est ipsum bonum absolutè sumptum, & perfectum, atque vltimus finis; obiectum autem intellectus est bonū quoddam particulare, nempe verum. Deinde, quia si obiectum intellectus esset nobilius, ob id fortè esset, quia vt aduersanæ partis auctores contendunt, abstractius est, at quòd hæc ratio nullum habeat momentum, ex eo planum videtur, quia quantitas Mathematica abstractior est quàm substātia sensibilis, cùm hæc cadat sub sensum, illa sub solum intellectum; & tamen constat substantiam sensibilem multò esse quantitate nobiliorem. Item, quia virtus quanto minùs alligata, tanto est eleuatior, voluntas autem minùs est alligata, cùm eius actio non poscat recursum ad phantasma, vt actio intellectus.

## ARTICVLVS II.

### CONCLVDITVR INTELLECTUM voluntate nobiliorem esse, simulq; aduersariæ partis argumenta infirmantur.

Licet ea opinio pro qua proximo articulo disseruimus, admodum sit verisimilis, nos tamen contrariam vt veriorem, ac peripateticæ doctrinæ magis consentaneam amplectimur cum D. Thoma tum alijs locis; tum 1 part. quæst. 82. art. 3. & Caietano ibidem, Durando in 4. dist. 49. qu. 4. Paludano quæst. 3. Heruæo quodlib. 8. quæst. 9. Capreolo in 1. distinct. 1. quæst. 2. & dist. 3. quæst. 3. artic. 2. Abulensi ad cap. 5. Matthæi quæst. 33. Et vt simul nostram sententiam confirmemus, & aduersariorum refellamus argumenta, idem, quod illi, texamus probationis filum hunc in modum. Ea potentia nobilior censenda est, cuius habitus, actus, & obiecta excellentiora sunt: ita se habet intellectus si cum voluntate comparetur; est ergo nobilior. Probatur assumptio quoad habitus; quia si eos, qui vi naturæ acquiruntur, expendamus, nobiliores sunt habitus intellectus, v.g. sapientia, & prudentia, quàm iustitia, cæteriq; habitus voluntatis; si aūt supernaturales spectemus (quam hic, vt rectè ait D. Thom. non quærimus de anima quoad ea, quæ supra ipsam sunt) excellentissimus omnium, qui intellectui à Deo infunduntur, nempe lumen gloriæ, nobilitate vincit excellentissimum eorū, qui voluntati donantur, videlicet charitatem. Nec obstat quòd Seraphini ab amore appellationem habent: non enim eam accepere à nobilissimo dono supernaturali, quod in patria obtinent, sed à præstantissimo habitu operatiuo, quem in via habuerunt, id est, à charitate. Secundò, quia dici etiam potest inditum eis fuisse hoc nomen, non à nobilissimo ipsorum habitu, sed à propijs effectibus, quos erga alios exercent; est enim peculiare Seraphinorum munus ita inferiores docere, vt eos per illustrationem, admirabilemq; doctrinam ad diuini numinis amorem singulariter inflammēt. Iam verò quod actiones intellectus sublimiores sint, ostenditur, quia tametsi voluntas alias potentias, ipsamq; vim intellectricem quoad exercitium actus moueat & hac ex parte præcisè spectatos intellectus voluntati cedat; tamen intellectus aliū mouendi modum altiorem vendicat; cuius merito volūtatem sibi subiectā habet, eamq; simpliciter dignitate vincit. Mouet enim ordinando, regendo, imperando, ita vt sit quidem voluntas Regina, sed cæca, intellectuali egens luce, ipse verò intellectus sit imperator, qui voluntati leges figit, atq; refigit. Adde quod voluntas in nullam rem ferri potest, nisi

2. Arg. ex nobilitate actionis.

Prima confirmatio.

3. Confirm.

4. Confirm.

3. Arg. ex nobilitate obiecti.

Occupatur quasi aduersariorum.

Ostenditur intellectus virtus præstare rei quoad hoc bimembri.

Intellectus vt dux voluntis.



nisi mota ab intellectu; quia nihil volitum quin cognitum; & tamē intellectus ad suum primum actum nō præexigit voluntatis motionem: vnde vt Angeli, qui cœlestes sphæras voluunt, sunt secundū Deum primi motores huiusce mundi corporei; ita intellectus in paruo mundo, id est in homine, est primus post Deum motor, à quo voluntas, & appetitus, virtusq; motiua, & tandē membra corporis cientur; vti D. Thomas 3. contra Gent. c. 25. edisserit. Deinde suadetur propositum; quia actus intelligendi eximmanentibus omnium est magis intimus, voluntas enim dum operatur, quodammodo foras se dat; quia rapitur ad rem amatā: at intellectus intùs manet, quia trahit ad se rem cognitam; multo verò præstantiùs est, vt annotauit D. Thomas q. 22. de veritate art. 11. vnumquodq; habere in se id, vnde perficitur, quam ad illud quærendum foras vagari. Rursum, Ille actus est nobilior, in quo hominis fœlicitas consistit, vt affirmat Aristoteles lib. 10. Ethic. c. 7. sed hæc consistit in contemplatione substantiarum separatarum vt docet idem Aristoteles lib. 10 Ethicor. cap. 8 legitur actiones intellectus nobiliores sunt, quàm voluntatis. Neq; his officit quòd D. Dionysius vim vnitiuam, ad quam debet pertinere beatitudo, voluntati non intellectioni tribuit. Loquitur enim ibi de vnione effectiua, per quam in amante, & amato est idem velle, & nolle, non autem de vnione affectiua, & comprehensiua, in qua consistit beatitudo. Nec itē officit, quòd amore, non verò intellectione reddimur homo simpliciter bonus; id enim tantum probat actum amandi in genere moris præstantiorem esse, non autem in genere naturæ, de quo nostra disceptatio est. Itaq; dicimus actū amoris reddere hominem simpliciter bonū, quod ad mores attinet; cognitionem autem reddere illum meliorem, id est, perfectiorem in genere entis, atque his etiam congruenter dicimus, licet amoris oppositum, quod ad moralem rationē spectat, deterius sit, quàm oppositum cognitionis; tamen in genere naturæ, siue entis deterius esse oppositum cognitionis, quia aduersatur rei nobiliori, quæ est cognitio.

Intellectus in homine quodammodo primus motor.

In actu intellectus cōsistere felicitatem.

Cognitio præstat amoris in genere naturæ.

Ad extremum, quòd obiectum intellectus obiecto voluntatis naturæ dignitate excellat, ex eo probatur, quia licet bonū si expendatur secundum rationem causalitatis præstantius sit, quàm verū; siquidem præstantissima causalitas finis fundatur in rei bonitate, licet item bonum, & verum quoad mutuam inclusionem paria sint, propterea quòd vtrūque materialiter sumptum sub altero continetur, quia vt bonū est quoddam verum, ita verum est quoddam bonum, simpliciter tamen ratio veri præstantior est, quia est quid diuinius, & abstractius. Etenim actu perfecto nihil volūtas appetit, nisi cum ordine ad existentiam, atq; adeò concretè, cùm bonum ideò optetur, vt possideatur. In vero autem aliter res habet: intelligimus namq; rem secundum suam quidditatem, ipsumq; verum perfecta cognitione penetramus; esto nihil de illius concretione, & existentia cogitemus. Quod autē aiunt ex maiori abstractione non argui ampliorem rei nobilitatem, vt in quantitate Mathematica, & in substantia sensibili planum videtur; dicimus cum Caietano prima parte q. 85. art. 3. cæteris paribus, nobiliora esse, quæ magis sunt abstracta; non esse verò cætera paria in re proposita, quia quantitas est accidens, substantia verò sensibilis, est substantia. Cùm item colligunt intellectum minùs esse eleuatum, quia est alligatus phantasmatibus, nō rectè colligūt; In primis enim hæc alligatio nō omni conuenit intellectui, sed humano duntaxat; nec eidē in omni statu, sed vt superius expoluimus. Nostra verò disceptatio est de intellectu absolute sumpto. Præterea, cum voluntas non nisi cognitum appetat, sicut intellectus, dum hanc corpore tenetur, eget phantasmatibus, ad intelligendum; eisdem, etsi remotè, indiget etiam voluntas. Postremò, Dependentia nostri intellectus à phantasmatibus nō tollit maiorē illam, quā diximus, simplicitatem, & abstractionem obiecti intellectus qua potissimum eius nobilitas, & præstantia æstimari debet. Quare ratum manet, obiectum intellectricis facultatis absolutè nobilius esse, quàm obiectum voluntatis; & quoniam superiora argumenta non modo sententiam nostram confirmarūt, sed oppositæ partis rationes diluerunt, vt facilè perspiciet, qui attenderit, nō est cur ad ea separatim respondeamus.

Quando ex maiore abstractione argatur maior nobilitas.

Dependentia a sensibus nihil derogat intellectui humano.

---

## QVAESTIO III.

### VTRVM VOLVNTAS re ipsa differat ab intellectu, annon.

## ARTICVLVS I.

### QVIBVS ARGVMENTIS PARS negatiua quæstionis ostendi videatur.

DVrandus in 1. dist. 3. quæst. 4. arbitratus est voluntatem, & intellectum nō esse potentias re ipsa distinctas; sed vnam eandemq; entitatem absolutam, quæ tamen propter ordinem, & relationem ad diuersos actus, videlicet, ad functiones intelligendi, & volendi, duarum potentiarum rationem sortiatur. Hanc opinionem hisce fere argumentis confirmare nitur. Vitus cognitionis expers fertur naturæ impetu, & non liberè in suū obiectū; sed voluntas agit liberè; non est igitur potentia cognitionis expers, atqui in

1. Argum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



superiori animæ parte, ad quam volũtas spectat, nulla datur vis cognoscens præter intellectum, ergo intellectus, & volũtas sunt vna, eademq; potentia. Maiorē suadet; quia oportet omne agens liberum de actu suo iudicare (alioqui neutiquam ipsi imputaretur) deberi; per eandem potentiam, qua liberum est, recte iudicium exercere. Nec enim potentia libertatem habet quòd inhæreat in supposito libero, quia si ita res haberet, vnius ex hominibus facultates liberæ forent; sed ideo suppositum liberum est, quia liberam habet potentiã; ergo ad rationem libertatis pertinet habere actum iudicij iudicium, necesse est vt illa potentia per quam homo liber est, sui actus iudicatrix sit; quod nõ nisi facultati cognoscenti conuenire potest.

2. *Argum.* Secundò, Non repugnat actus subordinatos ab eodem principio actiuo oriri, siquidẽ ab eodem Solis lumine, & aeris illuminatio, & calefactio proficiscitur, sed cognoscere, & appetere sunt actus subordinati, cùm nihil minus antecedẽte cognitione appetamus; possunt igitur ab eodem absoluto principio nasci, atq; adeo vna, & eadem res erunt volũtas, & intellectus.

3. *Argum.* Tertiò, Si intellectus, & voluntas essent diuersæ potentiæ, posset diuina virtute elici actus voluntatis sine actu intellectus; sed non potest, quia nihil nisi cognitum amatur, vt docet D. Augustinus 9. de Trinitate c. 4. Non sunt igitur potentiæ diuersæ. Maior probatur, quia si hæ facultates distinguuntur, non alia erit dependentia actuum voluntatis ab actibus intellectus nisi vt a causa partiali effectrici; quia nimirũ intellectio partialiter concurrit cum volũtate ad illius actus: Deus autem supplere valet omnem causalitatem efficientium causarum, ergo, &c.

4. *Argum.* Quartò, Illæ potentiæ nõ differunt re absoluta, quarum obiecta re absoluta non differunt, sed obiectum intellectus est ens, & obiectum voluntatis bonum; quæ inter se reciprocantur, & in eandem realitatem incidũt, ergo & ipse intellectus, & voluntas eadem

*Vltimi arg.* realitas erunt. Postremò quòd hæc fuerit Philosophi, mẽs probat Aureolus apud Capreolum in 1. dist. 3. qu. 3. quia Aristoteles libro 3. Ethicorum capite tertio, electionem appellat deliberatiuam rei appetitionem & clarius lib. 6. eiusdẽ operis cap. 2. asserit electionem pertinere ad appetitum intellectiuum, vel ad intellectum appetentem; quibus verbis indicat intellectum, & voluntatẽ eandem esse animæ vim.

## ARTICVLVS II.

### *NEGATIVAM CONTROVERSIÆ partem veram esse, nec argumenta superiùs adducta concludere.*

CONtraria sententia, quæ voluntatem ab intellectu re ipsa distinguit, vera est. Eam tuetur Diuus Thomas in quæstionibus de veritate, quæstione 22. articulo decimo, Capreolus in primo distinct. 3. quæst. 3. artic. 2. Ferrariensis ad cap. 19. lib. 4. contra Gent. Argentinas in primo distinct. 3. quæst. 2. & alij. Probatur verò primùm, quia rationes toto genere differentes, cuiusmodi sunt verum, & bonũ, non possunt terminare actiones vnius, eiusdemq; potentiæ, sed diuersæ. 1. *Ratio.*

Secundò, quia potentiæ, quarum vnam alteram mouet, & altera aliam dirigit, debent inter se re ipsa distingui, voluntas verò, vt superiùs diximus, mouet intellectum, & intellectus dirigit voluntatem. Tertiò, quia si intellectus, & voluntas eadem animæ vis esset; sequeretur nos voluntate intelligere, & intellectu velle; quod communis philosophantiũ consensus nequaquam admittit. 2. 3.

Respondeamus igitur argumẽtis, quæ oppositam suadebant. Ad primum, dicendum potẽtiã obiectiuã facultatem cognitionis expertem id est, quæ neq; intelligit, neq; præcuntem sequitur notitiam, naturæ impetu, & non libere in obiectum ferri: at voluntas, etsi eam non cognoscat, sequitur tamẽ cognitionem intellectus, à quo ei res amplectenda, vel declinanda obijcitur. Nec oportet, vt omnis facultas libere agens, & cui actus liberi imputantur, de suo actu iudicet; sat enim est, vt de eo iudicium ferat alia potentia coniuncta, a qua re ipsa cognoscatur, & quæ illi quasi lumen præferat. Itaque fatemur vt potentia libertatem obtineat, nõ sat esse inhærere eam libero supposito, vt recte probat argumentum: negamus tamẽ necessum esse, vt ipsamet sui actus iudicium exerceat, sufficit enim posse arbitratu suo proprium actũ exercere, vel suspendere, esto prædictum iudicium ab alia facultate ipsam regente, in qua libertas vt in fonte, & radice inhæret, administretur. *Ad 1. arg.* *Ad 2. arg.* *Ad libertatẽ nõ requirit quòd ipsa cognoscat.*

Ad secundum dicendum, quando actus sic inter se subordinati sunt, vt non solùm alter sine altero obiri nequeat, sed vnus necessitate naturæ ex alio consequatur, quo pacto se habent illuminatio Solis, & calefactio, tunc intellectus eiusmodi actus ab eadem facultate oriri posse. Verùm actiones voluntatis, & intellectus subordinatæ non ita procedunt, quandoquidem vigente intellectus notitia, in potestate voluntatis est proprios actus cohibere. *Quæ ratio-nes toto genere differunt, ne actus vnius, & eiusdem potentiæ simul esse possint.* *Sint inuicem subordinati.*

Ad tertium respondet Capreolus nõ posse actum voluntatis elici absq; notitia intellectus, posse tamen absq; ea conseruari. Nobis dicendum potiùs videtur cum alijs, licet naturæ non nisi cognita amemus, tamen actum voluntatis & elici, & conseruari diuinitus posse absque notitia. Enim verò notitia concurrit tum efficienter, tum obiectiuè, Ockam. huic arg. adeo formaliter extrinsecè ad actionem voluntatis: si autem de eiusmodi concursu effectiuo *Ad 3. Paluel in 4. d. 49. q. 1. ar. 2. nu. 23. ad 7. Argẽtum. in 1. dist. 3. q. 1. articul. 4.*



loquamur, planum est posse illum a Deo suppleri tam ad eliciendum primò, quàm ad conseruandum actum voluntatis, concursum verò formalem extrinsecum, quẽ præstat notitia, quatenus voluntatis amandum, aut fugiendum obijcit, non est cur negemus posse diuina virtute suppleri, hoc est, posse voluntatem in obiectum tendere, esto id non ei actu repræsentetur ab intellectu: nec enim hoc vllam inuoluit repugnantiam, etsi contradictio apertа sit dari actum voluntatis, quin in obiectũ feratur, cùm ipse actus nihil aliud sit, quam progressio quædam, seu tendentia in proprium obiectum. Itaq; non repugnat tendere voluntatem in obiectum non repræsentatum, etsi fieri nullo modo queat, vt dum operatur, non tendat in aliquod obiectum. *Posse elici, et conseruari diuinitus actus voluntatis absq; vllaratione.* 1. *Ratio.*

*Ad 4.* Ad quartum negandа est maior propositio. Namq; licet distinctio formalis, & specifica potentiarum, arq; actuum desumenda sit ab obiectis, realis tamen distinctio non inde absolutè petẽda est, quasi eadem res nequeat actus potentiarum re ipsa differentium terminare. Adiecimus, absolutè, quia ipsa quoque realis distinctio ex rationibus obiectorũ interdum arguitur: siquidem cùm hæc toto genere differant, indirectum est potentias realiter inter se distingui, vt superiùs dicebamus.

*Ad vltimũ.* Ad vltimum respondetur, ex neutro illorum locorum deprehendi Aristotelis mentẽ fuisse voluntatem ab intellectu re non distinguit: solùm enim insinuat ibi Philosophus electionem ab intellectu simul, & a voluntate pendere, cui consonat illud D. Thomæ de veritate quæst. 22. art. 15. dictus, electionem aliquid in se rationis, & aliquid voluntatis habere.

## QVAESTIO IV.

### *VTRVM VT VOLVNTAS SVVM elicиat actum, requiratur in intellectu iudicatrix notitia, an non.*

## ARTICVLVS I.

### *QVAESTIONIS IN AFFIRmantem partem disputatio.*

*Actus quatuor propriè vis intellectiuæ desiguantur.*

PRæmittendum in hac controuersia est, quatuor actus, quod ad præsens institutũ facit, in nostro intellectu esse posse. Quorum primus est notitia apprehensiua. Secundus iudicium, quo intellectus rem apprehensam iudicat bonam, aut malam esse. Tertius iudicium aliud, seu practicum dictamen, quo intellectus rem, quam præcedẽti iudicio bonam, malámve esse decreuerat, cèlet amplectendam esse aut declinandam. Quartus denique est discursus, seu practicus syllogismus, quo ratio huiusmodi dictamen concludit. Omnes igitur cõcurrere videntur, licet interdum ex parte intellectus omnes illi actus præcedant, vt in viris prudentibus, qui res præsertim magni momenti non nisi maturo consilio, & deliberatione aggrediuntur: simpliciter tamen, vt voluntas in actum prodeat, non opus esse practico syllogismo. Quod satis liquet in subitis, ac repentinis motibus, quos appellãt primò primos. Nec vero magna difficultas est num etiam ad actiones humanas, ac liberas dictamen illud practico syllogismo cõclusum exigatur, passim namq; experimur multa nos velle, multa nolle absq; eo dictamine. Tota igitur cõtrouersia in eo consistit, an requiratur iudicium, quo intellectus decernat obiectũ bonũ, aut malũ esse, salutare, aut noxium, tucundum aut molestum. *Non requiritur iudicij practici sursum, vt operetur voluntas.*

Porrò duæ sunt hac de re sententiæ. Prima Scoti in secundo distinct. 6. quæst. 1. Gabrielis ibidem art. 3. dub. 1. & Marsilij in 2. quæstione 16. artic. 1. existimantium non requiri tale iudicium; sed sufficere notitiam apprehensiuam, in o cum hæc duplex esse possit, alia simplex, quæ nuncium sit citra compositionem, aut diuisionẽ, alia complexa, qua apprehendimus significatiuã alicuius propositionis, vt pharmacum sanum esse, inquiunt sufficere ad actum voluntatis talem apprehensionem simplicem. Quæ opinio ita suadetur. Notitia, per quam voluntati proponitur obiectũ materiale, & formale simul, id est, tum obiectum in quod tendit, tum ratio tendendi in illud, sat est vt voluntas actum edat circa tale obiectum, atque per simplicem notitiam potest repræsentari voluntati obiectum materiale, id est, res bona, & formale, id est, illius bonitas: ergo ea sufficit vt voluntas actum suum exequatur. *Non requiritur iudicium speculatiuum, est multorũ placitum.*

Secundo, Non minorem efficacitatem habet voluntas, quàm appetitus sensitiuus, vt tendat in proprium obiectũ, sed vt appetitus sensitiuus brutorum in obiectum suum feratur, sat est apprehensio simplex interno sensu exhibita: ergo vt voluntas in suum tendat, sufficiet simplex apprehensio facta per intellectum. 2. *Argum.*

Tertiò, Motus primò primi ideo tales dicuntur, quia absq; rationis iudicio exercẽtur; ergo nõ ad omnem actum voluntatis requiritur iudicium. Antecedens probatur, quia si ad eos motus iudicium interueniret, essent vtiq; in nostra potestate, posseq; in ijs peccatum reperiri, quod communis Theologorum consensus negat. 3.

Quarto, Qui characteres præpropere delineant, ac cithara pulsant, tot actus voluntatis, quot digitorum motus, edunt; cum digiti nõ nisi voluntatis imperio cieantur: & tamẽ non est verisimile tot præcedere iudicia, quot sunt flexiones, motusq; digitorũ, præsertim cum interdum secubant, vel pullent aliud cogitantes; videtur ergo perspicuum nõ ad omnes actus voluntatis iudicium requiri. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## ARTICVLVS II.

### *DISPVTATIO CONTROVERSIÆ in partem, quæ nègat.*

ALtera opinio est Gregorij in primo distinctione 3. quæst. 1. art. 1. Aliacensis ibidem quæstione 3. Gerusalj in tractatu de notitijs in prima diuisione notitiæ quæst. 1 Videturq; D. Thomæ ad caput rectitudinis huius sibi, & in prima secundæ, quæstione 9. art. 1. ad 2. & in secundo distinct. 24. quæst. 2. art. 1. alijsq; in locis; quam etiam nonnulli è recentioribus Theologis nostræ ætatis defendunt. Nimirũ requiri ad actum cuiusuis appetitus iudicatiuam notitiam. Ad actum quidem voluntatis notitiam intellectus; ad actum appetitus sensitiui notitiam sensus interni. Quod probatur primò, quia nullus omninò appetitus aliquod obiectũ appetit, nisi ei appareat cõueniens, nec refugit, nisi appareat repugnãs: sed vt ita appareat, non fit est apprehendi ipsum, & eius conuenientiam, aut repugnantiam: sed oportet, vt de ipsa conuenientia, repugnantiave iudicium feratur; ergo nullus datur actus appetitus absq; notitia iudicatiua. Maior probatur, quia alioqui sequeretur tam cõuenientia appetitui, quam eidem repugnantia æquè appetibilia esse, cum omnia indiscriminatim, vt appetibilia apprehendi queãt, siue re vera sint, siue nõ. Rursus ostenditur eadem maior propositio, quia cùm quis anceps est, ac dubius de re aliqua faciendo, vt de profectione in patriã, sæpe efformat apud se hasce propositiones apprehensiuas; Bonũ est proficisci: Non est bonum proficisci, & tamen nulla earum fit est, vt iter arripiat, vel omninò decernat nõ ire. Hoc aũt non aliunde prouenit, nisi quia sola rei apprehensio nõ sufficit; sed requiritur assensus, quo intellectus assentiatur, iudicetq; id quod vt bonũ apprehendit, re vera bonum esse, siue talis assensus verus sit, siue falsus, quod hoc loco vocamus appatere bonum: ergo &c.

*Ad actus appetendi requiri notitiam iudicatiuam.*
*1. Ratio.*

*2. Ratio.* Secundo, idem ex eo ostenditur, quia experientia est bruta animantia nunc moueri ad obiecta, quorum habẽt simplices notitias, nunc nõ moueri, vt patet in equo, qui ad potandam aquam, quam videt, non fertur, nisi cùm sitit: cùm igitur appetitus sensitiuus natus sit ferri, & non liberè sequatur cognitionẽ sensuum: vtiq; videtur id non ab alia causa proficisci, quam quia sola obiecti apprehensio non sat est ad appetitum mouendum, sed requiritur iudicium, quo res apprehensa cõueniens æstimetur, quod iudicium, quia non semper adest, fit inde vt appetitus sensitiuus non semper in rem obiectam feratur.

*3. Ratio.* Tertiò, idem stabilitur auctoritate Aristotelis hoc in libro cap. 3. text. 154. vbi ita scribit. Cùm opinamur, id est, iudicamus aliqd malum esse, atq; terribile, continuo perturbamur similiter & cùm opinamur quidpiam esse tale, vt in illo sit confidendũ; at cùm imaginamur tale, id est, cùm absq; iudicio apprehendimus, perinde afficimur atque si in pictura eadem spectaremus. Præterea eodem lib. cap 9. text. 46. docet, appetitu non moueri ab intellectu contemplante, sed practico; quia ille nihil amplectendũ, aut declinandũ præcipit, vt hic. Videtur ergo philosophus sentire ad obeundas appetitus actiones non fat esse notitiam apprehensiuam, sed necessario iudicatiuam requiri.

## ARTICVLVS III.

### *VTRAQVE PARS CONTROuersiæ probabilis censetur, vtriusq; argumenta diluuntur.*

ESuperioribus duabus sententijs, neutra nobis improbabilis, aut Peripateticę doctrinæ repugnans videtur. Quare vtriusq; argumenta diluemus, vt quam quisque magis probarit, defendat. Ad primum eorum, quæ pro affirmatiua parte attulimus, respondendum erit, obiectũ formale appetitus in quod actu appetitus fertur, non esse bonũ quodlibet modo, sed bonum, quod tale esse iudicatur. Ad secundũ concessa maiori propositione, negãda est minor, dicendumq; licet in brutis animalibus non detur compositio, aut diuisio; dari tamen iudicia sensitiua compositionis, & diuisionis vicem subeũtia, quibus iudicant obiecta sensibus apprehensa, iucunda esse, aut noxia, prosequenda, aut declinanda, vt docet D. Thom. 1. part. quæst. 83. art. 1. & de veritate quæstione 24. articul 2. Non conficiunt autem bruta propositiones, cùm prædicta iudicia efformant, quia non iudicant ex inquisitione, aut collatione, vt homines; sed solo naturæ ductu, atq; instinctu. Ad tertium dicendum est etiam motus primò primos voluntatis exerceri præcunte iudicio, non tamen libero, sed subito, ac sine vlla deliberatione tam formali quãm virtuali. Quæ tamẽ deliberatio necessaria est, vt in eiusmodi actionibus peccati labes inueniri queat. Ad quartum respõderi solet tot esse iudicia, quot motus digitorum, sed quoniam ea celerrimè fiunt, ideirco à nobis non discerni. Quod equidem licet mirum videatur, non tamen à veritate alienum existimari debet. Neque enim negandum est eum, qui scribit diuersas effingere diuersorum characterum conceptiones, quibus quam literam, quóve modo delineare debeat, apprehendit. Quare parit ratione poterunt simul ab eodem diuersa iudicia efformari.

*Ad 1. Arg.* *pro sententiæ*

*Ad 2.*

*Ad 3.*

*Ad 4.*

A primum verò eorum, quæ pro altera sententia adducta sunt, respondendum erit, vt obiectũ appareat bonum nõ esse opus iudiciaria notitia, sed sufficere apprehẽdi obiectum

*Ad 1. rationẽ sententiæ D. Thom.*



ctum vestitum congruenti bonitate. Verùm quia non omnia sub prædita bonitate æquè apprehenduntur, inde esse quòd non omnia æquè appetimus, aut declinamus, sed nonnunquam dubij hæremus. Ad secundum, admissa experientia, dicendum id non prouenire ex eo, quòd necessaria sit iudicatoria notitia, sed quia cùm animal satiatum est, vel ita malè affectum, vt aquã, aut cibum fastidiat, non apprehẽdit esum potúmve, vt quidpiam sibi iucundum, aut conueniens. Ad Aristotelem verò dicendum, cum priori quidem loco nihil aliud voluisse, quàm nos interdum non commouerit rebus, quas imaginamur, quia simul intelligimus eas non ita se habere, sicuti à nobis imaginatione effinguntur; quemadmodum cùm res pictas videmus, quia scimus eas solam rerum similitudinem, non res ipsas aspectui exhibere, ideò ex eorum intuitu nec ad metum, nec ad spem, aliúmve eiusmodi affectum concitamur. Posteriori autem loco egisse de sola motione, quæ fit imperio intellectus, non de ea, quæ requiritur ad ciendam voluntatem, proponendo illi obiecti conuenientiam, aut repugnantiam; illa enim necessariò ab intellectu practico proficiscitur, hæc non item.

*Ad 2.*

*Ad 3.*

## QVAESTIO V.

### *VTRVM AD ANIMANTIVM motum vis dirigens, impellens & exequens concurrat, nèene.*

## ARTICVLVS I.

### *DISCEPTATIO QVAESTIOnis in partem negatiuam.*

*Ad dictum motum non concurrere vim dirigentem.*
*1. Ratio.*

QVod ad motus animantium non concurrat in primis vis dirigens, quę in homine ratio, in brutis imaginatio est; probatur primùm, quia constat nonnullos somno oppressos electo surgere, & hùc illùc oberrare; quorum tamen motus non potest ratione dirigi, cùm ratio in somno ligata sit. Item appetitus sensitiuus potest in nobis citra regimen rationis, solo interni sensus ductu motum efficere: non est igitur ad id necessaria facultas intellectus dirigentis. Probatur assumptum, quia interni sentiæ non sunt in homine deteriores notã, quàm in brutis animantibus; in his autem sufficit imaginatio ad dirigendum motum.

*2. Ratio.*

*Non ité vim impellentẽ. Hinc lib. cap. 7. quæst. 1. art. 5.*
*1. Ratio.*

Quod autem facultas impellens, id est, appetitus non efficiat motum in homine, probatur, quia, vt supernis ex Aristotele lib. 1. Politicorum, cap. 3. commonuimus, intellectus, seu ratio imperat irascibili & concupiscibili politico principatu, eò quod appetitus sensitiuus habet aliquid sibi proprium, quo rationis imperio obniti possit. Quare si ad motum necessaria effet actio appetitus, sequeretur non semper ad imperium voluntatis cieri membra, sed interdum inhiberi motum appetitu reluctante; quod tamen aduersatur & & experientiæ, & Aristoteli eodem loco affirmanti corporis membra, quoad motum obsequi rationi despoticè, id est, more seruorũ, qui facultatem non habent in re aliqua resistendi imperio præcipientis, cùm nihil proprij iuris obtineant. Item imperfectæ animantes, vt vermes & lumbrici dissecti, ac sine corde, proindeque sine influxu appetitus, qui in corde residet, obeunt arbitrarios motus; ergo eosdem obibunt etiam reliqua animantia sine prædicto influxu, præsertim cùm ea, quæ excellentioris naturæ sunt, pauciorib. egeant adminiculis ad operandum. Rursus, Imaginatio, de cuius vi & efficacitate tam multa ab auctoribus prodita sunt, videtur per se membra cière; cùm sola imago rei intensè obiecta corpus varie permutet. Non igitur imaginationis munus tantummodò est ad motum dirigere, sed etiam motum ipsum citra appetitus consortium & coefficientiam administrare.

*2. Ratio.*

*3. Ratio.*

Quod ad vim executricem motus attinet, non distingui illam ab appetitu videtur ex eo concludi, quia superuacaneum est diuersam aliam ad percipiendum motum facultatem inducere; tum quia si motus esset actio tantùm imperata ab appetitu, non verò elicita; cùm actus imperati aliquando præueniant appetitum, nonnunquam motus animalis appetitum anteuerterent, quod non ita est. Item quia natura semper facit optimum, quod potest; melius verò est, ac præstantius, motum animalis elici à facultate animalis, qualis est appetitus, quàm à potentia vitali tantùm, cuiusmodi foret quæcunque alia virtus motiua. Postremò, quia hæc videtur esse expressa sententia Aristotelis hoc in libro, capite 9. text. 44. & toto fere cap. 10. vbi de principio efficiente motus localis animalium disquirens, concludit esse appetitum: quod etiam præstat eo libro, quem de motu animalium conscripsit.

*Idem probatur de vi executrice.*
*1. Ratio.*
*2. Ratio.*
*3. Ratio.*

## ARTICVLVS II.

### *DE DVPLICI FACVLTate; altera motum dirigente, altera imperante.*

PRo explicatione huiusce controuersiæ obseruandum est ex D. Thoma, opusculo 35. de Motu cordis, in animantibus duplicem esse vim motricem; vnam naturalem, aliam animalem. Naturalis dicitur ea, quæ sola naturæ impetu agit; nec antecedentem

*Duplex in animantibus virtus motiua naturalis & animalis*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Lege Vernel. li. 5. de Anim. fac. ca. 9. & 10. Th. à Vega ad ca. 31. 1. Art. medic.

apprehensionem requirit, cuiusmodi est vis pulsatilis, quæ cor dilatationis & constrictionis motu ciet, & arterias pultat, habetque in corde originem. Animalis est, quæ præcunctem nominam sequitur, eiusque motus arbitrarius vocari consueuit.

Tripler genus eorum, quæ animali motu concitantur.

Secundò, animaduertendum est eorum, quæ animali motu concitantur, tria esse genera. In primo continentur quæ solo tactu & gustu pollent, mouenturq; duntaxat intra se, diducendo & contrahendo intùs membra, etsi alioqui secundùm se tota stabili sede vitam degant, vt conchylia. Hæc autem plantarum motum, quæ teræ fixis hærent radicibus, parum excedunt; ita vt inter animalia & plantas quasi medium obtineant. Secundum genus est coium, quæ vim sensitiuè perfectam habent, nec solùm præsentia & quæ tactu explorant, sed etiam absentia dignoscunt. Sed enim ex ijs quædam solo naturæ instinctu operantur, nec præstituunt sibi finem suæ actionis, aut motus; videlicet belluæ: alia contra delectu agunt, & ex fine, quem sibi proponunt, operantur; nimirum homines, qui vt inter cætera animantia principatum habent, ita nobiliorem motum subeunt, & in tertio atque eminentiori corporum viuentium gradu consistunt. Porrò non quærimus hoc loco de naturali motu, sed de arbitrio; nec verò de hoc ipso vniuersim, sed de motu progressionis, de quo etiam in extrema huius libri parte differunt Aristoteles.

1. Conclusio. Lege Ferrar. lib. 3. de Anima, q. 18. & 2. cont. Gent. cap. 82.

Sit prima conclusio: Ad motum progressionis concurrit vis dirigens quæ in hominibus ratio est, in cæteris animantibus imaginatio. Hæc conclusio est Aristotelis hoc in libro, cap. 4. tex. 16. & cap. 10. tex. 48. D. Thomæ eodem loco, Auicennæ 6. Naturalium. Suadetur autè, quia progressio instituta fuit à natura ad conuenientia inuestiganda, & declinanda aduersa, quod præstari nequaquam potest, nisi detur vis aliqua repræsentans istiusmodi obiecta appetitui, ipsumque pro re nata in hanc, aut illam partem inflectens: præsertim cùm appetitus ex se indiscriminatim se habeat ad hoc, illúdve prosequendum, aut vitandum: hæc autem vis est ratio, vel imaginatio.

2. Conclusio.

Secunda conclusio: Appetitus cõcurrit ad motum progressionis, vt causa agens, ac per modum imperantis. Hæc etiam est Aristotelis hoc in lib. cap. 10. tex. 52. & Auicennæ 7. Naturalium, D. Thom. opusculo 43. cap. 4. & lib. 2. cõtra Gent. cap. 82. Ferrar. ibid. & aliorum. Probatur verò ratione, quia cũ progressio sit, vti diximus, ad quæ-rẽda salutaria, & declinanda aduersa sensu cognita; ad appetitum verò pertineat affectus amoris, aut fugę talium rerum, consentaneum est vt motus, quo ad eas tenditur, ab appetitu coefficiatur & imperetur. Hoc tamen interest, quoad hanc motionem inter homines & belluas; quòd appetitus belluarum nõ mouetur ab alio superiori appetitu, hominum verò mouetur, nimirum à voluntate. Ideoque appetitus sensitiuus in homine habet se vt cœlum inferius, quod superioris vertigine circumuoluitur.

## ARTICVLVS III.

### *DE VI EXECVTRICI motus.*

3. Conclusio. Dandam esse vim executricem membra inhærentia.

TErtia conclusio: Præter appetitum danda est virtus quædam inhærès membris, quæ motum proximè exequatur. Hanc ea ratio comprobat, quia cùm functiones ab appetente virtute elicitæ, eique propriæ, immanentes sint, motus verò progressionis sit actio transiens: necessariò præter appetitum constituenda erit alia virtus membris insita, quæ talis motus administra sit. Differre verò istiusmodi virtutem, non definitione tantùm, sed etiam re ab appetitu, liquet primùm ex distinctione organi; hic enim in corde sedem habet, illa in musculis toto corpore extensis. Secundò, quia cùm in substantijs separatis facultas mouens ab earum appetitu intellectiuo realiter dissidear, vt lib. 2. de Cœlo, cap. 5. quæst. 7. ostendimus, multo maiori iure in rebus materia præditis distinguetur, cùm minimè conueniat, vt quæ in rebus corporeis vnita sunt, in incorporeis & excellentioris naturæ, in multitudinem degenerent. Itaque actiua virtutis motum exequentis eo pacto ab appetitu dependet, vt non ab eo tanquam à propria & adæquata eius causa eliciatur; sed imperetur, ad eum ferè modum, quo voluntas appetitum sensitiuum in nobis concitat, quæ sic in eum motionem dominiumq; exercet, vt nihilominùs appetitus suum actum ab se immediatè promat; eo tamen discrimine, quòd membra ad motum perficiendum rationi & voluntati despotice obtemperent: appetitus autem ad obiecti sui fugam, vel prosecutionem non nisi politicè & ciuiliter obtemperant, vt fusè à nobis superiùs declaratum.

Membra despoticè appetitui politicè voluntati obedire.

Quæret tamen aliquis, vtrum cùm appetitus motricem facultatem concitat, præsertim per aliquam præuiam actionem in ea recepiam, ad quam deinde motio virtutis consequatur, an aliter? Respondemus non requiri talem actionem, quę actum facultatis moueatis, vt quidpiam ab eo distinctum præeat, sed appetitum, vt agens vniuersalius, concurrere vna cum virtute mouente, vt cùm causa particulari, atque ita edi motum ab vtraque causa per vnum eundemque impulsum à duabus causis profectum: ab vna, vt vniuersali, & imperante, ab altera, vt à particulari, ac priuatim eliciente. Quo etiam pacto intellectus voluntatem; voluntas appetitum inferiorem mouere consueuit.

Lege, si placet, quæ alibi diximus.

Appetitum esse causam vniuersalem, & vim executricem particularem.

Existit



Existit etiam hoc loco dubitatio, num prędicta facultas motum adhuc exequatur. Diuus Thomas lib. 2. contra Gentes, capite 82. ducet eam non tam efficienter, quàm dispositiuè ad motum concurrere; quia videlicet membra præparat, reddítq; apta & obedientia ad excipiendum motum, quem efficit appetitus; & 1. par. quæst. 75. art. 3. ait actum huiusce virtutis non esse mouere, sed mouen. In eandem sententiam discedit Ferrariensis loco citato contra Gentes, & quæst. 18. huius libri; sed ea nobis minùs placet, propterea quòd facultas exequens motum censetur à Philosophis inter animales potentias, vt conflat ex doctrina Aristotelis libro 2. huius operis, cap. 3. text. 27. & lib. 3. cap. 9. à text. 41. vbi animalem vim distribuit in vegetantem, sentientem, appetentem, loco mouentem, & intelligentem; at omnis animalis facultas simpliciter est potentia actiua, cùm ad animales functiones obeundas detur. Quapropter vis motum exequens simpliciter existimanda est actiuè concurrere ad motum, præsertim cùm ad illum recipiendum videantur membra aliunde iam aptè disposita; videlicet ex compositione & tempestie aliarum qualitatum, quibus constant. Alioqui dixerint etiam in organis sensuum, præter ipsas vires sensitiuas, dari peculiares facultates à figura & temperamento diuersas, quibus organa ad sensiones recipiendas apta reddantur, quod tamen à communibus philosophãtium placitis omnino abhorret.

Virtutē motiuam actiuè concurrere ad motum.

Vnde derivatur vis executrix motus.

Derivatur autem istiusmodi vis motum exequens (vt 1. de Gener. cap. 5. q. 1. art. 2. ex Hippocraticæ scholæ consensu ostendimus) remotè quidem à corde tanquam à fonte omnium vitiorum, ac functionum, quæ animantibus conueniunt, proximè autem à cerebro: cuius rei vel illud est argumentum, quòd inde mouentes nerui ortum habent. Item quia obstructa eiusmodi via confestim cessat membrorum motio, obstupescente toto corpore. Non probauimus tamen loco citato Medicorum sententiam, arbitrantium nullam animalem vim fixe ac stabiliter in membris hærere; vt potentiam videndi in oculo, mouendi in musculis; sed omnes influentes esse, ac per modum cuiusdam irradiationis à cerebro illabi, & nunc subtrahi, nunc redire: nec præter hãc quasi commeantem radium aliam dari innatam facultatem ad sentiẽdum, vel mouendum; quod placitum quoniam alibi ex professo confutauimus, non est cur iterum in eo improbando immoremur.

Quæ duo requirat virtutis motricis organū.

Quod verò ad organum motus spectat, omissis controuersijs, aduertendum ex Galeno lib. 12. de Vsu partium, & Vesalio lib. 2. capite 2. ad idoneum motus instrumẽtum duas requiri conditiones, vnam vt sensu polleat; aliam vt impulsum edat, quarum neutra sine altera potest consistere, & quoniam ad motum

## ARTICVLVS IV.

### *OCCVRRITVR ARGVMENTis initio propositis.*

Ad 1. rationem 1. arg.

SVperest nunc primi articuli argumẽtis respondere. Ad primam partem eius, quod initio proposuimus, dicendum, licet in somno iudicij libertate careamus, non impediri tamen nobis actionem intellectus, & imperfecta quædam iudicia; cum planum sit multos inter dormiendum vniuersalia cõcipere, & disputare; non requiritur verò ad motum vtcunque à nobis exercendum iudicij, aut rationis libertas, vt etiã in ebrijs & phreneticis videre est. Ad secundam eiusdem argumenti partem respondendum, licèt appetitus sensitiuus imperante voluntate, & ratione dirigente nequeat membrorum motum inhibere: aut fortis, quam voluntati placeat, inflectere; posse tamẽ intellectu aliud cogitante, ac non iubente voluntate, corporis membra indeliberato motu ciere, vt sæpè accidit. Non proinde tamen concussum illarũ superiorum facultatum superiacaneum esse, cùm ad motionem deliberatam necessarius sit. Nec verò in homine de inferioris appetitus dignitate quidquam detrahit, quod non per se, ac vi sua tantum membris motionem inferat.

Ad 2.

Eorum

Universidad de Deusto
Biblioteca



Etenim vt Caietanus 1.part.quæst.81. artic.3. annotauit: licèt in nobis natura sensitiua nobilitatem capitis, quam in bellua habet, non obtineat: compensatur ei tamen ea iactura propter coniunctionẽ & commercium cum ratione & appetitu intellectiuo; perficitur namque & attollitur id, quod est inferius, vi cinitate sublimioris, quatenus subsit, qđ tam in iis, quæ ad mores pertinent, quàm in politicis conspicuum est; siquidem perfectius operantur virtutes, vt obedientes charitati, & solæ nobiliusq; est Regi assistere, quàm vtilæ regimen tenere. Ex dictis colligi, nihil repugnare, quominùs ij, qui somno oppressi cubitant, interdum absque intellectiues potentiæ influxu sola imaginatione & appetitu motiuum vim excitãt, progressionis motum administrent, cùm id etiam vigilantibus frequenter eueniat.

*Nihil derogat appetitui hominis posse ipsi superiori subesse.*

*Ad 1. rationem 2. arg.*

Secundum verò argumentum solues, dicendo ad primam partem, licèt appetitus quoad alios actus politicè rationi obediat, quoad membrorum tamen motionem, non nisi despotice obtemperare. Hæc nobis solutio placet, non quæ concedit rationem & voluntatem immediatè, ac sine interuentu appetitus membra ciere. Ad secundam nullum animal, quantumuis minutum atque imperfectum, loco moueri sine influxu appetitus & imaginationis, nec vllum esse, quod hisce facultatibus natura sua orbatum sit: licèt imperfecta non eas habeant certa corporis parte definitas, vt alibi diximus. Vnde est quod lacertæ, vermes, aliaque eiusmodi post dissectionem viuunt, ac mouentur, quia etiam diuisa imaginationem & appetitum in partibus retinent. Tametsi fatendum sit Aristotelem, cùm proximis capitibus de motu egit, de eo tantùm vel præcipuè saltem disseruisse, qui perfectis animantibus conuenit. Ad tertiam negãdum est quod assumit, dicendúmque imaginationem nõ per se, sed interuentu appetitus, cui tristia, aut læta, horrida, aut iucunda obiicit, humores concitare, & sanguinem ac spiritus mouere: sicque varie corpus afficere. Lege D. Thomam 1.part. quæst.117. art.3. & lib.3. contra Gent. cap.103.

*Hoc lib. c.2. q.2. art 2.*

*Omne animal ex appetitu & imaginatione moueri.*

Vltimum argumentum diluitur inficiando non distingui vim motus executiuã ab appetitu. Ad primam verò aduersariæ partis rationem negandum est actionẽ, qua membris motus imperatur, præire appetitum. Ad secundam, naturam facere optimum, quod potest, sed nec fuisse conueniens, nec potuisse motum elici tantummodò à facultate appetente ob eas rationes, quas circa tertiam conclusionem adduximus. Præterea motum progressiuum animalium re vera ab animali virtute proficisci, cùm non nisi appetitu imperante, & concurrente efficiatur. Nec virtutem motiuam membris insitam ad facultates vitales attinere, sed potiùs ad animales, quarum ministra est. Ad tertiam, Aristotelem vocasse appetitum vim mouentem, non q eum à facultate motus executrici non putaret distinguendum, cum locis à nobis superiùs citatis appetitum, & vim motiuam vti diuersas animantium facultates numerarit; sed quia re vera appetitus est etiam potentia mouens, vt ex dictis constat. Hactenus disceptatũ de anima, quatenus corporis constricta nexu, & contubernio addicta, ad functiones exercendas suas, illius opetam emendicat, deinceps de eadem scribemus eo iam vinculo exoluta, & de separata separatam instituemus tractationem. Præstat vtinam propitium Numen, vt quemadmodũ de coniuncta anima, quali quali potuimus industria, opus confecimus, & de separata dicturi gradum addimus vlteriorem: sic solutus aliquando è corpore, cui coniunctus nunc animus est, in statum euadat liberiorem, vbi soli Deo insolubili iam nexu adstrictus, & ab humanis longissimo abiunctus interuallo, vitam auspicetur iucundissimam, & possideat beatissimam.

*Ad 1. rationem 3. arg.*

*Lege etiam quæ diximus 2 phys. c.2. q.1 art.7. & lib.1. de Gener. cap.4. 30.*

*Virtus motiua ad animales pertinentes facultates.*

*Ad 3.*

*LIBRI TERTII FINIS.*

TRACT.



# TRACTATVS DE ANIMA SEPARATA.

## PROOEMIVM.

*QVoniam Aristoteles libris superioribus nihil de anima separata disseruit, de qua multæ ac graues quæstiones inter Philosophos Theologosq; versantur, quarum explicatio & intelligentia non minùs necessaria, quàm iucunda est: operæ pretium duximus eam disputationem in præsenti suscipere: licèt enim consideratio eorum, quæ ad animam præcisè, vt extra corpus est spectant, Metaphysici potiùs, quàm Physiologi sit, vt in primi libri Proœmio commonuimus; quia tamẽ scientia de anima sine hoc quasi supplemento absolutionem suam adipisci non poterat, fortasseq; in libris primæ Philosophiæ apud Aristotelem cõmentatio hæc non adeò oportunum locum habet, ishuiusmodi tractationẽ superioribus libris potiùs attexere, quàm illuc reijcere statuimus. Neque verò eas quæstiones disputabimus: quæ ad vtrumque animæ statum, separationis videlicet, atque informationis indifferenter spectant, quales illæ: An rationales animæ sint subsistentes? An à Deo creentur? & si quæ sunt huiusmodi: cùm ad caput 1. libri 2. huius operis sint pertractatæ.*

Quod sit huius operis institutum.

*Porrò huiusce tractationis obiectum, materiáve, quam subiectum vocant attributionis, in promptu est; nimirum anima rationalis, secundùm separabilitatem à corpore spectata, quam veluti formalem rationem cæteræ quidem particulares scientiæ de suis subiectis non astruunt, sed supponunt. At verò communis omnium Metaphysica, ad quam præsens tractatio potissimùm refertur, vt paulò superiùs diximus, tum sibi, tum aliis in eo prospicit. Quo factum est, vt prima sequenti disputatione separabilitatem de anima demonstremus. Passio verò est posse operari absque corpore. Nec mirum si quadam ex parte positiua non sit passio; imò talem esse oporteat, cùm eius subiectum ex parte rationis formalis, hoc est, separationis, priuatiuum sit, vt ex sequentibus intelligetur. Iam tractatio in sex disputationes diuiditur. Prima animæ naturam propiùs attingit, cùm in ea de immortalitate disserendi, ipsius ab aliis substantijs separatis differatur. Secunda modum existendi extra corpus declarat, reliquæ de ijs, quæ ad operationem explicandam referuntur. Itaque tertia de potentijs cognoscentibus, earumq; speciebus & habitibus disceptat. Quarta de actu ipso cognoscendi. Quinta de obiecto cognitionis. Sexta de motione ad locum.*

Huius tractationis subiectũ.

Distributio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## DISPVTATIO I.

## DE IMMORTALITATE ET natura Animæ rationalis.

### ARTICVLVS I.

### DIVERSAE PHILOSOPHORUM veterum sententiæ circa animæ immortalitatem.

*Immortalitatem bifariam accipi.*

IMMORTALE, quemadmodum & æternum, bifariam dici consuevit; aut quod nulla potestate, etiam divina, aboleri valet, quo pacto solus Deus (vt alias eius loci interpretationes omittamus) immortalitatem habere dicitur, 1. ad Timoth. cap. 6. aut quod suapte natura nequit interire, quamuis per absolutam Dei potestatem deficere possit, cuiusmodi sunt Angelus, materia prima, & id genus alia. Posterior hic significatus duplicem adhuc comprehendit: nam quæ eo modo sunt immortalia, vel subsistentiæ sunt, vt

*De quo immortalitatis genere præcedat quæstio.*

Angeli, cœlestia corpora, materia prima; vel accidentia eorum peculiaria, vt species intellectiles Angelorum, Solis lumẽ, relatio creaturæ ipsi materiæ propria; si subsistentiæ sint, immortalia, aut incorruptibilia per se vocantur, per accidens verò, si sint accidentia, eo quòd nullo vlteriori miraculo extinguẽtur, quàm suorum subiectorum abolitione. Proposita verò quæstio de immortali secundo modo, quod substantia sit, intelligi debet.

Igitur essẽtne animus hominis immortalis, an vnà cum corpore interiret, magno apud veteres studio & contentione quæsitum fuit, primusque inter eos, quorum scripta extiterunt, ex professo rem disputasse dicitur Pherecides, referente Cic. 1. Tusc. quæst. deinde alij in Academia, in Lyceo, in Stoicorum porticu, exteris q; philosophantium gymnasijs, dignam videlicet rati controuersiam, in qua hominum ingenia desudarint, cùm omnium causa ageretur. Ea enim disputatio est, vnde non solum diuini numinis colendi ratio magna ex parte dependet, sed quæ ad summum hominis bonum definiendum, atq; ad mores conformandos inter est magnopere. Igitur animi immortalitatem asseruerunt Pherecides, eius q; auctor Pythagoras, Trismegistus, Diogenes, Thucydides, Thales Milesius, Zoroaster, Anaxagoras, Aratus, Plato, Plotinus, Porphyrius, Proclus, Numenius, Longinus Platonicus, Theophrastus, M. Tull. & alij, quos longa serie refert Nicol. Fabentinus lib. 1. de Immort. animor. ad Clementem 11 X. cap. 11. Eugubinus lib. 9. de Perenni Philosophia. Fuit tamen inter hos discrimen. Nam quidam animum expertem omnis mortalitatis fecere: alij non ita, sed longo post tempore, vel paulò post e-

*Qui ex Philosophis animæ immortalitatem asseruerint.*

A mort existimarunt. Inter quos Stoici eruditorum animas corpore solutas paulatim debilitari, & penitus sapientum verò vsq; ad vniuersi conflagrationem persuerare existerunt. Inter alios acerrimus animorum immortalitatis propugnator & vindex fuit Plato, qui lusq; eam Physicis rationibus tam aperte tutatus est, vt constat ex Timæo, Phædone, Menone, & libris de Republ. adeò vt iudicia post mortem, pœnasq; ac præmia constituerit. Et

*Huius immortalitatis acerrimus propugnator Plato.*

B verò cum nonnulli hac in re veritatis terminos prætergressum fuisse, asseruisseq; non hominum tantùm, sed belluarum quoque animas immortales esse; quem errorem Platoni attribuit, refellitq; D. Thomas 2. cont. Gent. cap. 82. Sed ab eo Platonẽ alienum fuisse asserit Bessario cap. 7. lib. 1. cõtra calumniatorem Platonis, & quidem iure optimo (vt nobis videtur) cùm Plato in Timæo disertis verbis affirmet animum brutorum esse mortalem.

Animos interitui obnoxies esse, & cũ corpore emori putauit Epicureorum grex, quem plurima turba tam Græcorum, q; Latinorum secuta est. Atque inter eos Plinius lib. 7. Nat. hist. cap. 55. de anima brutorũ, de quibus tam multa scripsit, optime meritus, de humana pessimè, cuius immortalitatem aceiba mordacitate est insectatus, certus nunc ea de re apud inferos maso suo, infeliciq; experimento. Illic videat (vt vocatur) vtrum ne aliquis post mortẽ sit doloris sensus aut corpori, aut animæ; Vtrum vanitas sit, post mortis etiam tempora, vitam immortalitatemque pollicerj; illic discat, si nihil est, quod animæ agant, esse certè multum, quod patiantur.

*Epicureæ secta animæ immortalitatem denegauit.*

Porrò Galenus in hac quæstione tam varius est, vt cuius fuerit sententiæ, non satis liquidò constet. Nam in libro, qui inscribitur; Quòd animi mores corporis temperaturam sequantur, Platonem exagitat, quòd animi immortalitatem defendat. At verò in libro de Tremore & rigore, ait; Si quis animam esse dixerit substantiam, quæ per se moueri queat, (quod vtiq; immortalitatis est argumentum, cum minimè deceptum iri. Quapropter alij eum in priori sententia fuisse credunt, alij in posteriori. Sed minimè mirãdum est, dubium fuisse Galenum de animorum nostrorum immortalitate, cùm de ipsa animæ natura dubius fuerit, anne qualitas, qualitatúm ve temperamẽtum sit, an potius substantia eius libros euoluenti passim occurret.

*Varia ex de re Galeni placita.*

### ARTICVLVS II.

### QVID ARISTOTELES IN re proposita iudicarit.

QVod ad Aristotelem attinet, quid de animi immortalitate senserit, controuersum est. Iustinus Philosophus & martyr in sua Præneſi



*Qui vellint Aristot. mortalem animum credidisse.*

rænesi. Theodoretus in libro de Natur. hom. D. Gregorius Nyssen. in libro de Anima. Origenes in opere, qd̃ inscribitur φιλοσοφούμενα. D. Gregorius Nazianzenus in disputatione cõtra Eunomium, Plutarchus in libro de Placitis Philosophorum, cap. 1. Galenus in histor. philosoph. Casetanus lib. 3. de Anima, cap. 2. Pomponatius in suo lib. de Immortalitate animæ, Simon Portius in libello de Mente humana, putant animum nostrũ caducum mortalemque fecisse. Eoque magis persuasum habent credidisse Aristotelem, quod Alexãder Aphrodisæus auditor, sic mentem eiusdem Philosophi solitus sit interpretari, vt lib. 3. de Anima, & alibi, quem tamẽ ab hac calumnia liberare nititur Eugubinus lib. 3. de Perenni philosophia, cap. 21 & 22.

*1. Ratio, quæ id probat.*

Primùm igitur se offert locus ille initio librorum de Anima, cap. 1. tex. 12. vbi affirmat, si intellectus citra imaginationem non est, eo hærere per se no posse, atque extra materiam consistere; quare cum cap. 8. lib. 3. tex. 39. statuat neminem absque phantasmatis ope intelligere, oportere; que eum, qui contemplatur, phantasmata speculari; consequens est, vt ex illimet non posse animum extra corpus esse, sed vnà cum eo extingui.

*2. Ratio.*

Secundò, quia 1. de Cœlo, cap. 12. probat omne genitum esse corruptibile, & quidquid ortum est, aliquãdo interiturum. Quare cum ponat animum initium habere, vt constat libro 12. Metaph. cap. 3. tex. 16. eundem aliquando dissoluendum fore arbitratur.

*3. Ratio.*

Tertiò, quia 1. Ethicor. cap. 10. Solonem coarguit, quòd veram hominis felicitatem post mortem esse dixerit. Quę reprehensio ea potissimùm ratione niti videtur, quòd post mortem animus hominis, qui beati possit, non remaneat. Quod etiam apertiùs confirmat 3. eiusdem operis libro, capite 6. dicens, post mortem nec boni quid esse, neque mali, & lib. 12. Metaph. cap. 7. tex. 39. cũ ait, Deo sempiternam conuenire felicitatem, nobis verò nõ nisi ad breue tempus, dum huius vitę munere fruimur.

*4. Ratio.*

Quartò, quia cùm mundum hominumq; generationes ab æternitate finxerit, vel dandæ essent infinitæ animæ, cùm tamen 3. Physicæ auscultationis libro infinitum negarit, vel locum haberet migratio Pythagorica animarum in diuersa corpora succedentium, qd̃ non minùs à Peripatetica doctrina abhorret, vt alibi ostendimus.

*Lib. 2. de Anima, cap. 1. q. 7. & lib. 2. de Gener. cap. 11. q. 1.*

*Vltima ratio.*

Postremò, quia si animum immortalem fecisset, eundem à Deo creari existimasset: quæ enim immortalia sunt, sicuti aboleri nequeunt, nisi à Deo in nihilum redigantur, ita neque produci valent, nisi diuinitùs creentur. At quòd Aristotelem animi creatio latuerit, suadetur, quia cùm ipse Deum naturæ necessitate agere credidcrit, si à Deo animas creari putasset, asseruisset vtique omnes ab æterno

*Qui opinentur Aristot. oppositũ placitè censuisse.*

A fuisse productas; quod eius placitis aduersari ex secundo argumento perspicuum est. Itaque videtur Aristoteles animi humani immortalitatem penitùs ignorasse.

Alij tamen magni nominis Philosophi contrà opinantur, alleueruntq; Aristotelem nostros animos ab interitu alienos, atq; omnis mortalitatis expertes posuisse, ex quorum numero est Theophrastus, qui cum tot annos Aristotelem in Lyceo deambulantem audierit, credibile omnino est, sæpe hac de re cum eo fuisse commentatum, ac quid sentiret, cognouisse. Idem censuere Olympiodorus, Ammonius, Philoponus, Simplicius, Auicenna, vt refert Mirandula lib. 4. de Examine vanitatis, cap. 9. Et de Latinis D. Thomas 2. contra Gentes, cap. 79. & 8. Phys. lect. 12. & 12. Metaphysic. lect. 3. & quodlib. 10. q. 3. art. 1. Alb. Magnus tract. 2. de Anima, cap. 20. & tract. 3. cap. 13. Aegydius lib. 3. de Anima, ad cap. 4. Durandus in 2. d. 8. q. 3. Feltar, loco cit. contra Gentes, Eugubinus lib. de Peren. philos. 2 cap. 18. aliique è recentioribus non pauci.

*Quibus ex locis id demonstrandum.*

Sunt verò apud Aristotelem ad hanc sententiam stabiliendam multa & illustria testimonia. Nam 1. de Anima, cap. 4. tex. 65. & 66. appellat intellectum nostrum diuinum, intactus & passionis expertem. In 2. item lib. cap. 1. text. 11. ait, nihil obstare quominùs aliquæ partes animæ separabiles sint, quia nullius corporis sunt actus. Et cap. 2. tex. 21. ait intellectum, qui speculatur, esse aliud quoddam genus animæ à sentiente & vegetante distinctum, quod perinde atque perpetuum ab eo, quod occidit, seiungi separariq; possit. Idémque affirmat de intellectu agente, cap. 5. lib. 3. tex. 19. Dixerat autem tex. 17. has duas facultates intellectricis animæ differentias esse. Præterea 12. lib. Metaph. cap. 3. text. 17. scribit, nihil prohibere, quominus dissoluto compositio, soluma remaneat. Quod de sola anima humana dictum constat. Ruisus, omnis potentia immaterialis, cùm sit extra materiæ conditionem, vacat interitu: at intellectum immaterialem esse multis in locis affirmat Aristoteles, vt 1. de Partib. anim. cap. 1. lib. 3. de Anima, cap. 4. tex. 4 & 6. & 15. & 19. Postremò, lib. 2. de Gener. animal. cap. 3. docet mentem extrinsecùs aduenire, his verbis; λείπεται δὴ νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι καὶ θεῖον εἶναι μόνον· τὴν γὰρ τοῦ σώματος ἐνέργειαν οὐδεμίαν μετέχειν αὐτοῦ τῆς διανοητικῆς, id est, Restat igitur vt mens sola extrinsecùs accedat, eaque sola diuina sit; nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis. Quibus verbis significat Aristoteles, animum humanum non educi è gremio materiæ, sed diuinitùs creari, atque adeò immortalem esse. Cuius contrarium ante illa verba, quæ nunc citauimus, præmiserat de formis cæterarum animantium, eas videlicet extrinsecùs aduenire nõ posse, quòd operationis tantùm corporeæ sint principia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Occupatur aliquorũ obiectio.*

Nec audiendi sunt, qui susceptæ opinionis retinendæ studio, hunc locum aliò detorquent, & de intellectu agente, id est, de Deo intelligendum arbitrantur; cùm Aristoteles non de Deo, sed de animarũ nec de Diuino, sed de humano intellectu eo loco palàm differat. Quo etiam Philoponus scita ratione viget; Qui fieri possit, inquiens, vt de Diuina mente illud ab Aristotele dictum putemus, cùm scribat, non satis hoc adhuc constare, vtrum hæc vis à cæteris animæ facultatibus, & ab ipsa materia abiungi possit? Siccine de prima mente loqueretur? an non omnibus certum est, hanc æternam, & omnis interitus expertem esse? Hæc ille. Tandem si habenda fides est ijs, quæ Themistius in Paraphrasi super 3. de Anima, cap 37. refert, suam de re proposita sententiam diserte expressit Aristoteles in Dialogo, quem scripsit ad Eudemum familiarem suum, cuius etiam meminit Cicero 1. Diuinat. Plutarchus in Vita Dionis, & in consolatoria ad Apollonium, vbi multis rationibus animi nostri immortalitatem astruxit.

*Hæc in re dubium haſſiſſe Philoſophũ, q̃ affirmant.*

Alij denique Aristotelicæ doctrinæ haud mediocriter studiosi, in quibus est Scotus in 4 Sent. dist. 43. quæst. 2. art. 2. Heruæus quodl. 1. quæst. 11. & lib. 1. Sent. dist. 1. quæst. 1. Niphus in opusculo de Immortal. animæ, cap. 1. hisce in vtramque partem animaduersis rationibus, censent Aristotelem omnino dubium in quæstione fuisse, ac modò ad hanc, modò ad illam sententiam inclinasse. Nobis videtur cum etsi aliquantulum hæserit, magis tamen propendisse in eam partẽ, quæ animum immortalem facit. Sed quia videbat se hinc argumentis perurgeri, illo præsertim de animorum infinitudine; perplexa dictorum varietate rem obscurasse; vel certe ita disputationum ambage ita implicuisse, vt ingenia potiùs studiosorum ad inuestigandum excitaret, q̃ aliquid certum fixumq; relinqueret.

*Probabile eſt ad immortalitatem animæ magis inclinaſſe.*

*Reſpondetur ad argumenta facta in oppoſitũ.*

Diluemus igitur in gratiam tanti Philosophi ea argumenta, quæ in eius doctrinam omnino mortalem faciebant. Ad primum dicendum erit, cùm Philosophus asserit nostram mentem non intelligere absque phantasmatis, non loqui de anima absolutè, sed vt est corpori vnita: neq; verò, propter eorum conexionem infringitur argumentum illud, quo ex actione intelligẽdi, etiam in corpore animæ immortalitas comprobatur, vt

*Ad 1.*

in sequentibus fiet apertum. Ad secundum, omissis aliorũ interpretationibus, dicendum eo loco tantùm haberi, id, quod per motum & generationem incipit, necessario finem habere; animam verò rationalem non eo pacto

*Ad 2.*

gigni. Ad tertium, omnia illa loca intelligenda esse de humana felicitate, de qua erat inter Philosophos disputatio, quæ cum opes & alia externa bona requirat, ab eo separatæ ani-

*Ad 3.*

mę statu aliena maximè est. Quantum quod plus habet difficultatis, solutum iam est lib. 3.

A Physic. cap. 8. quæst. 1. artic. 5. Ad vltimum dices Aristotelem cognouisse animas intellectiuas creatas à Deo, neque tamen existimasse eas absque principio extitisse: quia illa tantùm statuit necessario Deum produxisse ex æternitate, ad quorum siue effectionem, siue præparationem, nullius causæ secundæ concursus exigitur. Ad animæ verò rationalis infusionem requiritur dispositio accidentium, quam agens naturale induxit, quæque ipsius

B animę introductionem & vnionem cum materia attingit. Atque de veterum Philosophorum, deq; Aristotelis sententia dicta sufficiant.

*Ad vltimũ*

## ARTICVLVS III.

### *ANIMAM RATIONALEM IMmortalem esse naturali lumine demonstratur.*

QVoniam superiori articulo ostendimus ex Aristotele aliorumque sententia, animam rationalem immortalem esse, operæpretium erit inuestigare an demonstratione aliqua euidentiue ratione eam veritatem aut assecuti sint, aut assequi potuerint. Qua de re conclusionem huiusce modi statuimus. A-

*Anima immortalitas demonſtratur.*

nimæ rationalis immortalitas naturali ratione demonstratur. Quæ conclusio non aliter

D suadenda est, quàm adductis ijs argumentis, quibus plerique Philosophorum, aut etiam Theologorum, ad id instituti vsi sunt.

*1. Argum.*

Primum sit: Anima rationalis est substantia per se subsistens, & spiritualis; Ergo est immortalis. Consequentia bona est, cùm neque ipsũ Angeli alio excipiunt immortalitatem vendicent, quàm quod ties illas conditiones in antecedente positas sortiantur. Primam igitur in animam etiam quadrare satis

*Animã eſſe ſubſtantiam per ſe ſubſiſtentem.*

E liquet ex ijs, quæ tum primo Physicorum, capite 9. quæst. 9. tum primo de Generatione, cap. 4. quæst. 8. scripta sunt, quibus in locis vniuersim probatur in quouis Physico composito, atque adeò in homine formam substantialem inuenri, quæ non est alia, quàm rationalis, vt quæst. 11. eiusdem 4. capitis ostensum est. Secunda etiam superiùs lib. 2. cap. 1. quæst. 2. ex professo traditur. Tertia demum

*Eſſe item ſpirituale eſt ſigitur ex effectibus.*

nunc est vberiori illo deducenda, ex operatione videlicet, atque potentia spiritualibus apud nos repertis. Ex operatione quidem, hunc in modum: Actus cognoscendi nonnulli spirituales sunt in nobis, hoc est, neque ex materia constantes, neque à materia subiectiue dependentes; ergo & potentia illos immediate eliciens spiritualis erit; & consequenter substantia, vnde talis potentia manat, erit itidem spiritualis. Veraque consequentia per se nota est in Philosophia; siquidem, vt Dionys Dionysius cap. 11. de Cœlesti hierarchia, sapienter annotauit, operatio cognitionem

potentiæ



potentiæ operantis sequitur; potentia verò, naturam, hoc est, substantiam, vnde effluxit.

*Intelligendi actus eſſe ſpirituales arguitur ex obiectis.*

Assumptum igitur probandum restat. Nam actus, & obiectum sibi inuicem proportione respondent, vt si hoc supernaturale existat, si à loco, tempore q; sit abstrahens, ac denique immateriale; eatenus quoque, prærogatiuas obtineat actus, ita postulante natura, quæ in omnibus semper consona est: cùm igitur humana cognitio ad obiecta spiritualia terminari possit, ac soleat, cùm item to ea obiecta tendat plerumq;, quæ nulli singulari cognitioni sint addicta, id est, in vniuersalia (nihil enim interest an natura Leonis v. g. quã consideramus huic, aut illi differentiæ sit cõtracta; hoc in loco, aut tempore reperiatur) erit

*Idem colligitur ex animi humanæ cognitionis.*

B planè talis cognitio spiritualis, atq; à materię conditionibus, quoad fieri possit, immunis; vt quandoquidem vniuersalis existere nõ potest, cùm elicitur, in actuq; exercito ponitur, ad obiecti saltem indifferentiam sese accommodet, eo pacto, quo diximus. Verum igitur erat propositę rationis assumptum, nimirum dari in nobis spiritualem cognoscendi actũ.

Quod ruisum cõfirmatur obseruatis propriæ cognitionis humanæ conditionibus, per quas à cæteris materialibus cognitionibus distinguitur. Etenim humana cognitio adeò est subtilis, vt ad intimas etiam rerum quidditates, aut penetret, aut penetrare cõtendat adeo sagax, vt quæcumq; sunt ac ipsa comũ. D cta discernat, diiudicetq; quidnam ad earum pertineat essentiã: quid ex ea profluat, quid contingenter insit. Est item adeò potens, vt quæ neq; sunt, neq; esse possunt, & apud se fingat, & varios modos, atque habitudines inter ipsa excogitet; vt à minimis effectis ad summam causam progrediatur discurrendo: vt in se quoque animaduertat, quam certò, quamq; euidenter obiectum attigerit; vt se ipsam à quacumq; re alia, atque adeò ab ob- E iecto distinguat, quæ est perfectissima reflexio, ad quam sensitiua recordatio nequit accedere, cum rem cognitam in præterito, concretè solummodò percipiat.

*Qui intelligendi actus ſint à ſenſib. maximè alieni.*

Præterea, experimur elicere nos credendi actus, conijectandi, in futurum, atq; etiam præteritorũ recordandi, sine vllo vitæ suendæ, propagandæq; fine; sed cognitionis solius gratia, veluti cùm res gestas olim accipimus, vbi futuras planetarũ coniunctiones, F atq; oppositus speculamur, aut etiam de Angelis, aliisque entibus Metaphysica disputamus; quę omnia longè remota sunt ab vsu sensuum, minimeq; ad illos pertinentia. Cùm igitur tot, tamq; nobiles existant cognitionis humanæ conditiones, negari nõ potest illam supra materiã naturam eminere, proindeq; spiritualem esse, quod contendimus.

*Quàm independentes à materia ſint*

Idem verò non minùs apertè ostenditur in-

*actus liberis appetendi.*

specties actibus liberis appetendi; adeò enim independentes sunt a materia, vt nullum sit

creatum agens, quod illos possit directè impedire, aut promouere, & quod hinc sequitur, neq; efficere, vt aut aliquem exerceamus, aut nullum, quæ est libertas absoluta tam à contrarietate, quàm à cõtradictione. Id, quod ideò euenit, quia nullo præterquàm infinito bono, eoq; præsente euidenter, satiari, tranquillariq; appetitus valet. Quis autem non videat tantam immunitatem, atq; excellentiam in actum corporeum competere non

B posse?

*Ex potentia animæ ſpiritualitas concluditur.*

Iam verò ex potẽtia spirituali hunc in modum animæ spiritualitas concluditur. Est in nobis facultas intelligendi spiritualis; ergo & tuali, eiusdẽ substantia à qua fluat, cui inexistat, cuius virtute operetur. Antecedens, de quo solùm dubitari posset, probat D. Thom. tum alibi, tum 2. cõtra gent. cap. 49. & 1. p. q. 75. art. 2. ratione ducta ab Aristot. lib. 2. de anima cap. 10. text. 104. & lib. 3. ca. 4. & 5. Etenim intellectus

*ſpiritualitas monſtratur.*

C percipere valet omnia corpora (neq; enim vlla ratio afferri potest, cur eorũ aliquod ipsius actem effugiat) oportet igitur illum à natura corporis nudatum esse. Huius consecutionis vis, quæ lib. 2. de anima cap. 1. quæst. 2. artic. 2. latiùs inculcatur, ex eo nunc breuiter ostenditur. Quia si intellectus non foret omni cor-

*Intellectũ porteritatẽ eſſe ſpiritualem.*

poralitatę nudatus, speciem cuiusliber corporei obiecti nõ posset admittere; siquidem materiale organum, in quo resideret, limitatum esset ob suam imperfectionem, vt patet inductione omnium potentiarum sentientium, nulla enim illarum alterius speciebus consignari valet, quemadmodum neq; eis vti ad cognitionem, & si fortasse in ipsius organo recipiantur; ergo si vniuersam corpoream naturã intellectus sit percepturus, necessum erit ab omni materia immunẽ esse; vt eo pacto, cuiuis corporeæ entitati percipiendæ inueniatur indifferens. Cur autem, vt naturam spiritualem cognoscat, nõ sit opus ab ea exutum esse, citato loco explicatur.

Hactenus id solùm ostendimus animum nostrum substantiam esse per se subsistentẽ, atq; spiritualem, quod erat primi argumenti, in quo versamur, antecedens; certa igitur est illa consecutio, quam superiùs fecimus; esse illum quoq; immortalem. Quapropter non immeritò D. August. lib. de immortalitate animæ statuit ad eandem immortalitatem demonstrandam, à ratione, id est, spirituali siue operatione, siue potentia incipere oportere. Quod ita vlteriùs confirmatur. Causa

*Independentia materialis in ſubſtantiam ſpiritualem perſe tia animæ à*

materialis influere nequit, vt ipso naturæ lumine notum est, quandoquidem à sola causa ma- *argum.* terriali immaterialis influxus, qui tantùm ab *mortalem.*

spirituali substantia recipi potest, prodire nõ potest. Non igitur hæc ab illa existentiam recipiet. Tunc hic; Anima rationalis existentiã non capit à materia, nulla igitur ratione per causas naturales ab ea potest talis existentia

Universidad de Deusto
Biblioteca



auferri, quod est esse immortalem. Extrema hæc consecutio nota est, cùm corruptio aliter non cõtingat in formis substãtialibus, quam per dissolutionem ipsarum à materia, à qua pendebant in existendo.

*Secundũ argumentum principale.* Secundum argumentũ principale pro huius articuli conclusione sic habet. Nihil per se subsistẽs corrũpi potest naturaliter, nisi substantia alia pariter generetur, quemadmodum late disseritur lib.1. de generatione cap. 4. qu.17. At forma rationalis per se est subsistens, vt superiùs vidimus lib.2. de anima cap. 2. q.1. neq; cùm ipsius corruptione coniuncta esse potest alterius substantiæ generatio, cùm simplex sit entitas (alioquin si ex materia, & forma etiam componeretur, in physicis compositionibus, sine exitu procederetur) nullaque proinde sit relinqueda materia, quæ nouæ generationi subsistere valeat. Anima igitur rationalis corrumpi non potest. Confirmatur argumentum, quia anima rationalis per solam creationem existentiam capit, vt q.3. eiusdẽ libri non ex diuinis tantùm literis, Patrumq; testimonijs, sed ratione etiam ostenditur, ergo à nulla causa naturali destrui potest. Consequẽtia ex eo vim habet, quia quẽadmodum omne corruptibile generabile est, teste Philosopho, ita quidquid sola creatione produci potest, à sola causa creante corrumpi poterit. Ad hæc non parum efficacia argumenta, alia accedunt, quæ etsi non vigeant omninò, digna tamen sunt, quibus bene motatus quisq; in propositæ conclusionis assensum inclinet.

*Anima per solã creatiõ nẽ existẽti ẽ accipit.*

*Tertium argum.* Tertium, Est appetitus in homine naturalis ad vitam sempiternam; ergo anima falsò immortalis erit. Consequẽtia probatur, quia appetitus naturalis non est frustrà. Antecedens verò suadetur primò ex elicito desiderio, quod vnusquisque experitur, non solùm diu viuendi, sed etiam gloriæ comparandæ. Quam sit autem vehemẽs ipsum desiderium inde patet, quoniam tantum apud quosdam valuit, vt sibi manus inferrent, quo citius vita immortali potirentur, vt de Cleombroto, seu Theombroto memorat D. Aug. lib.1. de Ciuit. Dei c.22. Is autem Theombrotus, lecto Platonis dialogo, qui Phædon inscribitur, in quo de immortalitate animæ disputatur, studio immortalitatis illicò expetendæ, ex alto se dedit præcipitem, vt attestatur Cic.1. Tuscul. quæst. Plura huic affinia exempla, reperies apud Lactantiũ lib.2. de div. Instit. Secũdò ex assiduo, vehementiq; contentione, atq; æmulatione relinquendi sui monumẽta, tum conscribendis voluminibus, tum etiam magnificis operibus construendis; hinc enim Mausolæa, Colossi pyramides, & columnæ, subtructiones q; aliæ prodigiosæ. Tertiò ex humana propensione degendi perpetuò in societate, & cõmunione multorum. Hinc forum, iura, templaq; cõmunia, nimirum dum

*Vari in homine appetitus ad immortalitatẽ.*

A à pluribus idem deligitur locus ad colendum Deum. Idem iudex controuersiarum; eadem ratio legum, secundum quas viuant. Huc videtur alluisse Sanctus Iob cap.3. illis verbis; Nunc enim dormiens (scilicet per mortem) siterem & somno meo requiescerem cum Regibus, & principibus terræ, qui ædificant sibi solitudines, aut cum principibus, &c. Ex quo loco D. Thom. colligit hominem secundum animam posse mortem subsistere; ibidemq; Caiet. probat Iobũ supponere animæ immortalitatem, ac loqui secundum statum naturæ animæ rationalis, seclusa consideratione diuini ordinis, secundum pœnas, vel præmia, quãuis D. Greg. lib.4. mor. c.27. ad eundem locum dicat Iobum loqui de Angelis beatis, sanctisq; Ecclesiæ prædicatoribus, quorum consortium optabat, nisi id originalis culpa prohiberet. Quæ interpretatio ad spiritalem potiùs, quàm literalem (vt vocant) sensum referenda est.

*D. Thom.*

*D. Greg.*

B

C

*Quartum argum.* Quartum, Non modò certũ est, ecstasim, hoc est, intentam quandam partis rationalis ad res sublimes absq; vllo sensuum vsu applicationem supernaturaliter dari: sed etiam probabile naturaliter posse aliquando euenire; vt latè disputauimus lib.3. de anima cap. 8. q.8. art.3. nec immeritò, siquidem ea vehemens applicatio, etsi ardua ac laboriosa, profundeq; admodum rara existat, non tamẽ tantæ est eminentiæ, vt citra miraculum euenire interdum nequeat; potent ergo naturaliter anima rationalis per se subsistere, immortalisq; permanere, quandoquidem vnũquodq; sicuti ab altero in operando per se non pendet, ita neq; in essendo. Neq, verò (vt hoc semel moneamus) suspecta cuiquam videri debet ea consecutio, qua ex vna, vel altera operatione animæ absq; corporis societate edita, illius immunem à corpore subsistentiam colligimus, quamuis multas alias vegetandi scilicet, sentiendiq; actiones absq; corporis consortio nequeat exercere. Enim verò, si semel per breue tempus cohærere posse animã extra corpus deprehendamus, nulla ratio est cur longiori, atq; ideò infinito subsistere eam posse denegemus.

*Quintum argum.* Quintum, Nullum est in hac vita tantũ bonum, quod adepti tandem aliquando non fastidiamus, quantumuis illud antè appetierimus iucundumq; ac suaue visum fuerit. Vnde ad alia semper mens anhelat, si quod forte inueniat obiectum, in quo quiescat, vt sequenti ratione perpendemus. Signum igitur est animæ naturam, ac facultates cognoscendi, & desiderandi eidem proprias caduca omnia transcẽdere, naturæq; dignitate superare quandoquidem corũ nullum inuenitur, quod ipsis tandem non frigeat, ac vilescat. Hinc D. Greg. homil.26. in Euang. Corporales deliciæ, cùm non habentur, desiderium accendunt; habitæ verò in fastidiũ vertũntur,

*Immortalitãs animæ mentis lia visio.*

in eis



*Petrus Dam. ex Aug.* in eis appetitus placet, experientia discitur, &c. aqua conditione longè absunt æterna bona, de quibus illud celebratur; Neq; eorũ copiam fatiscitur, neq; famem eiuciare.

*Sextum arg.* Sextum, Quod superiori affine est, ex insito nobis beatitudinis in communi appetitu eruitur. Nihil est, quod humanum desiderium satiare possit, eo saltẽ ex capite, quòd sit tandem finem habiturum; vnde vox illa est Augustini initio confessionum simile desiderium intra se experientis. Fecisti nos Domine ad te, & inquietũ est cor nostrum donec requiescat in te; quod nõ minùs pie, quam verè disseruit etiam cap.25. Manualis. Quapropter si prædictum desiderium frustrà esse nõ debet, vtpotè quod nobis natura insecuerit; consequens sit, vt aliqua saltem pars nostri beatitudinem sine termino possidere possit; quod absq; immortalitate non continget.

*Quã sit ardens in homine beatitudinis appetitio.*

*Septimum argum.* Septimum, Quoniam naturale est homini secundum virtutem viuere; quod principiò sanè cõueller etur, si homo iumenti more interiret. Vnde Augustinus 6. confessionum cap. vlt. Si animus, inquit, mortalis est, Epicurus in animo meo palmam habet. Quapropter si ab auctore naturæ Deo satis (vt par est) ad mortalem vitam sumus instructi, fatendum omnino erit animorum immortalitatem naturalem esse, cùm alioquin nullus penè inueniretur, qui studiosæ vitæ operam daret.

*Octauũ argum.* Octauum, ex Dei prouidentia deducitur, illudq; luculenta oratione prosequitur D. Chrys. homil.4. de prouidentia Dei, de sumpsisse q; videtur ex 21. capit. libri Iob. Etenim in mortali vita studiosi homines frequentiùs aduersa patiuntur, improbi prosperè habent: necesse igitur est aliam superesse immortalem, vbi studiosi ab improbis iusta fore diuidãtur; quod citato loco Iobi ita habetur. Iste moritur robustus, sanus, diues & felix: alius moritur in amaritudine animæ absq; vllis opibus; & tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos. Ecce obiectionem. Sequitur Iobi responsio. Certè cognoui quia in diem perditionis seruatur malus, &c. Quin etiam D. Clemens lib.3. recognitionum refertur, Sanctum Petrum argumentatione hac vsum fuisse. Si Deus iustus est, anima est immortalis; cuius argumentationis vim eleganter etiam D. Greg. Nazianz. expressit carmine Iambico de se ipso aduersus inuidos hunc in modum,

*Graue aliter esses rebus hic duris premi*
*Nisi summus ipse verteres tales Deus.*

*Ex diuina Prouidentia animorũ argumẽtur immortalitas.*

*Plato.* Simile argumentum confecerat Plato in dialogo de animæ immortalitate, ita fermè. Iustum est sceleratos homines post obitum suorum criminũ pœnam dare; iustos præmia recipere. Et ante illum Socrates apud Ciceronẽ 1. Tuscul. duas animorum è corpore abeuntium vias superesse dicebat; alteram, qua à Deorum concilio longè digrederentur; alteram, qua facilis illùc pateret aditus. Plura ad hoc argumentum, sicuti ad alia superiora ex philosophorũ fontibus hausta congerit Eugubinus lib.9. de perenni philosophia, quæ ne simus longiores, consultò prætermittimus.

*Socrates.*

Quòd verò proposita argumenta non tam strictè, atq; euidenter rem conficiant, vt illa, quæ apud Euclidem sunt; non ideò suspiciosa videri debet eorum firmitas, & efficacia. In quam sententiam Aristoteles 1. Ethic. c. ita scribit. Dicitur autem satis, si declaretur rebus omnipẽde, ac subiecta materia postulat; ipsum enim exactum nõ est in omnibus similimodo rationibus flagitandum. Et post pauca. Est enim eruditi exactum ipsum in vnoquoque genere flagitare, quatenus ferè ipsius rei natura. Simile namq; videtur esse (id est, æquè ineptum) Mathematicũ suadentem probare, & ab oratore demonstrationes exigere. Quo loco obserua non solùm in gratiam intellectus imbecillioris dicta hæc fuisse ab Aristotele; sed etiam quia frequenter accidit, vt materia, de qua agitur, amplius non ferat, sicque fieri posse vt à nullo intellectu, quantumlibet perspicaci exactior probatio proferri valeat. Atq; ita tandem Scotus quodlib.9. Physicam illam demonstrationem approbat, qua ex spirituali operatione animæ, independentiam illius à corpore in existẽdo collegimus, & si alibi, vt paulò inferiùs attingemus, aliquanto tenaciùs pro aduersa parte pugnarat.

*Non esse in rebus omnipẽde, aut subiecta materia postulat, huiusmodi rationibus flagitandum. Et post pauca. Est vim exigendum.*

*Obiectio.* Opponet tamen non videri posse demonstrari animæ nostræ immortalitatẽ, cùm in ferius ostendendũ sit, id dogma de fide esse. *Dilutio.* Sed occurrendum non omnia, quæ fides docet, supernaturali cognitione teneri oportere, si alioquin satis sint perspecta naturali lumine, vt omniũ hominũ futurum interitum, metallorũ venas in Hispania, & similia, quæ cùm naturalia sint, naturæq; lumine nota, in diuinis tamen oraculis habentur. Secùs de propositione illa, Deus est, quam licet naturali lumine quis notam habeat, ad iustificationem tamẽ requiri, vt supernaturali cognitione approbetur, docent meliores Theologi, ob illam D. Pauli sententiam ad Hebræos 11. Credere oportet accedentem ad Deũ quia est: nihil enim vetat ea, quæ naturali demonstratione assequimur, supernaturali etiã, sed tamen euidenti iudicio approbari, de quo in Theologia explicatius.

*Cognitio supernaturalis non impedit naturalẽ cognitionem tamẽ iustificationis.*

Ex dictis ergo colligere licet id, quod D. Chrysost. citato sermone fecit, eos, qui de immortalitate animæ dubitant, dubitare etiam posse, an in meridie dies sit. Non alia sanè ratione, quàm quia id iam naturali lumine sit contestatum. In eademq; ferè verba cõuenit etiam August. 13. de Trinitate c.9. sed & D. Thom. tum alibi, tum 1. part. q.75. art.2. & 6. concludit necesse esse affirmare animã intellectiuam esse incorruptibilem, ac subsistentẽ. Libro item 2. contr. gent. cap.79. ait patere intellectum

*D. Chrysost. Non dari immortalitate animæ dubitãti, dubitare etiam an in meridie dies sit.*

*D. August.*

*D. Thom. de anima immortalitate.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



intellectum humanum incorruptibilem esse. Quod autem necessarium est naturali lumine patet, exploratam habet suæ veritatis rationem: ergo, &c. Deniq; hæc saltem ætate *Eam temerè negari, à Philosopho naturali* tam celebre est animæ immortalitatē demonstrari, vt iure temerarius habeatur, qui nostræ assertioni refragetur, minimeq; credendum est refragatoribus Scotum, & Caietanū, si nunc viuerent, etsi aliquādo aliter censuerint. Quæ *Scotus 4. d. 43. q. 2. Caietan. in ca. 9.* in re multò grauiùs aberrauit Iulius Scaliger *Epistola ad Roma. & in exercit. 307. num. 33.* cum scribit adeò nescire nos immortalitatem, vt quotidianis suspicionibus, vel persuasionibus etiam nunc sit controuersia; solvq; fide agendum. *c. 3. Ecclesiastes.*

Duo autem sunt ad extremum huius articuli aduertenda. Primum, cùm naturali lumine cognitam esse immortalitatem animæ asserimus, non excludere nos peculiaria quædam auxilia, & illustrationes mentium, sine quibus fortasse id assequi nō potuerunt philosophi post primi parentis lapsum. Secundō non vsus fuisse nos auctoritate Concilij Lateranensis infrà citandi ad hanc assertionem comprobandam, quia quamuis ibi hæresis damnetur, qui secundum Philosophia dixerit animam rationalem mortalem esse, nō tamen propterea sit, vt inuenta iam sit philosophica ratio, qua immortalis esse demōstretur, quod nunc contendimus.

## ARTICVLVS IV.

### OBIECTA QVAEDAM ADuersus superiora argumenta, & eorum dissolutio.

SEd vt argumenta, quibus proximo articulo immortalitatē animæ ostendimus, probatiora fiant, à calumniaq; vindicentur, sic *Prima obiectio contra 1. Argum.* primò obijcitur, aduersus primum. Si ex proportione, quæ inter actū, & obiectum requiritur, rectè colligeretur illum debere esse spiritualem, aut supernaturalem, si obiectū eadē conditiones haberet, pari ratione colligendum esset eundem actum fore substantiam, aut infinitum; si ad obiectum tendat, quod substantia sit, aut infinitum. Id autem falsum est in actibus creatis etiam beatificis, qui & accidentia sunt, & finitam habent entitatem: ergo. Deinde Diuus Thomas prima parte quæst. 84. art. 7. apertè docet intellectum nostrum semper intelligere in hac vita quidditatem vniuersalem, vt existentem in alijs, non particulari. Non ergo citra obiecta vniuersalia proprios conceptus elicimus, atque adeò neque spirituales.

*2. Obiectio contra 3 arg.* Aduersus tertium. (Neq; enim contra secundum quicquā occurrit.) Non anima propriè, sed homo est, qui sempiternitatē appetit, & tamen ipse mortalis est. Ergo ex ea appetitione perpetuā cōcluditur immortalitatem. A Accedit quoniam non brutæ animantes solum, sed res etiam inanimes propensiones suas, atq;, vt ita dicam, desideria semper essent non obscurè declarant. Illæ quidē assiduā victus quæsitione, fugaq; nocentium, ac similibus alijs instinctibus: hæc autem innato appetitu loci conseruantis, conformationeq; figuræ illius, quæ minùs pateat externis incursibus: & tamen nemo hinc deducit immortale quippiam eis ineſſe; ergo neq; inde in nobis partem aliquam immortalem reperiri appositè confirmatur. Illa etiam communis hominū appetentia gloriam comparandi, ad cuiusq; finem mollendi plurima, de quibus in eodem tertio argumento agitur, mortalitatem potiùs humanam probat, quam perennitatem naturalem animarum. Siquidem quemadmodū natura pro assiduā corruptione individuorum, propagationem generationum inuexit, ita homines certi alioquin sui interitus, ea opera cœperunt machinari, quę suorum auctorum memoriam conseruarent, vt quo possent modo, viuerent, si non in se, at certè in animis eorum, qui superessent.

Aduersus quartum. Si naturaliter contingeret aliquando ecstasis, læpissimè quoque posset contingere: huc autem nemo concedit; ergo neq; illud erit concedendum. Probatur maior, quia ecstasis, vt in argumento dicitur, vehemens applicatio est partis rationalis, ita vt vires animæ non suppetant ad concurrendū cum sensibus, necesseq; sit eos interim fetiari: multo autē suauius illa eueniet quoties (quod non raro accidit) sensus omnes etiam interni somno sopiūtur, quandoquidem anima tunc vires omnes suas applicare poterit ad operationem partis intellectiuæ; ergo &c.

Aduersus quintum. Id tædium, quod nobis ingeneratur ex caducarum rerum vsu, ac experimento, nō tam ex earum, quām nostra limitatione, imbecillitateq; prouenit: quatenus ex frequenti ipsarum vsu, & perceptione fatigamur: vnde natura de tædio nobis prouidit, quo illas respueremus, antequam quidquam nocumenti inferrent. Itaque tædium (quod argumentum contendit) non in rebus ipsis nude, & secūdum se spectatas, sed in eadem vt cum appetitus nostri limitatione, ac imbecillitate iunctæ concitatur.

Aduersus sextū. Si appetitus ordinatè appetat, non nisi ad felicitatem humano modo compatibilem, id est, finitam anhelabit; siquid verò vlteriùs desideret; appetitio, aut inefficax erit, & conditionata; aut certè ad optanda ea, quæ fides ostendit, supernaturaliter eleuabitur.

Aduersus septimum. Etsi nulla essent ex actionibus studiosis spectanda præmia, ipsæ tamen per se dignæ haberentur, quibus homines rationis compotes operam darent, ob illam



illam conformitatē naturalem ad rationem. A Illud aūt quod Augustinus de se fatetur, hominis est, propriam infirmitatē, appetitusq; depraui procliuitatem agnoscentis.

*7. Obiectio contra 4. arg.* Aduersus octauum. Quoniam ipsi virtuti satis est in præmium delectatio, ac iucunditas, quam secūm affert. Vnde 1. Ethic. cap. 8. studiosorū vita, inquit Aristoteles, voluptate nō eget foris adiungenda; sed habet in se ipsa voluptatem. Rursum in supplicium vitij sat *D. August.* erit id, quod August. primo Confess. cap. 12. B scripsit his verbis; Iussisti Domine, & sic est, vt omnis animus inordinatus, ipse sibi sit pœna. Quod item Bernardus 5. de consid. Omne *D. Bernard.* auersum Deo, & sibi aduersari necesse est, vt sit sera querela. Quare tædet me mihimetipsi grauis? Et confirmatur obiectio, quoniā ad generalem Dei prouidentiam sufficere videtur, si probi nulli inueniantur, quibus prospere contingat in hac vita, si flagitiosi, quibus aduersè, quorum sunt exempla non C rara; quanquam in omnibus individuis ita non eueniat. Quapropter temporarijs virtutum actionibus, temporario præmio satisfiet, id est, honore, valetudine, ac diuitijs: qua de *D. Cyprian.* causa D. Cyprianus serm. de resurrectione grandi Dei beneficio acceptum refert, quòd in futura etiam vita, præsentis obsequia temporanea velit rependere, cùm satis foret certa aliqua duratione compensari.

*Respondetur ad 1. obiect.* Ad primum dicendum, obiectorum conditiones in actus debere redundare; modo tamen illæ à toto genere actuum non sint alienæ: constat autē actus creatos ex suo genere esse accidentia, vnde nec substantiæ esse possunt, neq; infinitę entitates, esto in substantiā infinitam terminentur. Nimirum quantūuis duo aliqua ad inuicem proportionentur, si duo sunt, in aliquo distingui ipsa oportet. Ad id, quod ex D. Thoma citabatur, dicendum nō formari quidem à nobis saltem ordinariè E conceptus rerū vniuersalium in hac vita absq; vlla connotatione, & respectu ad res singulares: non tamen eum respectū obesse, quominùs propriè sint tales conceptus, ac formaliter ipsorum vniuersalium quemadmodum albi, & patris conceptus formaliter, ac propriè sua obiecta repræsentant, quamuis cum obliqua repræsentatione subiecti, ac filij.

*Ad 3.* Quod aduersus tertiū obijcitur, dilues, negando haud rectè colligi ibidem immortali- F tatem, alicuius saltem nostrę partis. Porrò res aliæ rationis expetes ad ipsam æternitatem desideria sua non extendunt, sicuti homo; cū ad eam extensionem nobilior appetitus, & *Liber hominis appetitus ad æterna se extendit.* cognitio requiratur, quām sit in ipsis. Rursum negandum ex appetētia gloriæ, operūq; magnificorū extructione, mortalitatem omnimodā colligi; sed tantùm totius hominis. Quin verò non leue est argumentum liberi ingenij, mentisq; suapte natura à materia independentis, in id artificium incidisse homines, vt se in viuentium animos inferant, quo viuant, extenteq;. A' qua solertia, quàm longè sint cætera mortalia, nemo non intelligit.

Quod aduersus quartum obijcitur, sic ex- *Ad 4.* plicandū. Ecstasis, id est, operatio solius partis rationalis, si naturaliter fiat, inchoari debet sociis sensibus, quam ipsi sequi tandem non possint, vtpote vehementem: atq; adeo solitariā relinquant. Vnde si sensus nihil ope- *Quæ ratione tentur, aut somno, aut defectu generalis auxilij, prodire nō poterit pars rationalis in nos. ad ecstasim prærequiratum actum, nimirū, quia initio operationis necesse est, præbeant sensus occasionem intellectui sese applicandi; quæ tamen applicatio vehemens non erit, vt oportet, si à vigilia in somnum dilabamur, sed remissa potiùs, & flaccescens.* *sur sensuum optatio.*

In quintum argumentum obiectio falsum *Ad 5.* assumit. Non solum enim ex fatigatione, imbecillitateq; nostra prouenit tædium circa res creatas, sed ex tractatione assidua earum, quas melius cognoscimus, quantum sit in eis inane. Quæ aduersus sextum, & septimum ar- *Ad 6 & 7.* gumentum opponuntur, non est cur enodemus, cum illa argumēta topica omnino sint.

Quod verò aduersus octauum, ita est resol- *Ad 8.* uendum. Delectatio, & dolor intrinsecè consequuntur ex studiosa, prauaq; actione. At præmium extrinsecum quid esse debet, à supremoq; gubernatore datum. Adde non ra- *Honestæ actionis præmium per delectatione sumq; maior in peccato voluptas, quàm doloris stimulus: vt proinde hoc satis punitum censeatur, neq; illa sufficienti præmio cumulatum. Ad confirmationem die ipsas etiā actiones morales (de ijs enim, quæ diuini ordinis sunt, res est apertior) haud satis rependi præmijs temporarijs, quia licet actiones illæ breui transeant, sunt tamen ex se fixæ, atq; vt ita dicam, æternæ bonitatis, sicuti & indicia de obiectis immutabilibus æternæ sunt veritatis. Itaque qui Deum colit, qui maioribus Virtutis obsequitur, aut alienis malis miseretur, per accidens deponit eos affectus, vel quia iniate fe fixum esse, ita deest, vel quia morbo, negotijve impedi- per accidens tur, vel quia arbitrium habet ad bonum de- tamen breui fectibile. Vnde si nihil horum intercedat, perdurare. studiosæ affectiones per se etunt immobiles: atq; adeò immortali felicitate dignæ. In quā sententiam luculenter Firmianus libro septimo de diuino præmio cap. decimo ita scribit, Ipsa virtutis perpetuitas indicat humanum animū permanere; & paulo post; Virtus perpetua & constans est, & præmium illius sempiternum. Adde si anima à corpore seiuncta tantisper duret naturaliter dum præmia vel supplicia sustinet; posse illam semper manere, cum nulla sit ratio, cur certo aliquo tempore transacto, debeat occumbere.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



## ARTICVLVS V.

### *QVID DE EADEM RE fides decernat.*

QVoniam, vt initio huius disputationis diximus, cognitio immortalitatis animarũ præcipui cuiusdam momenti est, operæ pretium erit non solùm quid gentium philosophi, quidve naturalis ratio, sed quid etiã Catholica Fides ea de re decreuerit, indicare. Sit ergo prima assertio. De fide diuina est animam rationalem, homine intereunte, nõ extingui. Hanc multa sacræ paginæ loca confirmant. Etenim Genes 37. Descendam (inquit Iacob) ad filium meum lugens in infernum; quem locum, etsi Hebræi quidam de descensu corporis ad sepulchrum accipiant, plures tamen ex Sanctis Patribus, de descensu animæ ad inferos interpretantur. Nec immeritò, quandoquidem sepulchrum nullum erat, vbi conditus esset Ioseph existimatione parentis, quem putauerat à fera dilaceratum, deuotarumq; fuisse, vt ad sepulcum filij corpus se descensurum vere affirmaret. Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Et ne inferni nomine solùm sepulchrũ intelligeremus, eodẽ capite singulari numero de quolibet impio subauditur. Ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit. Quis, inquit Lyranus, quamuis corpus mortuum tepeliatur, anima tamen, quæ immortalis est, vigilabit, & pu-nietur. Ecclesiastes 12. Ibit homo in domum æternitatis suæ, &c. ac paulò post interiecta nonnullarum rerum perenntium, maximè hydriæ similitudine ad fontem attritæ, additur, Reuertatur puluis in terrã suam, vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. In libro etiam Sapientiæ à capite 1. ad 5. vsque planissimè traditur animas cum corporibus non occumbere, siue illæ piorum hominum, siue impiorum fuerint. Itaque coarguuntur ij, qui hanc, quam degimus, temporariam vitam solummodò agnoscebant, nec vilam post hominis mortem esse credebant, vel felicitatem, vel miseriam: ac proinde corpus in cinerem abiturum, spiritum verò, vt mollem aërem, dissipatuq; facilem, diffundendum esse; cùm tamen tantus sit sanctarum animarum honos, vt in manu Dei sint, & seruentur, quippe quæ spem immortalitate plenam habuerint in hac vitæ improbarum verò tanta turbatio, vt vel ipsa sanctarum salus, quam minimè sperauerant, inanemq; credideràt, sui admiratione stupẽtes reddat, seraq; pœnitudine fateri cogat, Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, ac finem illorum sine honore: Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Additq; Salomon talia dixisse in inferno, qui peccauerunt. Notæ sunt quæ in 2. Macha-

1. *Assertio. De fide esse animã hominis nõ extingui.* *Genes.* *Iob.* *Ecclesiastes.* *Sapientiæ.* *Machab.*

Abæorum libro pro immortalitate animorum celebrantur, siue cùm capite duodecimo ia sacerdotum mittuntur pecuniæ Hierosolymam, gratia exoluendi defunctorum animas à pœnis (nam & ante aduentum Christi purgabantur, si opus erat; donec in patrium locum reciperentur) siue cùm cap. 6. & 7. Eleazarus, Machabæiq; flatus raptantur ad necem, religionis tuendæ causa; nihilo enim magis se consolabantur, quàm quòd post totius corporis lanienam superuiuerent animę, quarum potissima ratio habenda esset, ac si iam tunc hæreret eorũ cordibus Christi Domini sentẽtia, quã munuit ne timeremus eos, qui occidunt corpus, animam autem nõ possunt occidere. Itaq; Eleazarus consulentibus, vt Libero sacra faceret, quo vitam seruaret, hæc verba reddidit: Etsi in præsenti tempore insupplicijs hominum eripiar, omnipotentis manum nec viuus, nec defunctus effugiam. Quod non ita esset, nisi aliquid ipsius doloris, ac supplicij capax post mortem crederet extiturum, nimirum animam. Multa alia è veteri Testamento testimonia proferre possemus, vt iure mandum sit scripsisse D. Augustinum lib. 4. quæstionum super Numer. quæst 33. difficile in eo inuenim quippiã eundem de statu animæ post mortem.

*Eleazari fortissima vox de animæ immortalitate.*

In nouo etiam Testamento locus ille Matthæi 10. ad quem paulo ante allusimus. Nolite timere eos, &c. Non solùm animorum perpetuam immortalitatem commendat; sed etiam naturaliter immortalem esse declarat; vt ad secundam assertionem perpendemus; quo proinde loco vtuntur è Sacris Doctoribus nonnulli speciatim D. Athanasius q. 9. ad Antiochum. Matthæi quoq; 22. allegat Christus Dominus illud Exodi 3. Ego sum Deus Abraham, &c. aduersus Sadducæorũ dogma, quo spirituales, semperq; viuentes substantias negabant, audieq;, Nõ est Deus mortuorum, sed viuorum; eo vtiq; instituto, vt antiquorum Patrum animas etiam tunc viuere declararet: atq; ita expendunt citatũ locum D. Chrysostomus homil. 7. in Matth. Theophilactus, Caiet. & alij ad locum illum capit. 22. Mitto pleraque præsertim ex D. Paulo, quibus nonnulli propositam assertionẽ vbertiùs confirmare nituntur, cum ea (quod non satis videntur aduertisse) futuram solummodò resurrectionem apertè denuntient; aut æternam gloriam probotum: vel improbotum ignominiam, ad eumq; finem Deum naturam humanam sibi copulasse, condidisseq; ante, ac post Incarnationem, leges & sacramenta instituisse, quibus omnes, si vellent, æternæ felicitatis participes fierent. Enimverò posset impius quisque (in quo tam olim Arabes nonnulli peccauerunt, teste Eusebio lib. 6. historiæ Ecclesiasticæ cap. 26. & Augustino libro de hæresibus num. 83.) astruere luturam quidem totius hominis, atque adeò animæ

*Testimonia ex nouo Testamento.* *D. Athanas.* *D. Chrysost.* *Theophil.* *Caietan.* *Eusebi.* *D. Augustin.*



animę perpetuam durationem, quam tamen anima etiam interruperit in morte, & à resurrectionis momento debeat aulpicari. Illud apertius vrget, non intercidere animam, cùm moritur homo; quoniam de fide est beari quamq; si nullam hinc deferat culpę noxam, aut pœnæ ea rum, simul ac a corpore separatur: quapropter de qualibet earum certa erit Fidei assertio a nobis proposita.

Ex peculiaribus etiam euentis animarum quarundam apud sacras literas palàm cõciditur quid iuxta Catholicã Fidem sit de omnibus vniuersim sentiendum. Atq; in primis Samuelis animam post dissolutionem à corpore permansisse, constat ex secundo Regum 28. vt edisserit Iustinus Martyr in colloquio cum Tryphone. Idem q. 76. eatũ, quas gentes ponunt, ad hoc ipsum instituũ adducit Christi Domini verba ad Latronem. Hodie mecũ eris in paradiso. Item Luc. 26. & pauperis, & diuitis animas ab ipso eorum interitu suis locis seruatas esse docemus. Simile quid tenendum de anima illius, qui cum Luc cap. 12. de horreis amplificandis meditaretur, ea ipsa nocte repetendam ab eo esse animam audiuit. Quam sententiam elegantèr D. Ambrosius cap. 10. libri de bono mortis ad præsens institutum expendit; quod ea, quæ repetuntur, & tradita olim fuerunt, & nunc etiam repetita, permaneant, &c. Quin & beatissimam Christi animam à primo suæ creationis instanti fore in æternum duraturam haud difficile intellectu est, quàm sit Fidei Catholicæ: ex qua constat descendisse illam ad inferos in triduo suæ separationis à corpore, & nunquam non fuisse beatam: status autem beatitudinis immortalitatem includit. Consequens ergo fit, vt similem existentiæ perennitatem in reliquis hominum animis iuxta diuina oracula agnoscamus.

*Samuelis anima post mortem superstitem fuisse.* *Idem de alijs cõstat ex Euang.* *D. Ambros.* *Christi animam in perpetuam duraturam fides docet.*

Eandem assertionem comprobat decretũ Lateranensis Concilij sub Leone X. sess. 8. in hunc modum: Damnamus, sacro approbante concilio, omnes asserentes animam intellectiuam esse mortalem. Subditurque id ex Euangelio constare, quo animam ab hoste occidi non posse prohibetur. Comprobat etiam Concilium Viennense sub Clemente V. Referturq; secunda Clementina de Trinitate, & Fide Catholica. §. Porrò. Sanè verò vniuersæ Ecclesiæ consensio abunde suadet è Fide esse propositam assertionem: vnde D. Augustinus Epist. 3. ad Volusianũ. Quis nunc est, inquit, extremus idiota vel quæ mulierecula, quæ immortalitatem animæ non credat, vitamq; post mortem futuram? Quapropter mirandum non est si idem D. Augustinus, Chrysost. Ambrosius, Isidorus, alijq; nostræ religionis proceres eandem veritatem pari consensu astruant, quam etiã graues quidem Theologi inter fidei articulos retulerunt, de quo tamen suo loco.

*Decretũ Lateran. Conc. de assertione proposita. Vien.* *D. Augustin.*

2. *Assertio. Anima esse natura sua immortalem fide tenenda.*

Secunda assertio. De fide est non solùm animam rationalem nõ extingui homine intereunte, vt superiore assertione tradidimus; sed etiã natura sua immortalẽ esse. Probatur, quoniam decretum illud Lateranensis Concilij, cuius paulo antè mentionem fecimus, pronũtiat animam non solùm per se essentialiter esse formam corporis, sed etiam immortalem. Quæ verba, si planè accipiantur, haud dubiè significant animam per se, essentiamq; suam esse immortalem. Velle aũt decretum sic interpretari, vt dicatur solummodò animã iuxta naturam suam esse formam corporis, ibiq; illarum dictionum, Per se, atq; essentialiter, vim sistere; deinceps q; immortalem non ex natura sua, sed gratuito Dei dono prædicari: extorta prorsus, atque ab eius loci instituto aliena interpretatio erit, cum de natura animæ, nõ verò de ijs, quæ gratuito illi competunt, decretũ illud procedat; alioquin sine vlla necessitate tam assueranter decreuerietus esse illam corporis formã, cum indubitatũ sit animas de materiæ potestate eductas, eiq; affixas, ac minimè per se, & seorsim cohærentes, formas esse rerum earum, quas constituunt. Poterat verò non minima ea de re dubitatio oriri, si per se fint subsistentes, aliundeq; proueniant, quàm ex materia, vti conuenit humanæ animæ.

*Non sufficit animã sic esse natura sua, sed gratuito Dei dono prædicari: re immortalem extorta prorsus, atque ab eius loci instituto aliena interpretatio erit, cum de natura animæ, nõ verò de ijs, quæ gratuito illi competunt, decretũ illud procedat; alioquin sine vlla necessitate tam assueranter decreuerietus esse illam corporis formã, cum indubitatũ sit animas de materiæ potestate eductas, eiq; affixas, ac minimè per se, & seorsim cohærentes, formas esse rerum earum, quas constituunt. Poterat verò non minima ea de re dubitatio oriri, si per se fint subsistentes, aliundeq; proueniant, quàm ex materia, vti conuenit humanæ animæ.*

Deinde, Sapientiæ secũdo habetur; Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illũ. Quem locum etsi interpretes ferè referant ad Adamum (nec immeritò cum proximè de ipsius lapsu tractetur) cuius nõ solùm anima incorruptibilis est, sed corpus etiam fuisset dono iustitiæ originalis à corruptione exemptũ, si se à peccati lapsu custodisset; palàm est tamẽ eandem, vt ita dicam, inexterminabilitatem ex parte saltem animæ omnibus quadrare naturaliter. Quapropter tum Plato in Alcibiade, tum Porphyrius apud Boetium, referente Eusebio, libro 11. præparationis Euangelicæ capite 14. non de Adamo aut alio singulari homine, sed de omnibus celebrarunt esse illos inter cæteia animantia ad Dei imaginem conformatos. Cum ergo secundum naturam suam homo sit Dei imago (enitet autem illa potissimum in cognoscendi, & appetendi capacitate illimitata, in dominio, indifferentiaq; actuum suorum, in cupiditate ingenita æternitatis) erit vtique secundum naturam suam inexterminabilis, ratione saltem animæ, cui illa imago impressa est. Item in eo Christi Domini sententia, Animam non possunt occidere, est haud dubiè intelligendum non posse naturaliter, quemadmodum & corpus, quod occidi posse dixerat, naturaliter perimi potest ab hominibus, nisi perabsurdè credamus in tam breui sententia verborum significationem mutauisse. Consimili his Gregorij Magni effatum lib. 4. Mo-

*Sapientia.* *Plato.* *Euseb.* *D. Greg. Magn.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ralium cap. 7. Anima neq; per vitium, neque per supplicium essentialiter viuere amittit.

*De fide est animam humanam esse spiritualem.*

Præterea ita licet argumentari. De fide est animam esse substantiam spiritualem suapte natura; ergo & esse suapte natura immortalem. Consequentia plana est, cum nulla substantia spiritualis attingi possit a primis qualitatibus, quæ omnis corruptionis principia sunt. Antecedens verò ostenditur; nam cap. Firmiter de summa Trinit. asseritur homo compositus ex natura corporali, & spirituali, id est, corpore, & anima, quod etiã habet Epistola Sophronij, cuius superiùs meminimus, quamq; Concilium vt catholicam confirmat. Frequenter quoq; in sacris literis anima rationalis spiritus appellatur ad Rom. 8. Ioannis 4. & 19. Psal. 145. Ecclesiastes 12. Matthæi 27. Luc. 23. ac D. Hieronym. Epist. ad Pammachiũ inter errores Origenis censet asserere animam corpoream esse. D. etiam Chrysost. homil. 3. de incomprehensibili Dei natura, Tertio item in Genesim. Diuus Gregorius 5. Moral. cap. 25. Nazianzenus Epistola ad Eusagriũ. Augustinus libro de hæresibus num. 86. atque alibi communi assensu struunt spiritualem esse animam nostram. Cum igitur hæc de animæ spiritualitate assertio ita sit in Ecclesia communis, inter fidei dogmata planè censebitur; & quod est consequens de fide etiam erit ipsius naturalis immortalitas.

*D. Hieron. D. Chrysost. Diuus Greg. Magn. D. Greg. Nazianz. D. Augustin. D. Bernard.*

*Commendat animæ immortalitatẽ, ad Dei imaginem factã esse.*

Postremò probatur ex cap. 1. Gen (vbi homo ad imaginem, & similitudinem Dei quasi è consulto factus esse dicitur) Faciamus, inquit Deus hominem ad imaginẽ, & similitudinẽ nostram. Hanc autem rationem imaginis ad animã rationalem referri communis est Patrum sententia. Quæ tanta animæ excellẽtia ac nobilitas, haud obscurè immortalitatem ipsius commendat. Quis enim sibi nõ persuadeat, tam sapientem artificẽ ad absolutionem tanti operis imaginem suam in ea re tam vili ac futili, atque est anima mortalis, quæ fæpè vnius horæ durationem nõ impleat, expressisse, cũ celebris ille Phidias noluerit effigiem suam nisi in scuto Minervæ pretiosissimo, quod æternum fore putabat, includere, tanto artificio, vt hunquam nisi comminuto clypeo posset auelli. Et verò D. Augustin. (vt alios Patres omittamus,) lib. de quantitate animæ cap. 1. Auctor lib. de Ecclesiasticis dogmatibus, ad finem, & D. Bernard. serm. 71. in Cant. rationẽ imaginis inter Deũ, & hominem, in immortalitate ipsa, & æternitate animæ rationalis collocatam esse existimant. His accedit, quod eodem capite 1. de principatu hominis super reliqua fertè omnia creata expressum est: tanta enim hominis prærogativa manifestè restatur ipsius animã, penes quam ratio principatus est, non esse materialem, & caducã, sed superioris cuiusdam, atque eminentis naturæ, & conditione reliquarum animarum longè distantem, atq; adeò omnis interitus, & corruptionis incapacem. Neque verò sapientiæ, vel potentiæ tanti auctoris dignum foret hominẽ, cuius vitæ periodus brevissima est, vtraque ex parte corpore scilicet & anima mortalem, toti huic mundo præfecisse, in quo sunt multa individua, non solùm ex corporibus simplicibus, sed etiam mixtis, ipsis; animantibus, longissimæ durationis. Præsertim cum Deuter. capite 4. non tantùm hæc inferiora, sed & superiora, Sol, Luna, ac cætera astra, quæ à plerisq; putantur suapte natura corruptionis expertia in ministerium ipsius hominis facta asserantur.

*Item hominẽ reliquis fere creaturis præpositũ ex imperio.*

Probatur item ex eo loco cap. 2. eiusdem libri Geneseos, in quo de singulari conditione primæ animæ rationalis, ac de conditionibus natiuæ eius nobilitatis expressa est mentio. Formauit igitur (inquit Moyses) Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ; seu accommodatiùs ad vocem Hebraicã spiraculum vitarũ, & cõmunis Patrum interpretatio est, nomine spiraculi, animã rationalem intelligi, quod paraphrasis Chaldæa apertius reddit loco spiraculi, animam ponẽs. Sed nec textus communis eius partis declarationem prætermisit, continuò adiungens; Et factus est homo in animam viuentem. Quod autẽ spiraculum vitæ, seu vitarum dicatur, quamuis multæ rationes afferantur, ea Caietani ad hunc locum videtur aptissima, quia cùm anima vna sit vita substantialis, multarũ nihilominùs functionum vitalium, quæ vitæ quædam sunt, principium est, perenniq; respiratione suæ præsentiæ valde sensibile præbet iudicium.

*Eiusdem rei facit ina. 10 loc. cap. 2 Genes.*

*Spiraculi ac mina. vitalis animæ denotatur.*

*Tres varie ingenitæ nalis animæ prerogatiuæ Prima.*

Iam verò conditiones nobilitatis animæ ingenitæ, quæ ibidem exhibentur, tam insigniter naturalẽ eius immortalitatẽ ostentant, vt nemo, qui rationis, nedum fidei lumine captus nõ sit, rem tam illustrem nõ contueatur. Prima conditio nobilitatis est, ab ipso Deo fuisse inspiratã; non enim cum materia quasi cõmixtã, & ex illius gremio eductã; sed extrinsecùs aduenientẽ, corpori infusa legitur. Cæteris quidem animãntibus præcepit Deus, vt ab aquis producerentur. Producant, inquit, aquæ reptile animæ viuẽtis, & volatile super terrã, &c. Item producat terra animã viuentem in genere suo, iumenta & reptilia, & bestias terræ, secundum species suas: simile quid de homine aut eius anima minimè protulit, sed & quòd primũ hominum per se efformauerit, & quod eius animam independenter à corpore & absq; vllo respectu eius causalitatis creauerit, creatamq; veluti hospitem in idem corpus excepit, apertè significatur & consonæ illud Aristotelis 2. lib. de Generatione animalis cap. 3. hinc, vt videtur, depromptũ, mentem videlicet extrinsecùs aduenire, eiusmamq; & separabilẽ esse. Secunda nobilitatis



nobilitatis animæ rationalis conditio est, q quasi ex pectore diuino, intimisque præcordijs efflata dicitur. Non quidem quòd sit pars aliqua diuinæ essentiæ, circa quod aliqui turpiter errarunt, ab antiquis Patribus grauissimè reprehensi, sed quòd & genere essendi immortali, & vi potentiarum, atque operationum spiritualium intimè ac recondità diuinam naturam participet. Vnde D. Ambrosius de Bono mortis, cap. 9. eitans hùc locum, iure hominem exhortatur, vt cum illo puro & immortali bono maneat, ipsi adhæreat, & cum ipso sit, de quo cognationem ducit; illudque iam olim à D. Paulo Act. 17. inculcatum repetit; Cuius & genus sumus. Et D. Bernardus Serm. 2. de Natiuit. Domini, Spiritus, inquit, non communem, sed propriam habet conditionem, nec in massa creatur, sed singulari quadam excellentia inspiratur. Agnosce, ô homo, dignitatem tuam, agnosce gloriam conditionis humanæ, &c. Tertia nobilitatis conditio non semel hic nec leuiter inculcata est, quòd anima rationalis verè spiritus sit, ab omni concretione materiæ immunis, quamuis eam informet, ita vt vnus homo ex spiritu & materia simul constans, omnia corpora, omnes animas rationales, omnesq; spiritus completos, Angelicos videlicet, veluti clausula omnium operum diuinæ creationis in se contineat; idcircò & spiraculum dicitur anima rationalis & à Deo inspirata, vt aliqui ex Patribus adnotarunt. Hanc igitur secundam assertionem ita certam putant Theologi nonnulli, vt opinentur oppositam sententiam hæresis nota iam damnatam esse, tum ob communẽ Sanctorum Patrum, quibus hactenus vsi sumus, declarationem; tum quia pleraque, quæ ex sacris literis pro immortalitate animæ adducta sunt, efficere etiam videntur illam esse immortalem naturâ suâ, cùm tanquam miraculum non propo nantur. Vnde Sap. 2. culpantur grauiter tanquam in naturali lumine cæcutiuerint, q eam veritatem non attigerunt.

*D. Ambros.*

---

## ARTICVLVS VI.

## ARGVMENTORVM QVORVNDAM SOLVTIO ADVERSVS DOCTRINAM SUPERIORIS ARTICVLI.

NOn solùm Sadducæi, quorum mentio fit in sacris literis, Matth. 22 & Act. 23. fidem de animarum immortalitate, quam hactenus asseruimus, impiè abrogabant; sed post illa tempora nonnulli etiam de hæreticorum grege, vt est apud D. Augustinum lib. de Hæresibus, num. 83. atque Eusebium ab eodem Augustino citatum, D. Isidor. lib. 8. Etymol. cap. 5. Quod etiam refertur 24. quæst. 3. cap. Quidam, aliosque recentiores. Cuius impij dogmatis argumenta sic habent.

*Caietan. aduersus hæreses lib. 2. hæresibus, num. 83. Augustino citatum. D. Isidor. lib. 8. Etymol. cap. 5. Quod etiam refertur 24. quæst. 3. cap. Quidam, aliosque recentiores. Cuius impij dogmatis argumenta sic habent.*

Primò, Diuinæ literæ significare videntur animam cum homine pariter extingui. Namque 3. cap. Ecclesiastes ita scribitur; Dixi in corde meo de filijs hominum, vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestijs; idcircò vnus interitus est hominis, & iumentorum, & æqua vtriusque conditio; sicut moritur homo, sic & illa moriuntur; similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumẽto amplius. In libro etiam Sap. cap. 2. ita habetur; Ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam non fuerimus. Demùm, vt plura omittam, quæ ex eisdem Sacræ paginæ locis deduci possunt. Iob. 14. omnis spes homini præciditur resurgendi. Consequens ergo videtur animi humani immortalitatem ad nostræ fidei dogmata minimè spectare.

*1. Argum.*

Secundò, idem probatur ex illo sextæ Synodi in Epist. Sophr. quæ habetur actione 11. atque ab ipsa Synodo tanquam Orthodoxa recepta est, actione 13. Intellectualia atq; inuisibilia nullatenùs quidem moriuntur, neque corrumpuntur: non tamen sunt immortalia per naturam, sed gratiam eis largitus est (nimirum Deus) à corruptione ea, & à morte coercentem. Sic hominum animæ permanent incorruptæ, sic immortales perseuerãt. Hæc Sophronius. Nec dissimilia legimus apud D. Hieronymum 2. contra Pelagianos, Damascenum libro 2. Fidei Orthod. cap. 2. & 12. D. Bernardum lib. 5. de Consideratione. Quæ quamuis de Angelis ex instituto sint dicta, multo magis in animam humanam quadrare videbuntur. Vnde nova argumenti confirmatio elicitur: Angeli perfectiores sunt animis nostris, vt articulo sequenti trademus; & tamen de fide non est Angelos esse spirituales, vt scribit D. Thomas quæst. 16. de Malo, artic. 1. ex Augustino lib. 12. de Ciuit. Dei, cap. 10. latiusque disputatur ad 1. part. quæst. 50. art. 1. Imò verò neque de fide est, eos esse magis incorruptibiles, quam hæc inferiora, vt sentit Gabriel in 2. dist. 2. quæst. 1. Multò igitur minùs de fide erit animorum rationalium immortalitas.

*2. Argum. Locus congruus Pererius lib. 4 in Genes. in disp. de Creat. anim. q. 2.*

*D. Hieron. D. Damasc. D. Bernard. D. Thomas. D. August.*

Tertiò, Quoniam D. Augustinus libro 10. super Genesim ad literam, cap. 21. & 23. & in lib. Retract. cap. 1. libro item de Baptismo parvulorum, cap. 10. ahibique non raro videtur credere animas hominum à parentibus propagari, & quod inde necessariò sequitur à materia suscitari; quod tamen à forma immortali alienum est, quare, &c.

*3. Argum.*

Quartò, Anima rationalis habere nequit operationem à corpore omnino independentem; igitur neque existentiam habere potest extra corpus, atque adeò mortalis erit. Assumptum probatur illo celebri Aristotelis, pronuntiato lib. 3 de Anima, cap. 8. tex. 39. Eum, qui contemplatur, vnà cum phantasmate con-

Universidad de Deusto
Biblioteca



remplari oportere. Si ergo anima nostra intel A
ligendi operationem sine corporis adminiculo expedite nequit, nullam certè expediet, proindeq; extra corpus non poterit cohærere. Quòd si quis occurat ad intelligendi functionem pro huius vitæ conditione adhiberi phantasmata, vt ies tum singulares, tũ etiam communes ipsis contentas mens contempletur; non autem vt in parte corporea recipiatur intellectio. Is nihilominùs arguméti vim nõ effugiet: quandoquidem siue hoc, siue illo B modo humana mens ad suam operationem corpus efflagitet; ratum manet absque vllo corporis ministerio futurã otiosam; ac proinde minimè posse absque illo in rerum natura perseuerare.

*Occurritur obiectioni, q̃ posset propo ni.*

*5. Argum.* Quintò, Anima rationalis ideò fortasse immortalis dicitur, q̃ è potentia materiæ non exeat; sed hæc ratio nulla est; ergo. Probatur minor, quoniam supernaturales formę de potentia subiectorum non educuntur; & tamen naturaliter corrumpuntur, vt gratia & Charitas per vitiosam lethalemq; actionem. Contrà verò cœlorum formæ, quæ incorruptibiles sunt, materiales existunt; quare, &c.

*6. Argum.* Sextò, Quòd pati potest naturaliter, corrumpi etiam naturaliter potest; cùm passio sit inchoata quædam corruptio: sed anima, viuente homine, tristitiam, & quod plus est, dolorem patitur naturaliter; erit igitur p naturam corruptibilis.

*Respondemur ad 1. arg.* Ad hæc ita respondendum. Ad primum, latè patet solutio apud D. Gregorium lib. 4. dialog. cap. 4. aliosque sacræ scripturæ ad citata loca interpretes. Dicendumq; breuiter, verba illa in persona impij prolata, eo fine, vt nulla existimatione futuræ vitæ, ad præsentia gaudia incumbamus. Quo etiam pacto respondeti posset, ad cæteros locos ibidem relatos; quanquam fortasse non de anima figillatim, sed de toto homine procedunt, quem E verissimum est non posse post mortem reuocari ad vitam naturaliter.

Ad secundum, colligi potest solutio ex ijs, quæ initio primi articuli notauimus; dicendumq; omnia citra Deum mortalia esse, aut per se, propriam q̃ naturam, vt subiunaria; aut per potentiam alienam, id est, diuinam; eamque non ordinariam, sed absolutam; sicque intelligi debere, quod ex sexta Synodo, atque ex Patribus in argumento citatis adducitur. Responderi etiam potest, cætera omnia, præ F ter Deum mortalia esse, id est, mutabilia, vt interpretatur Augustinus lib. 7. contra Maximum, cap. 12. & D. Bern. Serm 71. in Cantica; quo etiam sensu scribit D. Leo Serm. de Resurrect. Vnicuique quo ex alio in aliud mutatur, mors est non esse, quod fuit, & ortus est esse, quod non fuit; quod planè inuenies apud Philosophum 8. Physic. cap. 3. tex. 14. Ad confirmationem concesso toto antecedente, neganda est consequentia, quia vt ex dictis li-

*D. Augustl. D. Bernard. D. Leo Pap.*

*Certior est enim via in mortalium, quàm Angelorum.*

quet, animæ immortalitas definita est de fide, nõ sic Angelorũ; quanquam temerarium esset, aut etiam erroneum, Angelos aut mortales esse, aut corporeos asserere.

Ad tertium dices, D. Augustinum dubitasse quidem olim de animarũ propagatione; sed nunquam de immortalitate, de qua libenter etiam composuit, cæterosque passim simili doctrina respersit. Quòd si tunc aperte intelligeret cum immortalitate propagationem illam stare non posse; eam haud dubiè pernegasset. Itaque potior sancti Doctoris dubitatio versabatur in explicanda peccati originalis diffusione per Adami posteros, quam haud satis perspicie bat, si ex ipsius Adami natura tota etiam posterorũ natura quoad corpus & animam non descenderet per generationem, vt latiùs expendit Bellarminus lib. 4. de Amissione gratiæ, cap. 11. *Ad 3.*

Ad quartum rectè occurrebatur, ad impu- *Ad 4.*
C gnationem verò dicito multũ interesse, quomodo dicatur anima ministerio corporis egere ad suam operationem. An ne, vt eo sibi instrumenta operandi comparet, id est, species; an modo alio? si enim hoc posterius, nullam fortasse habere posset operationem, atq; adeò neque existentiam extra corpus: potenit tamen si prius; fiquidem contingere potuit, vt in statu, quo à corpore desereretur, aliter ab auctore naturæ prouideretur, vt ic vera D prouisum fuit, infundendo, videlicet ipsas species; qua de re infernis agendum. *Quæ sit dependentia animæ à corpore.*

Ad quintum, neganda minor. Ad probationem verò neq; formas supernaturales propriè corrumpi naturaliter a nobis, sed moraliter, atque creatas esse; sed potiùs de subiectorum potentia, supernaturaliter quidẽ tanquam de potentia obedientiali eductas. Iam verò cœlorum formæ, etsi educibiles sint de materia, qualitates tamen vendicant à contrarijs inexpugnabiles. *Ad 5.*

Ad sextum, occurrendum naturalem corruptionem nullam esse, quæ ex primarũ qualitatum impressione non proueniat; siue qualitates tamen posse in anima excitari tristitiam ex sola rerum mœstarum cognitione, palàm est. Porrò ex dolendi actu, ad quem anima concurrit, media potentia corruptibili; solùm concluditur illam principium quoq; esse materialium operationum, ac vigeri cogiq; posse, ac corpus extremè affectum vlterius informet; non autem eam necessariò corruptibilem esse, ac materialem. *Ad 6.*

## ARTICVLVS VII.

### *VTRVM ANIMA SEPARATA essentialiter ab Angelo distinguatur.*

ESse humanas animas essentia æquales inter se, probabile iudicant graues auctores, vt



res, vt lib. 2. de Anima, cap. 1. quæst. 5 habetur. A
Quo verò pacto se habeant cum Angelis comparatæ, quæstio est, in qua tres omnino sententias inuenimus. Primam, asserentium animas & Angelos naturæ specificæ perfectione æquales esse. Quam D. Thomas Origeni attribuit, refellitque, tum alibi, tum 1. par. q. 75. art. 7. Item Scotus 2. dist. 1 quæst. 6. Alensis 2. par. quæst. 20. memb. 5. D. Bonau. in 2. d. 1. in secunda parte distinctionis, art. 3. q. 1. & alij ad eundem locum Magistri.

*1. Opinio, æquat æqualitatem specificam inter Angelos & animas.*

Secunda sententia non minùs absurda, astruit animas essentiali nobilitate Angelis præire. Quam tuetur Gregorius Venetos in opere de Harmonia mundi, Cantico 3. tono 3. cap. 2. cuius illud est præcipuum fundamentum. Quoniam cùm duo genera ad inuicem comparantur; illud sanè est nobilius, in quo id, quod eminet, præstantius est, quàm quod eminet in altero, docẽte Aristotele 10. Ethic. cap. 7. nec fine ratione, quia, inquit, vnumquodque id simpliciter esse dicitur, quod in illo est optimum. Atqui in animarum rationalium genere Christi anima longe superat præstantissimum Angelorum; ergo animarum genus Angelis vniuersis absolutè præminet. Quòd si respondeatur propositæ rationis assumptionem veram esse tantummodò spectata supernaturali dignitate; sic ex ea ad naturalem argumentatur Venetus. Etenim Deus gratuita dona naturæ recipiẽtium D attemperauit, vt Theologi plerique tradunt cum D. Thoma; quapropter cùm ex sacris literis constet Christi Domini animam (quod etiam de Sanctissima parente asserẽdum est) gratię prærogatiuis cætera omnia creata longè superare: sic, vt essentia quoque eminear inter vniuersa. Quin etiam pro dignitate omnium nostrum ita secundò disputat. Ex sententia Christi Domini, Luc. 22. maior est qui recumbit, q̃ qui ministrat, sed Angeli omnes E administratorij sunt nõ solùm Dei, sed etiam hominum, ad Hebr. 1. ergo Angeli omnes vt officio, ita & natura cedunt animis nostris. Nec obest, inquit, quod idem Paulus ad Hebræos 2. ex Regio Vatecetat, minorem aliquantulum esse hominem ab Angelis: quoniam, etsi ita verterint septuaginta Interpretes ex Hebræo; eius tamen linguæ vocabulum est Elohim: vnde D. Hieronymus, Stapulensis & alij transferunt, Minuisti eum paulò minùs à Deo. Denique ita concludit. Quod F est vltimum in executione, primum est in intentione; vtpotè finis, qui solet esse quidpiam præstantissimum: at homo creationis opera clausit; Angelus autem inchoauit; homo igitur intentione, atque adeò animæ dignitate prior est Angelo.

*2. Opinio, Angelis præferunt animas.*

*1. Ratio.*

*1 par. q. 62. artic. 6. cum 1. dist. sent. 2. dist. 3.*

*Occurritur obiectioni.*

*2. Ratio.*

*3. Ratio.*

*Repellitur probatio.*

Haud vera tamẽ cecinit in suo cantico Venetus; perperamq; in homines se pium præstitit Angelorum damno. Quare cùm tam contestata sit, etiam Theologis, quorum maximè interest Christi dignitatem tueri, Angelorum essentialis eminentia supra homines, illius rationibus obiter respondebimus: fusiùs enim contra eum disputat Ioannes Arboreus 1. Theosophiæ lib. cap. 2. & quantum sit satis extentiæ veræque sententiæ confirmatione à nobis refelletur. Ad primum igitur rectè respondebatur. Neque quod vrgebat de donis gratuitis pro mensura essentiæ, ita strictè accipiendum est, vt ab ea legenon fuerit à Deo ob aliquem finem egregium declinandum. Adde illam D. Thomæ doctrinam neque satis probari omnibus, neque Angelos cum animabus miscere, sed inter Angelos solùm ex instituto auctoris procedere. Iam verò animarum salus, de qua ad Hebr. 9. mentio fit, finis est, Cuius respectu Angelorum, qui solet esse ignobilior, Deus autem finis Cui. At enim si tanti facit Venetus Hebraicam lectionẽ, dicendum fuerat, Minuisti eum aliquantulum à Diis, quos Angelos esse non diffitebitur, nisi gentilicè sapiat, multosque Deos inuehat. Præterquam quòd si à Deo, legendum contendatur; non paulò, sed infinitè minutum animum ab eo esse dicendum fuerat. Itaque non sine temeritate à vulgata translatione receditur, si aliter quàm ab Angelis, vel apud Paulum, vel apud Regium vatem legatur, vt præsul Genebrardus in commentarijs octaui Psalmi annotauit. Vltimæ rationis minor propositio falsa est, si velit hominem etiam creationis angelicæ finem esse naturalem; quòd si in sensu alio vera credatur, ineffica est ad institutum. *Ad 1. rationem.* *Ad 2. rationem.* *Ad 3. rationem.*

Tertia igitur sententia, atque omninò certa, docet animas rationales essentiali nobilitate inferiores esse Angelis. Quam præter Doctores scholasticos initio articuli citatos, tradunt D. August. lib. 11. de Ciuit. Dei, cap. 15. D. Hieron. in illud Matth. 11. Qui minor est in regno, &c. & in Epist. ad Algasiam 91. Auctor sermonis de Assumptione ad Paulam & Eustochium inter opera D. Hieron. & alij sacri Doctores. Ostendique facilè potest. Primò, quia locus ille Scripturæ sacræ; Minuisti eum paulò minùs ab Angelis: non nisi de naturæ, vt ita dicam, minoritate, intelligi commodè potest, quoniam si ad inæqualitatẽ donorum gratiæ referatur, nulla ratione in Christum potest quadrare; quem, vt Paulus expressè subiungit, gratiæ donis omnibus Dei operibus antelatũ esse constat. Secundò, quia Aristoteles 1. lib. de Cœlo, cap. 9. text. 100. ita de intelligentijs scribit, vt non obscurè significet excellentiam naturæ earum præ nostris animis, cùm optimam sufficientissimamque vitam sortitas esse affirmet. Tertiò, quia animæ rationales in completa entia sunt essentialiter; & ad materiam transcendenter ordinantur, formalesq; causæ sunt compositorũ: hæc autem omnia & imperfectionem inuoluunt necessariò, & ab Angelis sunt aliena, ergo *3. Sententia, quæ vera est pro Angelis pugnat.* *1. Illius rei probatio.* *2.* *3. Animæ essentialiter in completa quidam ordine.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



ergo illi multò perfectioris essentiæ erunt, q̃ animæ; cùm nulla alia via superesit, qua eas in naturæ dignitate possimus anteferre. Denique accedunt ea, quæ lib.2 de Anima, cap.1. q.2.art.3.dicta sunt. Ex quibus etiam duæ superiores sententiæ refutatæ manent.

*Contra obijcitur ex æqualitate intellectus Angelici & humani.*

Superest tamen huiusmodi difficultas: Quoniam anima separata & Angelus æquales sunt intelligendi proprietate; ergo & essentiæ dignitate, vnde illa promanat. Consequentia suadetur: quoniam cùm intellectus sit præstantissima potentia, quæ à Deo fieri possit, ex illa vtique pensanda est subiecti dignitas; si namque hæc natura illam superat, proprietate aliquâ eminentiam suam ostendere oportet. Antecedens verò suadetur: Primò, quia ita sentire videtur D. Thomas 1.par.quæst.79.art.8.ad 3. vbi negat intellectum angelicum alterius generis esse ab humano; sed comparari tantum ad inuicem, sicut perfectum ad imperfectum. Quod vberiùs videtur declarasse quæstione 58. artic.3. cùm docuit intellectum humanum discursiuum esse, atque adeò imperfectiorem angelico ob luminis exiguitatem, futurum alioquin non discursiuum, si vberius lumen participaret vt angelicus. Demum quæst.vnic. de Anima, art.15.ad 10. scribit, intellectionum species non distingui, quòd sint, vel non sint à phantasmatis pendentes, ex quo tamen fundamento, saltem à posteriori videri posset colligi essentialis differentia intellectuum. Caietanus etiam ad quæstionem illam 38.annotauit discursiuitatem non cerni in obiectis, vt inde intellectus valeat speciem capere, sed potiùs imperfectionem esse illius.

*Probatur secundò.*

Secundò, Quæcunque potentiæ eosdem actus sine discrimine possunt edere, specie nõ differunt; atqui humanus intellectus nõ discurrit circa ea, quæ perfectè complectitur, vt obseruat Diuus Thomas articulo citato. Angelicus è contra circa ea discurrit, quorum minus est capax, vt graues volunt Theologi; Ergo, &c.

*Ferrar.2.cõtra Gent.ca.94. cum Alberto Mondrag.1.p.9.75.art.7.*

Auctores nec pauci, nec ignoti, inter quos est Scotus 2. dist.1.quæst.6. distinctione quadam se ab hac difficultate expediunt, aientes intellectum humanum & angelicum specie distingui ratione subiectorum, cõuenire tamen specie ratione obiecti; idemque philosophandum volunt de sensibus humanis, ac brutorum. Hæc tamen distinctio in primis ad *Qui velint eos distingui p. subiecta, ignotum recurrere videtur. Vegebamus enim* animæ atque angeli distinctionem essentialem ex intelligendi facultatibus nõ posse colligi; quòd hæ eiusdem speciei essent. Nunc autem inuenta ratiocinatione nobis respondetur, ideò non esse prædictas facultates speciei vnius si subiecta spectemus, eo quòd ista sint specie diuersa. Deinde ea distinctio confusionem in naturis parit. Quomodo enim eædemmet entitates specie differre, & conuenire valent inter se? Quòd si talis distinctio semel probetur, accommodari potent plerisque rebus non sine incommodo. Dicet enim aliquis duorum hominum visiones eodem tempore, & circa idem obiectum elicitas differre numero ratione subiectorum; & numero conuenire ratione temporis, atque obiecti. E cõtra verò si diuersis temporibus, aut circa diuersa numero obiecta eliciantur ab eodem homine, differre numero ratione temporis & obiecti, cõuenire autem in vnam numero ratione subiecti, contra Aristotelem, qui ad numericam identitatem rei, omnium circumstantiarum identitatem requisiuit, 5. Physic.cap.4.

*Antecentitur responsio.*

Quòd si respondeant, nullum id esse incommodum, quoniam vna differentia, aut identitas est per se & essentialis; cæteræ verò accidentariæ, rectè dicent: attamè ex data distinctione non constat adhuc vtra illarum sit differentia intellectuum ex subiectis petita, & identitas ex obiecto, quod erat declarandum. Parum verò iuuat, quod Scotus citato loco addit; Cum duo aliqua conueniunt, ac etiam discrepant simpliciter denominari à differentia, non verò à conuenientia; præstat enim adhuc hoc documentum (quidquid veritatis habeat) etiam si dicamus eos intellectus conuenire essentialiter ratione obiecti, & differre accidentaliter per subiecta.

*Quæ ratione admitti possit superior distinctio.*

Posset impugnata distinctio admitti, si dicamus diuersitatem identitatemque specificam inter res, consi derationes quasdam esse mentis nostræ, quas proinde non sit incommodum introduci inter angelicum & humanum intellectum. Quæ doctrina etsi Scoto placere nõ debeat, est tamen huius etiam ætatis auctoribus pergrata.

*Prima solutio admittit æqualitatem virtusq; intellectus. Vnde debeat colligi specifica subiectorum diuersitas.*

Duplex deinde responsio occurrit, quarum quælibet, etsi stare nequeat cum altera; vtraque tamen ob rei obscuritatem probabilis est. Prima, si dicamus prædictos intellectus specie conuenire, proindeque ex eis non posse colligi subiectorum specificam differentiam; sed ex aptitudine formalique inclinatione, seu ex vnibilitate, aut non vnibilitate ad corpus, vt Theologi ipsi inter se contendunt, habebimusq; auctorem Scotum, quæstione illa 6. §. Potest etiam addi; qui probationem quoque subiungit, nihil scilicet mirum, si proprietates eædem à diuersis specie subiectis nascantur, cùm diuersæ oriantur ab eodem: quod etiam exemplis confirmatur. Lumen siquidem & superficies, species infimæ cùm sint, Soli atque igni differentibus specie adnascuntur; brutorum quoq; sensus specie conueniunt cum humanis, vt contra nonnullos suæ familiæ probè notauit Victoria, prima parte relectionis de peruenientè ad vsum rationis, num.4. Cùm tamen vtraque subiecta satis aperte distinguantur. Quamuis ergo præstantissima substantiæ creatæ proprietas



*Proprietates p subiectorum variationem.*

proprietas sit intellectus, non oportebit variari illam pro specifica variatione subiectorum; alioquin tot erunt intellectuum species, quot Angelorum, frustrà sanè, præsertim cùm nulla appareat in obiectis ab eis attingẽdis varietas.

*Vnde colligatur aliqua diuersitas in ser huiusmodi intellectus.*

In qua solutione dicendum, si qua diuersitas cernitur in vtroque intellectu penes discursum & non discursum, aliósve operandi modos, eam ex diuersitate solùm maioris, vel minoris luminis prouenire, hoc est, specierũ distinctiùs, aut obscuriùs, latiùs, aut pressiùs repræsentantium. Quod etiam monuit Durandus in 3.dist.14.quæst.1.art.2.vbi quamuis ostendere nitatur beatas visiones Angelorũ, & animarum specie conuenire ob identitatem supernaturalis luminis; attamen generaliter statuit à principio proximo esse sumendam identitatem, vel diuersitatem intellectionum, non autem à remoto, id est, intellectu; confirmauitque naturali exemplo membrorum leonis & hominis, quæ non à materia, cùm sit eadem, sed à summa proximè distinguuntur. Et D. Thomas suam quoq; intellectionum varietatem Angelis superioribus & inferioribus attribuit, quæst.vnic. de Anima, artic.7.ad 5. ob diuersitatem, scilicet specierum; qui tamen intellectuum tam multiplices differentias specificas, quàm Angelorum positurus non videtur.

*Ex Auicen. l. de Anim. cap.13.*

*Solutio potest distingui specie eor in intellectu. Lege Scaligerum exer. 346. aduersus Scotum.*

Altera solutio communior est, distingui specificè intellectum humanũ ab angelico, vt plures Theologi volunt, cùm de identitate specifica beatæ visionis disputant, vel ad 1.p. q.12.art.6.vel in 3.dist.14.vel in 4.dist.49 speciatim Caiet.1.p.q.79. art.7. qui peculiarem ea de re quæstionem edidisse scribit: & quod est huius articuli institutum, ex eisdem intellectibus colligi specificam diuersitatem subiectorum, vt fecit Alexan. Alen.2 p.q.20.mem. 5. D. Thomas 1.par.quæst.75. art.7. quidquid in contrarium valeant, quę ex eodem Sancto Doctore superiùs adduximus; quid enim D. Thomæ obscuriora dicta rimari attinet, vbi aperta est ipsius in contrarium sententia? simplexum est tamen, quod de intellectionum diuersitate, vel identitate docet. Namque articulo 7. citato de anima ad 1. eas specificè distingui ait; si eliciantur à diuersis principijs, id est, speciebus inditis, vel acquisitis. At verò paulo inferius artic.14.ad 10. negat distingui intellectionum species, ex eo quòd similitudines abstractæ sint à phantasmatibus, vel à Deo petitæ. Quidquid autem hac de re sit, illud nunc est concludendum, à diuerso lumine atque intelligendi modo connaturalibus Angelo, & animæ rectè deduci intellectuum logicam differentiam, quod præstitit D. Thomas 1.part.quæst.75. art.7.ad 1. & luculentiùs in quæstione de Anima, artic.7.ad 4. Ferrar.2. cont.Gent.cap.94. Quapropter etsi Deus valeat alterum intellectum ad alterius actiones euchere; non efficiet tamē quin suus cuique

*A diuerso lumine connaturali subtilis, ducitur intellectuum differentia.*

debeatur connaturalis modus. Itaq; si quando anima more angelico nõ discurrit, id quidem aut præter naturam eueniet ratione status separati; aut super naturã ratione gloriæ.

---

# DISPVTATIO II.

## *DE ANIMAE SEPARATAE statu, modóve essendi extra corpus.*

### ARTICVLVS I.

### *QVID SIT STATVS separationis.*

EX superiori disputatione de animæ rationalis immortalitate, liquidò constat, eam post totius compositi dissolutionẽ in rerum natura persistere. Proximum est, vt de eiusmodi statu, quem separationis vocant, disseramus, dicturi posteà de illius operandi ratione. Primò igitur in quonam status is consistat, inquiremus. Secundò, an animæ rationali naturalis sit. Tertiò, an in eo existens anima propendeat nihilominus ad statum informationis. Quod ad primum attinet, cùm separatio & coniunctio apertam pro se oppositionem ferant, altera alterius mutua explicatione fiet apertior.

*Scopus huius disputationis.*

Omissa ergo ea separatione, quę per intellectum fit, cùm duo re vera coniuncta, separatim concipimus; q̃ ad Dialecticos ex instituto pertineat; realis physicáve separatio, si puta sit, in eis tantùm cernitur rebus, quarũ separatio ipsa corruptio non est, quemadmodum neq; pura, ac simplex vnio productio veniendorum esse debet. Hinc fit, vt inter partes hominis solummodò, atq; inter ea, quæ loco diuelli coniungiq; solent, propria separatio vnitioq; intercedat naturaliter. Siquidem in his solùm neque vnitio productio est, neq; separatio: at verò quia cæterarum tum substantialium, tum accidentalium formarum à subiectis disiunctio ipsa, est earum corruptio; ideò separatio in eis locum non habet: sicuti neq; in Christi Domini humanitate per mortem à Verbo, nec in speciebus Eucharistiæ, cùm illæ corrumpantur. Vnde obiter colliges non minùs verè, q̃ propriè dixisse Damascenum nihil à se Deum separauisse eorum, quæ semel vnuerit. Nimirum humanitas in triduo mortis non separata à Verbo fuit, sed potiùs extincta. Dixi, naturaliter, quia in sacræ Eucharistiæ mysterio propriè quidem, non tamen naturaliter, accidentia à substantia panis vinique; abiungitur, quia illa à subiecto separatio, corruptio eorundem non est, vt satis constat. Quapropter separationis status, eiusque tractatio soli humanæ formæ quadrare potest; proindeque de illius tantummodo

*Quæstio realis & physica separatio.*

*Quibus non conueniat physica separatio.*

*Physicæ separationis statui soli animæ humanæ conuenire.*

P vnione,

Universidad de Deusto
Biblioteca



vnione; idque quantum sit satis, ad oppositam separationē declarandam. agendum erit.

*In quo differas mort a separatione.*

Ergo vnio formæ ad materiam, vt probè notauit Caietanus in Comment. 1. par. quæst. 76. art. 1. in responsione ad 6. eiusq; informatio, siue causalitas idem sunt. Quo fit, vt separatio, atque mors, quæ illis ex aduerso respondent, tantundem valeant: nisi quòd separatio partem denominet, mors totum ob eam, quam diximus, rationem; quia illa maneat, nō item hoc. Opponuntur autem separatio, B atque vnio priuatiuè. Hæc enim positiuum quippiam est, illa minimè, quod vel ex eo cōstat, quia ad vnionem positiuæ, ac reales dispositiones, influxusque causarum desiderantur: ad separationem verò istorum omnium cessatio, atque remotio. Non est tamen separatio nuda quædam puraque negatio: cùm certum, ac idoneum subiectum requirat, id est, formam; quare, &c.

*Sitne vnio substātia an accidens spiritualis, an corporea.*

At quid tandem est (inquies): ipsa vnio, C substantiane an accidens? spiritualis, an corporea? vt ens arguit Caiet. citato loco, si substantiale quippiam esse dicatur, iam per separationem anima quippiam ad substātiam attinens amitteret; si accidentale, iam per accidēs totum hominē constituet cum materia; quæ sunt absurda; nec dicat aliquis nullum id esse incommodum, eo quòd vnio sit veluti dispositio, est enim potius ipsa totius constitutio, ac compositio, non verò antecedens ad con- D stitutionem præparatio. Huic dubitationi respondendum, animæ rationalis vnionē cum materia (quod etiam alijs formis subſtantialibus quadrat) idem valere atque informationem causalitatemq; eiusdem in facto esse, vt suprà tetigimus, quapropter nihil aliud dici posse, quam modum subſtantialem, atque spiritualem eiusdem animæ. Quod etiam de productione actionēve, atque existentia subſtantię dici solet, ac debet: eas nimirum ad genus rei productæ; atque existentis spectare. quo autem pacto vnio, de qua loquimur, spiritualis sit, cùm alterum extremum, ad quod fit vaio, id est, materia, sit corporeum, ex lib. 1. de Generat. cap. 4. quæst. 13. ad calcem conflare potest, nec maior ea in re difficultas visitur, quàm cùm alterū extremum vnionis est accidens, alterum subſtantia, vt rectè considerāti patebit; quæ tamen extrema ita passim coniuncta cernimus, vt vel assiduitate ipsa dubitatio omnis compressa videatur.

*Ita Iand. to. 11. libri 1. de anima.*

*Vnionem esse modū substantialē & spiritualem animæ.*

*Duplex dubitatio de eadem vnione.*

Posset etiam hoc loco quæri; An cùm anima separata rursum vniatur, modus alius vnionis ibidem intercedat specie quodammodò diuersus à priori, quique peculiari nomine reunio dicatur; an potius importetur voce hac solummodò geminatio quædam extrinseca durationis, qua indicetur eandem numero vnionem esse, quæ nunc olimq; fuerit, aut certè eandem in specie. Rursum dubitari posset; An vnio per aliam vniatur ipsi rei, quam afficit. Sed hæc tum quia facilia sunt, tū quia ad præsens institutum non conferunt, omittenda duximus. Illud tantùm aduertimus apud graues Auctores vnionem vocari interdum relationem; præsertim cùm de illa ineffabili, quæ inter humanitatem Verbumque Diuinum datur, sermo incidit; accommodato, scilicet, fundamenti nomine, relationi, quæ ex eo consurgit, atque inter res vnitas exercetur.

*Nomine vnionis indicari etiā relationem.*

Ex dictis constat, quænam esse debeat præsentis articuli conclusio. Nimirum animæ rationalis statum extra corpus, separationémve, si formaliter spectetur, priuationem esse actus secundi eiusdem animæ, id est, informationis, seu vnionis erga corpus; & quod hinc sequitur, ipsius relationis ac præsentiæ, tum ad idem corpus, tum ad cætera, quibus ratione corporis fiebat præsens; omnis denique concursus, quem per proprias facultates solebat exhibere; quo fit, vt quæreuti an per separationem anima rationalis mutetur, respondendum sit, mutationē quidem subire, sed tamen priuatiuam; (nam de ea locali realique separatione, per quam à corpore dissoluta migrat, inferius agendum erit) alioqui si propositiuo vnionis modo, alium naturaliter sortiretur extra corpus, non esset cur præter naturam tūc existeret, ac rursus cur in corpus propendere diceretur; quemadmodum materia, forma hac semel amissa, præter naturam non maneret, quia aliam illius vice naturaliter suscipit. Vnde illa Caietani sententia 3. par. quæst. 6. artic. 3. quòd anima cùm separatur semipersonalitatem comparet, refutanda nunc foret, nisi id lib. 2. de Anima, cap. 1. q. 2. art. 2. actum esset. Portò licèt hæc ita sint, habet nihilominùs separatio animæ similitudinem quandam cum prima Angelorum productione, quatenus vt hi cùm primùm creantur in actu primo, ac completo operandi constituuntur, sic anima in ipso momento separationis per species denuò inditas, ac per priam potentiam mouendi ad operandum expeditur, vt in progressu dicemus.

*Animam separationi mutari priuatiuè.*

*Neutiquā ei positiuū modum aduenire.*

*Similis est anima separatio primæ Angelorum productioni.*

Sed iam oppones; Cùm accidentia virtute diuina à subſtantia separantur in Eucharistiæ Sacramento, nō solùm amittunt naturalem vnionem, sed etiam acquirūt nouum ac positiuum essendi modum, qui vicem subeat antiquæ vnionis, compleatq; ipsorum accidentium existentiam. Item cum Christus Dominus ijsdem Eucharistię accidentibus deest, aliquē essendi modum positiuum debet acquirere, alioqui ea separatio à speciebus, corruptio Christi dicenda esset, quod est absurdum. Pari igitur ratione cùm anima rationalis à corpore abiungitur, non solam priuationem vnionis patietur; sed modum positiuū etiam pro vnione denuò comparabit.

*1. Obiectio*

*2. Obiectio.*

Ad primum tamē exemplum admisso antecedente, neganda erit consequētia; etenim rationa-



rationalis forma etiā vnita corpori subsistit, A vt loco citato de anima ostēsum est; quapropter nullius modi accessu eget cùm separatur, cuius merito possit subsistere; quod tamē in Eucharistia longè euenit, vbi quātitas nouum quendā modum denuò recipit, quo extra subiectū existat. Deinde negari potest antecedens; qua de re lib. 1. de Generatione cap. *Ad 2.* 4. quæst. 7. latius disputatur. In posteriori exemplo concedendū, cum primùm Christus Dominus ab speciebus Eucharistiæ deficit, B puram pati priuationē vnionis, realisq; præsentiæ ad ipsas, nihilq; positiuum comparare; non tamen ob id dicendum esse eum corrumpi, cùm nulla mutatio physica circa ipsum, sed circa species transigatur, quod maiori iure dicendum erit de separatione Diuini Verbi ab humanitate cùm per triduum extincta fuit.

## ARTICVLVS II.

## *SIT-NE SEPARATIONIS status animæ rationalis naturalis.*

*Quo pacto naturale hic accipiatur.*

NAturalis status vocabulo, non solùm intelligimus eum, qui supernaturalis non sit, ac citra miraculum; sed qui consentaneus animæ humanæ dici possit, atque, vt ita dicam, desiderabilis. Sunt enim hæc nō parùm diuersa: quod exemplo ignis frequenter explicat D. Thomas; nullo enim miraculo, nullaq; supernaturali vi circulariter voluitur ad cauum Lunę. & tamen is motus naturalis dici nequit ei elemento, vel ipso Aristotele auctore, cùm iam ad motum sursum naturaliter inclinetur, ac propendeat.

*Prima assert.*

¶ Sit igitur hac de re prima assertio propositæ dubitationi directo respondens. Separatio animæ à corpore, tum in fieri, tum in facto esse, nō est ei naturalis, siue consentanea. Ita docet D. Tho. nō semel, præsertim 1. part. qu. 89. art. 1. Caiet. ibidem. Ferr. primo cōtra gentes cap. 83. & 94. Henricus quodlibeto 7. quæst. 13. alijq; non pauci, suadetur autem in hunc modum. Primùm affectiones oppositæ, præsertim priuatiuè, eidem rei connaturales, & consentaneæ esse nequeūt: at animæ rationali maximè naturalis est vnio ad corpus: ergo separatio, quæ eam vnionē demoli- F tur, minimè erit eidē consentanea, atq; optabilis. Secundum. Id, quod in totius compositi perniciem cedit, naturale esse nequit ipsi formæ, alioquin à forma nonnunquam ei malum obueniret, quod est absurdum; forma igitur nullibi, quam in materia connaturalem habet essendi modum. Diximus, formæ, nō autem materiæ, quoniam hæc cum à natura instituta sit in commune subiectum generationum, corruptionumq; vniuersi, con-

*Confirmatur primò.*

*Secundò.*

sequens fuit, vt haberet aliquam indifferentiam, ratione cuius aliæ etiam formæ posset appetere: qua de causa malefica dici consuevit à Philosophis, alijsq; eius generis nominibus notari; at verò forma cùm à natura sit instituta in vnius tantùm compositi bonū, eius erit cōtinere, coercereq; vagam materiæ appetentiam, proindeq; non debuit aliam propensionem habere, quæ huic muneri sibi tam proprio obstare posset. Tertiò, Separatio ad naturam formæ nihil interest, vt patet inductione cæterarum, quare cum nullus sit in humana anima gradus, qui ad informandum corpus non pertineat, vt alibi comprobatum est, fit, vt quemadmodum reliquę formæ ad separationis statum, naturalem propensionem nō habent, ita neq; illam habeat rationalis. Quartò, quia ad id, quod est consentaneum, datur quidam veluti impetus naturæ: at si consideremus ea, quę in separa- C tione animæ à corpore accidunt, nihil tale reperiemus ex parte ipsius, quod in hunc modum declaratur. Dispositiones noxiæ, ac mortiferæ ei aduectantur; non possunt igitur illā in statum quasi connaturalem impellere, & statuere, vt satis liquet. Deinde dici non potest illam ob inductas dispositiones sibi inimicas, per sese commigrare, ac veluti hospitium vertere; quandoquidem in tali separatione, neq; illum etiam tenuem concursum formalem habet, qui formis cœlorum concedi solet erga circularem motum, cùm potiùs ab officio formæ tunc spolietur; non est igitur cur separatio animæ rationali consentanea dicatur. Deniq; illud saltem negari non potest, multò congruentius ad naturam suam vniri animam, quàm separari; cum hoc posteriori modo sit in actu primo tantùm, illo verò priori sit in actu secundo causandi, confertendiq; esse tum materiæ, tum compositi, quod est rebus admodum naturale, exercēdi item operationes nō solùm intellectiuæ partis, sed etiam vegetantis, atq; sentientis. Ac *In quo sensu dici possit separatio contra naturā.* iuxta hanc sententiam accipiendus est D. Th. qui 4. contra gentes cap. 79. & 1. part. q. 118. art. 3. scribit contra naturā animæ nostræ esse separatam existere à corpore, id est, minimè consentaneum, atq; expetibile.

*Tertiò.*

*Quartò.*

*Ultimò.*

Sed contra propositam ac confirmatā assertionē sunt nonnulli sequuti Auicennam, quorū meminit Caiet. in cōmentarijs primæ partis ad art. 1. q. 89. nō quòd crediderint naturale esse, ac consentaneum animæ rationali quoquomodo extra corpus esse: sed ordinatim post corporis informationem; quemadmodum, & fœtui non primo, sed posti certum illud tempus, quo in vtero materno detineri solet, naturale, ac consentaneū est in lucem prodire, ab illoq; tenebricoso naturæ ergastulo foras emicare. Ad quam sententiam *Explicatur sententia.* luculenter allusit Seneca Epistol. 102. ad Lucilium in hæc verba. Quemadmodum

Universidad de Deusto
Biblioteca



nouem mensibus nos tenet maternus vterus. A & præparat non sibi, sed illi loco, in quem videmur emitti, iam idonei spiritum trahere, & in aperto durare; sic per hoc spatium, quod ab infantia patet in senectutem, in alium naturæ sumimur partum, alia origo nos expectat, alius rerum status; nondum cœlum nisi ex interuallo pati possumus, proinde horam illam decretoriam prospice, non est animo suprema, sed corpori, transeundum est, excutit natura redeuntem, sicut intrantem, &c. B Hæc ille.

*Cõfirmatur primũ arg.* Pro qua suadenda sententia primum esto argumentum Multò magis pendet hæc materia ab vnione huius formę rationalis, quam è contra, vt est consideranti manifestum; atqui eo non obstante naturale est ipsi materię huius formæ vnione priuari: erit igit & huic formæ naturale vnionis priuationem subire. Confirmaturq; argumentũ similium exemplorum inductione; quis enim neget natura C le esse hominibus suo tempore caluitium, arboribus hyberno tempore nuditatem foliorum, animantibus somnũ, qui vigiliæ vacatio est, & vniuersim causis omnibus, postquã semel effecta sua edidere, virtute priuari ea iterum producendi: quapropter cum forma rationalis causa etiam sit, nõ solùm multo post tempore, sed data etiam semel vnione ipsius ad corpus, naturale illi erit ab eo influxũ de- D sistere, cùm nulla iusta ratio cogat cur in ætu secundo semper esse oporteat.

*2. Argum.* Secundum, Anima rationalis non vnitur corpori, nisi vt illius ministerio operandi instrumenta colligat, id est, species; mirum igitur non erit si corpus deinceps naturaliter exuat, ac seponat. Nam post bene instructam domum, nauimve, opificũ arma quis requirat? Quæ post adultam prolem parens nutricem pokat? Quis post depictam tabulam penicillum? E

*3. Argum.* Tertium, Operãdi modus absq; vlla phantasmatum ope, naturalis animæ est, ac prorsus consentaneus; ergo etiam modus essendi, cùm alter ex altero probe colligatur. Assumptum, præterquam quòd est apud D. Thom. 1.2. quæst. 5. art. 1. ad 2. quo in loco docet post huius vitæ statum habere nos modum aliũ connaturalem intelligendi, probatur primò, quia cognitio extra corpus supernaturalis non est animæ, eaq; est multò perfectior, vtpotè distinctior, atque expeditior, quàm quæ F in corpore; erit igitur anima ad ipsam exercendã propensa naturaliter. Secundò, quoniam, vt est eiusdem Doctoris Sancti, pluriumq; Theologorum dogma, eo temporis momento, quo anima à corpore abiungitur, stata lege species recipit, quibus deinceps intelligat. Scilicet ad naturæ Auctorem pertinet, vt tunc cum ope phantasmatũ destituatur, nouis rerum imaginibus adornetur. Nec si Scoti placitum magis arrideat de specierum conquisitione ex obiectis, propositi argumenti pondus eleuatur, sed augetur magis, vt consideranti planum fiet. Concludamus igitur iuxta naturam suam operari animã extra corpus, atque adeò extra idem consentaneè perdurare.

Quartum, quia quod naturale nõ est, diuturnum esse nequit, teste Philosopho primo de Cœlo c. 3. text. 15. & lib. 2. c. 3. text. 18. at status separationis est æternus animo rationali *4. Argum.* naturę, viribus spectatis, cùm illius ad corpus regressio miraculosa sit; ergo, &c.

Hæc tamen ita erunt expedienda, atque in primis similitudo, quæ ex fœtu deducitur, elegans quidẽ est, sed parùm viget; potuit si quidẽ, tam in materno vtero, quàm extra illũ connaturali modo existere proles, quia vtrobiq; ad perfectionem obtinendam tendit: at verò anima extra corpus præcipuum formæ munus amittit, quod est informando materiam, compositũ constituere: vnde nõ poterit in eo statu connaturali modo permanere.

Ad primum verò argumentũ negandã erit consequentia; & ratio in promptu est, quia anima hæc vni tantùm materiæ coniuncta esse valet naturaliter, vt 1. Phys. capite nono, quæstione 11. artic. 4. ad vltimum habetur: nõ ita verò materia; quapropter etsi hanc deserat formã, statum etiam naturalem sub quauis alia retinebit. Porrò exempla, quæ in confirmationem adducuntur, si rectè accommodentur, instituto nostro prosunt, non obsunt, siquidem neque capillis, neque foliis, aut vigiliæ connaturale esse potest extra illa subiecta inueniri. Iam quod de causis additur, naturale eis esse, carere vi producendi effectus semel editos, falsum est, si de ijs intelligatur à quibus non solùm in fieri, sed etiam in conseruari effectus iugiter pendent, seu quarum influxus nõ intermittitur, cuius generis constat esse animam.

Secundi argumenti antecedens falsum assumit; cũ propter actiones etiam partis sentientis, atq; vegetantis, anima materiæ copuletur. Quin etiam licet à nobis admitteretur, neganda esset adhuc cõsequentia, cùm semper vsũ sensuum egeamus ad species intuitivas propria ope comparandas, singulariaq; intelligenda.

Ad tertium, negandum quoque erit antecedens, nisi sensum (vt vocãt) reduplicantem cõtineat; accepta nimirum anima prout statum obtinet separationis; tunc enim toti illi quasi coniuncto ex anima, & statu naturale erit sine corpore operari, quo pacto intelligẽdus est D. Thom. in argumento citatus. Ad primam deinde confirmationẽ negetur consequentia: multò enim perfectior est circularis motus, quàm rectus, non tamen prior ille est ignis cõsentaneus, sed posterior. Nimirum, quæ præter naturã competunt, nihil interest meliora ne sint, an deteriora, quàm quę competunt

*Improbatur hæc opinio & respondetur ad arg.*

*Ad primũ.*

*Cur materiæ posit, quàm formæ separatio sit naturalis.*

*Ad secundũ.*

*Ad tertium.*

*Animæ solũ vi separatis naturale est sine corpore operari.*



*Affio animæ extra corpus esse illustrior sit, nõ est cõnaturalior. Ad quartũ.* competunt consentaneè. Ad secundam dic ex illo Theologorum dogmate cõcludi quidem animæ humanæ speciem, atq; actiones intelligendi extra corpus, in quoddam veluti supplementum dari, non autem in connaturale, atq; expetibile piæ corporis vnione ornamentum.

Ad quartum, si per non naturale violentũ intelligatur, concedenda maior, sed nihil cõtra nos, qui separationem violentam esse negamus, si verò, quæ præter naturam sunt, etiam comprehendat, falsa est, vt exemplo ignis ostenditur, hic enim æterno tempore præter naturam volui posset, si cœlorũ motus nunquam desisteret.

*Secũda assertio.* Secunda assertio, Separatio à corpore animæ rationali violenta non est. Declaratur, suadeturq; inam violentũ, vt sumitur ex Aristotele 3. Ethicorum tunc dicitur, cùm subiectum vigetur in contrariam affectionem, vel statum eius, ad quem effectiuè inclinatur, ac tendit: sic motus, locusq; sursum dicitur violentus corpori graui; quoniam in contrarium motum, ac locum effectiuè propendet. Cùm ergo anima rationalis effectiuum influxum non habeat in sui vnione ad corpus (is enim propria est efficientis causalitas) sed formalẽ sit vt quidquid contra talem influxũ accidit, violentum dici non meretur: vnde neq; cœlum violentiam pati dicetur, cùm post diem iudicij æterno tẽpore quiescet; quia ea quies pugnat quidem cum motu, ad quem tamen cœli forma non effectiuè: sed formaliter tantùm concurrit. Atq; hæc ratio probat, quod etiam D. Thom. primæ secundæ, quæstione 6. artic. 4. ad 2. fatetur de qualitatibus actiuis, vbi maximè violentia ceirni posset, nulli omnino formæ violentiam fieri, cùm à materia excluditur, non solùm spectata generali rerum lege, secundum quam naturale est illis corrumpi, vt aliæ generentur, sed etiam spectata peculiari; cùm nulla forma efficientem influxum habeat ad se ipsam, vel compositũ conseruandum, ac formaliter tantum cum sibi contraria pugnet in subiecto, & qua ex parte proprium munus formæ præstat, confidetur. Quod ideò dixerim quoniam si attendatur, vt est ipsi composito ratio agendi, vel actioni contrariæ resistendi, violentiam fortasse propriã patietur, quod considerasse videtur Aristoteles cùm lib. 5. Phys. cap. 6. text. 59. alterationes etiam violentas dari scripsit. Qua cum moderatione propositum à nobis pronuntiatum accipiendum volumus.

*Nulli formæ violentia est à materia separatio.*

*In quo statu forma possit pati violentiam.*

*Si separatio esset violenta, foret regressio naturalis.*

Quod vlteriùs suadetur commodiùs nunc ad rem nostrã adducto argumento, quod pro sententia Auicẽnę quarto loco superiùs proposuimus: quia, si anima violenter separaretur à corpore, tam resurrectio naturaliter homini deberetur, quod philosophis absurdum est, consentientib. pene vniuersis, nihil semel propriè corruptũ, redire posse per naturam.

*Obiectio.* C Oppones tamen vulgarem illam diuisionem mortis in naturalem & violentam; quã etiã insinuauit Plato loco proximè adducto: vnde concludi videtur aliquam separationẽ (id enim est mors) violentam esse: sed occurrendum, morte violentam dici, spectata potiùs forma, vt ratio agendi est, ac resistendi, non vt propriũ formæ munus exequitur, vel certe in ea diuisione attẽdi etiam ad propriã violentiam, qua quis externa vi mortice in mortem cogitur. Lege quæ lib. 1. de Generatione cap. 4. quæst. 16. art. 3. ad secundum scripta sunt. D *Dilutio.*

*3. Assertio.* Ex duabus assertionibus tertia facilè deducitur, Separationem animæ à corpore præter naturã esse. Nam cùm naturalis non sit, neq; etiam violenta, fit cõsequens, vt ex approbata Philosophorum diuisione, præter naturam esse dicatur. Quòd si D. Thom. aliquando contra naturam esse scribit, præter naturam accipiendum esse superiùs monuimus, atque ita vsurpat Aristoteles tum alibi, tũ 1. de Cœlo cap. 2. tex. 15 & lib. 2. cap. 3. tex. 18. In Physicis quoq; lib. 5. cap. 6. text. 57. violentam accretionem appellat, quæ præter naturæ debitum excurrit: quapropter non rectè Ferr. statum separationis simpliciter contra animæ naturam esse affirmauit libro 2. contra gent. cap. 83. E

## ARTICVLVS III.

### *VTRVM ANIMA SEPARATA ad vnionem corporis naturaliter propensa sit.*

*Lege Xistum Senẽsem lib. 5. annot.* PRætermissa hoc loco absurda Platonis, atque Origenis existimatione erronea, quã pleriq; è Sacris doctoribus refellunt. Animas 185 & 236. ante hominẽ natum benè, beateq; viuẽtes in *Falsa fuit de* pœnã admissi sceleris addictas fuisse corpo- *re Origenis* ribus, quo sit, vt nõ solùm nõ illa appeterent, *existimatio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



sed refugerēt quàm maximè. Scotus in 4. distinct. 43. quæst. 2. articulo tertio circa tertiam propositionem, & distinct. 43. quæst. 2. in argumentorum responsionibus. Ioannes Maior. 4. sent. libro quæst. 3. artic. quarto, & alij negantem quæstionis partem secuti sunt, alio ex fundamento, quia videlicet animam propter bonum corporis, non verò ob aliquam sibi peculiarem perfectionē, quam separata assequi non posset, obtinendā, eidem corpori vniri credunt. Peculiarem dico, quoniā ipse Scotus quodlibeto nono, non solùm non negat, sed probat etiam animam separatam perfectione carere nonnulla, quam habuerat coniuncta, id est, participatione (vt credit existentiæ totius suppositi, quam tamen perfectionem ait esse communē animæ cum toto (addere iure posset cum materia) nō autem peculiarem ipsius.

*Negatiua Scoti sententia eiusque fundamentum.*

*Probatur primò.*

1. Argum. Quæ sententia probari potest primò. Si anima extra corpus collocata in ipsum propenderet, violentiam perpetuò pateretur, nisi Deus præter naturæ legem de resurrectione prouidisset, cùm in eo statu semper esset permansura: hoc autem à suaui naturę progressu longè abest: ergo anima ad iteratam corporis vnionem non inclinatur.

*Partes propendentiæ bonū totius compositi.*

2. Argum. Secundò. Vnio ad corpus impeditiua est animæ expeditam, angelicæq; simillimam intellectionem, ac propriam motionem ad locum, corpore, scilicet, animam degrauante, sensumq; multa cogitantem deprimente, vt habetur Sapientiæ 9. Non igitur talem vnionem amat anima. Quòd si assumptū neges, dicasq; futurum deinceps, vt D. Paul. pollicetur, corpus spirituale, id est, omnibus conditionibus degrauantibus liberum, adhuc vrgeberis, quia nunc ea, quæ naturæ sunt, spectamus, non quæ Deus decernit liberaliter, præsertim quia addicta responsio in damnatis animis locum non habet.

3. Argum. Tertiò. Causa efficiēs eo quòd perfectionem ex effectu nō comparet, imò impertiat, in illum non dicitur propendere: sed anima rationalis nihil perfectionis recipit à materia, quòd extra illam non posset recipere, id est, species; impertit autem materiæ existentiam; ergo cum separata fuerit, in illam propensa non dicetur.

4. Argum. Quartò. Quoniam si anima extra corpus posita naturaliter in ipsum propenderet, naturaliter concluderetur resurrectionem ordinaria potestate exhiberi posse, cū res quæque ad statum, in quem propendet naturali via ac ratione promoueri soleat: ac resurrectio in fidei articulis continetur, vt proinde nō videatur naturaliter exerceri posse, aut cognosci, ergo, &c.

*Oppositæ sententia D. Th.* Contraria tamen sententia est D. Thomæ 1. part. quæst. 76. art. 1. ad 6. Abul. in 22. caput Matth. quæst. 222. ad 4. videturq; expressa à D. Augustino 12. super Gen. ad lit. cap. 35. cùm scribit inesse animæ separatæ naturalē quendam appetitum administrandi corporis. Cuius sententiæ fundamentum illi contrarium est, quod pro Scoto iactum fuit: nimirū animam separatam ideò corporis societatē adamare; quòd non minimā inde obtineat perfectionem. In eius ergo fundamenti gratiam aduertendum: cùm perfectio entitatis cuiuslibet, ipsa eius natura sit, vel naturam sequatur, cumq; entitas animæ sit respectiua, vtpote pars tum ad compartem aliam, tum etiam ad compositū ordinem includens, eius quoque perfectionem ab eo ordine abstrahere nō posse. Quicquid igitur boni accesserit composito ex partibus, in id ipsæ impensè incūbent. Itaq; bonum totius compositi alienum à partibus non est, vt Scotus videtur credidisse, sed ad ipsas interest magnoperè, vt mirandum, nō sit, quòd in illud etiam inclinentur. Quæ ratiocinatio in materiam valet erga formam, quantumlibet propriam existentiā possideat: multoq; magis institutum cōcludit ex parte formarū corruptibilium, quanuis superiori aliqua potestate à subiectis separentur, nobiliorq; existendi modo gaudere dicantur. Neq; enim propterea ad connaturalem essendi modum inclinationem deponent (sunt enim ipsæ sic essendi aptitudines, vel certè inseparabiliter ab eis tales aptitudines emanant) vt hic etiam locum habeat illud Pauli, Nolumus spoliari, sed superuestiri, primæ Corinth. 15.

*Secundò.*

Hinc rursus arguitur, Materia ideò inclinatur ad formam, tunc etiam cum ea caret, quia est aptitudo quædam materialis sui actus; sed forma quoq; aptitudo est formalis ad materiam: ergo in hanc pariter propendebit, etiā cum extra illam erit.

*Tertiò.*

Præterea, vt superiori sectione concluſi mus, separatio status non est propriè naturalis animæ: erit igitur naturalis status vnionis; cùm alius non superstiti; sed vnumquodque in id propendet, quod sibi naturale est, ac consentaneum; ergo. Accedit Aristoteles 2. Physicorum, capite 2. textu 23. quo loco scribit materiam esse propter formā: ergo boni aliquid formæ accedit ex materia, & libro tertio de anima cap. 12. text. 61. conducere ait animali rationali, quòd sensu sit præditū, animæ verò quòd sit prædita corpore: hominis igitur pars superior à corpore perfectionem aliquam recipit.

*Quid boni accedat animæ ex vnione cum corpore.*

Siquis autem quærat, quodnam sit tandem eiusmodi bonum, siue perfectio, quæ animæ ex vnione corporis accreſcit; Respondendum erit nullum esse potius bonum, quàm vnionē cum materia, totiusq; compositi constitutionem actualem, cùm propter hæc tanquàm propter finē sit, & in entium latitudine inueniatur. Atq; hanc vocat Caiet. prima secundæ quæst. 4. art. 5. perfectionē extensiuā.

*Lege Hent. quodl. 7. qu. 13. Lege Bon. 4. cōtra gen. cap. 79. Sed nulla.*

Sunt autem nonnulli, qui studio compo. nendi vtramq; sententiam Diui Thomæ, & Scoti, dicant animam rationalem considerari posse & vt separabilem, & vt formam; qua distinctione vtitur idem Diuus Thomas prima secundæ quæst. 4. art. 5. ad primum, dum docet beatitudinem intellectualem competere animæ, vt corpus transcendit, non autem, vt forma est ipsius. Priori ergo modo spectatam, aiunt corpus minimè appetere, sed posteriori, ac D. Thomam hoc attendisse, Scotum verò illud.

*Quo pacto velint alij has opiniones conciliare.*

*Horum doctrina non admittitur.*

At enim quia huiusmodi distinctio nullam præbet ansam ponendi in anima rationali duos gradus, alterū quo sit forma corporis, alterum quo sit separabilis; qua in re, non minimus latet error, supersedendum ea est, præsertim quia nō ostendit quid in quæstione proposita simpliciter sit decernendū.

*An habeat anima elicitū appetitū ad reunionē cū corpore.*

Quæ hactenus disseruimus suadent quidem naturalem inclinationem, siue appetitum innatum, atque improprium animæ nostræ ergà materiam, non tamen planè ostendunt habere illam quoq; proprium, innatum, atq; elicitum.

*Suarius 3. p. qu. 53. disp. 44 sect. 7. ad 1. alterum.*

Recentiores quidā Theologi credunt animam separatam nulla habita ratione gloriæ, vel damnationis; sed in statu puro separationis, vt nunc loquimur, minimè desideraturā (si rectè sapiat) reunionem ad corpus. Primò, quia non alterius, quàm illius, quod deposuerat, corporis reunio ei deberetur, hoc est, morti itetum obnoxij, vt notum est: quo pacto tam in infinitum abiret eiusmodi desiderium; cum infinities esset corpus per mortem deponendum; quod tamē absurdum videtur, atq; alienū à naturæ inclinatione, quæ ad determinatum semper contendit finem.

*Secta, quæ negat probatur primò.*

*Secundò.*

Secundò, quia reunio ad corpus caducū, perfectam rerum contemplationem moratur, turbatq;, atq; adeò naturalem beatitudinem minuit, nō poterit ergo elicito actu sal. tem deliberato expeti ab anima.

*Tertiò.*

Tertiò, quia quòd tantoperè vim formidemus vnionis dissolutionem, inexperientiæ potius illius animæ status adscribendum est, quàm existimandum commodiorem ei esse vnionem. Adde animam per se sumptam id minimè formidare, sed totum hominē, quē certum est maximè expetere suarum partiū coniunctionem, sine qua non constabit.

*Quartò.*

Quartò, quia anima, qua ratione forma est corporis, inter naturas præsè sumptas numeratur, per voluntatem verò ab huiusmodi naturis secernitur; vt constare potest ex ijs, quæ 2. Physic. cap. 1. quæstione quarta, sunt annotata; ergo non appetet actu elicito à voluntate id, quod sibi tanquam naturæ competit, id est, corporis vnionem. Probatur consequentia, quia id desiderium iam non est ab anima, vt à natura, atq; adeò nec naturale.

*Quintò.*

Quintò, Reunio animæ semel à corpore separatæ non est naturalis, sed miraculosa:



A ergo non cadit sub naturale ipsius animæ desiderium.

Affirmandum tamen omnino est animam separatam actu etiam elicito desiderare naturaliter resurrectionem. Quæ sententia satis confirmatur ex ijs, quæ dicta sunt de innata propēssione animæ separatæ ad corpus. Nam cùm anima proprio appetitu donata sit, id est, voluntate, cui ea, quibus perficitur, & in quæ, siue propriè, siue impropriè propensa est, elicito actu nō desideret? Præsertim quia voluntas totius subiecti appetitus dicitur, quo, videlicet, desiderare possit quidquid ei naturæ iure semel obuenit; qualis est societas corporis. Deinde, anima etiam quā rationalis, atq; adeò qua volitiua, forma est corporis; vt alibi demonstratum est, nō enim quia per hanc prærogatiuam cæteras formas excedit, ideò per illam à conditione formæ recedit: poterit ergo per voluntatem appetere quid-

*Contraria sententia amplectenda est.*

*Lib. 2. de anim. cap. 2. phys. c. 1. quæst. 24.*

B quid ei, qua natura est, competit, cū eiusmodi appetitio ab ea, vt natura est, proueniat.

*Ad primum negatur sententiæ arg.*

Quapropter ad primum superioris sententiæ argumentum dicito animam rationalem non appetere simul infinitas vniones, sed vnam tantùm; quam appetitionem infinities recurrere nullum est incommodum, si eius etiam obiectū eandem subeat conditionem: quemadmodum nullum est incommodū infinities descendere lapidem, si toties sursum pellatur. Quòd si obijciasā D. Aug. 12. lib. de Ciuit. c. 13. irrideri perpetuā (vt quidam Philosophi arbitrabantur) earundem rerū reditionem. In promptu responsio est, irrisione illam hominis esse apprimè callentis, quid ea in re à Deo fuerit statutum, non aūt ignorantis, quid in certo aliquo ordine rerum illarum aliquæ postularent. Adde etiam eos philosophos plura alia asseruisse reditura, vt eadem hominū studia, mores, &c. quæ cùm libera sint, iure à S. Doctore irridentur. Lege quæ lib. 2. de Genes. ad lit. q. 1. art. 1. scripta sunt.

*Dilutio.*

*Obiectio.*

*Ad secundū.*

Ad secundum, fatendum perfectius contemplari posse animā separatam, quàm corpori vnitam: negandum tamen illum, quam illum statum ei esse magis expetibilem: cum non ille, sed hic eidem sit connaturalis, vt superiori articulo docuimus. Itaq; quòd ea cogitio, quam corpori vnita assequi valet, imperfecta sit, cōditio est humana, quam æque ferre par est animam. Quod deinde cum labore obtineatur, extrinsecū est impedimentum, vt proinde desiderio excitādo per se non obsit, sicuti de toto ipso homine doceri solet, cum de eius sciendi appetitu agitur.

*Ad tertiū.*

Ad tertium, concedendum mortem non tam propriè animæ, quàm toti homini esse formidabilem; ex quo tamen non sequitur animam non auersaturā naturaliter sui separationē, tunc etiā cum illum statum subierit.

*Ad quartū.*

Ad quartum dicendum, etsi anima distinguatur à quibusdam naturis præsè acceptis per

Universidad de Deusto
Biblioteca



per voluntatem, & intellectum; adhuc tamen intra genus naturæ propriè spectatæ cõtineri, cùm etiam qua rationalis, sit forma corporis, vt diximus. Adde nostro instituto sat esse, si anima per actum elicitum voluntatis vnionem appetat naturaliter, id est, consentaneè, iuxta genium suum, etsi non appetat naturaliter, ac ducto vocabulo à natura præsiè accepta.

*Ad quintũ.* Ad quintum dic, resurrectionem non esse supernaturalem quoad entitatem, cùm sit vnio eiusdem specici cum prima generatione, etsi quoad modũ supernaturalis sit. Quæ verò ita se habent naturali desiderio appetivalent, vt à cæco aspectus; sed de hac re statim plura.

*Respondetur ad argumẽta adducta pro Scoto.* Ad primum verò argumentum pro Scoti sententia initio articuli adductum negari debet assumptum; non enim quod est contra quamlibet inclinationẽ naturalem, violentum dicitur; sed contra effectiuam: alioquin dicatur etiam cæcus in statu violẽto existere.

*Ad primũ.* Atq; hûc tandem pertinet Caietani solutio 1. p. qu. 76. art. 1. ad finẽ ex D. Th. elicita. Idem verò Sanctus Doctor qu. 24. de veritate artic. 10. ad 1. rem illustrauerat exemplo causæ efficientis, quæ violentiam pati non dicitur, si non agat, cum ex alterius etiã causæ concursu fortasse pendet eius actio, vt accidit cuilibet parenti comparatione prolis. Itaque ad violentiam requiritur efficiens, sufficiens q; principium in eo, quod illam passurum est. Lege quæ dicunt li. 2. de Gener. c. 11. q. 1. ar. 4.

*Ad secundũ.* Ad secundum, nihil referre si aliquantulũ anima à mortali corpore degiauetur, quominus ipsius vnionẽ amet, attendimus enim id, quod natura hominis ex propria fert conditione. Porrò Salomon, de operibus studiosis maximè loquitur, quibus deprauatus appetitus repugnat, non autem de purè naturalibus, vt in præsentia.

*Ad tertium.* Ad tertium, negãda est minor propositio, quia actum informãdi, quæ est princeps animæ perfectio earum, quæ illius naturam comitantur, eadem omnia absque materia non obtinet. Pro solutione quarti, sequens articulus proponitur.

## ARTICVLVS IV.

### *SOLVITVR QVARTVM ARgumentum superioris articuli pro Scoto.*

*Pars quæ affirmat resurrectionẽ esse naturalem.* QVartum argumentũ petit, an reunio animæ ad corpus, quæ ipsa est resurrectio, naturalis sit. Videtur enim affirmatè respondendum. Namq; si ad materiã attendamus, manet in ea post separationem animæ capacitas antiqua; siquidem ab eadem nullo modo distinguitur. Si verò animã cõsideremus, cùm sit etiam formalis quædam, ac transcendens habitudo erga materiam, haud dubiè, cùm perseueret anima, perseuerat eius ad materiam inclinatio. Non est igitur cur ratione vtriusque vel alterius partis, non possit vnio naturaliter iterari. Quod si ita est; ergo siue à prima, siue à secunda causa agente id præstetur, naturæ debito continget, cum ijs, quæ naturaliter vniri valent, causa naturaliter vnies respondere debeat; id quod etiam D. Clemens non obscurè testatur lib. 5. constit. c. 6. vbi sic ait. Qui corpus Adæ fabricatus est, idem & Adæ, & cæterorum corpora suscitabit, quòd hoc naturæ hominum rationis participi debeatur. Accedit quoniam nõ alia ratione meliùs constare potest, quid futurum fuisset hominibus, si erga illos Deus naturalem, generalemq; prouidentiam tantummodo exhibere vellet. Quandoquidẽ solius animæ status satis esse non videtur, vt homini abundè prospiciatur.

*Cõfirmatur auctoritate.*

*Reunionẽ q; se naturalem quo ad entitatem.* Hæc tamen sententia ad summum cõclu-
dit vnionẽ semel dissolutam inter animam & corpus, naturalem esse quoad entitatem, quod libenter fatemur. Nec enim illa ex eo quòd postquàm euanuit, iterum re deat, amplius variatur, quàm penes actum, ac potentiam. Non tamẽ (quod est quarti argumenti, in cuius explicatione versamur, institutum) efficit eam, vel naturaliter exhibendam esse, vel alicui homini semel corrupto deberi, aut deniq; ab eo fore cognoscendam, sed peculiari Dei institutione, ac decreto, quod vocat *Supernaturale quo ad modum.* supernaturalẽ esse quo ad modum, non quasi modum aliquem intrinsecum habeat supernaturalitatis (id enim à vero abest; tum quia actio ipsa iam est modus quidam, tum quia iam in termino aliquid supernaturalitatis induceret quod nemo admittit) sed per extrinsecam denominationem à supernaturali Dei prouidẽtia, qua eandem numero productionem, remq; productam in alio tempore, loco q; exhibet; id quod ipsa voce, reunionis, insinuatur, quæ repetitionẽ quandam eiusdem rei menti ingerit.

*Qui sit ille modus.*

*Respondetur ad rationem partis affirmatiuæ.* Atq; hûc spectat quod D. Thomas ait 4. contra gent. cap. 81. quem locum adducit etiam Caietanus 1. parte quæst. 76. art. 1. ad finem, sequũturq; alij Theologi communiter, resurrectionem naturalem dici in facto esse; in fieri verò supernaturalẽ. Quod modo iam à nobis explicato est intelligendum. Ea igitur, quæ paulò ante adducta sunt, nihil efficiunt, quamuis enim eadem anima, atq; materia post dissolutionem vnionis maneant, non remanent tamen in aliquo agente secundo virtus eas iterum vniẽdi; neq; in illis proxima capacitas ad talem vnionẽ, vt ad finem librorum de ortu, & interitu explicatum est. Iam D. Clemens de morali debito non physico loquitur, quatenùs videlicet integra hominis natura, quia rationis est particeps, modo aliquo postulat, vt ad beatam vitam promoueatur:

*Libr. 2. c. 11. qu. 1. art. 4. ad 4.*



moueatur: quemadmodum, & Augustinus in Epist. ad Dioscorum scripsit tam potentis naturæ esse animã, vt eius beatitudo redundet in corpus, cum tamen ex æquo, bonoq; gloria corporis sit ab anima beata, non verò ex aliquo puto naturæ iure.

*Resurrectionem, homini non deberi.* Quod deniq; addebatur rectè ea sententia constare de naturali prouidentia hominis post mortem, non vrget; satis enim compensari possent quæ in hac mortali vita, homo bene operaretur, si soli animæ æternum præmium donaretur.

Ex his, quæ dicta sunt videri alicui potest, reunionem animæ ad corpus, si nõ exhiberi, saltem cognosci naturaliter posse, cum nihil supernaturalitatis ampliùs habeat, quàm quòd à Deo extraordinaria naturæ lege reuocetur. Verùm quanquã admodum probabiles sunt rationes, immò fere demonstratiuæ, quibus ostenditur reparationem hominis esse possibilem, vt patet ex lib. 2. de Generat.

*Ea vt certò futura nullum naturæ lumen attingit.* cap. 11. quæst. 2. artic. 2. quanquam item re vera exhibendam esse naturales coniecturæ esse possint; certò tamen, & euidenter, neq; eo modo, quo fides docet, nemo vnquam naturali lumine assequi potuit futuram esse. Quis enim liberum, ac extraordinariũ Dei decretum cognoscat, cùm nemo hominum scire possit Dei consilium, aut cogitare quid ipse velit, vt ait Salomon. Atque hæc pro quarto Scoti argumento dicta sint.

## DISPVTATIO III.

### *DE IIS, QVAE AD COGNItionem animæ separatæ pertinent per modum actus primi.*

EXpeditis iam, quæ ad animã separatam quoad esse spectant; cõsequens est, vt ea aggrediamur, quæ ad illius referuntur operationem; primùm immanentem, qualis est cognitio: deinde transeuntem, aut quasi transeuntẽ; cuiusmodi est suipsius, aut aliorum etiam motio per loca. Namq; circa illius perfectionem vna tantùm difficultas, eaq; à diuina institutione potiùs, quàm à natura orta, motum habet: qua scilicet ratio à calore, & frigore pati possit in pœnam flagitiorũ apud inferos. Cætera verò, quæ in intellectu, voluntate, aut potentia motrice patitur, cùm docetur, siue illuminatur, cùm gaudio tristitiaq; afficitur, cùm deniq; loco detinetur, minora sunt, de quibus tamẽ omnibus in huius tractationis progressu mentio fiet.

*Quotuplex sit animæ actio.*

## ARTICVLVS I.

### *VTRVM POTENTIAE COgnoscentes animam à corpore abeuntem comitentur.*

QVamuis præsentis dubitationis conclusio facilis sit: prætermissa tamen non fuit a

*Sententia quæ affirmat probatur primò.* A Diuo Thoma prima parte quæstione 77. articulo 8. & quæstione vnica, de anima artic. 10. atq; alijs in locis, ea fortasse de causa, quia doctrinam continet non inutilem. Partẽ igitur vniuersim affirmantẽ tenuerunt nonnulli, quos citato loco primę partis, suppresso nomine adducit D. Thomas. Item Plato, eodẽ teste art. 5. illius quæst. ad 3. quibus consentit Greg. Arim. in 2. dist. 17. quæst. 3. art. 1. alijq; Nominales quatenus omnes cognoscẽdi potentias, itẽq; apprehendi ab anima re ipsa non distinguunt. Cuius placiti argumenta hæc sunt. Primum, Vt se habent potẽtiæ corporis ad corpus; ita potentiæ animæ ad animã: ergo sicut illæ in corpore, ita hæ in anima existent. Tunc sic. Potentiæ animæ, quinque numerãtur ab Aristotele, vegetandi, sentiendi, intelligẽdi, appetẽdi, loco mouendi; omnes igitur, quæ ad cognitionẽ pertinent, residẽt in anima, alioqui cur magis animę, quàm corporis dicerẽtur? atq; adeò à corpore discedentem sequentur, cùm nulla ratio sit, cur esse desinant, si illarum subiectum anima non occumbit.

*Citantur hi tib. 2. de anima c. 3. 9. 4. art. 1.*

*Secundò.* Secundum, Sensus in eo subiecto debent existere, à quo fluunt; cum per immanentem emanationem pullulent: atqui ab anima, nõ à materia fluunt, in illa igitur nõ in hac hærẽt immediatè, & quod est consequens, eandem etiam à corpore auulsam comitantur. Minor communi Philosophorum sermone celebratur, dum potentias ab anima fluere dictitant, nulla materię facta mentione: nec immeritò, siquidem ea nullius est actiuitatis, atq; adeò neq; emanationis principium elicitiuum.

*Tertiò.* Tertium, Potentiæ animæ vitæ quædam accidentariæ sunt, sicut ipsa est vita essentialis; ergo dum hæc fuerit, erunt & illæ, atqui in potentijs vitalibus maximè numerantur cognoscentes: ergo.

*Quartò.* Quartum, Intellectus manet in anima separata: ergo & potentiæ reliquæ, quæ cognitioni obseruiunt. Antecedens multipliciter probatur, tum quia intellectus, sicuti a materia in cognoscẽdo, ita & in essendo abstrahit, tum quia si anima extra corpus manet, ne sit otiosa, aliquã fanè potentiã exportare debet, quam quæso magis intimam, atq; immediatam, quàm intellectumẽ tum tertiò, quia ita scriptum reliquit Arist. lib. 1. de anima cap. 4. text. 56. atq; ex sacra pagina constat, quæ docet hominem imaginem, & similitudinem Dei in se habere, quod Patres omnes de anima accipiunt ratione intellectus, ac voluntatis: quare iam ab anima separata Dei imago aboleretur, si intellectus illam in eo statu non comitatur, quod est impiũ. Demũ, Christianæ fidei documentum est, beati animas ex Dei cognitione, vtiq; intellectiua; ergo. Cõsequentia verò præcipui argumẽti inde ostenditur, quia intellectus noster eius est conditionis, vt non nisi sensibus præeuntibus tã-

Universidad de Deusto
Biblioteca



quàm administris, descendat in operationē. A Oportebit igitur animam separatam non solùm intellectum, sed etiam sensus adsportare.

*Quintò.* Quintum, Anima re ipsa eadem & intellectiua, & sensitiua est, non enim duæ in homine admittendę sunt, vt lib 1 de Gener. cap. 4. quæst. 21. traditum est; ergo sicut ab illa, quà rationali, intellectus, & voluntas manant; ita ab eadem, quà sensitiua, manabunt sensus, atque appetitus, sicq; nō illas solùm facultates, sed has etiam separata retinebit.

*Sextò.* Sextum, Si senex oculum iuuenis recipiat, id est organum, bene perspiciet, vt dicitur loco citato de anima; Organum igitur, nō potentia senescit; proindeq; minimè corrumpetur, sed potiùs cum anima semper vigebit. Quo etiam modo dici potuit ab eodem Aristot. benè valiturum hominem, cuius anima vietum corpus deponat, aliudq; iuuenescens nanciscatur.

*Septimò.* Septimum, In anima separata dolor, & ira, C quæ sine sensibus esse non possunt, excitantur; cum in eis fletum, dentiumq; stridorem futurum diuinæ literæ testentur: ergo cum eadem sensus perseuerant. Confirmatur argumentū primo ex August. lib. 12. super Genes. ad lit. cap. 19. & 20. asserēte, animam sen-
*1. Argumēti confirmatio.* tire quædam sine corpore, id est, gaudium & tristitiam & cap. 46 non corpus, sed animam dolere per corpus, quo vtitur tanquam nuntio: & apertius lib. de Spiritu, & anima, rece- D dentem à corpore mentem trahere secū sensum, & imaginationē. Nec mirū, si anima separata hæc possideat, cùm in dæmone multò separatiore insit furor irrationalis, concupiscentia amēs, & phantasia proterua, vt ait Dio-
*2. Cōfirmat.* nys. 4 cap. diuinorum nominū. Confirmatur secundò, quia, virtutes ac vitia, animas nō deserunt extra corpus: alioqui si nihil horum in eis inueniretur, quo merito separatæ donarentur gloria, quo demerito supplicijs punirentur? E sed plerœque istarum qualitatum insunt appetitui, vt 3. Ethic. doceri solet; inest igitur in anima appetitus, eiusq; comes sensus. Con-
*3. Cōfirmat.* firmatur tertiò, quia si sensitiuæ potentiæ in anima non remanent, non apparet modus, quo illa ab igne corporeo (vt fides tradit) patiatur; siquidem dolor sentientis potentiæ actus est, vel non sine illa suscipi potest.

*Octauò.* Octauum, Potentia motiua manet in anima separata, cùm tamen per membra corpo- F ris motum edat; ergo licet potētiæ sensitiuæ per organum corporeum functiones suas exerceant, manebunt nihilominùs in eadē anima extra corpus.

*5. Conclusio.* Sit tamen hæc de re prima conclusio. Intellectus animā separatam comitatur. Hanc satis suadent ea, quæ in tertio argumento sunt adducta; vnde de voluntate idem concludendum est, cùm vnicuiq; potentiæ cognoscenti sua etiam appetēs accommodetur. Non vtimur autem illo argumento, intellectū, videlicet, ac voluntatem ab anima realiter nō distingui, cùm id lib. 2. de anima cap 3. quæst. 4. rectum sit.

*2. Conclusio.* Secunda cōclusio, Reliquæ potentiæ sensitiuæ, anima separata perdunt, non solùm quoad actum (id enim fatetur Greg.) sed etiā quoad ipsarū entitatem. Ita D. Thom. 1. part. quæst. 77. art. 8. cū suis ibidem, Durand. in 4. dist. 44. q. 11. art. 2. Probatur verò hunc in modum. Primò, Sensitiuæ potentiæ corporeæ *1. Ratio.*
B sunt, non possunt ergo animam extra corpus comitari. Argumenti consequutio bona est. Antecedens verò ratione ducta tum a subiecto, tum ab obiecto, tum denique ab operatione stabiliri potest. A subiecto quidē, quoniam illud corporeum est, nimirū, vel totum compositum, vel materia, vt formam induit, iuxta varias ea de re sententias, quæ primo de Generatione libro cap. 4. quæst. 4. sunt tractatæ. Ab obiecto autem quia sentientes potentię nō nisi de re singulari, materiali, ac cōcreta cognoscunt. Ab operatione tandē, quia solam directam eliciunt, non verò reflexam, saltem perfectè. Hæc autem longè absunt ab ijs facultatibus, quæ spiritualem formā, qualis est humana, comitari debent extra corpus. Secundò, Potentiæ sentientes corporeæ *2. Ratio.*
sunt in brutis, vt planum est, superfluè igitur in nobis spirituales erunt; & quod inde sequitur, falsò animam separatam dicentur sociare.

Tertiò, Animal ens est simpliciter corpo- *3. Ratio.*
reum; atq; adeò & homo; quia licet spiritua- *Sensitiuæ potentiæ ab animali quod corporeum est profluunt.*
lem formam contineat, ea tamē in totius hominis constitutionem corporaliter concurrit: sicut & reliquæ materiales formæ, cum quibus ipsa in eo concurrendi modo vnico cē conueuit; at sentientes potentiæ ab animali, qua animal est, deriuantur; illæ igitur corporeæ sunt, minimeq; idoneæ ad statum separationis. Quartò argumentatur D. Tho- *4. Ratio.*
mas in quæst. de anima art. 19. Sentiendi operatio non est propria animæ, sed toti coniuncto, iuxta Aristotelem primo de somno, & vigilia cap. 1. nec immerito, quia alioquin animæ brutorum subsistentes essent, si propriam, nec cum materia communem actionem ederent; ergo facultas ipsa prædictam operationem eliciens in anima non residet, sed in coniuncto: aut si malis, in materia formæ coniuncta. Accedit illud ex libro de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 19. apud Augustin. tomo 3. Ex duabus substantijs constat homo: anima cum ratione sua, & carne cum sensibus suis.

Sic tamen aduersus huius secundæ con- *Obijcitur primò.*
clusionis probationem oppones primò; Etsi subiectum corporeum conferre nequeat spirituali formæ esse simpliciter, & (vt vocant) existentiæ, eo quòd illud ordinis sit ignobilioris, conferet tamē & secundū quid, hoc est, informatiuum; vnde materia prima ipsius etiam



etiam formæ rationalis causa esse prohibebitur; igitur è conuerso forma corporea, qualis est sensus, conferre poterit animæ, quamuis spirituali, receptiuum esse, atq; adeò conferre, vt hæc illum recipiat. Secundò, Anima rationalis nobilior est potentijs sentientibus: nihil igitur obstat quominùs eis existentiam valeat impertiri.

*Obijcitur secundò.*

*Ad 1. obiectionem.* Primæ tamen obiectioni occurrendū, tam materiam quàm formam subsistantialem posse ad inuicem causalitatem exercere; ita vt illa huic informatiuum esse conferat, & hæc illi receptiuum tribuat, quia neutra supponit aliam perfectā in tali esse, sed potiùs imperfectam inuenit, vt mirum non sit, si eam perficiat; at verò formam accidentariam supponere subiectum iam perfectum in omni esse substantiali, quale est receptiuum esse, sicq; *Ad 2. obiectionem. Ex D. Dionys. & libro de causis.* ab ea in subiectū prouenire nō posse. Secundæ respondendum, animam rationalem non ideò existentiam corporis potentijs nō conferre, quòd illius nobilitatem excedant; sed quia ea est formarū per se minimè consistentium natura, vt ad conditionem subiecti sese accommodent, cum in eius esse consortium deuocentur; itaq; aut extensionem subeant, si extensum sit; aut indiuiduitatem, si sit indiuiduum; id verò contra naturam materialiū potentiarum eueniret, si in spirituali anima inesse dicerentur.

*3. Conclusio. Potentia motiua ipsi animæ propria, eandem à corpore decedentem eadem permanere.*

Tertia conclusio, Potentia motiua ipsi animæ propria, eandem à corpore decedentem non deserit, in qua quidem cōclusione nulla est dubitatio, sicuti neq; in prima, si alia mouendi facultas, præter eam, quæ in corpore residet, animæ propria tribuatur; quod cum in extrema huius tractationis disputatione ostendendum sit, non est cur hoc loco id anteuertamus.

## ARTICVLVS II.

### SOLVVNTVR ARGVMENTA superiori articulo adducta.

*Ad primū.* AD primum dicendum, etsi vitales facultates potentiæ animæ sint, propterea quòd ab ea perenniter fluant, ac per easdem viuamus: non propterea oportere vt idem subiectum inhæsionis habeant. Satis enim est, si insint materiæ cum forma subsistaliter, atq; adeò maximè coniunctæ.

*Ad secūdū.* Ad secundum, si de subiecto totali sermo sit, vera est maior: sed falsa minor: Si de partiali, seu vt quo, falsa est maior, eiusq; probatio statim adiūcta; est enim emanatio potentiarum materialium comparata ad animam, simpliciter transiēs, cùm in materia sit, exerceaturq;.

*Ad tertiū.* Ad tertiū, vt sensus accidentariæ vitæ sint, & appellentur, sat esse illos ab essentiali vita perpetua emanatione pendere; nec in materiam, nisi eidem essentiali vitæ vnità recipi.

*Ad quartū.* Ad quartū, admisso antecedente cum confirmationibus ibidem adiectis, neganda est consequentia; cōditio enim illa humanæ cognitionis intellectiuæ, vt non nisi obsertiente sensu exhibeatur; coniuncti intellectus est, non separati.

*Ad quintū.* Ad quintum, quemadmodū sensus nō eo prorsus modo ab anima pullulant, quo intellectus, & voluntas; ita minùs non esse, si in subiecto inhæsionis etiā discrepent, nēpe posteriores hæ potentiæ ab anima solitariè spectata emanāt; priores verò illæ ab eadē corpori so- *Non eodem modo potentię ab anima emanant.*
ciata, vnde fieri potuit, vt aliæ aliud subiectū immediatum sortirentur.

*Ad sextū.* Ad sextū, ita euenturū quod ex Aristotele adducit, quoniā dum materia ritè dispositā fuerit semper videndi potentia ad functionē idonea resultabit; cū, ea hypothesi data, nihil iam desideretur: nō aūt quòd eiusmodi potē tia incorruptibilis sit, in animāve residens.

*Ad septimū.* Ad septimū, dici in primis posset generatim, dolorem, torsionēmve quamlibet ex se corrupticem subiecti, animā separatam naturaliter non afficere, vt perspicuum est, affecturam verò si eidem inessent sensus, atq; appetitus, vnde non leue argumentum pro secunda conclusione eruitur. Deinde respon- *Quid sit fletus, et stridor, quo animæ dicuntur cruciari,*
demus sigillatim, fletum, stridoremq; dentiū metaphoricè accipienda esse ad captum tu- D diorum, si de animę separatę supplicio Christi Domini sententia procedat; vt fletus nō. minè mœroris vehementia significetur; stridoris autem dentium, intestinum odium, quod in animo cùm ardet, dentibus etiā stridorem cietjin appetitu; sensitiuo rabies nū cupatur. Si autem de totius hominis pœna, *Damnati lacrymas non effundent.*
etsi quidem propria locutio, quanquam in fletu ad lachrymarum expressionem non sit veniendum; cùm hæ generationē, corruptionemq; inuoluant, quæ post diem iudicij in substantijs non erunt.

*Ad 1. confirmationem.* Ad primam deinde confirmationē (quem tamen locum à D. Thom. 1. part. quæst. 77. art. 5. citatum tam expressum non legimus) respondendum, loqui August. de cognitione animæ, qua tam corporea, quàm spiritualia valet attingere; ac si apertius diceret; intellegere animā tum ea, quæ corpore vacant, tum quæ corpore sunt prædita. Aut certè sentiendi verbo vti pro intelligēdi: qua vsurpatione lib. 2. de libero arbitrio cap. 6. intellectum in anima, interiorem eius sensum, cum discipulo agens, appellauit. Ité, quod idem Augustinus scribit nō corpus, sed animam dolere per corpus, nihil obest nostræ doctrinæ, sed prodest potiùs, siquidem dolor proprius potentiæ corporeæ affectus est, ad quem proinde anima non nisi corpori vnita potest concurrere. Porrò, liber de spiritu & anima, Augu- *Dolor proprius affectus est corporis.*
stino falsò tribuitur, vt ex D. Thoma alibi dictum est, neque magnæ admodum auctoritatis

Universidad de Deusto
Biblioteca



titatis creditur, vt illius doctrinæ sit vniuersim habenda ratio. Deniq; D. Dionysij locũ interpretatus idem D. Thomas quæst. disputata de anima artic 19. ad 8. vt eæ passiones nõ sint in Demonibus, nisi proportione quadam, ac similitudine ad humanas.

*Ad 2. cõfirmationem.* Ad secundam cõfirmationem dicito si nomine virtutis, ac vitij habitus (vt par est) intelligantur, non torqueri animas propter illos, aut donari gloria, sed propter actus præteritos, vnde tales habitus manarunt, præsentéq; reatum culpæ, qui in anima re vera inest, siue relatio sit, siue quid aliud, vt apud Theologos disputatur. Quòd si quemadmodum in potentia corporea, præsertim appetitu actus, habitusq; tam virtutis, quàm vitij admitti solent ob aliqualem libertatis formalis participationem, sic & reatum nonnullum concedamus, suppliciũ ei respondens nonnisi post corporum, atq; adeò ipsius appetitus resurrectionem subeundum erit.

*Ad 3. cõfirmationem.* Tertia confirmatio dubitationem cõtinet Theologorum propriam, neq; eius explicatio (quam tamen in hac vita possibilem esse negat Durand. loco paulo post citando, Bellar. libro secundo, de purgatorio cap. 12. iuxta Augustin. & Gregorium) admodum necessaria nunc est, cùm pœna, quam vocant sensus supernaturalis vi sit infligenda damnatorum animis, cui subeundæ si quis contenderet necessarios esse sensus, non propterea concluderet eos naturaliter (vt nunc agimus) ab animis ex hac vita depositari. Quin etiam neque eiusmodi positio de modo patiendi medijs sensibus, atque appetitu, vera esse potest, aut certè rem in obscuro adhuc relinquit; cum explicandum superesset, quomodo incorruptibilis anima ostendatur, ex eo quòd immodicum inferni ignis calorẽ sensu percipiat. Lege Durand. 4. distin. 44. quæst. 11. art. 2. in resutatione tertiæ opinionis.

*Ad vltimũ.* Ad octauum dic, manere quidem potentiam motricem in anima separata, non illam, quæ in hac vita per corporis membra motum edit; cùm sit etiam corporea, sed aliam ipsi animæ propriam, qua non nisi in statu separationis vtitur. Quæ doctrina quamuis in quæstione sit posita, erit tamen à nobis extrema disputatione suadenda.

*Anima nõ torqueniur propter habitus, sed propter actus & culpæ reatum.*

*Quæ pœna sensus quã anima patitur apud inferos.*

## ARTICVLVS III.

### *AN NE SPECIES, ATQVE habitus in intellectu, & voluntate animæ coniunctæ residentes, eandem à corpore separatam comitentur.*

*Quàm latos & effusos fines sibi vendicet hæc quæstio.*

QVæstio hęc latè admodũ pateret, si in tota sua amplitudine à nobis tractaretur. Funditur enim in primis ad eos, qui nullas præter quàm in parte sentiente species agnoscunt, in quibus numerãtur Henricus quodlib. 5. quæstione 14. (etsi quoad habitus affirmet manere eos in anima separata quodlib. 6. quæst. 8.) alijq; apud D. Thom. prima parte quæst. 89. art. 5. à quorum dogmate parùm abest Auicenna (eum Sanctus Doctor expugnat. quæst. 79. artic. 6. & Abulensis inferiùs adducendus) opinatus tunc solùm cùm actu intelligimus, species in nobis seruari. Auicennæ accedit Aueroes 12. Met. com. 2. credens substantijs separatis nullos inhærere habitus: vt refert Caiet. prima secundæ quæst. 50. art. 6. Sed hi omnes magna ex parte refelluntur lib. 3. de anima c. 5 qu. 3. & sequent. Funditur item quæstio ad illam scholasticorum dubitationẽ, an ne Theologia apud nos acquisita maneat in patria, quam quidam tractare solent, vel initio 1. part. vel ad prologum sententiarũ. Deniq; ei maximè accedit, quæ est 67. primæ secundæ D. Thom. vbi tam de virtutibus moralibus, quàm Theologicis quæritur, vtrum post hanc vitam in anima perseuerẽt; sed nos intra nostri instituti metas quoad fieri poterit, continebimur.

*Pars quæ neqat, tum à natura ipsa, tum à diuina prouidentia petita. primo quoad habitus.*

Ac pro parte negatiua se offerũt argumẽta, tum à natura ipsa, tum à diuina prouidentia petita. A natura quidem huiusce modi. Primò, quia quod attinet ad habitus, cùm illi contrarium habeant, si quis hinc opinatiuũ deferat, vel erroneum, haud dubiè in morte vtrumlibet deponet; quandoquidem anima separata euidentem cognitionem obtinebit, sicq; per contrariũ actum, eumq; perfectissimum propellet, vt scitè annotauit Bellar. libro secundo de purgatorio capite 9. Quod deinde attinet ad species, etsi contrario vacent, neq; corruptibili subiecto hæreant; attamen à phantasmatis, sicut in fieri, ita & in conseruari pendent: ergo ijs abolitis extinguentur etiam species: quemadmodum Lunæ fulgor, amoto Sole, confestim emoritur, quamuis neque illa eorum parum, neque ille contrarium vendicet. Assumptum probatur, tum quia species intentionales habent esse, atque adeò ita debile, vt perenni efficientis causæ influxu egeant; tum quia id significasse videtur Aristoteles in prædicamentis, cùm scientiam ex longa egritudine corrumpi docuit; quod non nisi ratione phantasmatum, quæ per id tempus, ac maximè per mortem excidunt, verè dici potuit. Tum deniq; quia habitus conclusionum, ita à principiorum habitibus pendere videntur: hac enim de causa Theologia ab hæretico Theologo abolebitur, quòd fidei habitus, à quo pendebat, subtrahitur à Deo.

*Item quoad species.*

*Probatur 2.*

Secundo. Pars intellectiua in hac vita nihil, nisi sensitiua ministrante, operatur, cum igitur post mortem operatio sensuum nõ sit, non erit etiam apud intellectum; non enim efficatior ex separatione redditur, vt iam corporis adminiculũ non requirat. Et quod hinc sequitur



sequitur si sublata species, habitusq; manebunt, cùm in actum secundum prodire nequeant: ex eodem enim fundamento, quòd scilicet prodire nequeat habitus fidei in patria in actum, concludit D. Thomas talem habitum frustrà fore 1. 2. quæst. 67. art. 5. ad 5. Et confirmatur primò, quia, vt dicitur 1. & 3. de Anima, corrupto corpore, mens neque reminiscitur, neque amat, quod credibile non est dixisse Philosophum, quia illa corrumpatur, vt initio huius tractationis vidimus; sed & propria cognoscendi amandiq; instrumenta, id est, species atque habitus pereant & euanescant. *1. Confirm.*

*2. Confirm.* Confirmatur secundò, quia habitus inclinant ad actus similes ijs, vnde prodiere, iuxta Philosophum 2. Ethicor. ædificando enim fit homo ædificator, & iterum, ædificator factus potest ædificare; sed habitus illi ab actibus intellectus supra phantasmata se conuertẽtis sunt geniti: ergo si post mortem huiusmodi conuersio locum non habet; neque etiam habitus, aut species tunc permanebunt.

*Probatur 3. ex diuina prouidentia.* Iam verò à diuina prouidentia eiusmodi argumenta deducuntur, sitque tertium. Nam 1. Corinth. 13. dicitur scientiam in mortali vita comparatam, fore destruendam post mortem; nimirum, quia imperfecta, obscura, multæque sit incertitudinis: sed scientia habitibus, ac speciebus constat: vtraque igitur cum toto homine extinguentur, neque animam à corpore recedentem comitabuntur.

*Probatur 4.* Quartò, quia sæpe accidit, vt qui sunt scientia præditi, vitæ sint perditæ; contrà verò ignorantes sint innoxij: ergo si hinc omnis scientiæ supellex asportetur, ornatiores erit improborum animæ, quàm proborum; quod in statu perpetuo non sine magna diuinæ, prouidentiæ nota dicereturr.

*Proponitur pars affirmatiua quæstionis.* Affirmãtem nihilominus partem tuetur D. Thomas 1. part quæst. 89 art. 5. alijque in locis non rarò. Abul. in 25. cap. Matth. quæst. 580. & plures alij. Item ij, qui idem censent de illis quæstionibus, quas initio huius articuli proposuimus; qui etiam in anima separata memoriam agnoscunt. Quapropter sic argumẽtari licet: Primò, In anima separata datur recordatio, vt latiùs ostẽdemus inferiùs, hæc autem sine reseruatis speciebus non est; ergo anima olim conquisitas retinet. Minor declaratur, quia quamuis anima per species à Deo denuò sibi inditas intelligere possit res anteà à se cognitas; ea tamen cognitio recordationis nomen non omnino mereatur; cùm iterata non sit, hoc est, per ea instrumenta, quæ ex vi prioris cognitionis in nobis fuerint relicta. Accedit, quoniam 3. de Anima, cap. 4. tex. 6. eos laudat Aristoteles, qui animam locum specierum nuncupabant; quæ analogia eò spectat, vt anima species sibi semel creditas, deinceps seruet, quemadmodum obseruat D. Thomas.

*1. Argum.*

*Separata anima recordatur per species acquisitas.*

*2. Argum.* Secundo, Fictitium est asserere species intelligibiles pendere in sui conseruatione à phantasmatis; cùm igitur neque contrarium, neque subiectum corruptioni obnoxium habeant (quibus modis accidere posset earum corruptio, vt habetur cap. 2. libri de Longit. & breuit. vitæ) animam à corpore abeuntem non deserent. Probatur antecedens, in quo solùm est dubitatio, tum quia impressa phantasmata ab externorum sensuum imaginibus non eo modo pendent: quandoquidem illis omnibus ligatis per somnum phantasia intùs somniando operatur; quod absque reseruatis à vigilia speciebus fieri non posset: pari igitur ratione, ne dicam maiori, intellectiles species absque phantasmatum influxu conseruabuntur; tum quia effectus ab ea causa penderet in conseruari, à qua pependerat in fieri: atqui species intelligibiles non à phantasmate impresso, sed ab actu phantasiæ, iuncto intellectu agente, fiunt: dicendum igitur potiùs fuerat cum Auicenna, non permanere species intelligibiles in mente, nisi dum actu phantasiamur, quod est absurdum.

*Species intellectiles conseruari sine phantasmatis.*

Sit igitur huius articuli assertio, In anima separata inueniri tum species, tum habitus partis intellectiuæ, & quidquid in eadem anima ante separationem inerat, nisi verò (quod ad habitus attinet) aut per contrarium actum pellantur, vt fieri potuit ante eandem separationem, aut etiam ratione status gloriæ, vel damnationis, quippiam istorum à Deo detractur. Inueniri, inquam, quoad entitatem, etsi quoad vsum aliqui vacent, quia deest fortasse materia, vti temperantiæ, libertati, fortitudini, alijsque eiusmodi habitibus acquisitis, seu à Deo infusis.

*Assertio.*

*Respõdetur ad 1. arg. partis negatiuæ.* Reliquum est, vt argumentis negatiuæ partis occurramus. Ad primum, quoad habitus attinet, patet responsio ex dictis. Quod verò attinet ad species, Ochamus in 4. q. 12. art. 1. arbitratur demonstrari nõ posse manere illas, permotus adducto argumento, solumq; probabiliter ita teneri posse, tum propter sententiam Hieronymi in Epist. ad Paul. Scientiam discamus in terris, quæ nobiscum perseueret in cœlis: tum quia communiter Sancti Doctores asserũt recordari animas post mortem flagitiorum, quæ fortè viui penetrauimus. Verùm non rectè philosophatur Ochamus, nec enim, vt superiùs ostendimus, intelligibiles species pendent in sui conseruatione à phantasmatis, neque ea, quibus mouetur, vt tum esse probabilem credat nostram sententiam, satis vrgent; siquidem D. Hieronymus de rebus ipsis non de scientia, eo modo potest intelligi, quasi suadeat, vt ad diuina æternaque, & ad humana, impensiùs incumbamus. Porrò, præteritorum flagitiorum recordatio cùm à S. Doctoribus celebretur in pœnam, aut etiam (si condonata sint) in gloriam animarum, non inepte credi posset locutos fuisse peculiari Dei prouidentia spectata. Dicendum igitur

*Non apte dixit Ochamus probabile tã seruari species.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Species suapte natura manẽt in anima.*

intellectiles species omninò reseruari in anima separatâ, si solùm rerum generalem cursum attendamus. Neq; esse tam debiles, vt illicò intercidant absentibus phantasmatis. Aristotelis verò dictum in prædicamentis de scientia procedere quoad vsum phantasmatum, q. velut appendix est humanæ scientiæ. Denique falsum esse conclusionum habitus à principiorum habitibus perpetuò pendere, atq; theologicos habitus aboleri in Theologo hæretico, fidémve acquisitam, cũ hæc mere gratuita non sint, quamuis in assensus suos prodire nequeat, ob defectum habitus fidei, à quo pendent in operando, vt alibi docetur.

*Habitus cõclusionũ nõ pendent in coseruari ab habitibus principiorũ.*

*Ad 2. arg. Species tam ad vsum, q̃ ad ornatum animæ inseruire.*

Ad secundum negatur consequentia, quia quamuis species hinc delatæ habituræ nõ essent vsum aliquem, satis foret habuisse illum quondam, nuncq; intellectum exornare, qd' etiam de habitu fidei dici posset comparatione animarum beatarum; quanquam verisimilius, ac ex sententia D. Thom. sit, eum nõ manere, aut quia id repugnat, aut certè quia Deus ita decreuit, vt ex illo Pauli loco 1. ad Cor. 13. constare videtur. Nunc autẽ manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas. Quin verò posse animam separatam speciebus hinc delatis vti disputatione sequenti ostendemus. Ad primam verò confirmationem dicendum cum D. Thoma 1. par. q. 89. art. 6. ad 1. loqui Philosophum de reminiscentia & amore secundùm cooperationem corporis. Ad secundam, dic illam conuersionem intellectus supra phantasmata, si rectè declaretur, modum esse accidentarium, & valdè extrinsecũ ipsius intellectionis, cũ sit solùm concomitãtia quædã phantasiæ simul operantis, vt sæpè dictum est, præsertim cùm rerum abstractarum intellectio elicitur: conseruabuntur igitur species in anima separata etiam tunc, cùm prædicta conuersio non erit.

*Ad 1. Confirmationem.*

*Ad 2. Confirmationem.*

*Ad 3. arg.* Ad tertium, quod ex diuina prouidentia deducebatur, omissis varijs interpretum expositionibus in hunc locum, dic: si inibi quamlibet scientiam Paulus intelligat, eam nõ absolutè fore destruendam, sed quoad necessitatem ministerij sensualis; non enim ope sensuum egebunt beatorum hominum mentes, de quibus loquitur. Ita D. Thomas eo loco Pauli, lect. 3. & 1. par. q. 89. art. 5. ad 1. & 1. secundæ, q. 67. art. 2. ad 1. D. Bonauen. Richard. Durandus & alij in 3. dist. 31. cũ Magistro eadem dist. ea 3. quidquid senserit in oppositum Albertus & Gabriel eadem dist. 31. Si autem nomine scientiæ sola intelligatur Theologia, iure destruendam affirmat, per subtractionem Diuini concursus ab ijs, qui beandi erunt: quandoquidem neque ipsam fidem retinebunt, non q̃ vtique habitus cum actu visionis pugnent, vt ex Posteriorum doctrina constare potest, sed quia ij habitus ad ornatum subiecti Deum contuentis (hac enim ratione solùm eos manere verisimile esset) spectare minimè videntur, quorum actus nõ ob extrinsecam vllam causam, sed ob immediatam oppositionem, cum visionis actu, Dei q; possessione pugnat. cuiusmodi sunt Catholicæ fidei, atque ipsi habitus, non ita verò de aliarum virtutum habitibus, fortitudine, temperantia, &c. sentiendum; quia eorum actus, etsi ex defectu obiecti, materiæ ve non sint in patria exercendi, per se tamen nõ pugnant cum beatâ visione, vt etiam de Christo Domino viatore traditur à Theologis; sicque in ornatum animę remanebunt. Infundet nihilominus Deus animis habitus Theologicos euidentes, quibus satis compensabuntur ij, qui in hac vita fuerant acquisiti. Atque hanc sententiam de abolitione nostræ Theologiæ in patria tradit Theoph. in illum locum Pauli, Cathar. & Caiet. ibidem deposita sententia, quam 1. par. quæst. 1. art. 2. tenuerat, alijq; recentiores. At enim Caietano loco citato primæ partis adhæresc̃unt etiam posteriores alij, arbitrati Theologiam nostram ineuidentem esse per accidens, remouerique ab ea posse ineuidentiam ex vi visionis beatificæ. Itaque non ad ornatum solùm, sed etiam ad exercitium manere illam posse: ac sibi fauere putant illam Diui Hieronymi sententiam ad Paulinam, de qua nuper meminimus. Sed fundamentum illud falsum est, cùm nostræ Theologiæ exercitium per se pendeat ad habitum catholicæ fidei, qui per se, & intrinsecè est euidens inclinatiue. Diuus autem Hieronymus vel de obiectis cognitis loquitur, vt in solutione ad primum monuimus, vel si de scientia ipsa; non de eadem numero, sed specie, aut etiam genere commodè potest intelligi.

*Infundendi à Deo beati Theologiam euidentem.*

*Theologiam nostram ipsa per se ineuidentem.*

Ad quartum, D. Thom. 1. p. q. 89. art. 5. ad 2. respondet nullum esse incommodum, si inferior beatus ornatior fit in acquisita scientia, q̃ superior; quemadmodum & in corporis statura præcellere potest. Iuxta quam doctrinam concessurus videtur idem de damnato. Vel dicitu nullam hic à nobis acquiri posse scientiam, quam beati homines à Deo infundente multò copiosiorẽ non hauriant, quantumlibet rudes decedant ex hac vita.

*Ad 4. arg.*

## ARTICVLVS IV.

### VTRVM AB INTELLECTV *animæ separatæ fluant species naturaliter.*

QVæstio hæc solùm excitari solet de speciebus, non de habitibus scientię aut virtutum; fortasse quia prima horum semina (quod ad aliud institutum notauit Caietanus 1. 2. q. 67. art. 2.) sunt ipsæ species, ex quarum vsu pronum erit prædictos habitus comparare. Sed vt ad rem veniamus, quanquã Plato ante

*Vnde repugnet Theologiam viato vtum manere in patria.*



hominis ortum scientiam posuit in animis, non tamen satis explicuit, vndenam ea obueniret; nec nos de animis ante ortum hominis, sed post obitum disputamus; quærimusque an ab intellectu animæ species emanent, cùm primùm à corpore separatur, sicuti ipse intellectus in prima animę creatione ab eius essentia dimanarat.

*1. Argum. p parte affirmante.*

Partem affirmantem hæc suadent argumenta. Primum, Ab intellectu, Angeli effluxit species cùm primùm à Deo creatus; atqui eadem ratio est de animæ separatæ intellectu: ergo, &c. Maior propositio non solùm tradita fuisse creditur à Capreolo in 1. dist. 3. q. 2. ad arg. Aureoli contra 3. conc. vbi scribit, ita profluere ab essentia Angeli intellectum speciebus intelligibilibus sœtum, sicuti ab anima emanant potentiæ, item ab alijs posterioribus Theologis, insinuataq; à Caiet. 1. 2. q. 5. art. 6. sed etiam à D. Tho. 1. p. q. 54. in cuius art. 3. ad 2. docet prius exitisse in Angelis vniuersales rerum rationes, q̃ res ipsæ creatæ existerent; quod absque necessitate vlla diceretur à D. Tho. si species purè contingenter & non naturaliter competerent Angelis. In 4. verò art. ad 1. ait, nõ generari in Angelis scientiam, sed naturaliter eis adesse. Deinde q. 55. art. 2. sicut cœli initiò susceperunt accidentia sibi debita, & non paulatim, vt corpora inferiora; ita & Angelos suscepisse species. Constat autem illa accidentia à cœlis profluxisse: ergo, &c. Deinde minor propositi argumenti facilè ostenditur, quia quemadmodum Angeli sensibus vacant, queis possint species colligere, vt proinde necessium fuerit tantæ efficacitatis intellectũ sortiri, qui ex sese parere illas posset; ita cùm anima destituta corpore, in separatarum mentium statum promoueatur, ac veluti nouum vitæ genus ordiatur, æquum est, vt cum intellectum sit nacta, qui à materia expeditus illi statui congruentes species ex se promat. Et confirmatur, quoniam id decet naturam substantiarum separatarum, ne scilicet ab ipsis obiectis species pendentes habeant; quemadmodùm multò magis commendatur Solis, quàm aëris natura, q̃ ille de suo, hic de alieno luceat. Et verò si in hoc sensibili mundo corpora existunt, quibus lux sit ingenita, cur in illo intelligibili specierum lumina, tanquam proprietates quædam non concipientur?

*2. Argum.*

Secundum, Homo intellectiuus euadit ratione animæ; ille autem species conquirit, ac sibimet actiuè efformat; maiori igitur cum ratione anima separata, mediante intellectu, species ex se fundet, cùm in ea abstractio à sensibilibus obiectis locum non habeat.

*3. Argum.*

Tertium, Omne accidens à principijs alicuius substantiæ emanat, teste D. Tho. 3. contra Gent. cap. 7. Cùm igitur species accidẽtia sint, nulli substantię rectiùs eorum emanatio tribuetur, q̃ separatæ. Et confirmatur, quia impossibile non videtur, si creari à Deo valeat substãtia intellectualis, à qua naturaliter species emanent; ea tamen eminentia tanta non est, vt separatis mentibus non competat. Atque hanc sententiam non improbabilem iudicat Fonseca lib. 2. Metaphys. cap. 1. quæst. 2. sect. 7. ad 6.

*Sententia q̃ negat veriſimum est.*

Contraria tamen pars omninò certa est, quam tuetur Ferr. 2. cont. Gent. c. 98. Molina 1. p. q. 55. art. 2. disp. 2. memb. 3. & alij recentiores, eandemque vt longè probabiliorem tandem asseruit Fonsl. lib. 3 Metaph. cap. 14. q. 1. sect. 4. ad fin. nec dubium quin ea D. Thomę placuerit, vt latiùs probat Ferr. etenim 1. part. q. 89. art. 2. ad 2. ait animam separatam intelligere per species diuinitùs impressas à Deo, & art. 3. recipere illam species ex influxu diuini luminis. Quæ verba apertè designant alienam actionem, & non internam efficientiam ipsius animæ per emanationem. Eandem infusionem agnouit in Angelis, 1. p. quæst. 56. art. 2. ad 4. & in 2. par. quæst. 1. art. 1.

*Probatur primò.*

Sic igitur argumentari licet. Primò, quia si species intelligibiles à substantia aliqua separata fluerent more proprietatum, iam eæ res omnes cognoscere posset per se ipsam; quandoquidem cognita penetrataque cuiusque rei natura, cognoscuntur omnes proprietates ipsius; sicque fieret, non solius Dei proprium esse alia, ac se per se ipsum nosse, vt tradunt Theologi: imò & species superadditas esse orioias.

*Secundò.*

Secundò, quoniam vt exemplaria rerum à substantia quapiam emanent, necessarium videtur, vt res ipsæ repræsentatæ in eadem substantia insint eminenter; nulla verò separatarum substantiarum, Deo excepto, hãc habet eminentiam, cùm nulla esse possit talium rerum causa efficiens: ergo ab anima separata species non emanant.

*Tertiò.*

Tertiò quia spiritalis emanatio, qualis futura esset specierum ab anima, nõ impediret per vnionem ipsius ad corpus, vt patet in intellectu & voluntate; quanquam vim sortiri impediatur. si ergo emanant species ab anima separata, emanabũt etiam ab eadem coniuncta: vnde iam sententia Platonis de reminiscentia prorsus extincta, iteriõ reuocabitur.

*Quartò.*

Quartò, quia non videtur vlla ratio, cur horum potiùs, quàm illorum obiectorum fluãt species; omnium autem possibilium species effluere impossibile, ac supra captum naturalem creaturæ intelligentis: quare iam cogentur aduersarij sententiæ auctores ad diuinam infusionem recurrere. Nec dicas fluere quidem finitas, quasque postulauerit natura cuiusque substantiæ separatæ, quandoquidem intra ratitudinem eorum obiectorum alia in infinitum factibilia sunt, ad quæ cognoscenda, credibile nõ est iam sufficere species, quæ de facto separatis mentibus infunduntur.

Ita patet, nulla ratione dicendũ esse species

Universidad de Deusto
Biblioteca



cies intelligibiles à mente separata efficienter fluere. Quin etiam Capreoli dictum (neque enim alius notæ melioris auctor contrariæ sententiæ tam apertè fauit, neq; vllo fundamento ea adscribitur Caietano) satis commodè declarare posset, si vellet. Nimirum, intellectum Angeli in eo ipso instanti, quo ab eius substantia promanat, fœtum esse specierum, à Deo tamen ingeniti. Itaque emanatio ad solum intellectum propriè referenda erit; ad species verò non nisi quodammodo; qua nimirũ ratione, intellectum propriè emanantem individuè comitantur, & à Deo veluti genere conferuntur in prima Angelorũ productione. Fatendum igitur est, in substantijs separatis, vtpote cognitionis capacibus, naturale principium inueniri, non efficiens, atque ex se fundens species, sed passiuum, ac veluti naturalis quædam propensio ad eas excipiendas. Ad eas, inquam, generatim; particulatim verò, hoc est, ad has, vel illas non nisi prout rerũ ordo exegerit, in quo eædem substantiæ separatæ à Deo fuerint collocatę.

*Intellectum propriè ab anima emanare, species autem impropriè.*

*Ad 1. argument. partis affirmantis.*

Ad primum argumentũ initio adductum, neganda est maior propositio. Primus verò ex D. Thoma locus, quo ea probatur, nihil probat; solùm enim docet Angelos iam tunc habuisse species à Deo impressas, cùm hoc vniuersum corporeum à Deo extitit. Secundus etiam locus eò tantùm spectat, vt intelligamus (iuxta ipsius S. Doctoris sententiam) Angelos à rebus scientiam non quærere, sed à Deo tanquam à generante recipere. Iam similitudo illa tertio loco adducta id solùm efficit, vt intelligamus nulla mora à creatione Angelorum inditas fuisse species eorum mentibus, non autem emanare ab eis sicuti à Sole lumen. Ad secundum neganda est consequentia; satis enim est imprimi à Deo species vbi acquirendi via non patet; vt nunc in suum locũ mittamus, posse fortasse animam separatam absque sensuum ope species à rebus comparare. Ad tertium cum sua confirmatione dicendum, quidquid de alijs accidẽtibus dicatur, ea certè, quæ notionalia sunt, emanare naturaliter non posse à substantia creata. Quin etiam Ferrar. lib. 3. cont. Gent. cap. 14. idem D. Thom. pronuntiatum non de omnibus accidentibus intelligẽdum monet.

*Ad 2. arg.*

*Ad 3. arg.*

## ARTICVLVS V.

### *VTRVM ANIMA SEPARATA præter eas species, quas hinc exportat, alias vel ab obiectis haustas, vel à Deo impressas, vel vtroque modo comparet.*

*1. Assertio.* IN proposita dubitatione sit prima assertio: Animæ separatæ præter species hinc exportatas: item præter illam scientiam, quam infusam per se vocant, quæ earum plerasque à Deo exornantur (id quod nemo iure inficiabitur) naturalibus ac nouis speciebus consignantur. Quæ assertio quoniam communis est, etiam quoad extremam partem, quam nunc intendimus; hac vna ratione breuiter confirmanda erit. Animæ sine corpore & sensu diu seruantur, semperq; seruarentur, si solam vim naturæ spectemus. Cùm igitur tum inuicem, tum cum Angelis sint conuersaturæ (absurdus enim esset, qui separatis mentibus politiæ ordinem denegaret) haud dubiè nouas rerum notiones denuò obtinebunt, si ne quibus perfectam familiaritatem non inibunt; cùm de plerisque rebus à sensuum vsu nimium remotis, eíque Reipublicæ nihilominus consentaneis agendum sit, quarũ species in vita non hauserunt.

*Separatæ animæ nouas species infundi. Obiectio.*

Quòd si quis dicat, animas à corpore liberas multò iam esse expeditiores, quippe quas nec corporum noxæ tardant, neque hebetant terreni artus, nec sentientes potentiæ ad sua retrahunt obiecta, ac penè distrahunt; quominus sublimiora illa assequi valeant, vnde iam ex ijs, quas hinc exportarunt, imaginibus, procliue sit immaterialia etiam rimari: is primùm non omni ex parte satisfaciet, cùm eorum animæ, qui ante intellectus agentis vsum decesserunt, nullas species sint nactæ. Deinde responsionem profecto admodum dubiam. Quis enim credat species tam astrictæ repræsentationis, obscuræque significationis, quasque magis rerum significatarum vmbras, quàm viuas imagines dixeris, vsque adeò præstare, vt ad subtilissima quæque distinctè (vt par est in eo statu) percipienda sufficiant?

*Dilutio.*

Secunda assertio: Probabile admodum est animas separatas ab obiectis species non abstrahere, sed à Deo easdem recipere. Hanc doctrinam D. Thomas 1. par. quæst. 89. art. 1. ad 3. quo loco scribit eodem modo animam separatam species comparare, quo Angeli, ex infusione, scilicet, diuini luminis, vt de ipsis tradiderat quæst. 55. artic. 2. & 2. contra Gent. cap 96. atque alibi passim D. Thom. sequuntur sui, Caietanus ad citata loca 1. par. ac præterea quæst. 57. art. 2. Ferrar. lib. illo 2. contra Gent. cap. 96. Capreolus 2. Sent. dist 3. quæst. 2. & plures alij recentiores. Probatur igitur assertio hunc in modum.

*2. Assertio sententia D. Thomæ.*

Primò, Anima rationalis ideò vnitur corpori, vt possit cognoscendi instrumenta comparare; non enim alterius finis, quàm operandi gratia materia propter formam esse dicitur, 2. Physic. cap. 2. text. 23. anima 2 ergo extra materiam posita, aut nullas denuò acquiret, aut certè à prima causa (quod est congruentius) species mutuabitur.

*1. Ratio.*

Secundò, Externa obiecta, eorumq; species nimium crassæ naturæ sunt, proindeque oportet



oportet attenuari illa non mediocriter in sensuum officinis, vt fiant idoneæ intellectus agentis, aut concausæ, aut instrumenta, qua de re lib. 3. de Anima dictum est: at in anima separata nulli sunt sensus, vt artic. 1. tradidimus; externa verò obiecta, atq; species admodum sunt rudia: nõ ergo ipsa sibi species efformat, sed à Deo recipit.

*2. Ratio.*

Tertiò, Anima separata neque à corporeis, neque à spiritualibus obiectis colligere valet species; nullas ergo re vera colligit. Probatur assumptum, quoad priorẽ partem. Namque corpora non nisi adhibitis quibusdam conditionibus, species suas diffundunt; indignum verò omnino erit separatas mentes, quas D. Dionysius cap. 5. Cœlestis hierachiæ supermundanas vocat, quòd ab huius corporei vniuersi legibus eximantur, à talibus conditionibus in cognoscendo pendentes facere, credereque illas in tenebris, verbi gratia, non intuerí colores, subter tellurem non percipere excitatos superiùs sonos, ac denique spatijs corporeis addici, quoad eam operationem, quæ maximè ab his omnibus circumstantijs est immunis, videlicet intellectionẽ. Quod posteriorem ita ostenditur, spiritualia obiecta nullas extra se fundunt species, tum quia omnis externæ motionis, præterquam localis, sunt expertes: tum quia, non nisi corporeas funderẽt, cùm omne externum spatium corporeum sit, quas tamen idoneas non esse iam probauimus. Nec dixeris tunc saltem animam separatã fabricari sibi species posse, cùm proxima fuerit alteri rei spirituali. Enim verò præterquàm quòd de magna rerum cognoscendarum parte, hoc est, vniuerso corporeo, sit tibi aliter philosophandum, ineptè fateberis quamlibet animam tunc solùm prædictas species haurire, cùm se casu in rem aliquam spiritualem impegerit.

*Animam separatam nõ accipere species ab obiecto corporali.*

*Nec item ab spirituali.*

*Occupatur obiectio.*

*4. Ratio.*

Quartò, Quia sicut spirituales substantiæ coniungi nequeunt, ac colligari cum mundo corporeo, quoad aliam operationem, quàm localem, vel præuiam locali, scilicet, impressionem impulsus: ita par est, vt nullam alterationem ab eo mundo patiãtur, quod haud ita esset, si corpora possent eis suas imprimere similitudines.

*5. Ratio.*

Quintò, Humanus intellectus suapte natura intranea potentia est, non minùs, quàm voluntas, aut phantasia; atque adeò ab externis obiectis pati incapax, absque corporis interpositu: ergo licet daremus angelicum, eò quòd sit potentia integri cuiusdam suppositi, aliunde complementum non desiderantis, posse immediatè ab externis obiectis, vel imaginibus species abstrahere; nulla ratione ea facultas humano intellectui videtur concedenda.

*Vltima ratio.*

Denique ita suadere videtur D. Dionys. 7. de Diuin. nomin. scribens substantias separatas cognitionem à rebus diuisibilibus, aut à sensibus minimè congregare. Item August. 2. de Genesi ad lit. cap 8. vbi docet res corporeas sex diebus à Deo conditas, fuisse prius ab eodem in Angelorum mentibus productas, quasi velit separatas mentes species aliter nõ conquirere.

*3. Assertio p sententia Sco*

Tertia assertio, Probabile etiam est animas separatas species complures ex obiectis comparare. Hanc tradit Scotus in 4. d. 45. q. 2. ii. consentaneè videlicet ad illam sententiam, qua in 2. d. 3. q. 11. credit Angelos eo etiam modo species nonnullas à rebus ipsis haurire; quam non pauci quoque Theologi amplectuntur. Diximus, complures, quoniam non negat Scotus pleraſq; species infundi à Deo in ipso separationis momẽto animis nostris, præsertim connexionum necessariarum, terminorúmve sub esse possibili repræsentatrices. Illud etiam erit in hac sententia aduertendum, nonnulla miscerí ab Scoto à nobis omittenda, cuiusmodi illud est à remotis etiam obiectis, sine vllo medio substantias separatas species aucupari, cùm certum sit, vt alibi contra eundem Scotum disputatum est, agentia naturalia nulla ratione posse actionẽ suam fundere in remota loca, quin prius fundant in proxima. Vt igitur proposita assertio à nobis approbetur, statuendum primò est, animam separatam ab obiecto, aut saltem ab eius imagine indistantem esse oportere; vt possit vi intellectus agentis species intelligibiles sibi imprimere. An verò ea imago alia non sit, quàm quæ sensu externo percipi soleat, an alia longè diuersa, an vtraque etiam, res est occultissima, vel ipso Augustino teste, qui in lib. 2. Retract. cap. 30. ita scripsit; Vtrum signa quædam dentur ex corporibus, sensibilia dæmoni, nobis verò minimè; an alia via spirituali cognoscat, quæ gerimus, difficilè, aut nullo modo potest ab homine inueniri. Quem locum in ius etiam canonicum translatum inuenies 26. quæst. 4. cap. Quoddam.

*Aliter sensit Richar. ibi. art. 6. qu. 2. Maior. q. 4. Greg. 2. d. 7. q. 5. artic. 1. Gabr. in Cã. lect. 31. Pal. in 1. dist. 3. disp. 5. Statuuntur quatuor antese probationem assertionis.*

*1.*

Statuendum secundò est, noſtrates species à multò longiori distantia deseruire posse intellectui separato, quàm sensibus; ac fortasse in grado etiam maximè remisso, cùm magna sit intellectus separati acuties & perspicacitas. Tertiò, statuendum conditiones circa diffusionem specierum nonnullarum apud nos requisitas, vt lumen, raritatem, diaphanitatem, directum spatium, & si quę sunt huiusmodi, quamuis non ex parte obiectorum tantùm, sed etiam sensuum requiri defendamus, nullo modo ex parte intellectus separati requirẽdas esse. Vnde si fortè in tenebris colo ratum corpus species fuderit, vt credunt nonnulli, aut saltè ab intellectu separato nõ fuerit tunc distans, ad speciem intelligibilem gignendam vtique concurret. Quartò, statuendum posse eundem intellectum immediatè applicari accidentibus, quæ proprias species non defundunt; imò & latentibus substan-

*2.*

*3.*

*4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



tijs, vt inde proprias earum intelligibiles notiones eruat.

Ita explicata Scoti opinione, suaderi potest tertia assertio, quæ in illius gratiam à nobis proponitur. Primò, Certum est, & à nemine negatum, cognoscere substantias separatas intuitiuè plurimas, cùm existunt; ad hoc autem genus cognitionis necesse est, vt obiecta cognita imagines sui efficiant in potentia cognoscente: ergo. Probatur minor, quoniam ita apud nos experimur, qui intuitiuam notitiam nõ elicimus, nisi obiecta se ipsa consigneant, & quasi sigillent in nostram potentiam, vt ita de eorum existentia reddamur certi, sic natura instituente, vt efficientes causæ simul cum effectu sui ipsarum existentiam prodant.

*Probatur assertio primò.*

*Secundò.* Secundò, Pars intellectiua per separationem à corpore operationes nihilo deteriores, sed absolutiores exercet; sic enim possibilis intellectus multò expeditiùs, perspicatiusque operatur, voluntas multo amat ardentius, imò & potentia motrix, quæ in corpore torpebat, sese exerit; igitur & intellectus agens, quantumuis absint phantasmata, modum alium operandi sortietur; applicatione videlicet ad extrema obiecta, aut eorum imagines. Ac si tantoperè diuersæ partis auctores requirunt phantasmata, applicet sese anima separata ijs, quæ in viui hominis cerebro residunt; namque & hæc situalis vnio satis etiam est luci su aere existenti, vt ex attiguo pariete visibilem speciem eliciat.

*Tertiò.* Tertiò, Incredibile prorsus est vnicam, verbi gratiã, speciem sufficere animæ separatæ, vt quidquid in æternum Socrati sit euenturum intelligat, (ita enim volunt, qui species ex obiectis comparari negant ab animis, ne innumeras pene species in quolibet intellectu concedant) præsertim quia euentus contingentes solius etiam Socratis ordinati non sunt, vt specie vna repræsentari queant: sicuti ea prædicata, quæ necessariam habent connexionem cum eodem, certoq; proinde numero definita sunt. Quanquam illud in Deo ita se habeat ob ipsius essentiæ eminentiam, ad quam spectat vt ordinatè compositeq; repræsentet etiam illa, quæ sine vllo constant ordine apud nos.

*Quartò.* Quartò, Quæ nimium distant, à substantijs separatis non cognoscuntur; pendent igitur à rebus earum notiones intuitiuæ. Probatur antecedens, quoniam in sacris literis Angeli non semel ad terras deuolasse perhibentur, ea, quæ apud nos gererentur, exploraturi. Quod sanè supernacaneè fieret, si distantia immodica impedimento non esset cognitioni: ac re vera esse ijs animis, quæ apud inferos, vel in purgatorio detinentur, docent Augustinus libro de Cura pro mortuis, capite 13. Gregorius libro 12. Moralium, cap. 13. & alij: approbatque Diuus Thomas 1. par. quæst. 89. artic. 8. nec obscurè colligitur ex decimoquarto capite libri Iob. vbi de homine, qui iam vita excessit scribens, ita concludit; Siue fuerint nobiles filij eius, siue ignobiles, non intelliget.

Postremò, Quoniam non est, qui facilè intelligat, quo pacto anima species omnes in ipso separationis momento recipiat; & tamẽ per eaidem inuariatas, vt contrariæ sententiæ auctores volunt, non antè cognoscat obiecta contingẽtia, quàm in rerum natura existant. Quis enim sibi suadeat potẽtiam obiecti specie informatam, ac sine vllo extraneo impedimento, in actum prodire non posse?

*Posteremò*

## ARTICVLVS VI.

### *RESPONDETVR ARGVMENtis vtriusque sententiæ superioris articuli, apponitúrque tertia quorundam recentiorum.*

SEd quoniam vtramque sentẽtiam D. Thomæ ac Scoti probabilem iudicauimus, etsi in priorem magis propendeamus; vtriusque argumenta breuiter dissoluenda erunt, adiecta ad extremum alia quorundam extremorum opinione non improbabili. Ad primum igitur p. o D. Thomã negandum est antecedens, si comparandarum tantùm specierum gratia dicatur anima vnius corpori, cùm propter vegetandi sentiendiq; functiones etiam vniatur. Itaque specierum conquisitio, & per corpus, & sine corpore dari poterit. Ad secundum, dicendum intellectum extra corpus multò libentiorẽ esse, quàm in corpore, vt mirum non sit, egere illum tunc paucioribus, vt species intelligibiles conficiat. Ad tertium, negetur assumptum; ad primamque probationem illius occurratur, non omnibus conditionibus subdi intellectum separatũ, quibus sensus, idemq; intellectus in corpore obnoxius est, vt in exponenda Scoti sententia monuimus. Quod tamẽ nonnullas requirat, absurdum non est, si velit obiecta corporea cognoscere, cùm necessarium sit illum ad talia obiecta sese accommodare; atque, vt ita dicam, illi scenæ inseruire; quemadmodum, quantumlibet animæ ipsæ atque Angeli spirituales sint, nobilissimæq; substantiæ, si tamen existant, corporeo spatio, vel reali, vel imaginatio coerceri illas oportebit. Ad secundam probationem dic substantias spirituales, si proximæ sint, posse cum intellectu animæ separatæ; si autem remotæ, posse mediante aliquo corpore, signa sui exhibere, corporeásque imagines diffundere, cum quibus iam intellectus agens animæ separatæ conuenire valeat ad intellectilium specierũ abstractionem.

*Ad 1. vtrius nem præsentiæ Diuæ Thomæ.*

*Ad 2.*

*Ad 3. Ad 1. confirmationem.*

*Ad 2.*



*Ad 4.* nem. Ad quartum dicito substantiam spiritualem à mundo corporeo per se solùm spectato nunquam pati impressionem, sed aduncta vi spiritualis agentis intellectus. Ad quintum respondendum, intellectum humanum, dum est intra corpus, nõ nisi eo mediante recipere species posse; cùm tamen ad conditionem angelici peruenit, ab externis rebus immediate affici valere. Ad auctoritatẽ D. Dionysij & Augustini dicendum, procedere illam de supernaturali cognitione, quam certũ est substantias separatas non à rebus, sed à Deo vendicare.

*Ad 5.*

*Ad vlt.*

*Respõdetur ad 1. arg. pro opinione Scoti.* Respondeamus etiã Scoticæ sententiæ argumentis. Ad primum neganda est minor propositio. Ad probationem dic speciem non ideò solùm intuitiuam esse, q̃ ab obiecto existente producatur effectiuè, sed q̃ in ipsum vt existens sua repræsentatione terminetur, id verò fortiri posse species animis separatis consignatas, esto ab obiectis non imprimantur, sed à causa superiori infundantur.

*Ad 2. arg.* Ad secundum, quidquid sit de alijs potentijs, intellectum tamen agentẽ per separationem à corpore nõ expediri magis ad operandum: sed priuari potius necessaria phantasmatis ope; nec vero erit satis applicatio illa ad phantasmata alterius suppositi, cuius ibidem fit mentio, vt ex 5. arg. pro D. Thom. colligi potest. Ad tertiũ incredibile non esse vnius substantiæ singularis, v. g. Socratis speciem deseruire posse ad cognoscẽda successiuè plurima eorum, quæ illum agere, vel pati contigerit, quemadmodum eadẽ visilis species eiusdem Socratis sedentem illum, stantem, deambulantem repræsentat. Ad quartum descensum illum substantiarum separatarum ad nos humano more accipiẽdum esse ex parte earum; ex parte verò nostri esse necessarium: cùm signa, quæ nobis exterius exhibituræ sunt per localem motũ, non à quauis distantia percipi valeant. Quòd verò defunctorũ animæ nonnulla ignorent, quæ apud nos etiam exterius geruntur, vt cum Doctoribus in argumento citatis fatemur, non à distantia locali, quæ nihil attinet ad cognitionem prouenit, sed à defectu specieꝝ, aut concursus diuini, quem non decet semper impendi, ita postulante animarum statu, damnationis, vel gloriæ.

*Ad 3. arg.*

*Vnde proueniat ignorantia animarum, q̃ apud nos geruntur.*

*Ad posteremum. Cur species non repræsentent contingẽtia antequam fiant.*

Ad posteremum argumentum post multam controuersiam responderi tandem solet. ideo species substantiarum separatarum non repræsentare actu obiecta contingentia antequam sint, quia eorum productio conditio est, sine qua talia repræsentatio non completur, ad eum ferè modum, quo extremum alicuius quod referendi actum nõ exercet, nisi terminus alius ex aduerso proponatur. Hæc tamen responsio nunquam iatis plana visa est: quapropter etiam nonnulli D. Tho. studiosi eius sententiam de infusione specierum substantijs separatis, ita aggressi sunt attemperare, vt

*Horum meminit Molina 1. p. q. 57. art. 4. Quæ distinctione hæc*

dicant species quidem repræsentatrices obiectorum abstractiuè ipso separationis initio infundi omnes: repræsentatrices verò intuitiuè, successu temporis pro cuiusque obiecti occasione: quanquam verò prædicti auctores de solis internis actibus, quos Angeli aperire volunt alijs, ex instituto loquãtur nõ difficile concedent similem infusionem specierum quorumcunque contingẽtium obiectorum; neque aliter ab alijs refutantur, quàm q̃ noua specierum naturalium infusio in substantias separatas à D. Thoma sit aliena.

*Eſtione in re Thomi ſit aliqui ſurpens. Pro occaſione rerum atque aliàs ſpecies infundi alij. qui putant.*

Est nihilominùs sententia hæc tum per se intellectu facilis, tum ad argumẽtum, in quo versamur, eluendum opportuna, ac proinde, quę à nobis etiam non improbetur, suaderiq; non mediocriter poterit ex D. Augustini doctrina, qui qua ratione dixit initio mundi ita impressisse Deum mentibus separatis rerum exemplaria, pro vt eaſdem ad existentiam q̃ creationem foras educebat: sic planè dicturus fuisse videtur de reliquis euẽtis, quæ progressu temporis succederent, cùm æqua sit vtriusque ratio. Itaque Deus naturali quadam lege in separatos intellectus species immittit, non solùm quoties effectus naturales extra suas causas ponuntur, sed etiam quoties substantiæ ipsæ intellectrices alteræ alteri internas cogitationes volunt aperire.

*Egregius D. Aug. locus.*

Hoc autem poterat doctrina hæc displicere, q̃ parùm ad naturas rerum accommodata videatur; cùm separatarũ mentium cognitionem mutuaq; colloquia, perpetuis reuelationibus transigi ponat, & (quod est insuauius) primam causam naturali lege concurrentem faciat ad ea, quæ creata substantia liberè eligit, cùm astruat, Deum species infundere necessariò ei animæ, in quam alia conceptiones suas liberè destinat.

*Obiectio.*

Sed hæc nihil obstant; quanquã enim revelationis nomẽ, manifestationem supernaturalem frequẽter significet, in præsenti certè naturalem importat, sicuti quando luci accommodatur, colorẽsq; oculis reuelare non inepte perhibetur. Neq; insuauior est proposita philosophandi ratio, q̃ Deum ponat naturali lege concurrẽtem ad ea, quæ liberè destinat creatura. Quandoquidem vt ad deliberandum eũ causa secunda lege naturali concurrit, ita ad exequendum deliberata simili lege concurrit pro causa secunda, quoties hæc deliberationẽ siam exequi nõ valuerit. Cur enim Deus concursus omnes vt causa generalis impendat naturali modo; non autem aliquos vt particularis? Quin verò ita passim accideret non inficiabitur, q̃ humanas animas ab eodem Deo singulis fere momentis corporibus infundi animaduerterit. Quòd si corpora nostra tota dispositionibus atq; organis Deum determinant ad naturalem animarum infusionem; cur non etiam separatæ mentes suis voluntatibus illum determinabunt?

*Diluitur.*

*Deum eſſicere vt ſi aliquis vt particularis agens paſſim accidere non inficiabitur, q̃ humanas animas ſingulare.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



## DISPVTATIO IV.

### DE ACTVALI COGNITIONE *animæ separatæ.*

*Partitio disputationis.*

HActenus de ijs, quę animam separatam constituunt in actu primo ad operandum. Nunc de ipso actu secundo, id est, cognitione, disputandum erit. Priori igitur articulo acquirendum, an re vera in statu separationis cognoscendi actus anima exerceat. Posteriori verò difficultates aliquot eno dabimus, vnde modus cognoscendi separatæ animæ plenius constet.

### ARTICVLVS I.

### *AN ANIMA SEPARATA actum cognitionis re vera exerceat,*

*1. Arg. p parte negatiua.*

PArtem negantem hæc argumenta suadent. Primum, (quod est caput dubitationis apud D. Thomam 1. part. quæst. 89. art. 1. & quæst vnic. de Anima) quia anima non per accidens vnitur corpori ad operandum, (quod Plato voluit) sed per se, & ex natura sua: cùm materia, teste Philosopho, propter formam sit tanquam propter finem, & non è contra: cùm igitur societate corporis priuabitur anima, omnis cognitionis expers fiet, nisi peculiari Dei dono (quod nunc non spectamus) is defectus suppleatur.

*2. Argum.* Secundum, Quia anima separata, aut accommodatas, aut certè naturales species non habet; ergo neq; cognoscet naturaliter. Probatur assumptum: quia species, quas hinc defert, vtpotè ex phantasmate prouenientes, absque eorundem phantasmatum concursu in actum cognitionis prodire posse non videntur; quas verò Deus illi per infusionem donat, liberè donat, atque adeò non naturaliter.

*3. Argum.* Tertium, Anima coniuncta corpori, læso grauiter interno sensu ab intellectione impeditur, vt constat experientiâ, tum in alijs morborum generibus, tum maximè in lethargia; à fortiorique in morte, vbi non læditur solùm, sed corrumpitur omnino interior sensus: ergo anima separata nihil prorsus intelligit: atq; hoc etiam apertè testari videtur Aristoteles 1. de Anima, cap. 4. tex. 66. dicens interiùs quodam corrupto, ipsum quoque intelligere corrumpi.

*4. Argum.* Quartum, Quia saltem animæ puerorum in maternis vteris decedentium nihil intelligere videntur, sicuti nec in hac vita quidquam intellexêre; cur enim nunc id nullum censeatur incommodum, tunc autem censeatur?

*5. Argum.* Quintum, Intelligere est operatio conjuncti, sed anima separata non est ipsum coniunctum, nempe homo: ergo illa non intelligit. Probatur maior ex Aristotele paulò superiùs adducto tex. 67. vbi ita scribit: Dicere autem animam intelligere, nihil est aliud, quàm dicere eam texere, vel ædificare, rectiusq; vsurpari hominem intelligere, ædificare, &c.

*6. Argum.* Sextum, Anima separata ab obiectis exterioribus oblatis non mouetur: nõ est igitur cur potiùs hoc, quàm illud incipiat intelligere; cùm species in intellectu æquè sint promptę, atq; adeò naturaliter nihil intelliget anima, nisi fortasse per extraordinariam Dei determinationem.

Quæstio hæc, quæ naturali animæ separatæ statu spectato procedit (alioquin vero ex fide cõstat operari illam in vita futura) perfacilis est, vnde nemo eorum, qui immortalitatem eius nouerit, in partem negantem defiecit. Nec immeritò. Quis eũ tam impiè desipiat, vt torpentes credat sepultorum animas, totq; seculis otiari, dum reuiuiscant ipsi, ac si nihil nisi in corpore, tanquam in agro rusticorum more moliri nouerint? In quam sententiam D. Hieron. ad Pammach. incorporalem (inquit) & æternam animam in modum glirium immobilem, torpentemq; sentire nõ possumus. Similiter Aristoteles eandem animam post hominis interitum superesse nõ admittit; si operationem aliquam in eo statu habere non posse credatur; vt ex disp. 1. art. 2. licet colligere. Quapropter etsi de animæ separatæ statu nihil pene reliquerit ijs, qui extant, libris; credibile est reseruasse eam doctrinam ad peculiarem tractatum, quem de anima separata scriptum se vidisse memorat D. Thom. opusc. 16. Itaque cùm nihil in rerum natura per se cohærere valeat, absque operatione aliqua tanquam fine sui esse; vt idem Philosophus monuit 2. de Cœl. c. 3. tex. 17. probatumq; sit animam separatam perstitere, minimeq; intercidere, consequens est, vt operationem aliquam sic posita edere valeat; intellectionem scilicet eiusq; sequacem volitionẽ. Item rei viuentis motus localis, non nisi præuia cognitione editur; probabimus autẽ posteà animam separatam localiter moueri à se; habet igitur in se ipsa cognitionem. Præterea tam certa fuit, vel ipsis Philosophis, hæc doctrina, vt crederẽt corpus intelligendi munere obesse potiùs, q̃ prodesse: tunq; liberiùs id exequi animam, cùm ante vel post vnionem corporis extet. Sed hæc quatenus vera sint, alibi contra Platonem de animarum reminiscentia disputari solet; & quæ hinc incommoda sequantur, in quæstione disputata de anima, art. 15. persequitur D. Thomas accuratè.

*Lege Henric. in quodl. 6. q. 8. vbi etiã adducit D. Damasc. id D. Th. part. 1. q. 89. art. 1. & q. disp. de Anima, art. 15. & alibi passim. Auic. in c. 15. Mat. q. 170.*

*Nemo, qui immortalitatẽ animæ concedit, illi negat cognitionem.*

*Quã id contigerit apud veteres Philosophos.*

Igitur ad primum, quod capitale est in hac dubitatione, concedimus cum D. Thoma, naturale non esse animæ separatæ intelligere, nisi vt quo; iuxta locum Aristotelis in quinto argumento citatum; alioqui aut dupliceem gradum

*Respõdetur ad 1. argum.*



gradum naturalitatis dabimus animæ, vnum A separationis, alterũ informationis: aut certè hunc posteriorẽ dicemus ei per accidens cõuenire, siue ratione tantùm corporis, quorum vtrumq; formidolosum est, superiusq; reiectum, atq; etiã aduersus Aristotelem. Competit quidem animæ separatæ intelligere, citra omne miraculum, ac per naturæ vires; sed tamen præter naturam, sicut & ipsum esse, quod operationem antecedit, vt in superioribus concluſimus. Siquis tamen velit non- B nullis recentioribus acquiescere, dicat animę separatæ, vt sic, seu in sensu composito, id est, quatenùs separatæ, consentaneum esse, ac naturalem intelligendi modum, quem tunc habet.

*Intelligere est animæ separatæ præter naturã.*

*Ad secũdũ. Separata anima intelligit per species acquisitas, & infusas.*

Ad 2. dic animã tum per species, quas hinc defert intelligere, tum per eas, quas ei cõferet Deus, per vtrasq; quidem naturaliter, id est, citra miraculum, sed tamen præter naturam, vt dictum est: nec verò Deus ità liberè donat C animis separatis ordinarias species; vt id more agentis naturalis non præstet.

*Ad tertium.*

Ad 3. dicendum, animam dum corpus informat, non posse naturaliter ordinariè vllam operationem edere, siue ad cognitionem, siue ad motum localem spectet, nisi vsu corporis. Atq; fatemur læso, aut perturbato graui- ter sensu, intellectum vacare; quia quemadmodum in corpore existens actu est pars, ita nõ nisi, vt quo, operari ibidem valet ordinarie, vnde fit, vt necessariò totum operetur, quod non euenit absq; vtriusq; partis cõcursu. Itaq; dum anima corpori addicitur, non sibi dominatur perfectè, sed obnoxia est concursui corporis, quemadmodũ ferè si luminosum seorsim ponatur, per se illuminat; si autem cum altero coniungatur, necessario fit compars, eiusq; actio partialis euadit. Cæterum posſ separationem, actualis illa subordinatio animæ, vt quo, respectu totius, cessat. E Vnde iam poterit inexpectato corpore actu operari, quanquã propter aptitudinalẽ subordinationem negandum non sit, eas saltem operationes quas edit per species ministerio corporis acquisitas, eandem subordinationẽ aptitudinalem habere; species namq; infusæ (si tamen alterius sint rationis ab acquisitis) cognitioq; illis respondens, cùm præter naturam competant animæ, non est, cur talem subordinationem habeant; vnde cùm anima in corpus iterum redibit, adiumẽto phantasmatum species non egebunt.

*Animam in corpore operari, vt quo.*

*Ad quartũ.*

Ad quartũ negandum est assumptum, dicendumq;, illorum puerorum animas intelligere per species à Deo, vt prima causa, inditas: magnumq; esse incommodum, si illic nõ intelligant, quandoquidem nulla alia operatio eis restat, sicut in corporibus, quæ vegetabant. Ad quintũ, loqui Aristotelem de anima vnita corpori; sic enim illa ineptè dicitur texere, ædificare, &c. Quin etiam & de sepa- D rata magis philosophicè dicitur eam, saltem aptitudinaliter, intelligere, vt quo, aut si, vt quod, id certè præter naturam.

*Ad quintũ.*

*Extra corpus vt quod.*

Sexti argumenti difficultatẽ attigit Ochamus in 4. quæst. 12. artic. 3. dũ quæreret, quonam pacto anima separata in actum prodeat recordandi. Eius tamen super ea re doctrina non plenè satisfacit; quòd dicat sufficere speciem memoratiuam, quam vocat habitum, cum intellectu, ac Deo ipso concurrente generaliter; nisi etiam addat ad generalem Dei concursum spectare quoq; peculiaris alicuius speciei determinationem ad actum eliciendum, vt ita tandem perplexitas deuitetur, vt nonnulli Theologi volunt accidere in actibus primis voluntatis prima secundæ qu. 9. aut etiam in actibus intelligendi Angelorum, prima part. qu. 58. art. 1. Responderi etiã probabiliter potest animam separatam, sicuti & Angelum, semper actum aliquẽ cognitionis exercere siue circa se ipsam, siue circa C externum aliquod obiectum, vnde facile sit ad nouas alias cognitiones prosilire, quemadmodum apud nos cõtingit, qui ex vna cognitione in aliã facilè progredimur, per discursum, quem vocãt secundum successionẽ. Atq; hæc posterior solutio supponit substantias separatas à rebus externis non moueri, consonatq; ijs, quæ de Christi Domini scientia infusa tradunt Theologi. Nimirum exci- D tari illum ad earum speciẽi vsum ex cognitione diuinæ essentiæ, vel propriæ animæ (has quippè cognitiones nõ intermittit) cum externa, sensilisq; obiecta excitare nequeant intellectum ad cognitionem per se supernaturalem, qualis illa est, quæ per species per se infusas elicitur.

*Ad sextum*

*1. Solutio.*

*2. Solutio.*

*Separatæ substantiæ ab externis reb. nõ mouẽtur. Lege Suarẽ 3 part. qu. 11. disp. 23. sect. 1. ad finem.*

### ARTICVLVS II.

### *QVARVNDAM DVBITATIONUM resolutio, vnde modus cognoscendi animæ separatæ plenius intelligatur.*

RElinquum est vt nonnullas dubitationes enodemus, ex quarum solutione cognoscendi modus animæ separatæ fiat apertior. Prima sit. Vtrum intelligendi actum exerceat anima sine vllo discursu, an potiùs multiarum conceptionum nexu aggregatum. Cui dubitationi respondendum, certum imprimis esse, intellectum humanũ quasdã notitias iudicatiuas elicere absq; discursu, etiã in corpore: eius generis sunt naturales assensus principiorum, scientiæ per se infusæ actus, itemq; beata visio, quibus Christi Domini anima etiam in vita mortali operã dabat (ea namque scientia infusa, qua primi hominũ parẽtes, & pleriq; nostræ religionis proceres sunt affusi, discursiua erat) & quidẽ principiorũ cognitio

*Prima dubitatio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



nem discursiuam non esse ex primo Poster. habetur: nec minùs ex Theologia supernaturales illas notitias, quas diximus. Etenim supernaturale lumen, Deiq; concursus lumini respondens, cum Dei participationes quædã sint, abunde possunt humanam mentem illustrare, capacemq; reddere, vt actu simplici complectatur, quæ non nisi pluribus naturaliter assequeretur. Quemadmodum & corporis molem amplificare, vt loca simul occupet, quæ successiuo motu duntaxat obtinere B posset. Quòd si de naturali cognitione quæratur, distinctione opus est, iuxta duplicem sententiã de specifica intellectus humani, & angelici identitate, vel differentia, quam diximus. Nam q; si ambo species eiusdem sint rationis, cur anima per eas saltem species, quas post separationem adipiscitur, absque discursu non intelligat? Videntur enim illæ eiusdem ordinis esse cum angelis, etsi in gradu infimo. Consequenterq; dicendum, adeò animam in hac vita discurrere, quia cũ materiæ actus sit, non alias comparat species, quam toti coniuncto consentaneas, hoc est, nimiùm in repræsentando astrictas; atq; adeò vt pluribus opus sit ad cognitionem absoluendam; quod est discurrere. Hanc sententiam luculenter tradit Aegidius quodlib. 4. quæst. 16. vbi ostendit defectu luminis (speciẽ intelligę, vel habituũ & si quod est huius generis instrumentũ) discursum contin- D gere in nobis, adeò vt eo tranſacto discursiuè viteriùs nõ intelligamus circa rem eandem, quod non vulgari Aristotelis testimonio suadet. Is siquidem lib. 2. Post. c. 9 scribit definitionem sola positione differre à demonstratione. Nimirum, quia cum definitio, vt idem tradit lib. 2. de anima c. 2. text. 12. si perfecta sit, non solam rei naturam, sed causam etiam continere debeat; nihil iam à perfecto discursu distat, quàm quòd in forma syllogistica nõ E sit disposita. Quapropter cùm primùm scientiam scientia distantiam, erit quidem necesse pluribus cognitionum ambagibus, quibus causam, subiectum, & proprietatem attingamus: cæterum his peractis non iam deinceps discurremus; cùm in vnam notitiam complecti possimus passionẽ rei, & causam ipsius, verbi gratia, cùm ita differimus. Quod corpus terræ obiectu priuatur lumine, ecclypsatur: id lunæ euenit, ergo luna ecclypsatur: intelligi- F mus tandem ecclypsim esse defectum luminis lunaris obiectu terræ, vbi iam definitio tota est demonstratio sola differens positione syllogistica; quandoquidẽ subiectum, passionem, & causam continet: sicq; fit, vt discursus ad notitiam vnam iudicatiuam sese reducat, ex quo concludit Aegydius discursum esse nobis solummodo necessariũ in acquisitum negans, rendo scientiã, non in acquisito esse, siue in cãcedis cõpo vsu. Addit ad extremum compositionẽ fortassis non posse omninò cessare in anima separata, vt hos tandem gradus cognoscendi statuat. In nobis quidem cum discursu, & cõpositione: in anima separata cum compositione absq; discursu, in Angelis sine vtroque per varias tamen cognitiones simplices: in Deo tandem peractum vnicũ. Atenim Richard. 3. distinct. 31. in 3. principali quæst. 1. tam compositionem, quàm discursum denegat animæ separatæ, quem imitatur Caietanus prima parte quæstione 89. art. 5. nec aliter sensisse videtur D. Thomas cùm quæstione 24. de verit. artic. 11. & 3. contra gent. cap. 48. dicat, animam extra corpus intelligere more Angelorum, quos neq; discurrere, neq; componere iæpius docuerat. Quamuis nonnulli comparationem animæ cum Angelis solummodò accipiãt quoad intellectionem absq; phantasmatis, non verò quoad immunitatem à compositione, & discursu. Si verò alterius naturæ sit noster intellectus ab angelico, vt ferè existimatur, certum penè est adepturum illum quoq; post separationem species, quibus discurrat, etsi multò illustriores, quàm hinc aspotter. Neque enim eius generis species impossibiles sunt aut à natura talis intellectus alienæ: parùm autem consonum videtur intellectus specificè diuersos astruere in natura; in operando verò omnino similes.

Sed illud etiam non displicet, posse animã separatam in cognitiones naturales prodire tum discurrendo; tum sine discursu. Et quidem illud prius non obscurè tradunt Ochamus quæst. 12. lib. 4. Sententiarum art. 2. & Abulensis in 25. caput Matthæi quæst. 580. aientes animam habitibus hinc delatis vti, eiusdemq; generis actus exercere, atq; in corpore, quidquid in contrarium antea senserit Henricus quodlib. 6. quæst. 8. quem citato loco impugnat Ochamus. Ac fortasse vigentius hac ratione, quoniam phantasmatum vsus non tam ex conditione habituum, atque specierũ animæ prouenit, quàm ex eiusdem animæ inclusione in corpore, imperfectoq; dominio ergà ipsum. Vnde post resurrectionem cùm anima corpori perfectè dominabitur, absque præsentium phantasmatum supplemẽto intelliget. At verò discurrendi vsus ab ipsa rationalitatis differentia, quam anima semper retinet, haud dubiè prouenit. Posterius autẽ inde confirmari potest, quoniam anima extra materiam multò capacior, atque habilior euadit, vt mirum nõ sit eã licere illam per species etiã hinc delatas simplices actus qui discursibus æquipolleant. Certè Diuus Thomas quarto, distin. 50. quæst. 1. artic. 2. & prima part. quæstione 89. articulo quinto, & sexto, apertè docet vti animam speciebus, quas in hac vita comparauit, an verò discursiuo, an potiùs angelico more, speciatim non edisserit.

Secunda huius articuli dubitatio est. An quando-



quandoquidem anima rationalis eosdẽ species actus edere potest conflictæ, quos separata, vt proximè dictũ est, valeat ne etiam eosdem numero elicere, atq; adeò qui nec ipso separationis instanti intermittantur. Plerique Doctores Theologi asserunt beatæ Virginis animam, amoreu erga Deum nunquam interrupisse, nec immeritò, quoniam ad tantæ sanctitatis cumulum id spectare videbatur. Quæ quidem assertio supponit, vtrumque amorem, patriæ videlicet, ac viæ, specie conuenire; cum id incertum sit; tum ob alias rationes; tum quia prior ille amor in summum bonũ, id est, Deum distinctè, atq; adeò intuitiuè præsentem terminatur; hic autem posterior in eundem Deum confusè cognitũ. Sed quanquã demus actum supernaturalem perseuerare posse eundem numero in vtroque statu vnionis, ac separationis (neque aliter sentire licet de beata visione, cognitione q; infusa, atque amore animæ Christi) naturalem certè continuari posse difficile suasu videtur, cùm tota extremè laborantiũ cura in præsens vertatur periculum, omnisq; alia cogitatio fileat, & absurda sit tumultuante suprema, ac veluti ad se omnem hominis attentionem euocante, a qua pariter, & à corpore animus discedens liberatur, vana, si de cæteris illum fatiget mori neſcium. Itaq; talis cogitatio viuentis hominis propria est, quo cũ aboletur, non verò solius animi, vnde iam D post separationem superflua euadet. Atque hanc sententiã facile est ex Aristotele elicere cum primo de anima capite 4. text. 66. scripserit humanum intelligere, interiùs quodã corrupto, etiam corrumpi; quia neq; animæ neq; corporis operatio erat, sed ipsius communis (id est compositi) quod perijt. Quapropter etsi intellectualis cognitio logicè loquendo cõtinuari valeat antè, & post animæ separationem, si specie logica esse vnam dicamus, non poterit tamen phyſicè loquendo perseuerare, cùm hoc etiam pacto sit diuersa: eo quòd in hac vita ab anima eliciatur, vt quo tantùm, in futura verò, vt quod.

Tertia dubitatio est, vtrum animæ separatæ cognitio de ijsdẽ rebus, ac per easdem species, vel certè per æquales inditas distinctiones sit, quàm coniunctæ. Diui Thomæ Schola statuit species animæ separatæ donatas diuersas esse ab acquisitis, id est, angelici, atque adeò, multò perfectiores; cũ à Deo, cuius perfecta sunt opera, immediatè fabricentur: animã tamen cæteriùs per illas, quam per asportatas ex hac vita cognoscere res saltem sensibiles: eo quòd eius essendi modus naturalis non sit, separatam esse, sed coniunctam, operatio aũt sequatur esse. Dubia tamen videtur nonnullis auctoribus hæc doctrina. Nã quòd anima præter naturam existat seorsim a corpore, id tanè cõcludit, intelligendi modum, qui statum illum sequitur, esse eundem A præter naturam; non verò naturali deteriorẽ, cùm necesse non sit, vt quæ nobis sunt naturalia, absolutiora sint, quam quæ sunt præter naturam, vt exemplo motus circularis alibi ostendimus: is enim, & præter naturam competit igni sub Lunę cauo, & multo perfectior existit, quàm rectus, qui eidem igni conuenit secundum naturam. Deinde, quia ex sententia Diui Thomæ naturaliter infunditur animæ species repræsentantes etiam Angelos vsq; ad indiuiduas differentias; per eas igitur distinctè poterunt cognosci ab eadem anima; cum credibile non sit naturaliter recipi tales species, quibus naturaliter attingi nequeant ab intellectu recipiente quæcunq; in eis repræsentãtur. Quòd si re vera intellectus humanus extra corpus susceptis speciebus naturaliter vtitur, res profectò etiam sensibiles multò distinctius percipiet, quam in corpore. Adde animam tum se, tum suos actus B quidditatiuè (vt fatentur) cognoscentem, habiliorem fieri ad alia multa complectenda, sicuti de anima Christi adnotauit Capreolus tertio distinct. 14. quæstione 1. articul. 3. ad finem, eam in acquirenda experimẽtali scientia adiutam fuisse plurimùm ab infusa. Quin C verò hinc etiam suspicari possimus multò *quisitus* dimelius intelligere tunc animam per species *fusitus*, in corpore fabricatas, eo quòd per intuitas *quã intelli-* doctior euadat: quemadmodum is, qui rudis *gebas in cor-* erat scribendi, postmodum dexterior effectus ipso calamo elegantiores formet characteres. Denique naturale lumen intellectus humani separati capax est cognitionis distinctæ; ergo producibiles sunt à Deo species, quibus ea capacitas cõpleatur, siue illæ eiusdem ordinis sint cum angelicis, siue inferioris. Si autem prioribus anima vti perfectè nequit, quid opus est existimare infundi eidẽ, cùm sit dictu facilius accommodatiores alias donari, medias inter nostrates, & angelicas.

Quarta dubitatio sit, vtrum anima separata cognitiones percipiat vacet; quas namque operationes voluntatis, aut motricis potentiæ exercere viteriùs valet. semper actum cognoscendi ducem habent) Quæstionẽ hanc versant Theologi in vtramque partem circa Angelos; affirmantemq; tuetur Diuus Tho- *Quid de ani-* mas quæstione octaua de veritate articulo *mas gelo similis* sexto ad septimum, Capreol. 2. distin. 3. quæ- *dubiu simi-* stione 2. ad 2. contra quintam conclusionem, *as Schola D.* Ferrariensis 2. contra gentes cap. 101. & alij *Thom.* eiusdem familię, item Durandus secundo distinct. tertia, quæstione 8. vbi non solùm vult Angelum semper seipsum considerare; sed omnia etiã naturalia. Herœus ibidem quæstione prima ad primum princip. vbi specialiter adiungit Angelum non solùm suam essentiam, sed etiam quæ insunt ei naturaliter, semper intelligere, veluti potentias, species, atq; habitus, quatenus res quædam sunt: vt namq; repræsentant, vel inclinant mentem



*Supernaturalis animæ cognitio discursiua non fiat.*

*Quid de naturali dicendum, posita identitate Angelici & humani intellectus.*

*Lege quæ supra lib. 3. ca. 8. 9. 8. art. 2.*

*Vnde contingit discursus in homine.*

*Aegidius animæ discursum negans, rendo scientiã, non in acquisito esse, siue in cãcedis cõpo vsu.*

*In acquisitione scientiæ discursu magis, quàm in vsu, opus esse.*

*Qui vtrũq; illi denegãt.*

*De hac re Soar. 3. p. to. 2. disp. 21. sectione 2.*

*Posse actum supernaturalem viæ conuenire in patria.*

*Quid dicendũ posita distinctione humani & Angelici intellectus.*

*Quid de naturali actu tenendum.*

*Animam separatã posse discursum naturales notitias.*

*Posse ité eiusdem non discurrere.*

*Quid schola D. Thom. in hac re statuat.*

*Vt Fons. 2. Met. c. 1. q. 2. sect. 6.*

*Animam separatam dotari naturalibus ligere per species infusas.*

*Lege D. Th. 3. p. q. 11. art. 1. ad 2. & artic. 2.*

*1. Dubitatio.*

*2. Dubitatio.*

*3. Dubitatio. 1. p. q. 89. ar. 2. & q. de anim. art. 15. sit. Abul. in 25. Matth. q. 176.*

*4. Dubitatio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



iam deducerent ad externa. Vtuntur autem his fermè rationibus. Prima, quia si media luce hinc inde circunfundimur apertis oculis, non possumus non illam cernere: cùm ergo Angeli essentia manifestissimè sit intelligibilis, intellectusq; totus in eam sit immersus, non poterit non eandem contẽplari assiduè. Secunda, quia Dolor vehemens vrget nos in perennem sui considerationem: ergo à fortiori delectatio vehemens, quam Angelus ex nobilissimę, ac pulcherrimæ essentiæ intuitu capit, efficiet, ne vnquam diuellatur indè; præsertim cum nõ fatigetur contemplando. Quòd si diuina natura longe pulchrior est, à cuius proindè cognitione multò vberiùs delectari possint, quia tamẽ distincta cognitione non percipitur naturaliter, fieri poterit, vt eam cognitionem interpellent. Ita differunt pro hac parte Doctores. Verùm quia alij maxime è recentioribus, satis dubiâ illam reddunt, quòd videant Angelum perfectione finitum, volũtate liberum, intellectuq; ad certum obiectorum numerum terminatum esse, vnde iam sine incommodo à iugi consideratione sui queat desistere (etenim, quia finitæ est perfectionis non alliciet necessariò intellectum; quia liber, valebit interdum mentẽ ad alia adijcere; quia demùm præscriptos habet capacitatis terminos alia dimittet, si alia cõplecti velit) multò maiori iure de anima rationali erit assertio formidolosa, cũ hæc actuosa nõ sit æquè, atq; Angelus. Illud ergo dicendũ omninò videtur, quãuis tam Angelus, quàm anima possint aliquando à sui cognitione seriari propter nuperrimè adductas rationes, nunquã tamen ab omni prorsus intelligendi actu otiari, sed in aliquam semper cognitionẽ incumbere. Cùm enim viuentes sint, opus aliquod vitæ exhibebunt, potiori ratione, quàm corporea viuentia, quæ si nullum edant, censentur emortua.

*Quid doctores alij ea de re constant. Vi Mol. 1. p. q. 56. art. 1. disp. 2.*

*Angelũ nunquã prorsus ab intelligẽdo cessare.*

*5. Dubitatio.*

Quinta dubitatio. Vtrum anima separata crebra actuũ exercitatione intendat habitus. Videbitur enim inficiandum. Primò, quia cùm substantia spiritualis sit, nihil fatigatur si tota contentione operetur, est autẽ non vulgaris agentium causarum perfectio, si agant quàm vehementissimè: vt enim Sol pro nubis oppositæ conditione lucem euariat, nunc affatim, nũc tenuiùs eiaculando; quòd si nubes euanescat, fixam supremoq; gradu absolutam producit; ita humana mens ratione corporis fatiscẽtis minùs ferè conatur ad cognoscendum, quàm pro viribus: corpore porrò expedita æuo dignam cognitionem, hoc est, statam nec vllo accremento, decrementoq; alteinam eliciet.

*Prima ratio dubitandi.*

*Secunda.*

Secundò, quia si intendi, remittiq; habitus credamus in separatis animis, proximum est, vt eãdem in amentiam incidere posse opinemur, quod æquè falsum est, atq; ineptum. Probatur sequi; nam ad eum intensionis cumulum pertinget aliquãdo habitus, si intendi potest, vt mẽtem deijciat ab statu suo: qui enim habitus intensionem admittunt, intendi valent sine termino, vt tradunt Gregor. 1. distinct. 17. quæstione 5. articulo 2. Maior 3. distinct. 23. quæstione 6. Almay. Tractat. 1. capite 22. Angelus in moralibus cap. 5. ergo aliquãdo tandem eorum intensio sui impotem animam efficiet.

*Animam nõ semper actũ exercere intensissimũ.*

Sit tamen resolutio, animam separatã non semper contẽtione maxima in actum prodire, cum libera sit, præsertim si de actibus voluntatis, potentiæq; motricis loquamur, quos interdum anima iudicat minori esse nisu cõtendendos. Nec verò intensio habituum vltra terminum, quem suaptè natura certum vendicant, (quidquid Gregor. alijq; citati velint) excurret, vt illis insane operetur anima. Ex quibus patet explicatio duorum argumentorum, quæ paulo antè sunt posita. Victoria tamen in relect. de peruenciente ad vsum rationis, non improbabile putat, animã separatam immodica habitus intensione dementẽ fieri posse, à quo parum abest Aureolus apud Marsilium 2. q. 5. art. 3. opinatus, Deum infudisse perditis Angelis habitum pro meritis adeò intensum, vt eos libertate priuarit circa malum. Verũ neq; illa Victoriæ existimatio philosophica est, neq; ista Aureoli theologica. Namq; infamia, aut læsio est potentiæ cognoscentis, aut organi affectus, vt latiùs explicat Fracastorius in libro de intellectione: at nihil animæ separatæ insitum, aut lædi potest, aut morbo affici; vt enim pulchritudo concernit corpus, ita & sanitas, atq; adeò & insania, nec nisi per analogiam, aut etiam per communicationem cum corpore mente insanire dicimur. At verò Aureolus multo grauiùs aberrat, est enim illa habitus infusio, tũ prorsus inutilis, tum Deo indigna.

*Intensio habituũ certũ vẽdicat terminum.*

*An ex maxima intensione habituum possit anima insanire.*

*6. Dubitatio.*

Sexta dubitatio est, vtrũ ne anima separata recordando cognoscat; reminiscendo enim non cognoscit, vt in tractatu de memoria cap. 7. est animaduersum. Respondendum verò est affirmatiuè. Et quanquã de modo explicãdæ assertionis soleat esse dubitatio, nulla tamen est de assertione ipsa, vt constat ex priori capite tractatus de memoria. Historia enim ex Lucæ Euangelio ibidem adducta in nonnullis quidem est accipienda parabolicè; vniuersim tamen intelligi debet simpliciter, vt ex Hebræorum traditione ad eundem locum annotauit Euthymius. Igitur si anima humana nullas hinc defert singulatim repræsentatrices species, capiet illas à Deo, vt priorum actuum recordetur, sicuti D. Thomas cum pleriſq; affirmat. Si autem deferat, memorabitur etiam per eas, neque phantasmatum absentia obeiit, cùm per se nihil ad recordationem faciant, vt expresse docet Ochamus in quarto quæst. 12. articulo 3. & alij. Quòd verò in eo statu anima memoratiuas

*Animam separatam recordari.*

*Eam aliquas*



*memoratiuas species acquirere.*

uas species etiam sibi ingeneret, dubitandũ non videtur, namq; & de Angelis idem fatetur Gregorius in 2. distinct. 7. quæst. 3. artic. 1. cum nonnullis Theologis.

*In tertia difficultate. Vi Molin. 1. p. q. 55. ar. 2. 2. disp. 2. mẽbro 2.*

Sic tamen opponet aliquis ex Henrico quodlibeto sexto qu. 8. Recordatio est actus reflexus supra actũ cognoscẽdi iam elapsum, sed actus reflexus elici debet mediantibus ijs instrumentis, quæ prior actus tanquàm sui vestigia reliquerat (sic enim reflexus censebitur, quatenùs illuc regreditur species influendo, vnde egressa est emanãdo;) ergo cùm species denuo infusæ hoc non vendicent, vt satis constat; haud propriè anima per illas recordabitur. Confirmatur q. obiectio, quoniam nulla ratio est, cur cognitio animæ separatæ ad pristinos actus, in vitaq; mortali exercitos terminata, reflexa dicatur magis, quàm terminata ad quasuis res alias, si ex neutris ortũ habuit: nulla igitur est animę separatæ recordatio in sententia saltem Diui Thomæ. Vi-

*Obiectio.*

*Solutio.*

detur tamen obiectio in solis vocabulis esse posita; itaque si pristinas cognitiones in concreto, id est, obiecta cognita attingamus, siue id per relictas inde species, siue per denuò inditas eueniat, memorandi actum profectò elicimus. Non erunt tamẽ in posteriori euentu experimentales species, quia vt eius generis sint, necessarium est, vt per proprias illas possidentis actus comparentur.

## DISPVTATIO V.

### *DE OBIECTO COGNITIONIS animæ separatæ.*

*Explicatur sensus disputationis.*

PRæsens disputatio non de formali obiecto procedit, quod est intelligibile per discursum, aut fortasse more angelico, iuxta diuersas de vtroque intellectu sententias; sed de rebus ipsis simpliciter, atq;, vt aiũt, materialiter spectatis; itaque inuestigamus quanta sit animæ separatæ in rebus cognoscendis naturalis amplitudo: nimirùm, an vltra sensibiles, etiam ad supernaturales valeat pertingere. Excludenda verò primùm sunt ab eiusmodi obiecto, quæcunq; ab angelica etiam cognitione eximunt Theologi, quale potissimum est Sacræ Triadis arcanum, in quod neq; suspicando incidere potuit creata intelligentia: siquid enim Gentium Philosophi de illo tanquam per vmbram, & somniũ locuti sunt, id diuinæ reuelationi, vel ipsis, vel alijs exhibitæ acceptum referendum est. Quæ de re latiùs ad 1. p. q. 32. vel ad prologũ lib. 1. sententiarum. An autem, & quatenus cætera supernaturalia mysteria sint excipienda progressu attingemus.

*Nulla creata intelligentia mysterium Trinitatis posse per se attingere.*

## ARTICVLVS I.

### *AN EA OMNIA, QVAE NVLlo pacto supra naturam sunt, distincte cognoscantur ab anima separata.*

ILlud in tota hac disputatione est ante oculos habendũ, rerum quasdã esse purè naturales, quasdam purè supernaturales, quasdã ex his mixtas. Rursum vel spectari eas posse quoad essentiam, vel quoad primam productionem, vel quoad cõseruationem, existentiámve. Omnino itaq; inuenire est in rebus nonnullas, vt in entitate, sic in productione, atq; existentia naturales, cuius generis sunt effectus, qui vulgo producuntur à suis causis, alias deinde, quarũ entitas, & existentia naturalis sit ordinis, sed nõ productio, ceu aspectus cæco homini attributus, qui neq; entitate, aut existentia, sed sola productione à cæteris dilidet, quòd supra naturalium causarum vires donari soleat. Tertio loco alias, quæ naturales licet in entitate sint, modo tamen aliquo supernaturali ponuntur, ac positæ conseruantur, vt cernere est in duorum corporum situ simultaneo, aut humanitatis Christi præsentia in Eucharistiæ Sacramento: corpora enim, quæ se penetrant, ipsumq; augustissimum Christi Domini, naturalia entia sunt; sed tamen efficacitas, qua illa loco eidem; hoc autem speciebus Sacramenti fiunt, durantq; præsentia, supra naturam omnino est. Quartum denique genus rerum est earum, quæ entitate, atque adeò productione, & existentia naturam superant vniuersam, veluti lumen gloriæ, Theologarum virtutum habitus, ac diuini ordinis qualitates aliæ. Quæ tamen quoniam productæ semel, naturali subiectorum concursu, & generali primæ causæ posteà conseruantur, videri potuerunt quoad existentiam esse naturales, sicq; addi oportere vlteriùs quintum genus rerũ, quarum entitas, productio, conseruatio supernaturalia sint; quod tum demum eueniret, cùm prædictæ qualitates extra subiectum permanerent, (sextum enim, id est, earum, quarum existentia foret supernaturalis, productio verò naturalis: aut etiam septimum, quarum entitas supernaturalis esset; productio verò naturalis, impossibilia omninò videntur, vt consideranti patebit) attamen quia fundamentum productionis, atque existentiæ, ipsa videlicet entitas, supernaturalis est, ad eundem ordinem productio, conseruatio, atque existentia reduci debent; quod strictiùs persequi non est opus, cùm de obiecto naturalis cognitionis animæ nunc disquiramus.

*Multiplicetur rerum differentiæ.*

*Prima.*

*Secunda.*

*Tertia.*

*Quarta.*

*Quinta.*

*Sexta & septima quæ assignari possent habentur impossibiles.*

His animaduersis, primum pronuntiatum 1 *Pronũtiatum.*
esto. Anima separata distinctè cognoscere *ium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Animã distinctè cognoscere omnia sensibilia.*

valet cuncta sensilia. Suadetur facilè, quia vt maior est illis ipsò essendi modo, ita & cognoscendi perspicacia maior erit; sat autem erat æqualem esse, vt distinctè perciperet ipsa sensilia. Est quidem pronuntiatum hoc D. Thomæ, ac suis minimè probatum, vt liquet ex ijs, quæ superiori disputatione art. 2. in tertia dubitatione diximus. Verũ vbi iusta ratio se offert pro nostro pronuntiato, vt eo loco vidimus, non est cur probabilitatem suam ei denegemus. Accedit quoniam, vt paulo inferiùs in tertio pronuntiato docebimus, anima separata inferiores saltem Angelos distinctè valet percipere, quos tamen satis liquet cunctis sensilibus anteire: multò ergo faciliùs hæc ipsa poterit distinctè intelligere.

*Prima obiectio.*

Sed opponat aliquis primùm. Si post separationem anima rerum naturalium scientiam percalleret magis, immodico sanè labore, siquidem exiguo in hac vita nauaremus operam: hoc autem non ita est, cùm nemo non intelligat bene positum esse omnem laborem in addiscendo: ergo neq; illud, vnde colligitur.

*2. Obiectio.*

Secundùm, in Dæmone exactior est naturalis cognitio, quàm in anima separata, ille verò non omnia naturalia nouit, teste D. Isidoro lib. 1. de summo bono cap. 12. igitur neq; ista noscet. Tertiùm, defunctorum animæ ignorant ea, quæ apud nos gerũtur, vt habetur ex D. Augustino in lib. de cura pro mortuis à cap. 13. vbi inter alia hæc de defuncta matre scribit. Si rebus viuentium interessent animæ mortuorum, vt de alijs taceam, me ipsum pia mater nullo modo defugeret, quæ terra, mariq; me secuta est, vt mecum viueret. Absit enim vt facta sit vita feliciore crudelis.

*3. Obiectio.*

*Ad primã.*

Ad primum dicito, literarũ studia immodica non esse, aut superuacanea in mortali vita, cum tot inde oriantur communis consuetudinis vtilitates, tot hominum ornamenta, vt explicari vix possint. Itaq; etsi nulla pars nostri post mortem superesset, nihil minus ea exercitatio, vtpote in homine præstantissima, floruisset. Adde etiam illud tantùm continere nostrum pronuntiatum, animam separatam distinctiùs, quàm coniunctam intelligere sensibilia; non verò species faciliùs obtinere, quod obiectio impugnat.

*Ad secundã.*

Ad secundũ occurrendum cum D. Thoma quæst. 89. primæ partis artic. 3. ad tertium, loqui D. Ioannem de effectibus naturalibus nondum exhibitis.

*Ad tertiam.*

Ad tertiũ, Qui animas ex obiectis species hauire credunt, respondent ideò eas nosse. *Hac de re Ia Egidius* scire ignorare naturaliter, quòd nimium re- *quodl. 5. qu.* motis locis detineantur, quò species pene- *vltima. Ioã.* trare nequeunt, futurũ alioquin, vt facilè om- *nes Arbore.* nia noscant, si huc accedere sinantur. Eorum *in li. 1. Theo* verò, qui à Deo species infundi opinantur *sophiæ ca. 9.* eisdem animis, alij argumento occurrunt, id- *Quid dicen-* eò defunctorum animas singularia sensilia *dum de co-* apud nos existentia ignorare, quia ad illũ stã- *gnitione ani* tum non attinent, sicuti neque ad nostrum,

A quæ in futuro gerũtur, seu vt D. Thomas ait, *mæ quoad ea* quia singularium materialium cognitio ad *quæ apud* perfectionem intellectus non spectat, sed ad *nos geruntur.* operandum potiùs conducit; operatio autem circa eas res aliena est à separatis animis. Alij peculiari Dei prouidentia fieri putant, vt animæ non omnia (sicuti possent) sed certa quædam apud nos gesta cognoscant, præsertim si in statu pœnæ detineantur.

Secundum pronuntiatum. Anima separa- *2. Pronũtia-*
B ta tum se, suosq; actus internos, ac potentias, *tum.*
tum verò alias animas distinctè potest cognoscere. Probatur, quoniam istiusmodi omnia ordinem ipsius animæ nõ excedunt, præsertim si nõ specifica solùm, sed individua quoque perfectione pares sint omnes animæ, vt superius lib. 2 dictum est. Quin etiam licet in prædicta perfectione inæquales essent, est tamen tantilla ad cæteros superiores gradus, vt satis perspecta esse possit apud intellectum, C qui illos nouerit. Sumi porrò debet pronuntiatum iuxta accommodam distributionem: Nimirum vt anima per se ipsam se intelligat; quod etiam expressit D. Augustinus libro 9. de Trin. c. 3. Cùm dixit, mentem se per seipsam nosse, cùm sit incorporea; quanquã dum corpus informat, non nisi per superadditam similitudinem id præstet, sicuti superiùs lib. 3. c. 8. qu. 7. ostensum est. Intelligat deinde potentias per ipsam substantiam, vnde manant; D cùm causa sit necessaria earum, atq; adeò accommodatissimum cognoscendi medium. Actiones præterea intellectus, & voluntatis cum habitibus inde relictis; immò & lationẽ per ipsas met, siquidem illi sunt præsentes, & requisita abstractione prædictæ; omnes verò intuitiuæ semper; nisi quòd memorativas etiam prætereuntium cognitionum, lationumq; sibi gignet. Quæ si vera sunt, colliges etiam in D. Thomæ sententia infundendas E non esse illarum rerum species; nisi quis de anima separata, quemadmodum de coniuncta, deq; corporis sensibus philosophari velit, nihil videlicet posse cognoscere absque notionali similitudine, quantumlibet sit præsentes intellectui. Sed hoc dignitatis nimiũ detrahit animæ separatæ sine ratione. Quando quidem iam tunc sui ipsius, & omnium, quæ intra se habet, quasi conscia fieri posset non minùs, quàm Angelus. Esto in hac vita distenta quodammodo corpore, eiq; religata flecti in se non posset, nisi per medium alicuius, id est speciem, tanquam per gyrum. Deniq; alias animas distincta, naturaliq; cognitione percipiet, non per semet, sed per ipsas earum vel species, vel subsistentias, si forte indistantes fuerint; neq; hac de re vllas afferemus probationes, quoniam aliæ non sunt; quam quibus Theologi ostendunt similem assertionẽ de Angelis apud D. Thom. prima parte quæst. 56. articulo secũdo, & alibi. Porrò, secundum hoc pronũtiatum quoad priorem

*Non semper egere animã similitudine obiecti, vt intelligat cognoscat.*

*Per quid anima separata species alias animas cognoscat.*



rem partem assertum est à D. Thoma tum alibi, tum 1. part. quæst. 89. art. 2. & Caiet. ibidem, aliisq; D. Thomæ interpretibus; vniuersim verò ab Henrico quodlib. 1. qu. 12. vbi ait omnia, quæ sunt apud animæ separatæ substantiam, eiq; intima, sine specie ab eadem cognosci. Loqui verò eosdem Doctores de distincta cognitione nemini dubium esse debet; cum accommodatius medium inueniri nõ possit in natura rebus distinctè percipiendis, quàm ipsas earum entitates, cùm & præ B sentes sunt potentiæ, & opportunam habent à materia secretionem.

*3. Pronũtiatum.*

Tertium pronuntiatum. Probabile est animam separatam naturali, distinctaq; cognitione Angelos nosse, eorumq; naturales proprietates, & operationes, exceptis (vt vocant) cordium cogitationibus, vtpote ex suo genere occultis. Pronuntiatum hoc, sicuti & primum D. Thomæ, ac suis nõ satis placet, vt excitato art. quæst. 89. constare potest. Vnde nec C nobis omninò indubitatum videtur.

*Probatur primò.*

Suadetur tamẽ primò, quia ratio ob quam anima separata species Angelorum repræsentatrices accipit à Deo, est vt cùm eisdem Angelis in communi societate viuat, teste D. Thoma quæst. vnica de anima art. 17. Ad hãc autem societatem (si qualem decet statuamus) requiritur cognitio distinctiua singularum personarum, nisi velimus animam instar cæci hominis in eo nobilissimo cœtu singe- D ris; ergo. Secũdò, Modus essendi, operandiq; Angelorum nõ admodum eminet supra modum essendi, operandiq; animæ separatæ, vt ex superioribus disputationibus constare potest: potent ergo anima illos indistinctè nosse; quòd enim specie inferior sit, nihil obest; alioquin nullus inferior Angelus naturaliter, distinctèq; nosset alium, quod est incredibile. At est, inquies nõ specie solùm sed ordine inferior. Verum ij Angelorum ordines E officijs potiùs, atq; vt ita dicam, magistratibus illius spiritualis Reipublicæ; quàm cognoscibilitatum gradibus à varijs abstractionibus prouenientiũ, distinguuntur, vt ex ijs Patribus, qui illos ordines distinguunt, atque explicant, licet colligere; nõ est aũt verisimile Angelorum naturas aliud abstractionis genus supra animam separatam vendicare: iam enim inter ipsos quoque Angelos plura alia excogitare prorsũ esset. Adde tertiò, eam cognitionem non omninò naturaliter, sed præter naturam animæ competere, vt mirum nõ fiat illam, & inferioris esse conditionis, & distinctè posse Angelos sibi superiores attingere præter naturam suam. Deniq; quia vt iam anteà arguebamus, species etiam Angelorũ perfectè repræsentatrices, animæ separatæ naturali lege tribuuntur auctore D. Thoma: quid mi igitur per eas perfectè, ac citra elevationem supernaturalem intelligat?

*Probatur secundò.*

*Obiectio antevertitur.*

*Angeli non vendicãt aliud abstractionis genus supra animam. D. Greg. homil. 34. D. Bern. 5. de consider. ad Eu. post initium.*

Non licet ex dictis colligere intellectum

A humanum separatũ discernere posse quamlibet repugnantiã, impossibilitatémve naturalem, fortasse inuentam inter obiecta, quæ hactenus ostendimus valere ab eo distinctè percipi; quoniam etsi ad plurimas sequendas extremorum cognitio distincta sufficiat, ad omnes tamen comprehensiua erit opus, quã anima nullatenùs callet. Naturalem dixi, quoniã plures aliæ repugnantiæ orientur ex eisdẽ obiectis, secundum potentiam obedientialem actiuam, vel passiuam spectatis, quarũ perceptio multò magis adhuc effugiet creatum intellectum, cùm ipsa quoq; obedientialis potentia illum lateat in plerisq;.

*Animæ nequit omnem naturalẽ repugnantiam inter obiecta discernere.*

## ARTICVLVS II.

### *VTRVM ANIMAE SEPARATAE cognitione, siue confusa, siue distincta cognoscant res modo aliquo supernaturales.*

QVæ sint res modo aliquo supernaturales, patet ex initio superioris articuli. Aduerte autem, non numerari inter supernaturalia quoad modum res absentes, aut futuras, aut etiam præteritas; quarum nullam anima habuit notitiam; in his enim defectus potiùs cognoscibilitatis est, quam supernaturalitas vlla; ad quas iure reuocari possunt cogitationes cordis, quæ licet à supposito eas eliciente sint experimentaliter cognoscibiles; quia tamen nullam sui speciem emittunt, nec alienus intellectus in eas illabi valet; perinde est, ac si absentes essent, vel futuræ, nõ sic gratia, lumen gloriæ, similiaq; Dei dona, quæ excellentem habent cognoscibilitatem, proindeq; in eorum defectum refundi nõ potest, quod ignorentur. At enim res quacunque ratione supernaturales, vel spectari possunt sub esse possibili, vel actuali. Sit ergo primũ pronuntiatum. Animæ separatæ naturaliter possunt *1. Pronuntiatum.* cognoscere euidenter multa possibilia esse Deo, quæ omnem vim naturæ creatæ excedant, seu (quod in idem recidit) naturaliter cognoscere possunt in rebus creatis dari puram potentiã obedientialem passiuam, atq; adeò & extraordinariã actiuã in Deo ad plurima molienda, verbi gratia, ad hanc vniuersam machinã in nihilum redigendã, aliterve administrandã. Item ad præfinitos rerũ naturalium terminos magnitudinis, & paruitatis transiliendos, sicq; ad hominẽ conseruandũ in vastissima, aut minutissima corporis mole, ad generationẽ faciendam in instanti nulla mora dispositionũ, ad corrupta omnia reparanda, deniq; ad hæc præstãda, aut immediatè, aut in nõnullis etiã assumpta quauis creatura pro instrumento. Probatur pronunciatũ nõ difficilè, quoniam hasũ rerum naturæ, vtpotè intra vniuersum cõclusæ satis perspectæ

*Cognoscit animam in Deo extraordinariam potentiam actiuã.*

*Vnde proueniat ignoratio aliquarũ rerũ non supernaturalium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



videntur intellectui separato, vt certus sit (id enim opinari mirum non esset) logicam repugnantiam in prædictis euentis non latere. Et confirmatur, quia nō desunt qui arbitrentur agnouisse Aristotelem, aut certè alios eius notæ Philosophos extraordinariam in Deo potentiam; maiori igitur cum ratione animi à corpore expediti illam agnoscent. Porrò, quemadmodū vt aliquid certò, euidenterq; sciatur alicui subiecto posse conuenire, minimè oportet perspectum esse modū, quo conueniat. sed est satis scire, vt ita dicā, negatiuè impossibilem non esse omnem modū conueniendi; ita non sat est ad aliquam cognitionē certam, atq; euidentem habendam, si argumenta impossibilitatē suadentia, diluantur, cùm fieri possit, vt adhuc demōstrationes ignorentur, quæ rem cōficiant. Oppones tamē ita: Scire oportet non esse omnem modum impossibilem; ergo sciendum erit aliquē esse possibilem. Concedenda verò est cōsecutio, cùm solum negauerimus modū possibilem conueniendi distinctè percipi oportere, quāquam inficiandū non sit, plerosq; ab intellectu separato euidenter esse cognoscibiles, vt diuini, generalissq; concursus suspensionem subitam, dispositionū productionem ad educendam formam, &c.

*Ad euidentem cognitionē nō sat est argu. impossibilitatē inuidentia dicere.*

*Obiectio.*

*Diluitio.*

At enim in effectis extraordinarijs nō numeramus quæcumq; apud nos prodigio essent, qualis fuit forium reseratio ab Angelo liberandi Petri gratia; deturbatio idoli è sublimi loco, manuūq;, & capitis truncatio apud Azotios, ascensus Simonis Magi per inane; hæc enim, & similia cuenta, non quia potentia egent extraordinaria, sed quia rara sunt, in miraculis habentur; quæ animis separatis nō magis sunt difficilia cognitu, quàm interna corporis, vt cor, aut cerebrum.

*Actorū 12. 1. Reg. 5.*

*Aliqua euēta, quia rara in miraculis habentur.*

*Clemens & alij Patres apud Baron. tom 1. annalium.*

Secundum pronuntiatum. Animæ separatæ naturaliter, nō tamen distinctè cognoscere valent rerum aliquarum essentialiter supernaturalium ipsis præsertim inhærentium, tum possibilitatem, tum existentiā. Etenim quia ordinem naturalē excedunt, quidditatiuè attingi nō poterūt; quia verò si animæ insint, ab eadem vtiq; naturaliter sustinentur, poterunt haud dubiè saltem quoad existentiā naturaliter, arguitiuè; percipi, cuiusmodi sunt supernaturales habitus, tum ad volūtatem, tum ad intellectū attinentes; inde verò facile erit eisdem animis similes alias qualitates possibiles concludere, in alijq; animis posse existere; quod si ita est multo adhuc facilius, imò, & distinctè cognoscere valebunt (si existant) ea, quæ in primo pronūtiato sunt comprehensa, cùm in facto esse, vt aiunt, rerum naturalium ordinem non excedant.

*2. Pronūtiatum.*

*Cognoscit anima naturaliter aliquarum rerū supernaturaliū possibilitatē, & existentiam.*

Tertium pronūtiatum. Res aliquæ supernaturales, itemq; modi nonnulli adeò eminent, vt nulla ratione siue quoad possibilitatem, siue quoad existentiā ab intellectu creato percipi valeant. Ita asserūt Theologi, cùm de obiecto cogitationis angelicæ disceptant, expendumq; in mysterio Incarnationis, & Eucharistiæ, in quorum primo includitur absentia omnis creatæ personalitatis, modusq; vnionis humanitatis ad diuinam personā; In secundo absentia item panis, & vini, cū præsentia corporis Christi, absq; vllis modis immediatis ad locum; existentia deniq; accidētium, & coniunctio ad Christi corpus absque adhæsione. Hæc ergo ea sola ratione statuūt iidem Theologi intellectum creatum, atque adeò humanum effugere, quòd multo sint diuiniora, quàm vt naturali cognitione etiā confusa in seipsis percipi valeant; quod ideo addiderim, quoniam cùm naturaliter cognoscant separatæ mentes rerum subsistentium personalitates, si quo casu eas non intuean tur, aut quia diuinus concursus sublatus est, ad intuendum, aut quia re vera non dantur, vt accidit humanitati Christi, iam modo aliquo, etsi confusissimo, quidquid Deus ibidem moliatur, percipere dicentur. Ea tamen perceptio rei, modive in se ipso non dicetur. Sed quoniam huius sectionis doctrina ad articulum quintum quæst. 57. primæ partis copiosior est, satis fuerit pauca hæc ad nostrum institutum accommodasse.

*Res aliquæ supernaturales cognoscūt naturaliter non possunt.*

*Separatæ mentes naturaliter cognoscunt rerum subsistentiū personalitates.*

## DISPVTATIO VI.
### *DE MOTV ANIMAE separatæ.*

POst disputationem de cognitione animæ separatæ, consequens erat, vt de appetitu eiusdem tractaremus; quia tamen multo abditiora sunt intellectui humano, quæ ad voluntatem, quàm quæ ad ipsum attinent; quia item tradita superiùs doctrina de cognitione ad appetitum accommodari potest per analogiam; reliquum est, vt ad extremam hanc disputationem de motu descendamus, quatuor articulis concludendam: tribus disseremus an ne anima separata vim motricem, tum sui, tum aliorum possideat. Quarto, de eiusmodi potentiæ actu, ac termino pertractabimus.

*Ordo tractandarum rerum.*

### ARTICVLVS I.
### *ARGVMENTA QVAE PROBARE videntur in anima separata potentiam, tum sui, tum aliorum motricem non dari.*

ETsi constans nūc sit Theologorum, imò & Philosophorum sententia, Angelos potentia motrice præditos esse; ex tamen ipsæ rationes de anima separata institutum dissuadere videntur. Atque in primis Angeli

*Primū arg.*



*Lucæ 16. de anima Lazari. D. Greg. 1. Dial. cap. 9. de Anima Marcelli, et c. 12. de Anima damnati cuiusdam.*

Angeli in sacris literis tum se, tum corpora mouere prohibentur; animæ verò separatæ non ita, sed ab Angelis deportari. Deinde necessum fuit Angelos hac vi pollere, cùm ratio nulla supersit connexionis eorum cum vniuersō; siquidem ad nullam præterea à formam producendam concurrere valent; mouendo autem cœlos, aliaque agentia applicando, insigniter cum eodem cohærent vniuersō; licet enim physicè is causandi modus accidentarius sit, est tamen artificiosus per se, quod est satis, vt iidem Angeli cum hoc artis diuinæ artificio, id est, mundo connexi censeantur, qua de causa non à Sacris Doctoribus tantùm, sed ab ipsis quoque gentium Philosophis rerum species, imò & indiuidua custodire cognoscuntur. Sed hanc rationem animis separatis accommodatam, quis non videt motricem potentiam potiùs euertere, quàm astruere, quippe quæ ad vniuersi compositionem non spectent? sed reddant quodammodò imperfectiùs? siquidem non tam sunt species, quàm speciei inchoationes, & partes. Quo factum est, vt nulla eis incumberet in hoc vniuerso administratio. Atque hoc sit primum pro parte negante quæstionis argumentum.

*Cur Angeli dicātur præsidere vniuerso.*

*Suar. disp. 35. sect. 6. n. 18.*

*1. Argum.*

Secundum, Si animæ separatæ propriam mouendi potentiam haberent, illius actum modo aliquo exercere possent in corpore, sicuti & intelligendi, volendique. Si enim hi ob corporis colligationem impediri non potuerunt, cur ille impedietur omninò, cùm aliquantulum sit minùs spiritualis? Accedit, quoniam difficile redditur ratio, cur in eodē homine vnus tantùm sit intellectus, mouendi verò facultas duplex; altera animi, corporis altera.

*3. Argum.*

Tertium. Anima separata nulla eget motrice potentia; nullam igitur in se habet. Antecedens probatur, quoniā nulla aliquò perueniendi se offert necessitas, q̄ vt ex rebus species é proximo conquirat. Quapropter cùm has non ita comparet, sed à Deo vendicet, vt suo loco diximus, omnis mouēdi ratio vacat, etiam ad miscenda colloquia cum Angelis, aliisve animabus, cùm ridiculum sit propinquitatem desiderare ad eas actiones, quę per interiectum spatium non disseminantur. Sed neque prætextu mouendi corpora necesse erit vim motricem animæ donare, cùm iam diximus, id munus solis Angelis concessum esse in hoc vniuerso. Et confirmatur, quoniā rationales animæ nihil præsti possunt sibi noxium, cùm sint immortales; non fuit igitur opus potentia motrice, qua quidquam vel fugerent, vel appeterent tuendæ salutis gratia. Quod si dicas potuisse saltem alias ab aliis violenter detineri, id ipsum est, quod in quæstione versatur, cùm eiusmodi detentio per vim motricem præstanda fuerit.

*4. Argum.*

Quartum. Quod natura sua indiuisibiliter existit, naturaliter quoque est immobile; sed priùs illud animæ separatæ naturaliter competit, & hoc posterius. Probatur minor, quia cùm ea informat corpus, abscissa fortè parte vna, amittit necessariò virtualem illam coextensionem, seque, vt ita dicam, contrahit; ergo cùm à corpore toto separatur, totā coextensionem necessariò amittet, cùm par sit ratio. Itaque indiuisibiliter permanebit, vt hac in parte anima, quæ natura est, ab Angelis, q̄ natura non sunt, discriminetur, adeò hi diuiduo indiuiduoque loco queant indifferenter respondere, illa autem non nisi diuiduo corpori, cùm informat; nec nisi indiuiduo loco cùm est separata.

*5. Argum.*

Quintum, Si anima separata per se mobilis esset, tempori locoq; corporis subiaceret: quod à vero abest, cùm sit incorporea. Vnde D. Augustin. 8. de Genesi, ad lit. cap. 20. scribit, Deum corporalem creaturam per tempus, & locum mouere, spiritualem verò non item.

*6. Argum.*

Sextum, Si anima per se posset loco moueri, posset interdum ab informato corpore sese expedire absque vlla ipsius corporis offensione, sicque instar colubri depositis exuuijs abire nuda, quod est inauditum.

*7. Argum.*

Septimum, Si humanæ animæ facultatem se mouendi haberent, ad nos frequenter regrederentur, quod tamē fabulæ simile esse creditur. Denique ita sensisse videntur graues Philosophi, dum ipsis etiam intelligentijs localem immobilitatē donant, inter quos Aristoteles 12. Met. text. 43. concludit, substantias sempiternas, atque immobiles tot esse, quot sunt cœlorum orbes. Auerroes quoque ad eundem Metaphysicorum librum scribit, formam separatam adæquatè distribui in volentem & intelligentem, absque vlla mentione mouentis. Credendum igitur est animam rationalem extra corpus, neque seipsam, neque rem aliam mouere posse.

### ARTICVLVS II.
### *REFELLVNTVR NONNVLLE sententiæ de potentia motrice animæ, & vera statuitur.*

*1. Opinio asserens animas locali-*

IN præsenti dubitatione nonnullæ se offerunt sententiæ ordine suo expediendæ. Prima eorum, qui animam separatam prorsum immobilem localiter fortasse ponent, hoc est, neque à se, neque ab vlla externa vi,

*mas immobiliter.*

non quidem ea immobilitate, quæ eximmensitate naturæ illi proueniat, vti Deo; sed ex quadam, vt ita dicam, ineptitudine, atq; imperfectione, eo ferè pacto, quo relationem modúmve seorsim spectatum immobilem diceremus, diuina etiam interposita potestate. Non videntur alieni ab hac sententia Durandus in 3. dist. 22. quæst. 3. ac Ioannes Picus Mirandula

*Quid sensērit Dur. de descensu animæ ad inferos.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Citantur à Soario 3. p. tom. 2. disp. 43. sect. 2.*

randula quæst. 1. Apologetici, dum non sine A graui errore verisimile putant Christi Domini animam ad inferos non descendisse, tali suæ substantiæ præsentia, sed effectu, priorum Patrum animas noua gloria, luce, lætitiaque perfundendo. Neque enim fidei articulum tam alieno sensu interpretarentur, si crederent ab Angelis, aut certè Deo beatissimam animam præsentem inferis secundùm substantiam fieri posse; eorum verò fundamentum, si firmum esset, non solùm de Chri B sti anima, sed de quauis alia immobilitatem concluderet; ideoque diximus eos à proposita sententia alienos non videri. Aiunt enim immateriales substantias loci proprij incapaces esse, atque adeò & lationis, quòd affectiones hæ diuiduæ sint. Itaque solùm eis superesse rationem aliam in loco essendi ac mouendi longè diuersam, hoc est, penè æquiuocam, per operationem, seu virtutis contactum, ipsum attingendo locum, si non actu, C saltem potestate. Quo fit, (iuxta Durandum) vt Angeli nullibi sint, si de existentia in loco priori modo sit sermo, & sint vbique; si posteriori, cùm nullum locum motumve diuisibilem subire queant, & rursus in omnem idonei sint operari: at verò anima separata neque hoc; neque illo modo ob eandem rationem alicubi est, siquidem & substantia spiritualis est, ob idque incapax diuidui loci, vel lationis, & corporis forma; minimeq; proin- D de ad operationem externam ordinata absq; medio corpore, quod informet.

*Quæ fuerit Dur. opinio circa Angelorum existentiam in loco.*

*Cùm de loco Ang. tract. 1. d. 37. 2. p. dist. 9. 2 cui adsentis Herinet. ibi. q. 2. art. 2.*

Sed quàm grauiter Durandus cum Pico sit lapsus, tum alibi, tum ad quæst. 52. 3. par. ostendi solet, vbi iuxta sacrarum literarum, Patrumque intelligentiam probatur Christi Domini descensum ad inferos ratione animæ, (corpus enim in sepulchro iacuit immobile, diuinum autem verbum vbique erat) ipsius substantiæ præsentia fuisse exhibitum. E Nimirum falsus est Durandus, dum cuiuslibet lationis terminum putat esse diuisibilem, cùm tamen sit ipsamet rei mobilis præsentia, assistentiáve ad hoc, aut illud spatium, siue reale, siue imaginarium, atque adeò spiritualis, vel corporea, pro eiusdem rei mobilis natura & conditione, quæ proinde si spiritualis erit, sine vllo incommodo, ratione suæ indiuisibilis præsentiæ ad corporale spatium respectu aliquo terminabitur. Cur enim minus sit impossibile rem spiritualem ad materiam F corporalem ordinem habere agentis, quàm præsentis, assistentiáve? & confirmatur, quoniam Aristoteles lib. 8. Physic. cap. 10. tex. 84. & lib. 1. de Cœlo, cap. 9 tex 100. intelligentias Cœlo assidere scribit; quod qua ratione fiat, quàm localiter, nemo excogitabit, si eos modos essendi in alio percurrat, quos idem Philosophus libro 4. Physicor. capite 3. textu 23. proposuit.

*Quælibet res creata sorsim ab alia existens mobilis loco est.*

Statuendum igitur eo ipso, quo res creata per se, ac seorsim ab alia existit, mobilem loco esse, siue à se, siue ab extrinseca virtute: namque, vt Aristoteles libro 1. Poster. cap. 10. scribit, si negatio adæquata causa est negationis, affirmatio quoque affirmationis causa erit; quapropter si non alia de causa negamus Deum loco moueri posse, quàm quia immensæ substantiæ est, non alia sanè affirmabimus creatas substantias mobiles esse, quàm quia definitæ sunt substantiæ, quia si in loco designatæ sunt, distantiæ propinquitatisque capaces euadunt necessariò, atque adeò & lationis, cùm ithusmodi affectiones separabiles ad inuicem non sint, eodémque pertineant. Vnde è contra D. Thomas 1. par. postquam de immensitate Dei egit, quæstione 8. è vestigio subiecit nonam, pro eiusdem immobilitate asserenda. Videbat scilicet attributum immobilitatis ad locum ex immensitatis attributo, tanquam ex vera ratione à priori concludi.

*Immobilitas ad locum ex immensitate cõcluditur.*

Secunda sententia, quam recentiores quidam Thomistæ approbãt, ponit animam separatam à Deo, Angelisve mobilem localiter, à se autem minimè, eandemque alij etiam D. Thomæ vulgo asscribunt. Sed neque ea vera est, neque D. Thomæ imputanda. Etenim quemadmodum quòd substantia creata definita sit, mobilis loco est, ita quòd sit viuens à se mobilis esse concluditur; atque adeò si per cognitionem viuat, localem mobilitatem obtinebit: id quod ita verum reperimus, vt contrario exemplo refelli nequeat, neque enim conchylia loco immobilia dicuntur, quòd vim aliquam sese deducendi adducendique non habeant; habere enim planè fatetur Aristoteles libro 3. de Anima, capite 11. text. 56. sed quòd locum ex toto non permutent. Cæterùm quæ locorum distantium cognitione pollent, ex toto etiam locum mutare valent. Quid ergo in animam tam nobili cognitione præditam eimus iniuri? eámque velut statuam quandam immobilem efficiemus, cadaueri suo, vt olim Prometheum Caucaso perpetuò alligatam. At, inquiunt, anima actus est corporis non assistens, sed informans, vt merito mouere se non possit, si non informet. Verùm si formarum assistentium modum in essendo, cognoscendo, appetendoque ext a corpus obtinet, cur non obtineat mouendo? Ad hæc animæ depositis corporibus, nulli loco sunt addictæ, cùm à nullo pendeant in sui conseruatione, vllaue perfectione, quam alibi assequi nequeant; cùm igitur immensæ non sint, ad earum sanè perfectionẽ spectabit localis variatio, ac motio. Itaq; si qua res p se, ac seorsim existit in vniuerso, definita, viuens ad varia loca indifferens, nulla ratio erit, cur à se mobilis nõ dicatur; ex verò conditiones in animam corporis iam viuificando minimè addictã, nõ minus in Angelos, egregiè competunt: quare, &c.

*Cur conchylia dicantur loco immobilia.*

*Obiectio.*

*Diluitur.*

*Animæ sepa rat. nullis locis sunt addictæ.*

Sed



*D. Tho. opinio de potentia animæ motrice.*

Sed quòd Sanctus Doctor animæ separatæ A sui mouendi potentiam non denegauerit, inde constat, quia eam facultatem, sicuti & in Angelis intellectum & voluntatem esse credit, quæst. 16. de Malo, art. 1. ad 14. nisi quòd erga corpus à se informatum illa tantùm exercat, Angeli verò erga quodcunque aliud; quamobrem cùm anima à corpore discedens easdem facultates secum deuehat, vt suprà cum eodem Thoma tradidimus, sentit haud dubiè illam sui saltem mouendi vim possi- B dere. Quin etiam 1. part. quæst. 53. art. 1. in argumento. Sed contrà; ex motu, quem Christi anima separata ad inferos edidit, quemq; catholicè profitemur, concludit pari ratione in Angelis esse motũ lationis admittendum; nam quòd ex anima Christi beata argumentetur, ideò facit, quia aliud fortasse exemplũ ita efficax ad institutum inueniri non potuit: re tamen vera eius articuli institutum de naScotus 4. d. 49. q. 1. ar. 3. Palat. d. 10. disp. 2. Suar. disp. 15. sine dict. sect. 6. n. 23. turali vi motrice procedit; illud ergo tantùm C D. Thomæ inficiatur, nihil aliud à se posse animam humanam mouere, præter corpus, quod informauerit, vt patet ex artic. 4. quæst. 1. 7. 1. part. & artic. 10. quæst 16. de Malo, ad 2. quem sequuntur Capreolus 4. dist. vlt. quæst. 2. Caietanus citato loco primæ partis, alijq; recentiores.

*Vera sententia animæ cõtinet. tum se, tum alia mouendi vim.*

Est nihilominus tertia sententia à nobis adijcienda; videlicet separatam animam non sui solùm, sed aliarum rerum sibi externa- D tum, minimeque substantialiter iunctarum motricem esse; pro viribus tamen, vt sequenti articulo attingemus, ita Abulensis in 8. capite Matthæi, quæst. 124. Quæ quidem sententia cum superiori doctrina aptè cohæret. Enimuerò, vt ex definitæ substantiæ existentia concluditur mobilitas, & ex vita mobilitas à se, ita ex sui mobilitate, aliorum quoque mobilitas necessariò colligitur, quod etiam inductione fit manifestum. Quamuis e- E nim natura aliqua mouere se non possit, quæ possit alia, id est Deus, attamen nihil, quod motum subeat, priuatur omnino virtute mouendi cætera; quod non in animantibus solùm, sed in corporibus etiam inanimis cernere est, quæ dum mouentur, ea etiam mouent, quæ offenderint, vt aer, arbores, cœlum supremum, inferiores, &c. Nimirum potentia, de qua loquimur, sicuti motiua loco est, ita non maiorem, quàm localem vnionem sui cum re mouenda desiderat, vt in actum F prodeat: quapropter cum ea vnio inter animam & corpus dari possit absq; informatione (vt liquet in anima Christi ab inferis regressa, quę sepulto corpori priùs affixit, quàm per informationẽ illud animaret, liquet item in cuiusuis hominis anima in morte, vbi dissoluta in instanti informatione, perseuerat adhuc localis præsentia animæ ad corpus, cùm non nisi immediatè post fit abitura) nulla ratio est cur motum illi nequeat imperti-

*Vera sententia magis cõfirmatur.*

re, si mouendi potentia sit prædita. Quod adeò verum est, vt non inepte secundæ sententiæ auctores collegerint, nullam animæ inesse potentiam se mouendi, si nullam habeat mouendi alia.

Deinde argumentari licet. Pleraque sunt, quæ sine vlla sui locali motione alia vel pellunt, vel trahunt, vt ignis iectum salem, magnes ferrum: qua ratione igitur tam nobilis substantia, tamq;, vt ita dicam, actuosa, quàm est rationalis anima extra corpus sepositа, aliorum mouendi efficacia destituatur.

Præterea, animæ è receptaculis, quibus ad iteratam vsque vnionem corporum commorantur, nonnunquam egrediuntur ad viuos, cum eisque in effectis corporibus colloquuntur, vt inferiùs ostendemus; hæc autem munia nec sine potẽtia motrice præstari possunt, nec tantam habent eminentiam, vt extraordinario Dei concursu egeant: ineſt igitur ea vis animis naturaliter. Ob has sanè ac similes rationes probatior nunc est eiusmodi sententia, quam non ignobiles etiam Theologi superiori ætate docuerunt, Henricus quodlib. 11. quæst. 14. Aureolus apud Capreo lum citato loco. Scotus 4. dist. 49. quæst. 14. Bassolius eadem dist. quæst. 2. artic. 1. Maior quæst. 8. Aegidius quodlib. 4. quæst. 17. Abulensis in cap. 8. Matth. quæst. 124. & alij, ante quos Galenus non satis alioquin certus de natura animæ, in libro de Tremore & rigore fatetur, minimè deceptum iri, qui animam esse dixerit substantiam, quæ per se moueri possit. Et Alexandrinus Clemens 6. Strom. naturam animę esse scripsit, à se ipsa impelli, & excitari: nec desunt, qui arbitrentur humanam animam interdum in hac vita suæ peculiaris potentiæ motricis, quam nitimur astruere, signa exhibere, cùm ferueuti aliqua rerum sublimium contemplatione corpus in sublime tollit.

*Citantur aliorum pro vtra sententia.*

*Toler. 1. de Anim. q. 9.*

Sed quoniam ostendimus animam separatam peculiarem sui, & aliorum mouendi potentiam habere, quærendum restabat, an ea à voluntate intellectuque distinguatur, nisi ea dubitatio libro 2 de Cœlo, cap. 5. quæst. 7. de Angelis, in quibus par est ratio, resoluta esset. Illud solummodò aduertimus, eos qui partem negantem sequuntur, non adeò mo- *intellectu ex* tericem substantiarum separatarum cum voluntate intellectuque confundere, vt distinguere eam non possint etiam realiter. Nimirum censent intellectum & voluntatem non in actu primo, sed secundo, hoc est, vt stant sub actibus practicis præscribendi, dirigendique motum, rationem potentiæ motiuæ obtinere, vnde localis impulsio sequatur. Quo pacto pletique de potentia Dei executrice philosophantur, asserentes eam esse Dei voluntatem cum actu efficaci operandi ad extrà, indeq; actionem externam prodire, quæ in rebus creatis recipiatur.

*Motricis facultatis diuersa ab intellectu ac voluntate.*

*Vis est vnio localis vt a anima separata externa corpora moueat.*

ARTI-

Universidad de Deusto
Biblioteca



## ARTICVLVS III.

### OCCVRRITVR ARGVMENtis primi articuli.

*Solut.1.arg.* AD primum respondendum, Si quando in sacris literis morientium animæ aliquò deferri perhibentur, id vel ad dignitatem spectare, si sint beatæ, vel ad quandam diuinæ iustitiæ executionem, si sint nocentes. Atque in priori sensu Augustinus Serm.3. de Ascensione Domini, qui est 176. de tempore; itemque Eusebius Emissenus Homil.2. de Ascensione, aliique sacri Doctores de Christo ascendente scripserunt, eum non in auxilium necessitatis, sed in obsequium dignitatis euectum, illatumque cœlo fuisse.

*Quo sensu loquantur scripturæ & Patres, cùm dicunt animas aliquò deferri.*

*Solut.2.* Ad secundum, Si verum est, quod ex Platone retulimus ad calcem superioris articuli; plana est responsio; Sed esto nulla exhibuerint animæ vnitæ corporibus propriæ motricis potentiæ signa, ideóne illa sunt destitutæ? alioqui neque subsistentiam eas habere quis colligat, quòd in corpore illa non prodant. Itaque vt ad argumentum respondeamus, absque eiusmodi potentiæ vsu, non autem intellectus & voluntatis, constare potuit humana vita; item non oportuit has ipsas potentias in nobis duplicatas inueniri, sed potentiam cognoscendi & appetendi: ahæ enim in corpore sunt, aliæ in anima; vnde id, quod in fine argumenti addebatur, retorqueri in aduersarios potest, vt quemadmodum facultates istæ, sic & motrix in homine geminaretur.

*Solut.3. Vis motrix ad separatarum animarum digressiones inseruit, & conuenit.*

Tertium argumentum non valet in eos, qui animas separatas ab obiectis species haurire volunt; sic enim accommodata propinquitate opus est, atque adeò & locali motione. Sed esto non hauriant, ad dignitatem sanè illius spiritualis Reipubl. animarum separatarum interfunt conuentus, ac digressiones mutuæ, nisi tanquam saxa medio mari, noctes atque dies immotas esse arbitremur, &c. quæ superiori articulo diximus.

*Solut.4. Diuisibilitas rei mobilis in motu tantùm physico requiritur.*

Quartum, Etsi probaret animam separatam non nisi punctualiter existere posse, nihil adhuc ipsius mobilitatem concluderet; siquidem diuisibilitas rei mobilis, itemque pars mouens & mota, non in quolibet motu, sed in Physico requiruntur, sexto & octauo Physicorum. Rursus respondemus distinctione maioris; est enim vera, si velit indiuisibile moueri non posse motu continuo: falsa, si discreto; quod nostro instituto sat est. Deinde iam omissa maiori propositione, sunt qui ad minorem respondeant animam rationalem, si fortè brachium à corpore præcidatur, manere adhuc in eo spatio, quamuis non informatiuè, vt in corpore reliquo, eò quòd ipsa semper certum spatium, in quo definitiuè sit, exigat, non minùs quàm corpora, in quo sint circumscriptiuè. Quo sanè pacto dicendum esset in generationis instanti nō infundi solùm, sed effundi animam è corpusculo, cùm sit contractius, quàm requirat anima; quod cùm ridiculum sit, seu potiùs ineptum, respondemus abscissa parte corporis, non nisi in reliquo manere animam, quia vnum essendi modum habere debet naturaliter, non duplicem, hoc est, vel informationis tantùm, vel separationis. At enim post totalem separationem diuiduo individuóque loco se poterit accommodare, proindeque nullum certæ magnitudinis vel tenuis minimum deposcet, sicuti certum deposcit corpus, quod informet, eò quòd per illum sit operatura.

*Nullum esse parua animæ magnitudinis vel minimum vel sui minimè in loco.*

*Solut.5.*

Ad quintum, Satis esse, vt animæ nobilitatem tueamur, si vel momento cieatur. Sed & tempore mobilem esse nihil vetat, cùm istud esse possit spirituale, ac per se dimetiens successiuam animæ motionem: quæ motio licet mensurari etiam possit à corporeo tempore, ex accidere id euenit, quatenus in idem tempus imaginarium, vtrumque reale tempus, corporeum scilicet ac spirituale coincidere valet. Iam verò D. Augustini effatum de motu ratione mobilis, spatijque diuiduo est interpretandum.

*Solut.6.*

Ad sextum, In sententia Platonis credentis, animam rationalem in corpore esse instar nautæ, facile concesso esse, eam integro corpore expedire se posse, nisi fortasse quod in malum totius abeundi facultas cederet, eam animæ Plato non donauerit, dum idoneas dispositiones haberet in corpore. Illa tamen sententia suo loco refutata est. Quanquam posita re vera substantiali vnione, verisimile adhuc existimetur bonæ notæ auctoribus, animam etsi ab incolumi corpore elabi nequeat, sicuti neque in prauè dispositum illabi, vt scitè disserit Henricus quodl.11. quæst. 14 ad calcem: se ipsam tamen primario mouere posse, ac ratione vnionis motum corpori imprimere, his fermè rationibus. Prima, quia substantialis vnio animæ erga corpus in causa potiùs erit, vt motus animæ corpori communicetur, quam vt illum impediat. Secunda, Vnio ad corpus animæ subsistentiæ non obest, neque igitur obstitit, quo minùs præsentem se faciat primario cui libuerit loco, quamuis corpore circundetur. Neque enim inclusio illa animę subsistentis intra corpus, impedire posse videtur conatum animæ ad motum. Tertia, Intellectus etiam animæ informantis, more Angelico potest intelligere, si illius ordinis species habeat, vt non solùm in statu immortalitatis verum esse Theologi docent, sed etiam in Christo Domino apud nos commoranti accidisse certum est; nimirum quia ad illarum specierum vsum nihil attinet, corpúsne mortale, an immortale informet anima. Cùm igitur motrix potentia nullis egeat inditis instrumentis, iam nunc in actum mouendi prodire saltem progressiuè poterit, si propria est humanæ animæ; qd ideò adiecimus, quia vt Scotus in 4. dist. 49. quæst. 14. animaduertit, ideò nunc anima totum corpus simplici motu non deserit, sicuti in beatitudinis statu delatura est, quia membra æqualiter à virtute motrice animæ non possidentur. Quarta, quia si vsum accedendi recedendique, anima intra corpus habeat, rectè intelligitur, quo pacto in abscisso brachio esse desinat, aut in extremis pedibus, homine iam moribundo. Rectè item qua ratione in partes nutrimenti semotas inferatur: nimirum in priori euentu post vnionis dissolutionem, præsentia quoque animæ aboletur propter localem partialemque abscessum; in posteriori verò, post localem partialemque abscessum ad nouam materiam, substantialis vnio existit. Atque experimenta adeò vigere visa sunt Scaligero pro Platone, vt nullum aliud argumentum rem conficere putet, si hoc non conficit, exerc. 307. num. 13. Quintà, Potentia motrix actiua est, nō passiua, vt probatior sententia tenet; rectiùs igitur animæ inhærebit, quàm corpori, cùm illa motum efficiat, ista recipiat.

*Opinio crudelium animam vnitã corpori primario mouere.*

*1. eorum ratio.*

*2.*

*3.*

*Vera sententia oppositum asserens.*

Non est tamen ob hæc argumenta à communi Philosophorum sensu recedendum, cum quia in brutis animantibus motrix potentia, corporis perfectio est, à qua humanum corpus decidere iniquum est, tum etiam quia qua ratione potentia eiusmodi, quæ in belluis corporea est, dicitur in anima residere, eadem diceretur residere visus, auditus, cæteræque facultates, tam internæ, quàm externæ; quod etsi paucis Nominalium probatum fuit, à vera tamen Philosophia alienum est.

Eadem porrò argumenta falsò supponunt animam motrice potentia sibi propria vti posse naturaliter, dum corpus informat, cùm tamen per vnionem religata sit, atque alterius veluti iuris existat, hoc est, totius hominis, vt proinde motum per se non exerceat, sed homo per illam. Vnde etiam cùm anima corpori reunietur ipsum per potentiam sibi propriam non mouebit, absque nouo Dei dono, vt probabiliter sentit Suarius ad quæstionem 54. tertiæ partis, disputatione 48. sectione quarta, colligitque ex D. Thoma, aliisque Doctoribus.

*Primæ vnionis Solut.*

Ad primum igitur argumentum dicito, vnionem in causa esse ne motus ab anima eliciatur, qui eius solius sit, alioquin, si seipsam solam moueret, cùm nulla necessitate cogeretur motum corpori impertire, iam ab eo incolumi, atque immoto recedere posset, qd nemo dicet. Ad secundum, concesso antecedente, negandum est quod in reliquo argumento adducitur. Ad tertium, concedendum est antecedens, quia ea specierum infusio at-

1.

*Solut.2.*

*Solut.3.*



que vsus, naturales animis non erunt: quo pacto fatemur etiam posse illas corporibus, siue caducis, siue iam immortalibus vnitas, motum proprium exercere, iisdemque corporibus communicare; vnde quod ex Scoto affertur, potentiam motricem in hac vita membra perfectè non possidere pro nobis facit, ac verum est, licet vnio indissolubilis euadat, quoniam, vt paulò antè diximus, potestas illa animæ ad mouendum corpus per peculiarem eiusdem animæ motricem facultatem, nouo Dei dono vltrà reunionem debet contingere. Ad quartum, non deesse exempla, quibus intelligamus animæ euenire quæ ibidem recensentur. Etenim Deus in re corrupta esse desinit, nec tamen vllam etiam partialem retractationem subit; Christus item Dominus consecratis specieb⁹ sit denuò præsens, nec proinde locali motione etiam partiali ob id agitatur. Aliqua ergo simili ratione anima absque vlla etiam partiali latione, & à membro abscisso abeat, & in alimenti materiam inferetur. Ad quintum, negetur consequutio; cæteræ namque potentiæ sentientes actiuæ sunt, quæ nihilominus corpori adhæresunt.

*Solut.4.*

*Solut.5.*

Atque hæc in gratiam sexti argumenti primi articuli dicta sint. Cui directò respondentes assumptum negamus: motus enim localis animæ liber est, vnio verò substantialis omninò naturalis, ideoq; natura sua prior, vnde motus localis efficacitatem directam non habet erga illam, haud dissimili ratione, qua maturus fœtus per se ab vtero non egreditur, sed parentis nisu, posteà verò per se iam hûc atque illûc migrat. Quanquam indirectam efficacitatem habere poterit, veluti cùm quis sibi ferrum adigit. Et hæc quidem ratio concludit similiter, neque Angelum locali impulsu posse animā vnitam auellere à corpore, quidquid nonnulli huius ætatis Theologi inficientur.

*Absoluitur responsio ad 6. arg. principale.*

Septimum argumentum postulat, an demortuorum animæ ad viuos etiam regrediantur, cumque eisque colloquia misceant, aliaue exteriora signa sui aduentus exhibeant. Cui dubitationi paucis respondemus, quanquam non rarò huiusmodi animarum apparitiones somniantium sint deliramenta, aut mali Dæmonis, præstigiatorumque ludi, vt D. Augustinus in libro de Cura pro mortuis, atque alibi docet; quin etiam pro animis, quandoque Angeli præstò sint, attamen ipsæmet hûc venire aliquando, à Deo aut iubentur, boni alicuius gratia, aut permittitur vexandi causa, more dæmonum: quanquam posteriùs hoc minùs probari possit, vt cum Diuo Chrysostomo latiùs disputat Abulensis in caput octauum Matthæi, quæstione 124. Itaque siue hoc, siue illo fine res accidat, aduentare illas, sententia est grauissimorum Patrum, Augustini, Gregorij, Eusebij, Theodoreti, & a-

*Solut.7.*

*Demortuorum animas aliquando huc venire.*

T liorum

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Item Abulensis in 25. cap. Matth. q.7.52.*
*Sot. in 4. d. 43.q.1.ar.4.*

liorum, quos citat Robertus Bellarminus li- A bro 2.de Purgatorio, capite 8.tomo 1. Addit tamen Diuus Thomas 1.part.quæst.89.artic. 8. ad secundum, miraculo id esse deputandum, quatenus præter statutam à Deo legem hùc per se veniat anima, eamque legem spectasse diuina oracula, & plerosque Patrum, quoties animarum nullam post absessum à corpore è suis locis ad nos remeare posse contendunt, veluti libro 4.Regum, capite 22.Iob 23.& alibi. Item Augustinus de Cura pro mortuis, capite 13.& 19. Vnde non mediocris orta est dubitatio inter Sacræ paginæ Interpretes, an Deus libro 1.Regum, capite 28.prædictam legem abrogauerit, quo loco anima defuncti Samuelis ad viuentem Saulem dicitur aduentasse, an potius imaginaria tantùm ostensio fuerit apud Regem interiùs, vel etiam Angeli alicuius pro Samuelis anima subrogatio. Qua de re Diuus Augustinus libro 2. ad Simplicianum, quæst.3.& quæst.6.earum, C quas ad Dulcitium composuit, & quæst.17. in vetus nouumque Testamentum: libro item 2. de Mirabil. sacræ Scripturæ, capite 11. Iustinus Martyr quæst.52.ad Gentes, Iosephus libro 8. Antiquitatum, cap.14. Abulensis proximè citato loco Regum, quæst.28. Lyranus & alij in eundem locum. Rupertus lib.2 super libros Regum, capite 17. Victoria in Relectione de magia, quæst.5. quæ quidem difficultas etsi olim æquè fuerit controuersa, D nunc tamen postquam Ecclesiastici liber inter canonicas scripturas habetur, multò certior est illius pars affirmatiua, vt obseruat D. Thomas 1 par.quæst 89.art.8.ad 2. quandoquidem capite vltimo præfati libri inter Samuelis laudes commemoratur prophetasse illum etiam post mortem, quod nequè intelligi commodè valet de alio prophetàdi actu, quàm cùm Sauli apparuit: neque ita propriè laudaretur, si dæmon aliquis pro Samuelis a- E nima ad Saulem venisset, tametsi ex eodem textu colligatur eum in vero corpore appàruisse, de quo disceptare non est huius loci, neque instituti. Porrò autem si non quid gestum sit, sed quid fieri potuerit, inquiratur, certum est spectata naturali conditione animarum corpore vacantium, nullo miraculo earum quamlibet hinc inde posse commigrare, essèq; solertem ex ære, aliaue tractabili materia corpora effingere, & in eis nunc hominē ponere, nunc belluam, si libeat; atq; eo modo F sui aduentus signa nobis exhibere.

*Ecclesiastici 6.ap.46.*
*Anima Samuelis verè apparuit Regi Saull.*
*Dubiorum dissidium de apparitione Samuelis animæ Regi Saull.*
*Animæ separatæ possunt corpora assumere.*
*Sententia existimantium animas non requirere certas dispositiones vt informent.*

Est & alius animarum regressus ad corpora informãda, id est, resurrectio, de qua Theologi 4.Sent.libro: nam de Pythagorica palingenesia libro 2.de Anima, capite 1.quæst.7.dictum fuit. Illud tamen hac in re dubitabile est, an peculiari tantùm Dei lege cautum sit, ne anima à proprio corpore semel auulsa in alia sese inferat, quę in maternis vteris passim præpatãtur: an id communi naturæ iure contingat; vna scilicet anima vnum tantùm corpus, dispositionesque respiciente, videtur enim pars prior ijs auctoribus affirmanda, qui quamlibet animam cuiuis corpusculo inito infundi posse existimant; è quorum numero est Molina extrema disput.1.partis. Soarius disput.5.suæmet.sect.6.quo loco addit sic esse animam rationalem ad quamlibet dispositam materiam indifferentem, vti est indifferens materia ad quamlibet formam. Iis concinit Toletus libro 3.de Anima, quæst.18.nec non Henricus Gandauensis quodlib.11.quæst. 14.dum astruit humanam animam illabi posse in corpus, seque illi substantialiter copulare quoties paratum aderit, quanquam de proprio ac certo corpore tantũ Henricus Gand. differat. At enim libro 1.Physicorũ, capite 9. quæst 11.artic.4.ad 4.ad 6.& libro 1.de Generatione, cap.4. quæst.17. ad philosophiæ normam ac doctrinam Aristotelis magis consentanea iudicatur pars posterior; animas videlicet rationales certa sibi corpora ac dispositiones vendicare, quæ si desint informandi munus obire nequeant, nisi verò, Dei absoluta potestate physicam normam superante, vt annotauit Fonseca lib.5.Met.cap.2.quæst.14. sect.2.& 3.

*Animæ requirere certas dispositiones ad informationē verior sententia est.*

Ad extremum argumentum, quod ex A Aristotelis atque Auerrois authoritate petebatur, dicendum illum immobilitatis nomine intellexisse immortalitatem; hunc motricem potentiam ab intellectu voluntateque non distinxisse realiter, sicque traditam ab eo diuisionem adæquatã esse, futuram alioquin trimembrem, si in formali, vt vocant, sensu loqueretur.

*Solutio vltimi argumenti.*

## ARTICVLVS IV.

### *DE ACTV AC TERMINO potentiæ motricis animarum separatarum.*

HActenus ostendimus potentiam loco motricem animæ separatæ inesse; consequès nunc est, vt de illius actu atq; termino disseramus, vbi nonnullæ scitu dignæ dubitationes se offerunt explicandæ. Prima, an cùm se anima corpúsve aliquod ciet, prius impulsoria qualitate id præstet, an solo motu. Recentiores quidam arbitrantur substantias separatas, si quid immediatè moueãt localiter, motũ edere sine impulsu, quod nullam qualitatem educere valeant ex potestate subiecti. Cæterùm si per corpus à se immediatè motum reliqua moueant, impetu eò quòd absint, opus esse, qui iam per immediatum corpus educi poterit à corporibus. Ita verò aiunt rem habere in supernis lationibus, deferente scilicet intelligentia primum mobile solo motu, deindeq; in subiectos cœlos qualitatem

1. *Dubitatio.*

*Opinio ad motum immediatè impulsum non requirens. Vt Soarius disp.35.Metaph.sect.6. num.24.*
*Fundamentum.*



litatem impulsoriam per primum injiciente, A non quidem instar physicæ causæ illam producendo, sed actiuum (vt aiunt) passiuis applicando. Quæ doctrina sic vlteriùs confirmari potest. Primò, quia vt res aliqua moueatur loco, sat est si ipsum lationis motum subeat; cur enim alterari illam prius oportebit? alioquin dicat quispiam neque Deum sine impulsu mouere posse, quod est absurdum; quòd si Deus absque illo possit, poterunt & reliquæ separatæ substantiæ, cùm ille B mouendi ritus tantam dignitatem præ se nõ ferat, vt soli Deo debeat competere. Secundo, Anima puncto contenta, moueri potest, tum à se ipsa, tum etiam ab alio instantaneè, impulsus autem ad successiuum motum solummodò deseruire posse videtur: ergo in eo saltem lationis modo, impulsu non erit opus. Tertiò, Potentia motiua admodum naturalis est; non ergo impulsum nunc spiritalem, nunc corporeum valet exprimere, quod tamen concedendum esset, si anima nunc se, nunc corpus aliquod impulsu cieret.

1. *Ratio.*
2. *Ratio.*
3. *Ratio.*

*Refellitur.*

Probanda tamen non videtur superior sententia; nam si semel admittamus exercere motum posse ab aliquo per se motore, absque vlla qualitatis impressione in rem per se motam, pronum erit negare similem impressionem, etiam cùm corpora alia alijs interiectis mouentur; qua enim ratione primũ corpus motum excipit sine impulsu à primo mouente, eadem & secundum à primo, sicque deinceps. Asserendum igitur potentiam motricem non alia ratione actum suum exercere, quàm producta prius in re mobili impulsoria qualitate; tanquam necessario instrumento, etsi aliquando non sequatur motus, veluti cùm quis in parietem, aut arboris truncum humeris nititur, aut cùm elementa alieno deinceps loco, existente scilicet maiore resistentia, quàm sit impressæ qualitatis efficacitas. Itaq; etsi potentia motiua in communi varias admodum species complectitur (alia enim vitalis est, vt in cognoscentibus, alia non vitalis, veluti occulta illa adeoque sine nomine, in magnete, electro, & similibus; quales item elementorum, quæ peculiari nomine grauitas leuitasque nuncupantur: deni que etiam illa parùm nota, cunctisque corporibus communis, replendique vacui gratia donata) attamen quæcunque illa sit, priùs quàm rem loco moueat, qualitatem exerit F impulsiuam, quæ si maior erit, quàm corporis mouendi resistentia, procedet motus; si æqualis, aut minor, non procedet. Eadem porrò vis impulsoria, & cognato sibi motu, si naturalis sit, augetur, non multò aliter ac habitus ex actu, quem elicit, incrementa capit, & absente potentia successiuè minuitur, ita ipsius conditione postulante, cùm solius motus ergo, qui essentialiter successiuus est, instituta fuerit; quapropter simul ac particula-

*Vera sententia statuitur.*

*Motricis facultatis variæ species.*

rix causa, id est, potentia motrix, abstinet ab impellendo, illicò causa prima successiuè à conseruatione relicti impulsus desistit: neque enim ratio alia succurrit pro successiua illa imminutione, quam experimur, cùm sine contrario sensim euanescat, vt haud dubiè cœlo accidet, si ab Angelo deseratur, cùm tamen ibi nulla sit qualitas, quæ impulsui motiuæ actiuè resistat.

Ad fundamentum igitur, quo contrariæ B sententiæ Auctores nituntur, dicendum substantias separatas non ita inseparabiliter esse, vt eam saltem qualitatem, quæ lationis instrumentum sit, nequeant corporibus ingenerare; alioquin cùm ipsa etiam latio non nihil sit corpori inhærens, ab ijsdem quoque edi non poterit, quod est absurdum; nimirum eius tantùm generis formas producere nequeunt, quæ aut ad generationem ordinentur, aut etiam consequantur intensionales C nõ tarò; eliciunt enim ex se ipsis conceptus, ac fortasse habitus, nec non & in alterum intellectum separatum sui speciem valent imprimere. Ad primam verò confirmationem dicito, potentiam motiuam immediatam ordinem ad motum non habere, sed ad impulsum, saltem physicè loquendo, cui non obstat quominus Deus absque vlla eiusmodi qualitate rem mobilem ciear. Ad secundum, neganda est minor; impulsus enim ille spi- D ritualis qualitas erit, proindeque indiuisibili subiecto contentus. Ad tertiam, potentiam motiuam corpoream ad impulsum corporeũ determinatam esse, spiritualem verò, qualis in anima reperitur, & spiritualem, & corporeum impetum posse efficere.

*Solut. 1. ratione.*
*Solut. 2.*
*Solut. 3.*

Secunda dubitatio est, An in anima separata admittendæ sint illæ veluti species motionis localis ab Aristotele in Physicis numeratæ, scilicet pulsio, vectio, tractio, volutatio, E quęis addi potest oppositio, detentio; legimus siquidem partim in diuinis literis, partim in Sanctorum hominum annalibus, vehi illorum animas, honorario scilicet apparatu; impiorum autem rapi trahique, & à bonarum contubernio repelli, nec non & alligari, ac detineri causa supplicij. Quòd verò his similia legantur apud Poetas, participia sunt Catholicæ veritatis multò ignotationis fumo ad genres deuolutæ non metæ nugæ. Ergo, quod ad pulsionẽ attinet, ex proximè dictis liquet, responsionem ad eam enim latis est virtualis contactus, qui per qualitatis impulsiuæ impressionem peragitur, quo etiam fortasse modo, non verò sola voluntatum dissensione, transacta pugna est inter Angelos, Apocal. 12. At verò cæteræ numeratæ species includere prorsus videntur contactum mollis, q in præsentia locum non habet. Etenim quod vehitur, aut trahitur, motu agitur alieno, sicque impulsu sibi peculiariter indito non eget, sed illud est satis, si coniunctum sit ei, quod per

2. *Dubitatio.*
*Variæ motiuæ species.*
*Contactus ad motum necessarius.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



se motum subit, nec se sinat penetrari, vt ar-
tendenti fiet apertum. Iam quod voluntatis
partibus eget, quarum aliæ deprimantur, tol-
lantur aliæ. Denique ad detentionem rele-
gationémve prædictum contactum omnino
requiri nemo non videt. Statuendum igitur
eas motionis species per analogiam quan-
dam admitti posse in animis separatis; re au-
tem vera omnes impressione impulsus exhi-
beri: cùm enim anima, animæ alteri, vel ex-
terno corpori impetum indiderit, ieque pa-
riter moueri, vectio erit, aut etiam tractio,
si mobile fortè resistere sit; rursumque deten-
tio, siue religatio appellabitur, si adeò per
impetum corpus mobile ad aliud affligatur.
Vt in partem aliam se nequeat prorumpere, qua
ratione stipula delata vento ad parietem, im-
mobilis adhæresceret, aut lignum, quod fluuij
impetus ad saxum allisit. De ipsius verò ani-
mæ detentione passiua maior est dubitatio,
cùm affligi nequeat ad corpus, aut quasi com
primi. Dicendum tamen potentioris animæ
impetum hebetare contrarium nisum minùs
potentis ficque illam detinere, quo ferè mo-
do virtus remoræ impetum nauis hebetat,
eamque sistit. Est tamen alius detinendi mo-
dus soli Deo competens, subducto generali
concursu ad motum; qua de re Valetius de sa
cra Philosophia, capite quadragesimoprimo,
quo loco sentit ita factum fuisse, Tobiæ 8. &
Apocal. 20.

*Quomodo anima fortior detineat minùs potentem.*

Iam verò aliæ motus species naturalis,
violenti, ac præter naturam, non difficile huc
accommodantur; prior enim dabitur, quo-
ties anima seipsam mouerit, altera cùm mo-
uebitur à potentiori vi, quò nollet; tertia cùm
se fuerit deserti.

Tertia dubitatio est, vtrum animæ defi-
nitam habeant potentiam in mouendo; so-
leat enim circumferri, illas à corporibus exso-
lutas sine mora in destinata loca recipi pro
meritis; potest tamen dubitatio quoad res
mouendas etiam procedere. Itaque quæri an
quantalibet celeritate, quantumlibetque mo
bile ciere valeant.

*3. Dubitatio.*

Sed respondendum, potentiam animæ
motricem vtroq; modo definitam esse, cùm
naturalis sit, ab essentiaq; finita proueniens.
Et confirmatur, quia vt animæ pares naturâ
sunt, ita & efficacitate potentiarum pares es-
se oportet, id est, intellectu, voluntate, &c.
Non enim vlla intercedere possint impedi-
menta, quominùs æquè perfectæ pullulent,
vt accidit potentijs organicis ratione mate-
rialium dispositionum, quarum aliæ alijs ob
id inæquales esse solent. Iam ergo mouere
non poterunt animæ alia aliam, nisi se sinant
moueri: quod maiori iure de iisdem animis
dicendum est, si cum Angelis comparentur,
qui multò sunt potentiores. Vnde fit etiam,
vt nō quantalibet celeritate mouere possint,
sed prout anima mouenda, Angelus vt per-

*Potentia animæ motrix definita est.*

A miserit. De morali motione, quæ imperio fit, illud tantùm obseruare oportet, si naturę dignitas spectetur, nullam animam in aliam imperium habere, cùm sint æquales, neque in Angelos, cùm sint superiores, sed neque Angeli superiores in animas dominari viden tur, cùm externo regimine non egeant, namque vniuerso administrando soli Angeli deputantur; quare, &c. Si verò gratiæ dignitas attendatur, nulla certa regula præscribi potest, sed generatim illud asserendum, quamlibet substantiam separatam alteri obedire, prout earum auctor Deus peculiaribus in euentis decreuit: ficq; verisimile esse relegari, detinerique malos Dæmones, vel animas à bonis. Maior est de motione corporum dubitatio. Verùm quia neque ipsis Angelis concessum est, quantumlibet corpus mouere, non solùm Deo prohibente in bonum vniuersi, sed etiam naturæ ipsius legibus, queis Angeli quoque subduntur (hac enim ratione Aristoteles orbium infernorum motiones intelligentias ciere superiores orbes non posse existimauit, quòd earum vis non suppetat, de quo tamē quæstio esse posset) planum fit, animas limitatus obiectum sortiri debere. Quin verò Abulensis in 8. cap. Matth. quæst. 124. non solùm non putat asscribendum esse animę separatę certum terminum in mouendis corporibus, sed etiam multò minora pondera mouere, quàm dum informat; eò quòd robustior sit, ac magis secundùm naturalem modum in hoc statu, q̄ in illo, qua tamen in re non placet, quia potentiæ separatæ applicatio absque spirituum dispendio peragitur.

*Nulla anima in aliam naturaliter imperium habet.*

*Anima eiere non potest quantumlibet molem.*

Aduersus superiora sic opponat aliquis; Potētia motrix animæ, iuxta probabilem sententiam, à voluntate nō distinguitur, hæc autem nullum in volendo terminum vendicat; ergo neque in mouendo.

*Argumenta aduersus tradita dictum.*

1.

Secundò, Si mobile aliquod esset, quod potentiam animæ separatæ vinceret, iam ei contingere posset fatigatio, si forte esse illi mobili appliearet: hoc autem est absurdum; ergo & id ex quo sequitur.

2.

Tertiò, Anima non minùs quàm Angelus se, atque adeò rem aliquam (non enim maior est difficultas) transferre potest in remotum locum, absque interiecti spatij decursu in momento temporis; ergo non tam velociter mouebit in tempore, quin possit mouere velocius: consecutio plana videtur, quia quod momento fit, tempore quoque quantumuis breui fieri potest, si tempore fit factibile, qualis est in cuiuslibet translatio. Assumptum præterquàm quod asserto est D. Thomæ, dum tractat de Angelis, 1 par. quæst. 53. artic. 2. & in 1. dist. 37. quæst. 4. artic. 2. & suorum, quibus accessit Marsilius eadē distinct. 2. part. quæst. 7. articul. 3. ita ostenditur, quoniam etsi localis motio decurso spatio, non possit non esse temporanea, eò q̄ res nulla creata,

3.



creata, vipotè definitæ essentiæ in pluribus
locis simul possit existere; tam enim, & in in-
finitis posset, immēsaq; foret attamē si absq;
spatij decursione hic esse desinat, fiatq; præ-
sens loco alteri, id potiò non est à substantia
spiritali alienum, præsertim quia ea præsen-
tia naturalis est, atq; adeò naturali mutatio-
ne comparabilis, & confirmatur, quia sicuti
anima in locum immediatum exilire potest
in momento, ita nihil mirum, si in remotum
valeat momento transferri, sine vlla tamē in-
termedij spatij decursione. At ea motio (in-
quies) productioni æquipollebit, siquidē, vt
res antequàm fiat, nullum determinat sibi
locum, in eoq; apparet, in quem à suis causis
amittitur, vt si anima vbi volet, subitò cōpa-
reat, ac veluti emergat, sine vllo transitu per
medium, perinde erit, ac si se ipsa producat:
quo nihil est impossibilius. Refelleris tamen
quia eiusmodi delatiua mutatio, non ad exi-
stentiam animæ terminabitur, sicuti creatio,
sed ad præsentiam existentiæ, huic illive loco,
quæ non magis temporaneam, quàm mo-
mentaneam mutationē terminare capax est,
vt patet in ea, qua Christi Domini corpus ad
Eucharistiæ species præsentiam obtinet, etsi
alijs capitibus naturæ vim longè superet,
quia scilicet, plurium simul præsentiarum, ac
sine locali dimensione acquisitiua sit. Atque
hanc sententiam de subita animæ separatæ
translatione in quemuis locū speciatim am-
plectitur Maior 4. distin. 49. quæst. 8. sub in-
trum, nec à Diuo August. alienam credit.

*Obiectio.*

*Solutio.*

Ad primam nihilominùs obiectionē dic,
cum Diuo Thoma quæstione decimasexta
de malo, articulo nono ad septimum, & arti-
culo 10. ad 9. quem sequitur Molina prima
parte quæstione 54. articulo quinto, etsi sub-
stantia separata volendo moueat, diffinitum
tamen habere modum volendi motionem;
quem cognitio determinat. Adde probabi-
lius sensisse nos, potentiam mouendi distin-
ctam esse à voluntate.

*Solut. 1.*

Ad secundam dic, fatigationem prouenire
in animantibus ex defectu spirituum, qui in
operando absumuntur, essēq; doloré, actum-
ue appetitus, id malū auertantis. Cùm ergo
in anima separata spiritus non sint neque or-
gana, quæ illis egeant, consequens fit, vt ne-
que fatigatio locum habeat; poterit tamē si-
mile quippiam animæ contingere, vt videli-
cet tristetur, quòd malem aliquam loco mo-
uere non possit. Vbi aduerte, potentiam mo-
tricem substantiarum separatarum, aut omni-
nò posse rem mouere, aut omninò non
posse, neque vlla ratione dicendum, illam
mouere quidem posse, sed tamen ægrè, atq;
difficulter.

*Solut. 2.*

Ad secundam obiectionem negandum est
totum assumptum, nimirum possibilem esse
naturaliter actionem translatiuam in locum
remotum, relictis intermedijs (alioquin pro-

A cliue erit illam in corporibus etiam admitte-
re) non quòd præsentia, ad quam terminatur,
sit supernaturalis, sed quia nulla est ratio, cur
prædicta actio acquisitiua sit præsentiæ ad lo-
cum remotum, & non ad proximum, cum il-
le huic naturaliter subordinetur. Ad confir-
mationem respondeto, ideò substantiam se-
paratam immediatū sibi locum etiam diuisi
bilem posse comparare momento, qui partī-
bus caret, quæ loci partibus ordinatim debe-
ant imponi, cuius oppositū visturin corpo-
ribus, quia enim partibus constant in loco e-
tiam proximo, alia ab alijs distant, ficq; tem-
pore egent, vt quæque suam loci portionem
assequatur.

*Obiectio.*

Quarta dubitatio est de termino externo
motus, id est loco, qua in re, etsi idem videbi-
tur censendum de anima separata, ac de An-
gelo, hoc est, illa tum ad indiuiduū, punctā-
lemve locum se posse colligere, quòd sit spi-
ritualis, tum ad diuiduū punctaliq; maximū,
vltra quem nō possit existere, & infra possit,
eò quòd finitę sit minimeq; immensę essēn-
tiæ; attamen quia vt ipsa insit corpori, seque
illi accommodet, certa quadam figura præ-
ditum requirit, vnde in capite globosam esse
oportet, in brachijs teretem, latam in pecto-
re, in digitis multifidam, in capillis tenuem,
qualē demùm pingi videmus; fortassè dixerit
quispiam eam ad loca diuidua similem con-
formationē amare, cùm est separata, nec pro
libito, cuius figurę se localiter applicare pos-
se, præsertim quia si certa figura locum non
poscat, in longū porrigi valebit sine termino,
cùm ex lato, crassōq; loco se possit colligere,
quod nec ipsi Angelo concessum est à Theo-
logis. Et confirmatur: quia in eo momento,
quo anima à toto corpore fortè dissoluitur,
toti corpori adhuc localiter assistit, cùm inde
momēto eodem recedere nequeat, vt ad aliā
figuram se conformet; atq; adeò eandem ap-
plicationem seruat erga corpus, quam cùm
informabat; ergo eandē donec separata man-
serit, retinebit, cùm non sit maior ratio.

4. *Dubitat.*

*Anima non est figurata intrinsecè.*

Dicendum tamē primò, animam nullate-
nùs fingendam esse configuratam intrinsecè;
sed per denominationem à corpore, ad eum
fere modum, quo lux in Sole rotūda dici po-
terit, in igne pyramidalis, &c. Namque in cu-
iuslibet figuræ puncto tota est anima, illaq;
externa denominatio in vacuo etiam proce-
dit, si ibidem existat; non ita de Deo philoso-
phandum (quod tamen viderint, qui illum in
solo orbe nunc esse aiunt) quia definitā essen
tiam non habet, atq; adeo neq; per extrinse-
cam applicationem ad corpora figurabilem.

*Anima separata habet terminū intrinsecū manentis in loco.*

Dicendum secundò, animā à corpore disso-
lutam terminum intrinsecum habere magni-
tudinis in loco, fortassè non maiorem,
quàm sit terminus maximus speciei huma-
næ; quod ea coniectura suadetur, quia nō est,
cur si forma vlterius diffundi potest, à cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca



pore coerceatur, siquidem hoc multò melius A operabitur, quo maius fuerit, si ei gubernando suppetat forma, neq; hæc ab illo, sed ab hac illud determinetur. Cùm ergo videamus hominem nullis positis impedimentis, & abundanti alimento, non excrescere sine termino, signum est animam portigi amplius non valere. Dicendum tertiò, quod ad terminum paruitatis attinet, posse vsq; ad punctũ concludi animam, ac spatio cuiusuis figuræ applicari etiam lineari. Quod autem inferebatur superiùs; posse in lineam infinitè longam protendi, si se contrahat ex crasso, latoq; loco, negandum; nõ enim spiritualis substantia, ex latitudinis, crassitudinisq; localis contractione, in longitudinem potest excrescere, quia id in corporibus ratione partium vsu venit, quibus eæ substantiæ carent.

*anima separata potest se ponere in puncto.*

Erit fortasse, qui tractationem hanc iusto longiorem esse calumnietur, petitis è Theologia plurimis, quæ in Angelos propriè quadrarent. Rerum tamen æquus æstimator hos reprehensionis aculeos continebit, statuetq; nõ plurima, sed cuncta, quæ de Angelis considerantur naturali lumine, pari iure animã separatam postulare: eaq; ipsa non à Theologo, sed à Philosopho, quem profitemur, de vtriusq; tradenda fuisse. Habet ille non pauca sui tantum iuris, quæ ad Angelorum conditionem in gratia pertinent, quæ ad meritum, lapsum q; in culpam. Multa de pugna in cœlo, de hominum tutela in terris, de impugnatione Dæmonum, obstinatione ac pœnis, de ordinibus, de missione, atq; illuminatione. Hanc ergo diuitem supellectilem sibi seruet, euoluatq; Theologus; quæ reliqua sunt benè in animam corpore exutam putet collocata, cui vt par est excolendæ nihil est nimium, pluta sunt minima, donec eum, quem hactenus conati sumus explicare, statum adepta, in supremam coopteretur felicitatem.

*Longiuscule tractationem ratio, ex conclusio.*

# TRACTATIO
# ALIQVOD PROBLEMATVM, AD QVINQVE SENSVS SPECTANTIVM, PER SEXDECIM sectiones distributa.

## SECTIO I.
### *SOLVTIO PROBLEMATVM AD VIDENDI facultatem spectantium.*

POST tractationem singulorum sensuũ, aliquot problemata ad eos spectantia, vt in alijs nostrorũ commentariorum locis, vbi opus erat, fecimus, breuiter exponemus. At que, vt ab aspectu ordiamur, quærimus. Quid nam causæ sit, cur oculi omnium partium vltimi in fœtu perficiantur? Responsio. Solet quidem natura membrorũ quasi lineamenta primò ducere (etsi non omnium simul, vt in libris de ortu, & interitu ex professo disseruimus) postea verò singula distinctè cõformare; sicuti pictores lineis primùm adumbrant, quæ deinde coloribus distinguunt, ac perficiunt. Docet verò Aristoteles lib. 2. de Generatione anim. cap 4. oculos vltimo loco absolui. Eius autem rei causa, quam in quæstionem adduximus, est, quia oculorum organũ initio præhumidum, frigidumq; existit, nec nisi longo tempore concoquitur, coagmentatur, ac subsidit. Vnde & oculi initio pro ratione futuræ magnitudinis maiores sunt: deinde paulatim sese contrahũt in pedestri, natatili, & volatili genere, vt affirmat Aristoteles. Huic Naturæ progressui attestatur, quod eius auctor Deus, in maiori mũdo ita se gesserit, vt cœli lumina longè post efformauerit, eademq; sit ante ipsius mundi occasum extincturus.

*3 Problema.*

*Formari oculos tardissimè, & emori primùm docet Plinius lib. 11. ca 37.*

Est ne oculus naturæ igneæ? Respons. Esse igneæ naturæ censuit Plato in Timæo, Chalcidius in commentarijs ad eundem librum, Ficinus lib. de voluptate cap. 4 Galenus lib. 10. de vsu part. Quod ex eo ostendi potest, quia oculus participat lucem, quòd est cœlestis, igneæq; naturæ. Contraria tamen sententia, quæ statuit oculũ esse naturæ aqueæ, non igneæ, Peripatetica est, vt ex locis, quæ mox afferemus, constat, testanturq; eius veritatẽ humores, ex quibus coalescit, ad aquæ ingenium prope accedentes, lacrymarum, defluxus, humidum, ac frigidum temperamentũ, de quo postea. Neq; obstat ingenita luciditas, ac perspicuitas. Nõ enim hæc ignea tantùm naturæ comes est, vt patet in crystallo, & quibusdam alijs. Lege etiam Aristotelem sect. 31. probl. atq; de hoc problemate latiùs Scaliger exercit. 297. num. 3.

2.

3. Cur pupilla est aqueæ naturæ, cum videatur potius aëreæ esse debuisse, siquidem aër magis pellucidus est, magisq; ad visilium species recipiendas idoneus? Respons. Aqueæ naturæ esse docet Aristoteles in libro de sensu, & sensili c. 2. & libro 2. de partibus anim. cap. 10. & libro 1. de generatione anim. cap. 6. atque ita esse oportuit. Nam cùm aër facilius dissipetur, nec tamen aptè coalescat, atque adeò nec ad species conservandas idoneus sit; non aërea, sed aquea potiùs esse debuit pupilla, vt non difficilè reciperet, & aptè retineret.

4. Quamobrem humori crystallino è posteriori parte obiecta est vuea cornea? R. quia hæc opaca est, & densa, & dum opacat, obseruit, non solùm retinendis imaginibus, sed etiam reddendis moderato repercussu. Nam quòd hæ ab oculo resiliant, planum est, cùm se quisque in alterius oculo, vt in speculo contueatur.

5. Quare humor crystallinus non habet figuram perfectè sphæricam? Sed quà pupulam spectat, pressiorem, ac planiorem? R. Ne vio lentis plagis, aut ictibus facilè exturbetur à vitreo, vt animaduertit Galenus lib. 10. de vsu partium. Nexus enim, sedesq; in absolutè rotundis, fallaciores sunt, quàm in ijs, quæ planiora existunt.

6. Cur piscibus saltẽ magna ex parte immoti oculi? R. Cernere est, & admirari varietatem oculorum, seriemq; à visus priuatione, quæ in ostreis est, ad oculos Aquilæ. In quibusdã enim derecti sunt, vt in Cancris: in alijs nunc elausi, nunc aperti, vt in hominibus. In quibusdam duri, vt in locustis. In alijs molles, vt in plerisque. In quibusdam volubiles, vt in plurimis: in alijs intra orbes immoti, vt in piscibus. Videlicet procurata est hæc varietas ab auctore naturæ ad mundi pulchritudinẽ: in qua tamen nihil sine cura, & prouidentia. Non fuit autem necessum piscibus oculos mouere in elemento, vbi minùs sunt offensionibus obnoxij. Nec oportuit etiam omnibus animantibus ad sua munia obeunda parem conferri commoditatem.

7. Quamobrem album oculi in sanguine præditis pingue est, & crassum? R. Vt possit (inquit Aristoteles in lib. de sensu, & sensili cap. 2.) seruari inconcretile. Itaq; etiam causa est, cur oculus inter omnes corporis partes maximè sit à frigore alienus, vt etiam expressit sect. 31. problem. 23. nam lentor ille prohibet aëris percutientis ingressum. Animalia verò exanguia diuiorem habent in



oculis pellem, qua se ab iniurijs tuentur.

8. Sit ne oculorum gratia caput in altissimis partibus collocatum? R. Affirmatiuam partem secutus est Galenus 8. lib. de vsu partiũ, cuius opinionis fundamentum est, quia sublimitas capitis ad nullum aliũ vsum videtur necessaria, nisi vt in ea oculi collocati, omnia despectent. Contrariam sententiam tuetur Auerroes lib. 2. Collect. alijq; multi; quæ ex eo ostendi potest, quia cùm cerebri præstantia tanta sit, vt de dignitate cum corde contendat; imò & eo sit nobilius, si potentiarum sensitiuarum, quas in se cõtinet, ratio habeatur, vt in libris de Ortu, & interitu ostendimus: absurdum videtur existimare caput propter oculos potiùs, quàm propter cerebrum, eo pacto fuisse conditum. Hæc controuersia ita videtur decidenda, vt dicamus si spectetur cõmoditas sublimioris situs præcisè quoad membri vsum, & operationẽ, eam magis requiri; atque adeò magis esse propter oculos, quàm propter cerebrum, quia licet cerebrum non esset in altissimo loco, sed in thorace, posset inde aptè influere; cùm tamen oporteat oculos ad intuendum in specula residere. Si tamen habeatur ratio non commoditatis ad operandum, sed dignitatis ipsius membri: tunc cùm cerebrum sit præstantius oculis, & locus editior in animali sit nobilior, vt locus cœli in mundo: statuendum erit capitis altitudinem non tam esse propter oculos, quàm propter cerebrũ. Quare ad rationem prioris sententiæ negandũ est, sublimitatem capitis ad nihil aliud conferre, quàm ad longiorem intuitũ. Confert enim plurimum ad dignitatem, quæ in corporis humani fabrica cerebro debetur. Posterioris verò opinionis argumentũ probat spectata membri excellentia, altiorem capitis situm magis cerebri, quàm oculorum gratia esse, quod asseruimus.

9. Oculi quare gemini? R. Communis causa est, cur & geminæ aures, &c. videlicet vt altera sensitorij parte amissa, altera supersit incolumis. Sed in oculis peculiarem esse rationẽ ait Galenus lib. 10. de vsu partium; vt, quia ea tantum vident, quæ ipsis per lineam rectam opponuntur, facili circumactu videre possint omnia. Quod autem de Cyclopibus vnum tantummodo oculum in media fronte habentibus quidam scripsere, fabula est; cuius reconditũ sensum explicat interpres Hesiodi in Theogonia. Fabula item, esse Aethiopes, qui ternos, aut quaternos oculos gerant in pectore. De quibus Plinius lib. 5. cap. 8. & lib. 6. capite 30. & libro septimo cap. 2. Et Strabo libro 1. & item libro 7. Et Aul. Gell. lib 9. cap. 4. Quin etiam D. Anselmus lib. 1. de Imagine mundi cap. 10. & D. August. in opere sermonum ad fratres Serm. 37. & alibi, id est, libro 16. de Ciuitate Dei capite 8. hoc refellit tanquam fabulosum. Adde quòd opus illud sermonum

Universidad de Deusto
Biblioteca



monum ad fratres, non est authenticum aut A genuinum D. Augustin. vt vulgo creditur.

10. Oculorum temperamentū cuiusmodi est? R. Galenus lib. 7. de placitis c. 13. ait esse igneum, idemq; visum fuit Empedocli, & Timæo. Aristoteles tamen cùm ex propria loquitur sententia (nam tum alibi tum sect. 31. problem. vltimo visum ex igne, auditum ex aëre cōstare populariter scribit) vt in libro de sensu, & sensili c. 2. affirmat esse aqueum; & rectè; siquidem dominatur in eis frigidum, & B humidum, vtpote qui coalescunt ex membranis, adipe, & humoribus, quæ omnia frigida sunt.

11. Cur mobiles admodū sunt oculi, cùm eorum temperamētum frigidum sit? R. Duplex causa est: altera, copia spirituum ad eos e cerebro defluentiū. Altera, multitudo musculorum, qui eis ad motum obseruiunt. Oculorū tamen mobilitas nō omnibus conuenit animantibus; cùm plurima eos immotos habeant, vt ex dictis constat.

12. Cur ij maximè, qui pupillas binas in singulis oculis gerūt, effascinandi vim obtinent? R. Inesse re vera quibusdam hominibus hanc vim ostēdimus in Physicis. Sed quemadmodum geminatæ pupillæ, naturæ vitio accidunt, ita & hoc alterum malum, id est, virus, quod fascinantes eiaculantē, vitio naturæ obuenit. Ratio verò huiusce coniunctionis est, quia sæpe causa noxia illius qualitatis, quam D malefico afflatu ex se mittunt, coit cum ea, quæ geminatam pupillam inducit.

13. Cur oculi indices animi dicuntur; adeò vt in eis animus inhabitare perhibeatur? R. Nulla pars corporis ea, quæ in animo latent, magis prodit, quam oculi, vt qui ad exhibenda iudicia cōtuitu multiformes existunt, truces, torui, flagrantes, graues, submissi, blandi. Ardent, intendūtur, cōniuent, arridēt, deridēt, pauent, itascuntur, cōminantur, promittunt. E Sic in alijs modestia, clementia, mānsuetudo, *Galen. 6. Epidem. sect. 4.* hilaritas, misericordia, amor: in alijs contrà fastus, arrogantia, vesānia, tristitia, odium, & indignatio sese oculis proferunt. Vt verò docet Aristoteles lib. cit. cap. 9. & 10. qui oculos paruos, aut valde nigros habent, è signo timidi, & pusillanimi habentur: qui ad flauū declinantes, boni animi: qui cōcauos, malefici: qui eminentes, fatui: qui igneos, inuerecūdi. Eos autē, qui mediocriter conniuent notam F esse ait morum laudabiliū lib. 1. de Hist. anim. cap. 10. Esse quoq; in oculis magnam vim nō tantùm ad animi ingenium, & sensa indicanda, sed etiam ad affectus permouendos, satis constat. Vnde Atheniēses iudicia de cædibus habituri ad Areopagum Martis vicum ire noctu consueuerant; videlicet ne miserabilium personarum intuitu à iustitia discedere cogerentur. Nec ab his alienū est illud Senecæ de remedijs fortuitorū, Nō intelligis partem innocentiæ esse cæcitatem? Hinc oculi adulteriū monstrant, hinc incestum, hinc domum, quam cōcupiscant, hinc vrbem, & mala omnia. Certè oculi sunt instrumenta vitiorum, ducesq; scelerum.

Cur oculi ad prælagiendum primùm habent locum apud medicos primo Præsag 13? 14. R. Quia vt docet Aristoteles in probl. sect. 7. probl. 7. maximè inter mēbra mutantur, tam ab externo agente, quàm ab interno, videlicet cùm sit præhumidum, ac mundum, facilè recipit impressionem, eamq; exhibet.

Multorum animalium veluti felium, cur 15. in tenebris fulgent, radiantq; oculi? R. Generatim cur corpora quædam apud nos in tenebris luceant, exposuit Sosigenes Alexandri præceptor 3. volumine de viu. Flammulenta, inquit, hæc quadantenus naturā ætheris, *De lumine oculis insito.* & quinti elementi participāt, ea cognatione *Auerroes in paraphras. de sens. & sensi.* fieri, vt admotum sibi aëriem, aut perspicuum aliud corpus illuminent. Quod autem id maximè noctibus faciant, ratione esse quia tunc C *sensimalius* lumen absit. Alioqui euenire interdiu, vt exiguum eorum lumen quasi exolescat, & offundatur in magno. Noctu ergo cùm refulgent, aërem proximum, & circūfusum leuiter sublustrant: non ita, vt alia item possint videri, sed vt sola se vendicent à tenebris. Atque hoc facit exilitas portionis eius, è qua proficiscitur, manatq; lumen. Nam & ipse quoq; ignis, quamuis splendorem suum latiùs, & diffusius mittat, adeò vt asseratur etiam alia: tamen si remotior sit, caligant oculi in cætera, ipse ad conspectum sui vix sufficit. Ex his facilè quiuis intelliget cur oculi animantium, de quibus agimus, noctu fulgerāt: videlicet quia innatā lucem obtinent, quæ tamen cùm exigua sit, vt similibus accidit, diurno lumine obscuratur, & abscōditur. Tribuit verò natura eam lucem ijs animātibus, vt illius iaculatu prædam cernerēt noctuino tempore. Vbi etiam aduertes quædam esse corpora, quæ noctu videntur qua lucida, interdiu qua colorata: quia eorum lux non sat est ad prodendos noctu colores, interdiu autem nec se ipsam prodit vehemētiori lumine abscōdita.

Quæ nam in oculis est optima humorum 16. secundū molem constitutio? R. Ea vt docet Aristoteles lib. 5. de Generatione anim. cap. 1. quę inter multum, parumq; humoris moderata constat. Tunc enim humor, nec per exiguitatem facilè turbatur: nec ob nimietatē difficilè mouetur. Si roges vtra è duabus magis commēdetur, paruitas ne, an magnitudo. Respondemus si magnitudo comitē habeat pulchritudinem præferri magnitudine minec solùm quia pulchritudo per se laudē habet; sed quia magnitudo pulchra testatur præstātiam virtutis formatricis, quę & multum materiæ attrahere, & cōcinnè efformare potuit. Hippocrates lib. 2. de moribus popularibus sect. 6. disputans de indiciorum notione, ait oculos magnos, & rauos, id est, præditos medio



medio colore inter flauū, & cæsium, congruè A adaptati homini esse; videlicet quia ex optima qualitatum temperatione nascuntur. M. Alber. ait oculos magnos, nitentes, ac pellucidos significare iustum, docilem, prudentem, quales Socrat. oraculo sapientissimus iudicatus, habuisse perhibetur.

*Infantium oculi cæsii.* Cur omnium puerorū oculi statim à partu cęsiusculi sunt; post verò immutantur in eam

18. naturam, quæ futura est, quod in cæteris animantibus non euenit manifestè? R. Causam B quam elicit ex Galeno, qui nullibi spirituum reddit Arist. lib. 1. de Hist. anim. c. 10. & lib. 5. de Generat. anim. cap. 1. aiens, vt cæterorum animantium oculi in suo cuiusq; genere vnicolores potius sunt, vt bouum atri, ouium aquini, aliorum rufi toto genere, aut cęsij, aut caprini, aut flauidi: sic à se ipsis nō dissidere: sed quem in ortu colorem præferunt, eundem postea seruare. Secūs verò accidere hominibus: nam quemadmodū eorū oculi versicolores sunt, alij cæsij, alij flauidi, alij rufi, C &c. ita decursu ætatis coloré mutant. Docet autem Arist. infantes habere cæsium quod ita se habeat humor oculorum, atq; fluminū: qui si multus sit, opacatur, & nigrescit, quia transpici nequit; si paucus, cæsius appareat: si mediocris, mediū alium exhibet colorē. Sic ergo quia infantiū oculi ob paruitatē parum continent humoris, cæsium in eis colorem elucere inquit. Et ob eandem causam hunc ipsum senum oculis inesse colorē, in quibus D vt cætera membra, ita & oculorum humores inarescunt. Alias huius rei causas lege, si placet, apud Auer. 4. collect. 3. & Auicen. 3. tract. 3. cap. 34. & Vesal. lib. 3. cap. 14.

19. Cur ex animantibus nonnulli. præcipuè homines altero tātum oculo cæsi sunt? R. Quia cùm natura humoré, quem cæsius color comitatur, in vtroq; oculo perfectè concoquit, fit transitus ad alium colorem: cùm in vno tantùm, cæsius in altero seruatur.

20. Cur vni fere animantium homini contingat esse limis oculis? R. Alijs etiam animantibus contingere, licet nō ita frequenter, quoniam minùs patent incommodis, nec tam facilè in eis limitas deprehenditur, sicuti in homine, qui pro sua mole propinquos admodum oculos habet.

21. *Quæ oculorū cōpositio ad videndū magis idonea.* Quęnam oculorum compositio ad videndum magis idonea est? R. Dijudicatur id in primis ex colore: optimus autē, docente Ari P stot. lib. 1. de Hist. anim. ca. 10. habetur caprinus, id est, qui cernitur in oculis caprarū, medius inter glaucum, & nigrum. Item ex situ. Nam oculi in orbes magis reconditi ac profundi, exactiùs vident longinqua. Itē ex constitutione spirituum, id est, ex eorum quantitate, & qualitate. Nam multus spiritus inuat ad figendam aciem in remotis, purus ad discernenda minima. Item ex affectione tunicę, quæ pupillæ obtenditur, quam oportet esse nitidam, ac tenuem. Nitidam, quia nigrum translucidum esse nō potest: ideoq; vt laternæ possint lucere, ex eiusmodi conficiuntur membranula. Tenuem, vt prōmptè incidentes reliū imagines recipiat. De his sigillatim quæriendum.

Fieri ne potest, vt quemadmodum defectu 22. spirituum, visus minuitur, ita eorum multitudine obtundatur? R. Pertractat hanc quæst. Thom. à Veiga in comment. ad lib. 4. Galeni de locis affectis, statuitq; partem negatiuam, abundātiam prauæ visionis causam fecit, sed inopiam: & ex Auicenna, qui in lib. de Medic. cord. c. 4. ait visum eò esse vehementiorē, quò spiritus magis increuerit. Videlicet spiritus vsq; adeò tenues sunt, & tam benefica eorum vis, vt neq; vltra modum congerantur, neque noceant. Nobis tamen id ordinariè intelligendum videtur. Cur enim aliquando transpiratione impedita, non ita coaceruari poterunt, vt oculi vltra modum incalescant, ac lędantur.

Cur magna ex parte nocturna animalia 23. profundos habent oculos? R. Vt ita internum lumen, quod oculis insitum habent, rectiùs progrediens, magis illustret medium.

Cur qui oculos emissitios, ac prominentes 24. *Cui oculi acutè videt.* habent, obtusè vident; qui cauos, & profundos, acutè? R. Quia illis præterquā quòd species ab obiectis emissæ minus vniuntur; ipsi etiā spiritus magis effluunt: his verò species magis cocūt, atq; spiritus cōglobati, & coacti diutiùs cōseruantur, visionēq; intēsius administrant. Quod similiter euenit ijs, qui vt aciē intendāt, oculos aliquantulùm claudūt. Nec ob dissimilem rationē vno oculo clauso acutiùs intuemur, cōfluentibus ad vnā sedē spiritibus, qui per vtrāq; dispertiendi erant, etsi alioquin vno tantùm oculo rē cernere ægrè feramus, quòd minùs ita cernendo noster af- E ficiatur animus, vt aduertit Arist. sect. 31. prob. 10. Lege eundem ibid. prob. 2. & 4. & 16. & 21. & lib. 5. de Gener. anim. c. 1.

Cur angustia pupillę ab ortu ingenita, or- 25. dinariè visui cōmodat, aduentitia nocet? R. Quia in illa virtus vnita magis corroboratur: vnde natura præ cæteris animantibus angustiorē pupillam homini attribuit. In hac autem, quia prouenit ex defectu humoris albuginei, vel ex subsidente cornea, alio eiusmodi vitio impeditur, facultas, ne exactè operetur. Fieri tamen aliquando potest, vt id vitium ex natiua intemperie ab ortu ipso contrahatur.

Qua de causa senes obtusè vidēt? R. Tum 26. ob inopiam spirituū vitalium, qui deficiente per ætatem calore, in dies minuuntur; tum quia in eis, vt cæterarum partium, ita oculorum cutis, & membranula rugis contrahitur; quam tamen ad intuendū, læuem, ac tenuem esse oportet, vt antè monuimus. Eadem etiā causa est, cur nimia corporis exercitatio acumini oculorum sæpe officiat; videlicet, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca



vt sanguinem reddit siciorem, ita & reliquũ corpus; siccitas autem cutim indurat.

27. Cur cùm lusci, & senes parùm videant: illi obiectũ visile propiùs admouent: hi aliquantulùm remouent? R. Huius causam esse ait Galenus, quia cùm senes parum iam interni lucidi in oculis habeant egent externo lumine, ideoq; remouent obiectum, vt magis illustretur. Lusci verò, vtpote albis præditi oculis, interno abundant lumine, atq; vt externũ effugiant, visile aliquantulùm à luce auocãt, ne externi luminis copia interno adiuncta, visum offendat. Non solent tamen senes obiecta nimiùm remouere, alioqui nequaquã ab eis conuenienti proportione species recipient. Itaq; in ea distantia rem constituunt, in qua, & appositè illustrari queat, & idoneam speciem mittere. Aristoteles quoque huius problematis causam reddiderat sect. 31. probl. 26. hunc in modum; Senes quia videre non possunt ob imbecillitatem vbi minùs radij coeunt, rem videndam illuc adducunt, vbi maximè visui sunt; procul enim coire radij solent. Lusci videre quidem rem isthic possunt, sed quæ cauа sint quæ eminẽtia, nequeunt discernere procul.

28. Cur in suffusionibus humores cõcreti iuxta corneam videntur, si visio non fit absque medio illuminato? R. Etiam tunc visio per medium perspicuum, & illuminatum fit, internum tamen, quod intra oculum latet, videlicet per aqueum, albuginẽ uim ve humorẽ pupillæ, glacialisq; humoris sequestrem, per quem nihilominùs externa sensibilia oculis admota non cernuntur, quòd ei tenebras offundant. Vnde est etiam, quod si concretus ille humor in oculis suffusis, totam occupet pupillam, nec ipse, nec aliud quidpiam videbitur; nimirum quia internum perspicuum obtenebrat, impediriq; ne visuales species possint ad glacialem vsque humorem perue dere. Sunt tamen qui putent hoc reipsa non cerni, sed hallucinationem esse phantasiæ, qua putamus intueri nos humorem illum, seu vaporem in ea parte oculi, vbi non est. Verum etsi ita aliquando possit contingere, non est tamen cur id deceptioni semper attribuamus, cùm talis humor, seu vapor in oculo detur, & nihil impediat, quominus reipsa interdum videatur. Lege Philopon. lib. 2. de anima ad text. 74. Theoph. ad text. 16.

29. Cur in obscuro loco manentes, quæ in lumine sunt videmus, vt in prætis puteis media die stellas; nec tamen manentes in lumine, quæ in tenebris sunt aspicimus? R. Si locus in quo sumus, omni prorsus lumine careat, quantumlibet obiectum illuminatũ sit, non id videmus; requiritur enim lumen ad transeiendam vsq; ad oculum speciem. Itaq; tam ex parte obiecti, quàm oculi lumen requiritur, sed plus ex parte obiecti ad speciem primò educendam.

30. Oculo compresso, & hùc, atq; illuc, agitato in tenebris, cur internus quidã fulgor apparet? R. Dixit dubium hoc Aristot. lib. de sensu, & sensili, cap. 2. vbi supponens corpora omnia tersa, & polita fulgida esse, talem esse inquit corneam, ideoq; fulgere; licet quãdiu pupilla in suo loco manet, iplendor ille non appareat, quia diuersum esse oportet, quod videt, ab eo, quod videtur; diuersum verò fit, & ex vno velut duo, cùm pupilla dimouetur.

31. Cur nõnulli in tenebris experrecti à somno, nõ aliter, quàm in media luce omnia intuentur; quod Tiberio accidere consueuisse, suprà memoraumus ex Suetonio Tranquillo in eius vita cap. 48. & Plinio lib. 11. c. 37. R. An quia vt multorũ doctrina est, spiritus animales è cerebro ad oculos defluentes lucidi sunt? Fieri ergo potest, vt in quibusdã hominibus ex occulta proprietate tantũ lucis obtineant, vt confestim ex oculis emissi totum cubiculum illustrare valeant, acetosita nimirum eorum copia, dum oculi clausi fuere, eademq; cùm primùm aperiuntur, erumpente. *Aliqui spiritum lucidũ.*

32. Si non cernuntur colores nisi in superficie existentes, cur cum lapidem transluciduum cernimus, videmur eos in altitudine aspicere? R. Quia cum species per altitudinem corporis transuehãtur, fit vt altitudo eodem colore imbuta appareat, quo ima superficies; quemadmodũ, & vitrũ pellucidum, nitidũq; cùm per id viride quid cernimus, quasi eodẽ colore infectum aspectui occurrit.

33. Quamobrem simplex visile non semper videtur duplex, cum geminã speciem ad oculos mittat? R. Huius rei causam alij aliam tradunt. Cyruelius lib. 1. Perspectiuæ, Vitellio li. 3. alijq; multi id referunt ad concursum nerui optici, vbi vtriusq; oculi species in vnũ coeunt. Sed hæc opinio confutata à nobis fuit superiùs, quòd experientia compertum sit, etsi ij nerui dissocientur, vti aliquando accidit, simplã non videri gemina. Alij id referũt ad sensum communem, vbi aiunt compleri visionem. Sed hoc etiam in superioribus impugnauimus, cùm ostendimus visionem perfici in humore crystallino. Igitur ad germanã huius rei causam percipiendam, sic habeto. Visio, vt Perspectiui docent, fit per pyramidem, cuius basis est in re visa, angulus in centro oculi. Deinde, intra lineas efficientes visualem pyramidẽ, est alia ab oculo ad obiectum visile rectã tendens, quę dicitur axis cognitionis. Licet ergo imagines visuales per duplicem pyramidem ad geminum oculum terminentur: tamen cùm rectæ lineæ oculorum tendant ad obiectum secundum idem punctũ, à quo in vtrumq; oculum diuidi species incipiũt; fit vt quodlibet obiectum simplum, non geminum appareat. Licet enim duo sint oculorum axes, vterque terminatur ad idem punctum rei visilis; ita vt ab illo ad vtriusq; *Lege Cãmpanum lib. 2. Perspect. c. 3. conci 6. & c. 7. conc. 2. Vitellionem lib. 3. Perspect. theor. 45.*



vtriusq; oculi centrum rectæ lineæ porrigantur. Cùm verò axes disiunguntur, vel oculi compressione, aliãve ob causam; fiunt axes non vniformes, vti accidit, cùm quis digito vnius oculi pupillam elcuat, obiectum simplum, duplum apparet. Itaq; vbi inæqualis, ac peruersus est oculorum situs, cõtingit rem vnam multiplicem apparere. De quo plura in proximo problemate.

34. *Rem plum in terdũ multiplex appa-rere.* Cur visile simplex interdum multiplex apparet? R. Huius rei causæ, si particulatim eno dentur, variæ sunt. Quæ omnes ad vnam cõmunem pertinent ininimirũ ad defectum conditionis requisitæ, vt obiectum appareat vnum, quæ est vniformitas axiũ. Priuatæ autem causæ ad triplex genus reduci solent; ad situm oculorum; ad situm rei visilis; ad radios visuales. Propter situm oculorum apparet lucerna vna duplex, cum quis v.g. alterum oculum attollit, depresso altero: aut cùm ex copioso vino laxatus neruus opticus non sustinet pupillarum æquabilitatẽ, sicq; illud euenit, quod Horatius cecinit:

*Cum bibitur concha tunc iam vertigine tellus:*
*Ambulat, & geminis cõsurgit mensa lucernis.*

Ob situm visilis, vt cùm præ motus celeritate videtur obiectum occupare simul aliquod spatium multò maius, quàm re vera occupet, qui est modus quidam obiecti continuo tractu multiplicati. Sic haculus præpropere circũductus, videtur circulus; propter radios visuales, vt cum ob refractionẽ imaginum, quæ fit in quibusdam inspicillis habentibus varias eminentias, quadratulis, aliisq; eiusmodi figuris distinctas, apparent res multiplicatæ in varijs sitibus pro numero imaginum, quæ per refractionem multiplicantur. Sic etiam speculo fracto, mutatoq; situ partium ob variam reflexionem specierum, quæ tunc ex situs diuersitate oritur, apparet eadem res in diuerso situ speculi. *Lege Galenũ lib. 10. de vsu part. ca. 12. Aristot. sec. 3. Probl. 9. & 10. & 25. & 29. & sect. 31. prob. 11. & 18.*

35. Cur in speculis sphæricis, nõ autem in planis maiori ex parte res minores apparent, quàm sint? R. Quia à maiori superficie fit reflexio in planis, siquidem radij a conuexis reflexi magis disgregantur, quàm à planis ob declinationẽ circuli, à quo reflexio est. Vt igitur radij ad visum concurrant, oportet à breuiori superficie fieri reflexionem, & ex cõsequenti rem minorem apparere. Quod tamẽ intelligendum est, vt plurimũ; quia in ijs speculis contingit interdum rem aliquo situ apparere eiusdem quantitatis, vt probatur lib. 6. Perspectiuæ.

36. Cur ea, quæ per reflexionem specierũ in speculis videmus, multò debiliùs apparent, quàm quæ directo intuitu cernimus? R. Quia species reflexæ debiliores sunt, tenuiter mouent, atq; adeò minùs exactè repræsentant. Ideoq; facilè quis obliuiscitur suæ formæ, quam in speculo vidit.

37. Potestne facultas videndi amissa, naturæ vi restitui? R. Esse quędam animalia, quę fœtus cæcos edant, affirmat Aristoteles lib. 2. de Gener. anim c. 4. videlicet canes, leones, vulpes, lupos, luposq; ceruarios: nimirum quia in ijs paulatim organũ perficitur, redditurq; idoneũ ad actum videndi. Num verò, si quis datam iam potentiam amittat recuperare eam medicamentis, aut aliis siue artis, seu naturæ facultate valeat, non omnino constat. Plinius libro 11. Nat. Historiæ cap. 37. ait serpentum oculos, & hirundinum pullis oculos si quis eruat, renasci. De hirundinum etiam pullis Aristoteles lib. 6. de Hist. anim. c. 5. ita scripsit, Pullorum hirundinis adhuc recentium oculi, si quis stimulo eos vexarit, resanescunt, & cernendi vim postea planè recipiunt. Communis tamẽ Philosophorum vox est, cæcitatem, intellige perfectam, esse vnam è passionibus, à quibus non datur per naturam regressio ad habitum. Et quidem si humores oculorum omnino labefactentur, & defluant, facilè est causam reddere; nimirum quia non possunt iterum coagmentari. Licet enim in pueris interdũ membra quædam regenerentur, oculorum tamen fabrica adeò est operosa, vt non sit in potestate naturæ, eam collapsam restaurare. Quòd si superstite, atque integra humorum substantia, ob solam temperamenti dissolutionem facultas videndi amittatur: dicendũ etiam tunc erit, moderationem, tum primarum qualitatum, tum mollitudinis, lætioris, perspicuitatis, & aliarum eiusmodi qualitatũ, ex quibus consurgit temperamentũ, in quo potẽtia videndi fundatur, talem esse, vt post quàm semel amittitur, coalescere iursus per vim naturæ nequeat. Quòd si tam humores, quàm eiusmodi temperamentũ reparari possent, confestim ab anima in organum dimanaret, etsi nõ eadem numero, alia tamen eiusdem speciei visoria facultas. Illud verò Aristotelis de hirundinum pullis, nõ ita erit accipiendũ, quasi velut eruris oculis, aut temperamento vsq; ad potentiæ interitum euersõ, potentiam recuperarit, sed duntaxat ita punctis, læsisq; oculis, vt aliquanto tempore nõ fungantur suo munere, posse ad sanitatẽ, & videndi actũ redire.

## SECTIO II.

## SOLVTIO PROBLEMATVM, quæ ad auditum pertinent.

1. Est ne magna aurium in animantibus varietas? Responsio: est. Nam in primis vt de Hist. anim. lib. 1. cap. 11. docet Aristoteles, eorum quæ audiendi sensum obtinent, alijs aures sunt, alijs desunt, parentq; ipsi auditorij meatus, & cauernulæ, vt in ipsaque penna, aut cortice, lquamave integuntur. At ea omnia, quæ animal generant, aures habent, excepto vitulo marino, ac delphino, aliisq; cartilagineis,

Universidad de Deusto
Biblioteca



neis, & vipereis. Plinius tamen libro sexto Nat. Hist. capite quinto air, apud Sambros, omnes quadrupedes, esse sine auribus, etiam elephantes. Item aurium aliæ læues, aliæ pilosæ, aliæ medium tenent, & hæ ad audiendum aptissimæ sunt. Item aliæ maiores, aliæ paruę, aliæ mediocres, & aut nimium, aut parum, aut mediocriter arrectæ. Refert etiam Plinius libro quarto capite decimo tertio, esse homines, in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures tota contegant more vestium. Panesios vocat, siue Satmalos, vt Pomponius, Græci vt auctor Strabo est, ἐσωτικῆτας, dicit, quoniam strati vice, cum dormiunt, auribus vtantur. Homini tantùm aures immobiles, vnde apud Romanos cognomina Flaccorum, quibus aures, præter aliorum hominum naturã, deorsum inflexæ erant, & mouebantur. Quod & nunc quibusdam accidit. Id autem Vesalius lib. de humani corporis fabrica cap. 13. euenire inquit beneficio cuiusdã musculi, qui aurium radicem perreptat, & interdum adeò carneis fibris ascendit, vt mouere aures possit.

2. Est ne auris memoriæ locus? R. Imam aurẽ esse locum memoriæ scripsit Plinius libro vndecimo capite 45. Quod non ita est accipiendum, quasi in aure re vera insit memoria, quę si sensitiua sit, in cerebro: si intellectiua, in animi substantia residet. Sed quia, vt olim frons erat sacra Genio; digiti Mineruæ; genua misericordię: ita auris memoriæ Deę. Vnde prisco ritu, in ius ducturum quempiam aurem vellicabant intestantes eum, quẽ quasi testem meminisse volebant, aienteśq;, Esto memor. Quo etiam in Sileno alluśit Virgilius illo carmine.

*Cur auris memoriæ locus dicatur.*

*Eclog. 6.* *Cùm canerẽ reges, & prælia, Cynthius aurem*
*Vellit, & admonuit: pastorem, Tityre, pingues*
*Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.*

3. Vnde tã varij soni intra aures ægrotanti? Sibilus, tinnitus, strepitus, fluctuatio? R. Nascuntur quidẽ ij soni ex motu, & agitatione humorum, qui intimam aurem occupant, varietas autem oritur ex humorum diuersitate, variq; impulsu. Sibilus ex flatu tenui exiliter elabente: tinnitus ex illius cursu interrupto: strepitus ex impulsu valido: fluctuatio ex humoris iactatione. Lege Fernelium lib. 5. de partium morbis, & Sympt. cap. 5.

4. Competunt ne etiam auribus sua morum indicia? R. Competunt. Nam teste Aristotele loc. cit. aures mediocres optimorum morum notæ habentur: magnæ verò, arrectæq; vltra modum, stultitiæ, & loquacitatis sunt indices. Lege etiam caput nonum libri de Physionomia.

5. Cur audiendi sensus facile ab ortu naturæ offendi potest; pueri namq;, vel alapa sæpè surdastri redduntur? R. Obiectum, & potentia eandem fermè conditionem subeunt: quare cùm sonus euanidus sit, ipsa quoque audiendi facultas organum facilè dissolubile nacta est, nimiũ substantiam ita tenuem, dissipabilemq;, vt vere aër insitus appelletur. Ex Aristotele sect. 11. proble. 1.

6. Quam ob causam surdi ab ortu vocẽ reddere per nares solent? R. Qui surdus est, à natura mutus etiã est, aut parùm à muto abest, muti autem quia compressò sunt ore, spiritũ ad nares impellũt. Adde quòd violentiùs spirant naribus: quo fit, vt nares laxiores fiant, exitumq; procliuem dent voci. proble. 2.

7. Cur inter osculandum aurem scalpere non audeamus? R. Quia inflantur etiam spiritu aurium sinus; quare sicuti externo aëri sonãti resistunt, ne ingrediatur (eius indicium est malè audire nos osculando) ita & auriscalpio resistent, minimeq; cedet, sicq; lædi facilè continget. Hinc vrinantium aures rumpi solent, quia à retento spiritu inflantur, aqua verò irrumpẽs, vt pote duriusćula rumpere valet, nõ item aër, si fortasse spiritum continemus instar vrinantium. Vnde etiam vrinantes prius auribus instillãt oleum, vt aqua subintrans resiliat, neq; impetat tympanum. Lege Aristot. Problemate 2. & 11. & 13.

8. Cur in pudore aures rubescunt? R. An quia ad eas partes accurrit in pudore naturæ velamen, quæ maximè illo sunt nudæ, auriculæ verò extremæ exangues sunt, accurrit autem facilè, quia per pudorem calor excitatur, faciq; resoluit & liquefacit sanguinem.

9. Cur si sonent intùs aures, is bombus sedetur strepitu externo? R. Quia minorem sonitum amplior strepitus dissipat, & euertit.

10. Cur si aqua in aures illabatur, præstet infudisse oleum, vt ipsa inde effluat? R. Quia oleum adhæret aquæ, illamq; extrahit secũ. Item quia oleum lubricũ iter reddit, vt aqua facile vncto tramite labatur, foraq; emicet. At dices, oleum adhærebit auribus. R. Nihil referre; nõ enim oleum nocet auribus, vt pote cognatæ naturæ: sunt enim ambo aërea, ac modicè frigida.

11. Cur audiendo magis, quàm legendo recreamur; hinc enim editis fabulis in theatro mira oblectatio, non ita verò si easdem ex cõscriptis libris addiscamus? Cardanus apud Scaligerũ Exerc. 308. hac vna ratione vult satisfactum, quòd librorũ copia vulgatiora fiant, quæ narrantur, ideoq; minùs curiosè, ac iucundè lectitentur: narratores autem boni, rariores sint. Sed repugnat Scaliger tum quòd æquè rari sint boni libri, ac narratores boni: tum quòd non humani, sed liuidi ingenij sit, cassiora habere, ac iucundiora, quæ ignorent alij. Igitur plures alias problematis rationes adducit Scaliger. Primã, quia audita minori labore discimus, quàm lecta. Secundam quia vox magis afficit sua inflexione; lectio verò narrator est mutus. Tertiã, quia audita magis imprimunt, vt pote realis ferè vocis appulsu, at visa intentionaliter semp, atq; adeò multo leuius,

*Cur aliquãdo magis delect. audita quàm visa.*



leuius celeriusque visio transigitur, quàm auditio: vnde necessum sit illam minùs hærere
*Iacobi 1.* menti, iuxta illud; Consideravit se in speculo, & abijt, & statim oblitus est, qualis fuerit; nec officit quod inquit Lyricus,

*Segnius irritant animos demissa per aures,*
*Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus.*

Est enim id verum de iis, quæ audiendo solummodò credimus, non si intuitiua notitia percipiamus. Quartam, quia in narratione societas etiam datur, quæ naturæ hominum maximè consentanea est, in lectione solitudo. Quintam, quia sæpè pudor obseruantiáque erga narrantem auditum applicat magis: at verò in legendo remissio animi est, secutitasque castigationis. Ex sedula verò actione maior percipitur iucunditas, quàm ex incuriosa. Sextam, apud loquentem facultas est togandi & disquirendi, maiorq; proinde intelligendi commoditas, vnde maius oblectamentum oriatur. Septimam, quia libris non licet ab instituto digredi sicuti narrantibus, quandoquidem in diuerbiorum amœnitatibus ius est arcessere quædam nouarum personarum interuentu. Quapropter his veluti condimentis iucunditas paratur auditui, scriptorum verò vniformis stylus, & sententiarum continuitas in fastidium adducit lectorem.

## SECTIO III.

### *SOLVTIO PROBLEMATVM, Quæ ad sonum vocemq; pertinent.*

1. Quam ob causam soni alij acuti, alij graues existunt? (nam qui medio tenore eduntur, moderationem quandam obtinent inter extremos illos) Aristoteles in Problem. sect. 11. non semel sonorum acumen à celeritate agitati aeris prouenire docet, agitati autem celeriter quia exiguus sit, aut quòd vis illum impellens sit debilis, exiguamque proinde aeris partem cieat, vt ægrotis accidit, aut senibus, aut à longinquo clamantibus (quo enim aer motus longiùs distat, eò minor agitatur, veluti si proiectus lapis, inquit Aristoteles, in minutiores, ac minutiores partes dispergatur; vel numerus magnitudóve aliqua attenuetur & flaccescat; ille in vnitatem, hæc in lineam abibit indiuisibilem) aut etiam q instrumenta sonantia parum aeris complectantur, vt pueris alijsque nouellis animantibus vsu venit; fœminis, spadonibus, flentibus ac ijs qui simulatam, siue, vt vocant, falsam emittunt voculam; ac denique metuentibus: in his quippe omnibus astrictiora sonandi organa inueniuntur, sicuti in fistulis & chordis gracilioribus. Est itaque familiaris Aristoteli responsio, pro vocis acumine in hũc modum

in Problem. 34. Instrumenti imbecillitas exiguum aërem mouet, exiguus aer celeriùs fertur, quod celeriùs fertur, acutum est. Quòd si quædam maiori vi pellendi aeris polleant, vt viri & tormenta bellica, cùm tamen grauiùs sonent, nihil redditæ causæ obest, tum quia magnam aeris partem cient, quàm necesse est, segnius pro sua magnitudine agitari, grauiusq; proinde sonare, tum quia magnus etiam strepitus magni soni, qualis grauis est, causa existit. Itaque vt sonorum acumen à celeritate, ita grauitas à segnitie agitati aeris prouenit; agitatur autem segniter ferè, quia copiosus est, vt accidit crassioribus siue fistulis, siue chordis, item ridentibus, qui arteriam vocalem dilatãt, ac rictibus hiscunt; figentibus quoque, qui aut propter hybernum tempus, aut propter grauedinem, crassiorem tunc aërem mouent. Denique pernoctantibus, ac trepidantibus. Illis ob humoris congesti copiam, quæ citæ aeris agitationi obstat; vnde necesse fit grauiùs sonare; istis quoniã ascendente sursum calore propter passionem trepidandi, multum aeris resoluitur, qui lentè agitatur, cùm sit multus. Quòd si vituli grauiùs sonant, quàm boues, ideò euenit, inquit Aristoteles, quia eorum matres grauiùs etiã, quàm mares sonare assolent; est autem à natura comparatum, vt animalia recẽs nata matri potiùs, quàm patri similia sint.

2. Qua de causa sonus ad quædam corpora allisus geminatur (quam vocant Echo) ad alia vero non geminatur, sed potiùs obtunditur? R. Aliud est sonum reflecti, aliud refrangi dissipariq́ue: quædam porrò corpora dura, læuia, ac bene compacta aerem ad se appulsum minimè dispertiunt, sed integrum reddunt, vnde fit Echo: alia verò hiatibus plena, mollia, aspera, humida & inæqualia, allisum aërem frangunt potiùs, ac dispescunt, quàm fartum tectumque reddant. Hinc domus nuper illitæ fornices, dolia, lagenæ, fluminum quiescentium ripæ, ob aquarum læuorem, cauumque æs maximè resonant, minùs verò orchestra spatio iunco, aula tapetis vestita, nemora, arteria vocalis humore, aut etiam nimio calore exasperata, qualem habent, qui febri æstuarunt. Itaque quemadmodum lux speciesque visibilis ad corpus tersum impacta, si angulum faciat reflexa, sicuti fecerat directa, similis ferè vtrobique est, ita & aer resonus similis priori efficitur, si corpora pulset, in quibus non frangatur, sed integro ferè impetu regrediatur.

3. Cur cùm inspiramus vocem formare non possumus, cùm expiramus, possumus? An quia aer inspiratus frigidus est, & interiorẽ aerem tantispet cogit, cùm oportuisset eam expandi, vt sonus fieret, contrà verò expiratus aer calore citatus sonare iam potest. Ita Aristoteles sect. 11. problem. 13. Quòd si aqua frigida strepitum magis ciet, cùm decurrit, quàm calida,

Universidad de Deusto
Biblioteca



lida, ideò accidit, quia frigida grauior est, ve-
hementiusque ferit, ac strepit. Sed quoniam
ad formandam vocem neque inspiratio, neq;
expiratio per se necessaria est, sed aer in arte-
ria vocali, atque intra os, sicut ex Theologo-
rum doctrina colligitur, qui corpora beato-
rum voces formatura docent, cùm tamen in
eo statu respirationis, aut expirationis vsus nõ
sit futurus: ita rursum proposito problemati
satisfaciendum, vocem non fieri qualicunque
allisione aeris ad corpus, sed ex ea, quæ ad in-
4. strumenta apta & idonea, qualis fieri potest
cùm expiramus, non cùm inspiramus.

Cur minùs audiamus, cùm oscitamus? R.
Oscitando torpentem flatum à faucium fini-
bus excutimus, qui etiam aures subit, opplét-
que, ac strepitum ciet, sicq; extrinsecùs intran
tem sonũ offuscat. Qua etiam ratione si duo
simul loquantur, minùs se audiunt occursu,
repulsuq; mutuò accedentis soni, proindeq;
si accuratè volumus audire, inspirationem in-
hibemus. Adde etiam aurium foramina com
primi, cùm mandibulæ oscitando distrahun-
tur, sicq; minùs patere aeri admittendo.

5. Súntne vitia linguę plura? R. Sunt equi-
dem: nam alij hæsitant, vt qui syllabam vnam
alteri continenter, vti postulat vocabulum,
iungere nequeunt, sed in priori tantisper de-
tinentur. Quò etiam fit, vt conantes submis-
se loqui, non possint, auctore Philosopho
problem. 35. sect. 11. Fit autem hæsitatio, vt i-
dem addit problem. 54. à frigore attonitum
reddente, locutionis organum; quare exerci-
tatione aut vino concalfactum expeditius
iam orationem formare potest, vt picis & fur
nis; loquaciores eũ euadunt, si madefactam
offam vorent. Porrò solus homo ferè hæsita-
tionis vitio laborat, quoniam inter cætera a-
nimantia sermonem solus profert: hæsitatio
autem interruptio est articulorũ in dicendo.
Lege probl. 55. 57. citatæ sectionis. Alij dein-
de balbutiunt, vt qui literã, vel syllabam præ-
termittunt, veluti si Constantopolim, Neapolim
pro Constantinopolim, Neapolim per-
turbatè efferant. Alij blæsi sunt, vt qui cer-
tam aliquam literam exprimere non valent;
sicque exempli gratia, fluctum pro fructum
pronuntiant, Capidolium pro Capitolium,
puellulum pro puerulum.

6. Cur trepidantium, iratorumque vox tre-
mula est, ac etiam mentum? R. Quia emi-
grante calore cor conquatitur, vnde ictus mul
ti fiunt, sicuti in laxis chordis.

7. Cur qui intra domum sunt, magis audiũt
sonum extrinsecùs excitatum; contrà verò q
foris sunt, minùs percipiunt sonum intra do-
mum? R. Quia in posteriori euentu dissipa-
tur aer foràs erumpens in laxiora spatia, sicq;
flaccescit sonus, in priori econtrà, domũ in-
grediens cogitur, vnde melius audiri necesse
sit. Similis ratio videretur in aspectu proce-
dere, cùm similiter melius intra domum exi-

A stens, quæ foris sunt, cernimus, q̃ quæ in do-
mo foris existentes. Ita est, nam species, do-
mum à foris subeuntes, coguntur, & coadu-
nantur, à domo verò foras emicantes, dissi-
pantur oculi. Igitur cùm has admittunt, mi-
nùs cernunt, illas magis. Adde lucem oculis
vicinam distrahere aspectum, ne figi in vnum
locum possit.

Cur qui in superiori cubiculo loquuntur, 8.
faciliùs audientur in inferiori, q̃ in superiori,
B qui loquuntur inferiùs, cùm vox sicuti & aer
nata sit ascendere? R. Quia non sine aliquo
humore emittitur aer ab eo qui loquitur, hu-
mor verò descendit. At hæc ratio singularis
est; non enim omnis sonus cum humore dif-
funditur? R. Sonus tunc melius auditur, cùm
accommodatior est inter ipsum & potentiam
collocatio, hoc est, cùm non sub pedibus aer
priùs sonat, quàm ad aures perueniat, sed cũ
è loco editiori fit, tũc exdem aures, quæ ela-
C tæ natuq̃ sunt, prædictum aerem accommo-
datiùs aucupantur.

Cur nox ad audiendum aptior est, q̃ dies? 9.
Vtrum, vt Anaxagoras ait, quod aer interdiu
stridet a Sole concalefactus, & obstrepit, no-
ctu requiescit, vtpotè cùm omnis calor abfue
rit, tũc autem quæque audiri melius possunt,
cùm nullus strepitus est. An quod per inanius
facultas audiendi amplior, q̃ plenius datur.
Est autem aer interdiu densus, vt qui luce ra-
D dijsque refertus sit, noctu autem ratior, quòd
ex eo ignis & radij decesserunt, quæ corpo-
ra esse dixeris. Acutior tamen solutio proble-
matis ab Aristot. subditur, q̃ interdiu animæ
applicatio ad videndum intelligendumque
plura, quę agimus, audiendi minuit attentio-
nem; at verò vbi sensus seiunctus est ab intel-
ligentia, laborem minimum habet, alioquin
maximum: vnde dictum est (inquit Aristot.)
mens videt, mens audit, q̃ omnibus sensuum
E functionibus affixa, ipsis q̃ præsidendo di-
strahatur. Noctu ergo libera anima ab intue-
di concursu, sonos melius potest accipere.
Ob hanc etiam rationem fit, vt noctu magis
dolorem sentiamus, q̃ anima sensibus alijs
minimè occupata, ad tactus munia se appli-
cet, vt lib. 1. Probl. scripsit Alex. probl. 118.

Audiuntúrne longiùs qui multi simul so- 10.
nant, q̃ cùm quilibet eorum solus? R. Res du
bia est apud Aristot. Nam sect. 19. problem. 2.
ita ferè scribit, Cur idem voce eadem longiùs
F sentiri cum alijs cantans, aut vociferans, q̃ so-
lus potest? An quia viribus vniuersis agere
quippiam non tam difficile est, quàm singu-
lis, compositæ quippe omnia plus valent, q̃
singula; quapropter cùm vnius agitur ori-
bus, vox constans, vnaque redditur simul-que
aerem propellit, vt prodire multiplex valeat.
Accedunt Aristoteli experientia & exemplũ
experientia, quoniam longiùs vociferantem
exercitum videmur audire, quàm militem,
etsi is eadem contentione clamaret, qua com

alijs



alijs simul vociferabatur; longiùs item ho- A
minum murmur in nundinis, in foro, quàm
vnius tantùm vocem, quanquam altiùs cæte-
ris loquatur. Exemplum, quoniam multæ lu-
cernæ eiusdem splendoris latiùs emittunt lu-
cem, quàm vna, & arenulæ aceruatæ longissi-
mè conspiciuntur in littore; quælibet verò è
proximo loco vix discernitur. Cur ergo quod
in visili obiecto contingit, in audibili non
procedat, vt quamuis singularũ vocum spe-
cies non variantur, à toto tamen aggregato v- B
na alia producatur, quæ longiùs peruenire
queat. At verò idem Philosophus sectione 11.
problem. 52. responsionem hanc penitùs tur-
bauit: sic enim ille. Quamobrem cùm simul
vocem multi emittunt eodem tono, tota vox
illa maior offert se, quàm sit vox singulorum,
neque tamen longiùs pro ratione multorum
deducitur. An quia multi eundem aerem si-
mul non propelliunt, sed diuersum, quemad-
modum si multi lapidem in diuersum mit- C
tant, non propterea longiùs abibit, quàm si
vnus proijciat. Ex his ergo liquet, quàm sit
dubia propositi problematis enodatio apud
Philosophum. Nobis autem prior responsio
placet, præsertim q̃a ab Aristotele posteriùs
fuit conscripta. Si quis tamen probauerit po-
steriorem ad experientiam, atque exemplum
paulò ante posita, respondebit, sonos in eo-
dem aere non vniri, sed discretos conseruari,
nec tertiam quandam speciem emittere; qua- D
propter non esse cur longiùs vocem audia-
mus, aut quemlibet sonum, si solus, an potiùs
cum alijs pariter edatur. Experientia verò
maiorem quidem sonorum copiam, non ta-
men longiùs audiri conuincit, sicque fortas-
se euenit in speciebus arenularum (nam ne-
que eas in vnam totalem vniri probabile vi-
detur) eò scilicet singularum specierum per-
uenire, quò omnes simul perueniunt, etsi vi-
dendi potentiam non tam impleant singulæ, E
atque adeo neque discernantur, quàm om-
nes simul sub quadam confusione. Porrò lu-
cernarum lumina in vnum coeunt, vt mirum
nõ sit, si in partes remotiores perueniat splen
dor. Denique Aristoteles problemate illo 2.
sect. 19. populari responsione contentus fuisse
videtur.

11. Cur homini seriùs vox perficitur, quàm
cæteris animantibus? R. Cætera aut nullas,
aut paucas literas distinguunt in voce; homo
verò maximè, quod autem difficilius est, lon F
giori eget tempore. Lege etiam Alexandrum
lib. 1. problem. 148.

12. Cur vox maior minórve formari possit, &
tamen eandem speciem seruet, vt cùm in eo-
dem quidem tono cantamus, sed tamen aut
demisse, aut constanter? R. Quia quemad-
modum maior figura fieri minor potest; vt
quadratum maius fieri minus, si ab omnibus
lateribus æquales partes detraxerimus, cùm
tamen intra eandem speciem maneat, ita &

vox licet demissior fiat, eiusdem tamẽ erit to-
ni, ac cùm efferebatur, robustior.

Cur senes voce sint tremula? R. Quoniam 13.
vocem continere non possunt, sicuti imbecil-
libus, ac pueris vsu venit, cùm lignum præ-
longum parte extrema ceperint, alterum e-
nim extremum quatitur, quia nequeunt su-
perare quod tenent, & vincere: quod idem
& trepidantibus hominibus, & metuentibus,
& rigentibus causim vocis tremulæ afferre
credendum est. Cùm enim qui vocem ita e-
mittit, eius calor pulsus ab effectibus illis in-
trò se colligat maxima ex parte, reliquum,
quod exiguum extat, vocem continere non
potest: quapropter quatitur, atque intremit:
vnde artium liberalium professores, qui se so-
litos trepidare nouerunt, principio agunt vo
cem submissa, dum resideant, & stabiliantur: vo
cem enim exiguam vincere continereq; fa-
ciliùs possunt.

Cur in tragœdia immutatio, varietasque 14.
in cantando vsurpator? R. Quia inæqualita-
te musicæ iam nimium attollendo, iam depri
mendo tristitia afficimur: accommodatioq;
fit ad magnitudinem calamitatis, aut mœro-
ris; quod verò æquale, continensque est, mi-
nùs flebile auribus accedit.

Cur suauius audimus si cantilenam no- 15.
uimus, quã si ignoremus? R. Quia sic ad me-
tam peruenitur; cùm verò ignoramus, quasi
in medio persistimus: rursum quia audire, di-
scere est; discere verò iucunditatem parit.
Hinc solitarias cantilenas suauiùs audire so-
lemus, si ad tibiam, aut ad lyram vnam canta-
tur, quoniam euidentiùs assequimur quod
cantatur; ad plures verò lyras cantilena offu-
scatur, totaque penè deletur.

Cur cùm hominis vox suauior sit, quàm 16.
tibiæ, non tamen suauiùs auditur, si in tibiæ
morem soner, sed canorem quidem homi-
nem suauiùs audimus, quàm tibiam; hanc ve-
rò suauiùs, quàm hominem ceretanrem? R.
Quia quod naturæ est, gratiùs euenit, quàm
quod simulationis. Itaque homo cùm cantat
supra tibiæ sonum addis articulationem; va-
de mirum nõ est, si suauiùs audiatur; cùm ve-
rò ceretanrat, minus suauiter quàm tibiæ au-
ditur, quòd hanc simuler.

Qua de causa qui voce grauì cantant, si 17.
dissonant, deprehendi facilius possunt, quàm
qui cantat acuta; sic enim & in numeris acci-
dit; euidentior enim error est, si in maiori pec
catur? R. Quoniam grauis sonus plus tempo-
ris insumit, vnde plenius ab auribus percipi
valet; acutus autem velox est, facileque elabi-
tur, ac latitat.

Qua de causa cùm multi concinunt, me- 18.
liùs seruare possint numeros harmonicos,
quàm pauci? R. Quoniam multi securiùs du-
cem suum, hoc est, præcantorem, sequuntur,
tardiusque incipiunt, in accelerando autem
procliuius erratur.

Cur

Universidad de Deusto
Biblioteca



19. Cur suauiùs cantilenam audimus mixtam A tibia, quàm lyra? R. Quoniam vterque sonus distinctiùs percipitur, & ambo meliùs miscentur, cùm tam humana vox, quàm tibiæ sonus spiritu perficiantur interiùs; nõ sic autem lyræ sonus. Adde quòd tibia sonitu cognationeque sua errores multos cantilenæ occultat. Sonus lyræ cùm tenuis, vociq; commisceri minùs idoneus sit, ipse per sese patens, suumque genus syncerum custodiens, omnes cantilenę errores posita quasi regula patefacit. Cùm B verò multa perperam in cantando agantur, quod promiscuum ex erratis rectęque actis prouenit, deteriùs esse necesse est.

20. Quam ob causam cùm alius locus sit, qua cibus potusq; transeunt, alius, qua spiramus, vbi grandiorem buccellam deuorauimus, strangulamur? R. Quoniam cùm vocalis arteria iuxta eam sit, quâ cibi inferuntur, necessariò illa constringitur, vbi iusto ampliorem buccellam deuorauimus, vnde oportet C viam spiritui denegari.

21. Cur inter sensibilia propria solus sonus bonus malúve moraliter denominari queat, sermonem quippe iracundum, iocosum, lasciuum, prudentem, subdolum dicimus, non ita colorem, aut odorem, aut saporem, frigúsve? An quia sonus motu efficitur, actio verò moris est particeps. Adde cæterorũ sensuum obiecta nostræ libertati non substare, sicuti & vocem: quæ duæ responsiones idem va- D lent. Nam tunc etiam cum vitio vertimus, q; quis odoratus incedat, quòd lucernam inferat intempestiuè, &c. Ob localem applicationem peccat, non ob alterationem odoris, vel lucis, applicatio autem, cùm motus localis sit, nostræ libertati subest.

22. Quam ob causam cùm aliquid procul percutitur, ictum statim cernamus, strepitũ lentiùs audiamus, quanquam vnà cum ictu strepitus oriatur? Quia visum tenuiorem, atq; E acutiorem, quàm auditum habemus. Visus igitur anticipate vtpote acutior potest, auditus vt crassior, lentiùs suo fungitur munere. Eadem hæc ratio est, cur in attritu confrictúque nubium, tonitrum & fulgur, non ex æquo percipiamus, sed fulgur primùm videamus, post tonitrũ audiamus: quanquam toni trus vnà cum fulgure incipiat. Nimirum visus, vtpote agilior, & tenuior præcurrit, atque anticipat, auditus vt crassior & tardior postmodum sentit. Ita Alexander lib. 1. Problematum, problem. 38. qua responsione sentire videtur videndi actum per emissionem ex oculis perfici; quod non ita est: exacta igitur problematis solutio est, etsi tam videndi, quàm audiendi actio momento elici queat, species tamen auditorias cum motu peruenire ad potentiam, atque adeò seriùs, quàm visorias, quæ instanti traiiciunt, quoniam, etsi contrario vacent, sobolem tamen sunt localis motionis, vt proinde mirum non sit, si moram faciant in accedendo.

23. Cur infantes cùm modulos audiunt, primùm vagitu cessent: deinde obdormiscant? R. Alexander libro primo, problemate 121. ita scribit; Quoniam musica indita à natura animis est, vt cæteræ scientiæ, neque per doctrinam, vt Plato auctor est, sed per reminiscentiam quidquam acquirimus. Quoties igitur animus concentum sentit comptiorem, reminiscens ac repetens cogit infantem quiescere, permulcendoque sopire, atque demum ab exterioribus auocare. Sed hæc Platonica sunt. Rectiùs igitur Aristoteles sectione 19. problem. 38. Cur, inquit, numeris, modulis, omnibus denique concinendi generibus oblectari cuncti consueuére? An quòd ratum, ordinatumq; omne secundùm naturam est, vt meritò nos possit oblectare, cuius indicium est, quòd cùm ordinatè laboramus, bibimus & comedimus, naturam vitesque nostras & seruamus, & augemus; contrà verò cùm inordinatè agimus. Consonantia autem mistio est, siue temperatio ordinata contrariorum inter se, proportionemque inuicem custodientium. Itaque vult Aristoteles vocum concentum ideò aures recreare, quòd certis legibus à natura rei petitis componatur: quod etiam vsu venit aliis sensuum obiectis, vt non nisi ij colores in pictura oculos oblectent, aut in cibis ij sapores, qui certo quodam modo attemperantur. Addit tamen Aristoteles modos etiam adiectitios cantiorum, hoc est, qui non sunt ab arte, delectare etiam, si eis assuescamus; nimirum quia consuetudo naturæ quoque vim obtinet.

24. Quamobrem qui surdi ab ortu naturæ sunt, idem & muti viuant? R. Qui nunquam audierunt, hæc fari nequeunt. Medicis tamen placet, vt par idem neruorũ sit, cuius pars altera ad linguã, altera ad aures vsq; porrigatur, atque ita necesse sit communem accidere affectionem. Verùm mutos fieri, qui ex morbo surdescunt, negant, propterea quòd pars altera tantùm, quæ scilicet audiendi officio delegata est, suas vires amiserit: & mutos quoque eadem ex causa non etiam surdos reddi affirmant: videlicet quòd alterius nerui, linguæ accommodati læsio est.

## SECTIO IV.

### *SOLVTIO PROBLEMATUM, quæ ad nares pertinent.*

DE structura narium dictum est libro 1. de Anima, capite 9. per varias quæstiones. Aristoteles sect. 33. Problematum, paucas quasdam narium affectiones exponit, sicuti & sequentium organorum atque sensuum, ea maximè de causa, quia horum trium natura crassior



sior est, vnde neque ita plenam de se, ac obiectis notitiam intellectui ingerunt, neque tantam doctrinæ materiam præbent, quemadmodum priores duo; quapropter prestiùs de ijsdem nobis agendum erit.

1. Cur pueri omnes resinato sint naso, & serè qui crispo sunt capillo, quod maximè in Aethiopum genere cernimus, quibus paulò attollitur nasus? Nimirum nasus cartilago est, quæ naturam ossis habet, in calidioribus autem, quales pueri & crispi, materia crassior, B minusque vtilis, vt ea est, quæ cedit in ossa, minùs crescit.

2. Quæ causa sternutandi? Nimirum spiritus halitusque ex humoribus exciti calore. Etenim vi attractrice aer à foris collectus per nares, deinde onustus halitibus per expultricem foras explosus, caput exonerat. Vnde inter dormiendum adacto ad intima viscera calore, nõ sternutamus; nec item si oculos perfricamus, tunc enim maior calor ex confricatione corripit minorem, qui sternutandi causam dabat, aut humor, qui sternutamento egredi debuerat, cùm lachryma egreditur, e contra verò Solem aspicientes sternutamus, quia admissa oculi luce, aut penna lacessiti, facilius incalescunt. Denique quòd sternutatio prouenirat à calore, sit vt singultum adimat. Est autem singultus commotio aeris, egredi conãtis à pulmone; vnde distentionem causat in eo, sicut ructus egressus è ventriculo aer est. Porrò inter animantia homo maxime sternutat, quia pro rata portione & cerebrum maius habet, vbi materia sternutandi cogitur, & laxiores nares ad externum aerem attrahendum; vnde & senes ægrius sternutant, quod narium sint compressiorum. Iam verò aut bis fermè, non semel, aut plures sternutatio editur. Bonæ sunt nares, in quas venula diffunditur, & per quam spiritus commeant.

## SECTIO V.

### *SOLVTIO PROBLEMATUM, ad gustatum pertinentium.*

1. CVr quidam res insuaues auidè apperunt, vt pueri, & quæ vterum gestant, præsertim ad tertium vsque mensem? R. Quia vitiosa qualitas cum menstruo sanguine ad os ventriculi irrepit, cognatæque qualitatis appetentiam excitat. Itaque si atra bilis infestatur os ventriculi, carbones, coctos lateres, & id genus fictile cupit. Si acida pituita imbuitur, sapores appetit acidos, &c. Vitium porrò hoc vltra tertium mensem ferè non patitur, quia fœtus iam grandior, omnem sanguinis menstrui copiam potest absumere; quapropter minus non erit, si pueri ex præ- A dicto sanguine coaliti, ea quoque desiderent, quæ diximus. Lege Alexandrum libro 2. problemate 74.

Cur cùm dulcia suauiora sint acribus, non 2. istis, sed illis saturamur citius? R. Quia fames appetentiáve cibi tandiù durat, quandiù non solùm ventriculus, sed membra etiam inania sunt alimento: at dulcia tota fermè sunt alibilia, non item acria, ideoq; citiùs illa famem extinguunt, quàm ista: sine fame autem ventriculus & quia nihil admittere queunt. Porrò quod quidam etiam antequam comedãt, maximè ægrotorum plurimi, dulcia auersentur, acria appetant, causa est, quia hæc humorem calidum, id est, bilem flauam euertunt. Ea igitur in re natura boni consuluit.

Cur si quid pomi putris edimus magis a- 3. matorem sentimus post eporũ vitium, quam antea? R. Quia amaror vino illatus ab ipsoque vini calore excitatus permeat faciliùs C per organum gustatus, sicque vehementiùs sentitur.

Cur panis, caseus, & pleraque refrigerata 4. deteriotis saporis existunt, recalefacta verò melioris? R. Quia refrigeratis succus concrescit, & constant, tepefactis autem dilabitur, at suauitas succo percipitur. Sed cur dulcia minùs sentiantur calida, quàm frigida; nimirum organũ gustatus tactum habet; calor igitur, quia vehementiùs sensibile est, gustandi D actum offuscat: item succus dulcis calidus est, sicque perturbatur aliquantulum dulcedinis sensio, cùm adiuncto calore fouetur.

Cur ficus cùm molles dulcesque sint, den- 5. tes offendunt? R. Quia gingiuis suo lentore adhærescunt, dentibusque insinuatæ putredinem citò causant, insito calore; quin etiam granorum duritie fatigant dentes.

Cur potus suauior est post esum acerbo- 6. rum? R. Quia contraria iuxta se posita magis se produnt. Item quemadmodum quies post laborem gratior est, cùm tamè in se melior non sit, quàm post aliam quietem; ita & cæteris.

Cur lingua amara, salsa, acidaq; fieri, sen- 7. tiríque potest, non dulcis? R. Quia illæ affectiones corruptiones naturæ sunt; dulcedo verò est naturalis; ipsam autem naturam sentire nemo potest; ita Aristoteles sectione 34. problem. 5.

## SECTIO VI.

### *SOLVTIO PROBLEMATUM ad tactum pertinentium.*

1. CVr qui rapidè, aut inconsultè feriuntur minùs dolent, q̃ qui consulto? R. Quoniam illi animo sunt occupati, qui negotio distractus minùs ad ictum percipiendum ap-

Universidad de Deusto
Biblioteca



plicatur. Hi verò ad id membrum, quod feritur, se conuertunt vehementiusque proinde dolent, eadem causa est, quod quæ onera portant, aut labori incumbunt, cantu relcuentur, quoniam attendit animus ad numerorũ suauitatem, sicque labor decipitur, vt inquit ille. Eadem quod lugentibus tibias atq; tympana adhibeamus, miserentibus de suorum morte, atque ægrotantibus hominum cœtus procuremus; nimirum animus ad varios sermones se transfert, ab angoreque seiungitur. Lege Alexãdrum lib. 1. probl. 77. & 78. Quòd si tela præuisa, vt Magnus Gregorius inquit, minùs furiunt, aliunde id verum est, quatenus imminentis mali prænotione remedium aut diuerticulum procuramus.

2. Cur cùm ab alio tangimur, præsertim clanculum & fraudulenter, magis inhorrescimus, aut titillamur, quàm si à nobis, vel ab alio palàm tangeremur? R. Quod natiuũ institumque est, minùs percipimus; sic enim lingua insitum dulcorem minus sentit, quàm acredinem, vel amarorem, quod autem ab alio aperte fit, quasi insitum nobis est. Item quod insidiosè fit, terribilius occurrit, sicque metus excitatur, atque adeò horror ex frigore. Hinc etiam risus contigit, quia nouitas & fraudulentia obiecta sunt risus. Similiter alis, pedum plantis & auribus titillamur magis, quia earum partium tactus insolentior est, præterquàm quod tenuioris sunt cutis: vnde & labris maximè titillamur.

3. Cur non iisdem omnes inhorrescunt pariter. Nam alij cum vestis rumpitur, alij cùm serra secatur, vel scindendo trahitur, alij cùm pugnex secatur, alij cùm lapillus mola perfrangitur, alij cum cibos fastiditos vident?

A R. Quemadmodum non eisdem delectantur, sed iuxta variam corporis temperaturam, ita ob eandem varietatem nõ iisdem lædiuntur, sed iis, quæ à cuiusque temperamento sunt alieniora.

Cur cùm aqua etiam calida aspergimur, horrescimus tactu? R. Quia quod est per se in aqua timemus, nimirum frigus. Quamuis igitur calida existat, naturæ tamen affectus in nobis excitatur. 4.

B Cur dentes frigidum magis, quàm calidum sentiunt, caro econtrario? R. Quoniam dentes tenuioribus continentur meatibus, ex quibus calore prædicto, itaque aduersum frigus minùs ferre possunt. At caro calida est, quapropter à frigido minùs afficitur, à calido magis, quasi ignis igni adijciatur. Aristoteles sect. 34. probl. 3. 5.

Cur duorum sensuum ratione homines vocamus continentes, id est, tactus & gustatus, non cæterorum? R. Quia voluptates nobis cum brutis communes per hosce sensus administrantur; quod igitur tale est, spernimus, erubescimus, probroque damus. Vide Aristotelem sect. 28 problem. 1. & 3. 6.

Atque hactenus de problematis, quæ ad exteriores animæ potentias spectant. Neque verò de alijs eiusdem animæ facultatibus institutum persequimur, quoniam doctrinæ popularis, qualem solet Aristoteles in problematis adhibere, materiam non suppeditant. Illud superest, vt quem labore communium studiorum gratia, Societatis 1 2 5 v Conimbricense Collegium posuit, vniuersæ Philosophiæ edito curriculo, gratum sibi esse velit DEVS, qui & cœptis aspirauit, & ad optatum exitum promouit. 7.

FINIS.

# INDEX RERVM PRAECIPVARVM, QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR absolutissimus.

## ACTIO.


Actiones non distinguuntur per terminos, qui ad ipsas ordinantur. 158.d
Via actio non est terminus alterius. 487.e
Actio virtutis per se fixa est, per accidens breui durat. 578.e
Actioni honestæ præter delectationem præmium debetur. 578.d.e
Actio productiua formæ, & non vnitiua, distinguitur specie ab vnitiua. 36.e.f
Eadem actionis formæ materiales productæ & vnitæ. ibid.e
Actio est animæ finis. 135.d
Nym omnis actio coniuncta cum motu. 489.a
Actiones vitales creatæ à Deo solo elici non possunt. 154.e
Actio vitalis à potentia vitali elici non potest, nisi anima informata. ibid.f
De duplici actione ex parte sensus & sensibilis. 363
Actione directa sensuum functiones non præconcipiuntur. 373.b
Per actionem immanentem nihil ad extra producitur. 489.e
Actio animæ extra corpus non est connaturalior. 601.a
Quotuplex sit anima actio. 609.e
In actione vitali cur potentia extra obiectum nec diminuit ferunt. 202.b
Per quam actionem verbum producatur. 487.e
Actiones voluntatis & intellectus quomodo subordinatæ. 548.e
Voluntatis actiones simpliciter liberæ. 536.a
Tres animæ vegetatricis actiones. 169.b
Eiusdem est actus, cuius est potentia. 73.a
Actus subordinati ab eadem potentia possunt elici. 170.f
Per actus & obiecta potentiæ distinguuntur. 155.f
Actus vnius potentiæ specie differentes, vni rationi formali specificæ subordinantur. 156.a
Quomodo actus eiusdem potentiæ specie differentes vnius rationis esse censeantur. 56.e
Actus subordinati ab eadem potentia possunt esse. 170.f
Per actum amandi efficitur impressio in mente. 491.b.c
Actus supernaturalis vitæ potest in patria continuari. 637.b
Intellectus possibilis bifariam dicitur esse in actu. 408
Quatuor intellectus actus designantur. 549.f
Intelligendi actus esse spirituales colligitur ex obiectis. 569.a
Qui actus intelligendi à sensibus sint maximè alieni. 569.f
Ad actum appetendi requiritur iudicatiua notitia intellectus. 551.b
An ad actum voluntatis requiratur notitia iudicatiua intellectus. ibid.c
Potest diuinitùs conseruari actus voluntatis absque vlla notitia. 549.a
Quàm independentes sint à materia actus liberè appetendi. 569.f.& 570.a
In actu intellectus constituitur felicitas. 545.c
Anima non semper actum exercet intensissimum. 640.b
Anima separata potest eosdem specie actus producere, quos producebat coniuncta. 636.d
Quid de naturali actu tenendum. ibid.
An anima separata per actus intendat habitus. 639.f


## ACTVS.


Diuisio actus in primum & secundum. 51
Actus secundus non semper perfectior primo. 70.c
Probatur anima esse actus primus. 51
Anima actus corporis organici. 52
Prius est animam esse corporis actum, quàm corporis principium. 135.f


## ADMIRATIO.


Vnde proueniat admiratio. 539.f
In quo tandem sit admiratio. ibid.f
In qua potentia sit admiratio. 539.c.d
Miracula ab admiratione nomen acceperunt. 539.a
Cur admiratio sit causa delectationis. 540.b
In Christo fuit admiratio. 539.d

Universidad de Deusto
Biblioteca



## AER.


Aer cur non videatur. 218.b
Aer rerum innatum esse organo audiendi. 273.a
Aer & aqua soni medium. 361.f
Aer & aqua sunt medium, quo spargitur odor. 277
Aer & aqua medium odoris. 290.e
Aer & aqua præcipuum medium sensuum. 345


## AEQVALITAS.


Aequalitas vniuersum decorat. 97.e
Aequalitas positiua & negatiua. 98.a.b
Qua aequalitas requiratur ad vniuocationem. ibid.c
Opinio asserens aqualitatem specificam inter animam & Angelos. 589.b


## AGENS ET AGERE.


Nihil agit nisi prout actum est. 101.d
Agendi prius quam quomodo substantia esse possit. 1.4.e
Agens principale non potest esse sua vir actiua, 151.e
Quomodo intelligendum, omne agens est patiens præstantius. 423.c


## ALIMENTVM.


Alimentum quo pacto contrarium esse debeat rei, quæ nutritur. 165
Alimentum quo pacto subiectum accretionis & nutritionis. ibid.


## ALTERATIO.


Non alteratur propriè nisi quod ad corruptionem disponitur. 177
Qui ritè sensationem non propriè alteratur. ibidem.


## AMOR.


Per actum amandi efficitur impressio in amante. 491.c
Quo pacto res amata sit in amante. ibid.c
Amare nobilior cognitio. 545.c


## ANGELVS.


Cur Angeli dicantur partes Vniuersi. 649.a
Cur Angelis intelligentiæ, homines verò rationales dicantur. 430.c
Opinio asserens æqualitatem specificam inter animam & Angelos. 589.a
Opinio Angelis præferens animam. ibid.b
Sententia pro Angelis. 589.c.f
Quæ fuerit Durandi opinio circa Angelorum existentiam in loco. 650.f
Angelus Damonem impresso impetu impellit. 71.b
Corpora ab Angelis assumpta cur non organicè. 72.f
Angeli humanis corpus formare non possunt. 87.f
Quæ propria sunt in viuentium operationibus desunt Angelis assumentibus corpora. 73.c
Angelus non cognit speciè vi se intelligat. 434.a
Angelorum species vniuersalia & simplicia distinctè repræsentant. 439.a
Angelis non anima sunt indiæ species. 478.b
In Angelis non est intellectus agens. 422.a
Cognitiones quomodo Angeli cognoscant. 452.f
Angelorum species intelligibiles præstantissimæ. 452.a
Angeli percipiunt plura, vi plura. 502.f
Angeli cùm se intelligunt, verbum exprimunt. 489.f
Angeli quomodo aliorum motiones percipiant. 452.f


## ANIMA IN COMMVNI.


Animarum diuisio ex Platone. 143.c
Academicorum error de anima. 71.f
Dissidium de animæ natura. 24.f
Amentiam nihil esse qui putarint. ibid.f
Vera animæ descriptio ex Varrone. 66.b
Anima est actus primus corporis. 52.
Prior animæ definitio. 57.a
Secunda animæ definitio. 135.a
Prior per posteriorem ostenditur. 132
Quomodo vna per alteram demonstretur. 136.b
Animæ definitio ab effectis colligenda. 134.a
Triplex animarum varietas ex diuerso modo operandi. 143.c
Cur tres animæ numerantur, nec tria genera, nec species dicuntur. ibid.f
Anima vt dicitur temperies. 61.a.b
A quibus penitur harmonia. 60.f
A quibus quinta substantia. 61.c
Vnam animam assistentem posuit Anerroes. 107.c
Non datur vna anima re ab omnibus seiuncta. 139
Anima quodammodo est omnia. 471
Anima secundum Platonem formarum locus dicitur. 407
Anima materiæ primæ confertur. 505.b
Animæ sunt incompletæ entia. 590.f
Vt inter figuras, sic inter animas aliæ aliis perfectiores. 140
Quælibet anima non quamlibet materiam, sed determinatam respicit. 97.d
Animæ humanæ contemplatio media inter physiologiæ & metaphysicæ. 5.d
Quid Patres senserint de scientia animæ. 3.a
Vtilitas scientiæ de anima. 1.a
Ad moralem scientiam opportuna & ad Metaphysicam. 1.d. 2.c
Quomodo animæ contemplatio ad Physiologiam spectet. 8.d
Animæ substantiæ sensus inhærere qui putant. 318.a
Animarum origo occulta etiam apud Patres. 80.c







Solam animã rationalem indiuisibilem qui tuentur. 115.f
Non sola fide tenendum animam hominis esse indiuisibilem. 114.b.c
Animas perfectorum animantium esse indiuisibiles putat D. Thom. 111.a
Qui animas omnes insectiles fecere. 113.a
Qui diuisibiles. 114.f
Anima tã diuisibilis quãm indiuisibilis informat quamlibet partem corporis. 122.b.c.d
Anima diuisibilis quomodo nõ sit in qualibet parte corporis. 122.b.c


## ANIMA PROVT CORPUS concernit.


Platina Philosophorum in qua parte corporis Anima residet. 120.b.c
Quæ sit dependentia animæ à corpore. 19.
Error de inductione animæ in corpus post partũ. 90.a
Quomodo intelligendum animam non esse corpus, nec sine corpore 134.b
Continuctio animæ cum corpore triplex. 217.f
Continuctio animæ cum corpore necessaria ad intellectionem. 477.f
Animam conjungi corpori vt motorem, quomodo Plato existimauit. 100.e
Anima in corpore operatur vt quod, extra corpus vt quo. 613.d.e
Anima in corpore est vt quo, & vt quod diuersa modo. 8.e
Si anima sine corpore non operatur, sine corpore esse nequit. 121.
Aristoteles animas ante corpora non ponit 85.e
Animarum antegressio 85.f.86.a
Anima perfectior est in corpore, quãm extra. 84.e
Quo sensu aliqui Patres animam corpoream dixerint. 68.d.e
Quid nomine corporis Aristoteles intelligi cùm illud animæ tribuit. 71.f.72.a
Anima separata sine miraculo corpora assumere, ad nos q; remeare potest. 659.f
Veterum error de animæ corporalitate, vnde. 71.a.b
An anima primi hominis ante corpus fuerit. 86.c.d.
Animæ ante corpora non peccauerunt. 85.b
Anima rationalis relatã transcendens ad corpus. 217.d.e
Cur anima non vniatur per accidens corpori. 105.e.f
Anima intellectiua cur corpori coniungatur. 105.c
Error de inductione animarum in corpus post partum. 90.a
Animam humanam qui vetarer corpus fecerint. 66.b
Ex anima & corpore cur vnum fiat, quærendum non est. 53.
Anima ad corpus vt forma artificiosa ad subiectum. 54
Item sicuti aspectus ad oculum. ibidem
Prius est animam esse corporis actus quãm operationis principium. 135.f
Vnam animã successiuè multa corpora informare qui putarunt. 106.e.f.107.a
Anima in corpore cognoscit se per species non per suam essentiam: extra per essentiam. 504.f
Qua via anima se intelligat dum est in corpore. ibid.
Coniunctio animæ cum corpore necessaria ad intellectionem. 477.f
Quære l'nio.


## ANIMA QVATENVS RATIONALIS, intellectualis & humana cognominatur.


Triplex animæ rationalis consideratio. 8.a.b
Anima rationalis suprema formarum. 8.e
Animæ rationales vi seminis non propagantur. 82.d
Anima rationales nõ fuerunt ante corpora à Deo creatæ. 81.f
Animæ rationales creantur à Deo nõ ab Angelis. 83.a
Dogmata de animarum ortu. 80.f
Anima rationalis spiraculi nomine denotatur. 584.e
Anima rationalis sub quo concepta nũ sit natura. 12.e
Falsa sententia de creatione animarũ ab Angelis. 88.f 89.a
Anima intellectualis sphæra dicitur à Philosophis. 440.c
Anima intellectiua habet operationes elevatas supra materiam. 66.d.e
Animam humanam specie non distingui ab Angelo putat Origenes. 76.a
An omnes animæ intellectiuæ sint pares dignitate. 92.a.b
Animam intellectiuam esse spiritualem probatur ex Patribus & Conciliis. 66.e.d.& 67.e
Anima intellectiua subsistens. 75.d
Vide subsistentia.
Anima intellectiua secundum Aristotelem, & secundum fidem, vera est hominis forma 102.a
Et naturaliter. ibid.b
Anima intellectiua vera est hominis forma, & qui negarint quoad omnes gradus. 100.f
Anima humana secundum gradum intelligendi vera est hominis forma. 102.b
De fide est animam hominis esse spiritualem. 582.a
Animam esse spiritualem colligitur ex actibus & ex acumine humanæ cognitionis. 598.e
De immortalitate animæ rationalis. 563.a.b
Quære Immortalitas.


## ANIMA SEPARATA.


Animæ soium vi separatæ naturale est sine corpore operari. 600.f

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Animæ separatio à corpore non est ei naturalis.* 598.f
*Nec violenta.* 602.d
*Si separatio ei esset violenta, foret regressio naturalis.* 601.f
*Similis est animæ separatio primæ Angelorū productioni.* 596.d
*In quo consistat animæ separatæ status.* 596.c
*Anima per separationem mutatur privatiuè, & modus positionis ei non aduenit.* ibid.c
*Separatio animæ est præter naturam.* 602.d
*Anima separata à corpore, nihil de substantia propria amittit.* 106.a
*Animæ separatæ nulli loco sunt addictæ.* 652.f
*In anima separata potentiæ organicæ situm habent in radice.* 150.b
*Quæ potentiæ animam separatam comitentur.* 609.f.& 610.a.b
*Anima separata potest vi discursu ad naturales notitias* 636.d
*Qui animæ separatæ discursum, & compositionē concedant.* 636.b
*Habitus, & species in intellectu, & vltimate animæ coniunctæ residentes, eandem à corpore separatam comitantur.* 615.f.& 616.a
*Quæ species & habitus in anima separata conseruentur* 618.c
*Ab intellectu animæ separatæ non fluunt species naturaliter.* 397.b.c
*Animæ separatæ nouæ species à Deo infunduntur.* 614.b
*Probabile est animam separatā ab obiectis species non abstrahere.* 624.c.d.e
*Anima separata intelligit per species acquisitas et infusas.* 631.a.b
*Animæ separatæ distinctè intelligit per species acquisitas, & infusas.* 632.c.& 638.a
*Et per acquisitas distinctius, quàm quando erat in corpore.* 638.c
*Anima separata memorabitur species acquisitæ.* 641.a
*Anima separata recordatur per species acquisitas.* 617.f
*Anima separata, & Angelus an aliquando cessent à sui cognitione.* 638.e.f
*Anima separata intuitiuè pura cognoscit.* 627.b.c
*Vnde proueniat quòd anima separata singularia percipiat.* 442.b
*Quære, Cognitio, Cognosio.*
*Anima separata potest se ponere in puncto.* 601.e
*An anima separata ad vnionem corporis naturaliter propensa sit.* 602.f.& 603.a
*Vide, Vnio.*
*Anima separata potest eisdem specie actibus producere quos producebat coniuncta.* 637.a
*Quære, Actus.*

ANIMA VEGETATIVA, & Sensitiua.

*Quid sit anima vegetativa* 167
*Anima vegetatiua tantùm nō est formaliter in anima tantum sensitiua.* 144.f
*Viuere ab anima vegetatiua primò est.* 51
*Tres animæ vegetatiuæ actiones.* 158
*Homo non constituitur per solam animam sensitiuam.* 109.a
*Falsa sententia de creatione animarum sensitiuæ, & vegetatiuæ ab Angelis.* 88.d

ANIMATVM, ET Animus.

*Animatum posterius est anima.* 126
*Inter animatum & animatum discrimen.* ibid.
*Animus noster medius inter æterna et caduca.* 2.c
*Animi mores temperamenta sequuntur.* 21

ANIMAL.

*Animantia saltem perfecta primò à Deo sunt producta.* 76.b
*Quæ animalia visu, auditu, & odoratu homines excellant.* 354.c
*An Aristoteles putet omnia animalia habere gustum* 313.b
*Quæ animantia voce expertia.* 269.a
*Animalia quæ non respirant, vocem non edunt.* 254
*Animantibus perfectis insunt omnium sensuum organa* 347
*Omnibus animantibus conueniunt tactus & gustus.* 353.c.& 529
*Animantibus imperfectis sunt inest appetitus.* 526
*Sola animantia indigent sensu.* 530
*Quo pacto intelligendum quædam animalia sola imaginatione viuere.* 141
*Nullum animal caret facultate imaginandi saltē imperfecta.* 139

APPETIBILIS.

*Appetibile, aut bonum est, aut apparens bonum.* 522

APPETITVS.

*Appetitus naturalis quid sit.* 533.b
*Appetitus in nobis alius rationalis, alius sensitiuus.* 534.d
*Distinguuntur specie.* 535.b
*Discrimina inter illos.* ibid.e
*Appetitui membra dispositè obediunt.* 556.a
*Nihil derogat appetitus hominis subiectæ potentiæ superioribus.* 559.a
*Appetitus quomodo concurrat ad motum.* 555.e
*Appetitus causa vniuersalis motus.* 556.f
*An anima habeat elicitum appetitum ad vnionē cum corpore.* 605.a.b
*Quæ appetitum sciendi excitent.* 12.e
*Appetitus liber hominis ad æterna se extendit.* 577.f

*Appetitus Beatitudinis in homine quàm sit ardēs.* 573.b
*Appetitus naturalis in homine ad vitam beatam.* 572.a
*Et ad immortalitatem.* ibid.a
*Voluntas nihil nisi modis monet appetitum.* 536.f
*Appetitus & intellectus practicus sunt principia motus progressiui.* 521

AQVA.

*Aquæ sub terris non videri quibus rationibus probetur.* 248.b
*Aqua sub terra non videtur sine aliquo lumine.* 250.b
*An ex aqua salsum percussa fiat sonus, problema.* 259.b
*Indicia latentis aquæ.* 247.f
*Sint aquileges necne, vtrumq; probabile.* 249.b
*Pro aquarum inspectoribus.* 248.c
*Cur cum aqua etiam calida perfundimur, inhorrescamus.* 692.a

ARBOR.

*Mira arboris natura.* 142.a
*Arbores sensu præditas quidam putauerint: quæ sententia à D. etiam Augustino probatur.* 143.d
*Arbores virtute attractrice, & expulsiua nō sensitiua potentia, noxia reuellunt, commoda iuuant.* 144.c
*Radices in arboribus superiores partes sunt.* 163

ARISTOTELES.

*Aristotelis in subscribendo modestia.* 116
*Aristoteles an negauerit infinitū in rebus materia existentibus.* 111.d
*An Aristoteles putet omnia animalia habere gustum.* 13.b
*Quid Aristoteles de sede olfactus.* 295.c

AVDIO.

*Vt nox ad audiendum aptior.* 684.c
*Audiunt talpa sub terra.* 266.d
*Cur quæ audiuntur delectent magis, quàm quæ leguntur* 680.e

AVDITVS.

*Auditus post visum cæteris sensibus excellit.* 272.d.e
*Auditus ad doctrinam, affectus ad experientiam inseruit.* 354.b
*Quo pacto auditus instrumentum à sono moueatur.* 251
*Vbi audiendi facultas insideat* 272.b
*Auditoria facultatis instrumentum.* ibid.d.
*Instrumentum audiendi dicitur aer analogicè.* 273.b

AVRIS.

*Aurium varietas.* 679.a
*Cur natura aurium anfractus molita sit.* 271.b
*Aures morum ostentatrices.* 679.f
*Cur pudentibus aures rubescant.* ibid.
*Cur auris memoriæ locus dicatur.* 679.d
*Fanestis adeò erant prægrandes aures, vt more vestium totum corpus contegerent.* ibid.b
*Vndenam tam varij soni in ægrotantium auribus existant.* 679.e

BEATITVDO.

*Appetitio beatitudinis in homine quàm sit ardens.* 573.b

BEATVS.

*Beati in cœlo quo pacto edant vocem* 266.e
*Beati verbum exprimentes feruntur in Deum immediatè.* 490.b

CALOR.

*Vllum viuens est sine calore.* 167
*Calore & alimento exequitur anima munus nutritionis.* 165

CAVSA.

*Causa materialis in quibus coincidere possit cum efficiente* 474.d
*Ex duabus causis partialibus non semper quælibet sola effectum producere valet.* 195.a
*Anima formalis, finalis, & efficiens causa est.* 160
*Causam nutritionis ignem esse qui ponebant.* 617.a
*Appetitus causa vniuersalis motus.* 556.f

CEREBRVM.

*Cerebro nerui deriuantur.* 323.d
*In cerebro hospitantur sensus externi.* 376.a
*Ex ventriculis cerebri nō colligitur efficaciter numerus sensuum internorum.* 387.b.c
*Cur vna Solis virtus diuersos præstet effectus, non verò in sensibus id efficiat vna cerebri virtus.* 357.b.c.

CHRISTVS.

*In Christo fuit admiratio.* 539.d
*Christi infusa scientia.* 634.c
*Animæ Christi non indignè cōuersione ad phantasmata.* 511.f
*Quid senserit Durandus de descensu animæ Christi ad inferos.* 650.f

Christi

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Christi animam in perpetuū duraturā docet fides.* 580.a.b
*Mutatio circa species in Eucharistia non circa Christum fit* 597.a.b

COGITATIO.

Cogitationes cordis nullas species naturaliter repræsentat. 452.e
*Cogitationes solus Deus cognoscit.* ibid.e
*Cogitationes quomodo Angeli cognoscant.* ibid.f

COGITATIVA.

Danda est cogitatiua distincta à phantasia. 392.a.b
*Cogitatiua circa res sensatas & insensatas versatur.* ibid.a
*Distinctio inter cogitatiuam, & memoriam.* 393.d
*Cogitatiua seu phantasia ratio particularis.* 401.e.f

COGNITIO.

Omnis cognitio fit per expressionē rei cognitæ. 490.f
*Cognitio supernaturalis non impedit naturalē cognitionem eiusdem rei.* 574.e
*Cognitio supernaturalis animæ nō est discursiua.* 635.a
*Cognitio assimilatio est inter cognitum & cognoscens.* 485.f
*Cognitio fit per similitudinem inter cognitum & cognoscens.* 61.a
*An cognitio animæ separatæ sit clarior quàm coniunctæ.* 637.d
*Quid dicendum de cognitione animæ quoad ea, quæ apud nos geruntur.* 643.f.644.a
*Quæ similitudo requiratur inter cognoscentē potentiam & rem cognitam.* 498.f
*Non est discursiua supernaturalis animæ cognitio.* 635.a
*Cognitio amore nobilior.* 545.d
*Ad euidentem cognitionem non sat est argumēta impossibilitatem suadentia diluere.* 647.a

COGNOSCO.

Anima distinctè cognoscit omnia sensibilia. 643.a
*Anima separata se, suos actus, potentias, & alias animas distinctè cognoscit.* 644.b
*Per quid anima alias animas cognoscat.* 644.f
*Probabile est animam separatam naturali & distincta cognitione Angelos, eorum proprietates, & operationes nosse, non verò cordis cogitationes.* 645.b
*Vnde proueniat quod anima aliquas res supernaturales non cognoscat.* 646.d
*Cognoscit anima naturaliter aliquarum rerum possibilitatem & existentiam.* 647.e
*Item rerum existentium personalitates & existentiam.* ibid.f
*Rei aliquas supernaturales anima cognoscere naturaliter non potest.* ibid.
*Cognoscit anima in Deo extraordinariam potentiam actiuam.* 648.a
*Non semper anima indiget similitudine obiecti vt illud cognoscat.* 644.e
*Cognoscit intellectus actum potentiæ cogitatricis.* 497.e
*Intellectus quomodo cognoscat suos habitus.* 505.f
*Intellectus supernaturales actus distinctè cognoscere non potest.* 507.d
*Intellectus plura vt plura simul potest cognoscere.* 505.f
*Circa prima principia intellectus non errat.* 622

COLOR.

Coloris definitio. 213
*Duplex coloris definitio impugnatur et defenditur.* 218.f
*Color superficies Pythagoræ.* 220.a
*Colorem & lucem idem esse qui putent.* ibid.b
*Colores apparentes lumen sunt.* 221.c.d
*Veri colores à luce distinguuntur.* 221.e
*In quo veri & apparentes colores conueniant, & dissideant.* 223.d
*Apparentium colorum distinctio & varietas.* 223.f.& 224.a
*Colores oriuntur ex temperamento certo primarū qualitatum.* 224.b
*Qui colores quælibet elementa sequantur.* ibid.a
*Colorum mutatio vnde.* 227.b
*Color ex se visibilis.* 232.d
*Quidam colores cur aspectui officiant.* 222.d.e
*Color diuiduus ratione superficiei.* ibid.d
*Color elementis non inest.* 223.d
*Color colorem non generat, sed odor odorem.* 290.e
*Color & lux sunt causæ partiales specierum productarum.* 230.b
*Colores extremi* 225.f
*Medij colores præcipue quinq;.* 226.e
*Coloris candidi præstantia.* ibid.a
*Coloribus imponuntur nomina à rebus in quibus visuntur.* 227.b
*Colores etiam in lucidis corporibus non nisi in externa superficie videntur.* 219.b.c

CONCEPTVS.

Datur conceptus rerum singularium. 496.e
*Conceptus rerum immaterialium elicitur ex specie materialium.* 451.f
*Anima rationalis sub quo conceptu nō sit natura.* 12.e
*Ex imagine Infimæ speciei elici potest conceptus naturæ generis, & specificæ.* 448.b

COR.

Cor principium remotum sentiendi. 376.b
*In corde sensus communis ex Aristot.* 375.d
*Eundem*



*Eundē Medici in cerebro ponunt.* ibid.e.& 396.f
*Cogitationes cordis naturaliter nullas species representat.* 452.e
*Anima separata cogitationes cordis non valet cognoscere.* 644.f
*Cordium inspector solus Deus* 452.a

CORPVS.

Corpus viuens complectitur materiam & formam 52
*Corporum naturalium & artificiosorum comparatio.* 51
*Corpus organicum quid* 44
*Corpus organicum vt antecedat animam.* 72.e
*Corpus maris & fœminæ quos diebus efformetur.* 90.f.& 91.a
*Corpus humanum præstantissimi temperamenti.* 104.c
*Corpus humanum Angeli formare non possunt.* 86.a.b
*Corpora ab Angelis assumpta cur non organica.* 72.f
*Corpus Christi momento efformatum in materno vtero.* 91.e
*Corpora mollia & lœuia possunt se tangere, non aspera & inæqualia.* 325.d.e
*Corpora dura, lœuia, & concaua aptiora ad sonū.* 250
*Trium corporum concursu sonus fit.* 247.a
*Corpus percussum & percutiens causa soni.* 252.a
*Corporis soliditas & multitudo non necessaria ad soni generationem.* 260.d
*Corpora lœuia cur sonent magis.* ibid.a
*Corpus simplex, purum, sapidum non est.* 307.b

DEFINITIO.

Definitionis inuestigandæ triplex via. 16
*Definitionum tria genera.* 125
*Definitio constans ex duplici genere causæ demōstratio appellatur.* ibid.
*Definitio animæ exponitur & traditur à Solio.* 57.vsq;59
*Prior animæ definitio per posteriorem ostenditur.* 131
*Secunda animæ definitio vna est.* 133.d.e
*Quomodo vna animæ definitio per alteram demonstretur.* 134.e
*Definitio animæ ab effectis colligenda* 18
*Definire quomodo soleant Philosophus, Medicus, Dialecticus, Mathematicus, Metaphysicus.* 25.a.b.c
*De singularibus cur non est definitio.* 95.e

DENS.

Primores dentes vocis regimen tenent. 268.d
*Cur dentes frigidum magis quàm calidum sentiant.* 692.b
*Dentes cur ficus offendant.* 689.d

DEVS.

Solus Deus cordium inspector. 452.e
*Deus non decipit.* 201.d
*Deus non est principium internum vitæ nostræ.* 134.a
*Deus animantia saltem perfecta primo produxit.* 76.d
*Deus aliqua etiam potest efficere vt agens particulare.* 630.f
*Deus potest seiungere potentias ab anima.* 154.b
*Deus se solo actiones vitales creaturæ non elicit.* ibid.e

DIFFERENTIA.

Multiplices rerum differentiæ. 242.b
*Differentiæ per se non contrahuntur.* 98.c
*Natura specifica non contrahitur per inæquales differentias.* 97.a
*Differentiæ essentiales non sumuntur à potentijs.* 153.f

DISCVRSVS ET Diecutiuus.

Vnde discursus in homine. 635.e
*Aegidius animæ discursum negans concedit compositionem.* 635.f
*In acquisitione scientiæ discursu magis quàm vsu opus est.* ibid.a
*Non est discursiua supernaturalis animæ cognitio.* 635.a
*Quid dicendum de naturali, posita identitate angelici & humani intellectus.* ibid.a
*Qui animæ separatæ discursum & compositionē concedant.* 636.d

DIVISIO, ET Diuisibilis.

Diuisio entis. 59
*Diuisio substantiæ.* ibid.
*Diuisio actus in primum & secundum.* ibid.
*Diuisibile quot modis.* 112.e
*Animæ diuisibilis quomodo non sit in qualibet parte corporis.* 122.d
*Quære Anima in communi.*

DOLOR.

Dolor proprius affectus est corporis. 329.d
*Qua ratione dolor & voluptas pertineant ad tactum, quæ ad appetitum.* 228.f
*Dolor & voluptas an ad tactum pertineāt.* 328.d
*Doloris & voluptatis causa.* ibid.e

ECHO.

Cur Echo vltima reddat verba. 266.a
*Quomodo fiat Echo.* 682.e.f

Universidad de Deusto
Biblioteca




ECSTASIS.

*Differimè inter ligationem potentiarum in somno, & ecstasi.* 513.a
*Quæ ratione ad ecstasim requiratur sensuum operatio.* 578.b
*In ecstasi potest anima cessare ab omni operatione diuinitus.* 514.a
*Ecstasim animæ naturaliter posse euenire pro vtraque parte probabile.* 513.e.f
*In perfecta ecstasi non eget anima phantasmatum concursu.* 512.a
*In ecstasi an operationes naturales intermittatur.* ibid.a
*Melancholici cur ad ecstasim proclinieres.* 115.a

EFFECTVS.

*Vnde proueniat vt effectus non semper causæ assimileitur.* 19
*Ab effectis animæ definitio colligitur.* 18

ELEMENTVM.

*Elementis non inest color.* 222.a
*Elementa inodora.* 283.f

FALSITAS.

*Falsitas non datur in compositione & diuisione phantasiæ.* 471
*In secundâ operatione intellectus datur falsitas per se, in prima per accidens.* 466

FAMES.

*Fames quid.* 139
*Vbi sensus alimenti ibi fames & sitis.* 138
*Fames quomodo spectet ad tactum.* 329.d

FELICITAS.

*In actu intellectus consistitur felicitas.* 545.e

FIGVRA.

*Figura agere seu definire quid apud Aristotelē.* 59.e
*Figuræ plures in eodem esse non possunt.* 502.e

FOETVS.

*Vi fatum necat ante infusionē animæ intellectiuæ non est homicida.* 90.c
*Fœtus materia informatur anima vegetatiua, deinde sensitiua, vltimo intellectiua.* ibid.a.b

FORMA.

*Formarum triplex genus.* 114.d
*Formarum suprema, anima rationalis.* 8.e
*Forma constituit hoc aliquid.* 51
*Forma, & finis sæpe coincidunt.* 21
*Forma naturale est vnius corpori.* 84.c.d
*Formæ substantialis duplex indicium.* 99.a
*Formæ materiales eadē actione producta, & vnita.* 76.d
*Forma rem in certa specie constituit, & ab aliis segregat.* 101.a.b
*Formæ causalitas.* 105.b
*Inter informationem animæ vegetatiuæ, sensitiuæ, & intellectiuæ medias tempus.* 90.a
*Forma, non materia, viuentia terminat.* 163
*In quo statu forma possit pati violentiam.* 601.e
*Nulli formæ separatio violenta.* ibid.e

GALENVS.

*Galenus quomodo sensus externos colligat.* 389.a
*Galeni error quòd anima esset temperies.* 62.a
*Galeni exempla de visili lædente visum.* 338.b & 339.a
*Quid Galenus de opercolo dixerit.* 297.e
*Galeni placita de animæ immortalitate.* 564.d

GENERATIO.

*Opiniones de progressu generationis.* 88.d.e
*Quomodo generans proli conferat potentiam.* 180
*Homo non animus est præcipuus finis generationis.* 87.d
*Homo hominem generat, esto formam non producat.* ibid.b
*Conditiones ad generandum necessaria.* 159.a
*Ad generationem pertinet alimentum quatenus superfluum.* 168

GRAVITAS.

*Grauitas & leuitas à forma substantiali differunt realiter.* 153.a

GVSTVS.

*Differimen inter gustum, & reliquos sensus.* 303
*De necessitate gustus.* 312.f
*Gustatus organum.* 313.c
*Gustus acrior in linguæ acumine.* 314.c
*Gustatus sensiterium.* 306
*Gustatus sensus alimenti.* 377.c
*Gustus pueris alimenti explorator.* 353.b
*Gustus specie distinctus à tactu.* 312.a
*Gustus & tactus omnibus animantibus conueniunt.* 353.c
*An putet Aristoteles omnia animalia habere gustum.* 313.a.b

HABITVS.

*Habitus scientiarum non sunt homini ingenii.* 477.d
*Non dantur habitus primorum principiorū à natura ingenitii.* 479.f
*Cur ydem naturales dicuntur.* ibid.f
*Habitus conclusionum non pendent in conseruari ab habitibus principiorum.* 619.b
*Qui habitus & species animam separatam concomitentur.* 618.c.d
*Intensio habituum certum vendicat terminum.* 640.b
*An ex maxima intensione habitus possit anima insanire.* ibid.f
*Quomodo intellectus suos habitus cognoscat.* 505.a
*Idem dicendum hac in re de voluntatis habitibus, ac intellectus.* ibid.b

HOMO.

*Homo pars mundi nobilissima.* 85.d
*Homo non constituitur per solam animā sensitiuam.* 108.b
*Non quælibet pars hominis dicitur homo.* 124.d
*Homo non anima est præcipuus finis generationis.* 87.d
*Homo hominem generat, esto formam non producat.* ibid.b
*Cur homines rationales, Angeli verò intelligentiæ dicantur.* 480.e
*In homine duplex os.* 485.d
*Homini omnes sensus insunt.* 343
*Homo rarò somniat odores.* 302.a
*Homini non est datus usus ad philosophandū.* 302.f
*Quæ animalia visu, auditu, & odoratu hominem excellant.* 354.e
*Homo non percipit tot odorum differentias, quot cætera animalia.* 300.d.e
*Quid sit humanam speciem postremum, & minimum esse.* 139

HVMOR ET HVMIDITAS.

*Humores in oculo tres.* 238.f
*Humor crystallinus in medio aliorum.* 242.d
*In humore crystallino visionem fieri, qui putent.* 238.c.d.e
*Quæ sit tunica humorum in oculo.* 239.a
*Humiditas iuuat ad receptionem specierū.* 391.f

IGNIS.

*Cur supremus ignis non videatur.* 218.b

IMAGINATIO.

*Quid sit imaginatio.* 387
*Imaginatio ab intellectu distinguitur* 379
*Et ab existimatione.* ibid.
*Nullum animal caret facultate imaginandi saltē imperfecta.* 139
*Imaginatio quomodo omnibus animantibus conueniat.* 399.a
*Quo pacto intelligendum quædam animantia sola imaginatione viuere.* 143

IMMOBILITAS.

*Immobilitas ad locum ex immensitate cōcluditur* 652.b
*Loco immobilia cur dicantur conchylia.* ibid.d
*Opinio astruens animas localiter immobiles.* 651.a

IMMORTALITAS, ET immortalis.

*Immortalitas bifariam.* 563.b
*De immortalitate animæ rationalis.* ibid.e.f
*Qui ex Philosophis animæ immortalitatem astruxerunt.* ibid.f.
*Huius immortalitatis propugnator Plato.* 564.a
*Epicureorum secta animæ immortalitatem negauit.* 564.c
*Animæ immortalitas demonstratur.* 568.c
*Probabile est Aristotelem ad immortalitatē animæ magis inclinasse.* 567.d
*Qui volunt Aristotelem animum credidisse mortalem, & quibus de causis.* 565.a
*Qui oppositum credisse opinentur, & ex quibus locis id deprehendant.* 565.a.b
*Qui eum ea in re dubium fuisse opinentur.* 567.c
*Galeni placita de animæ immortalitate.* 564.d
*Non datur locus dubitandi de animæ immortalitate.* 563.d
*Certior est animarum immortalitas, quàm Angelorum.* 587.f & 588.a
*Animam esse naturâ suâ immortalem fide tenendum.* 582.f
*De fide est animam hominis non extingui.* 580.b
*Animæ immortalitas temerè negabitur à philosopho.* 573.a
*Eleazari dictum de animæ immortalitate.* 580.b
*Animæ independentia à materia eam arguit immortalem.* 570.f
*Quæ item rationes id arguant.* 572.c.d.e

INDIVISIBILIS.

*Indiuisibile duobus modis.* 461
*Anima indiuisibilis quomodo est in qualibet parte corporis negatiuè.* 123.f & 124.a
*Quæ Animæ in communi.*

INGENIVM.

*Ingenij indicium vt est mollitudo carnis.* 98.f
*Mollitudo aquæ index boni ingenij non est.* 275

INTELLECTIO.

*Intellectio est actio.* 488.e
*Intellectionem esse qualitatem qui putent.* ibid.f
*Intellectionem & speciem idem esse aliquorū fuit sententia.* 490.e.f
*Ad intellectionem necessaria coniunctio animæ cum corpore.* 477.f

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Intellectio realiter differt ab specie intelligibili.* 492.e
*Per intellectionum verbum non produci qui putent.* 483.a.b
*Verbum est propter intellectionem.* 490.e
*Principium intellectionis extra intellectum esse nō potest.* 440.e.f

## INTELLECTVS IN Communi.

*Intellectus potentia spiritualis.* 572.e
*Intellectum vnum separatum posuit Auerroes.* 107.e
*Non est vnus omnium intellectus.* 109.b
*Intellectus non est pura potentia in genere entis.* 475.b
*An sit pura potentia in genere intelligibilium.* ibid.c
*Nodus intellectus distinguitur à se, vt est species consignatus.* 474.e
*Intellectus vnus species.* 480.b.c
*Vanitas intellectus colligitur ex vnitate sensus cōmunis.* 468
*Intellectus semper sibi præsens secundū esse reale, non obiectiuum.* 505
*Intellectus reflectere potest super vnum, & alium actum, & sic deinceps.* 507.b
*Intellectus solus supra se reflectitur* 373.a
*Intellectus cognoscit actum potentia cogitatricis.* 496.d.e
*Intellectus dicitur scientia in actu.* 413
*Intellectus in viribus conuenit cum sensu.* 405
*Intellectus & res intellecta quo pacto sint idē.* 411
*Intellectus imperfectus esset, si non formaret conceptus rerum singularium.* 498.d
*An intellectus potentia præcedat intellectum in actu.* 414.& 466
*Intellectus nobilior est voluntate.* 544.e.f
*Intellectus realiter differt à voluntate.* 547.a.b
*Intellectus & voluntatis actiones subordinatæ.* 548.a
*Intellectus etiam in somno potest operari.* 518.e
*Intellectus quomodo patiatur ab obiecto.* 411
*Quomodo intellectus suor habitus cognoscat.* ibid.
*Idem dicendum hac in re de voluntatis habitibus ac intellectus.* 506.b
*Intellectus non est abstractior à materia, quā anima.* 103.a
*De æqualitate intellectus Angelici & humani.* 591.a
*Vnde colligatur aliqua dimensitas inter hos intellectus.* 593.a
*Intellectus & phantasma quomodo dicantur causare scientiam.* 508.d.e
*Quo pacto cognoscat intellectus se esse speciebus consignatum.* 433.d
*Non semper intellectus rec cognoscit per proprias earum species.* ibid.e
*Quo pacto intellectus acquirat species rerum singularium & communium.* 439.b

*Vide Species.*

## INTELLECTVS AGENS.

*Opiniones de intellectu agente.* 416.a
*Dandus est intellectus agens.* 414
*Illius attributa.* 419.b
*Intellectus agentis munera.* 423.e
*Intellectus agens non datur in Angelis.* 422.c
*Singulis hominibus singuli insunt intellectus agentes* 422.a
*Intellectus agens non intelligit.* 427.d
*Quo pacto dicatur concurrere ad intellectionem.* ibid.e
*Intellectus agens quomodo illustret phantasmata.* 423.f.& 424.a
*Cur dixerit Aristoteles intellectū agentem habere se vt artem ad possibilem.* 428.a
*Item, cur habitum appellauit.* ibid.e
*Distinguitur ne intellectus agens realiter, an formaliter ab intellectu patiente.* 419.e
*Intellectus agens producit species rerum earum, quarum phantasmata habemus.* 444.e
*Ab illo produci species omnium substantiarū corporalium* 445.a
*Ab intellectu agente elici posse species rerum sine impedimento, qui asserant.* 571.f
*Aliquando ab intellectu agente eliciuntur imagines infimarum specierum.* 426.e
*Ab intellectu agente species intelligibilis qualitatum, relationum, & actionum corporalium edi possunt.* 446.d.e.f
*Cur intellectus agens, & patiens distinctus.* 183.f
*Intellectus agens, datus vt de speciebus animam commodet.* 478

## INTELLECTVS PATIENS.

*Datur intellectus patiens.* 472
*Intellectus possibilis non est corporeus.* 406
*Intellectus possibilis est omnia potentia.* ibid.
*Intellectus possibilis non est in organo corporeo.* 408
*Bifariàm dicitur esse in actu.* 408
*Intellectus passibilis affixa potentia est.* 187.a
*Intellectus patiens agenti præcellit.* 423.a
*Quo pacto intellectus possibilis ab intelligēdi actu patiatur.* 427.a
*Intellectus patiēs collatus cum obiecto est potentia passiua tantùm.* 473.a.b
*Qui velint eundem comparatū cum intellectione esse quoq; potentiam passiuam.* 473.f
*Intellectus patiens affixe concurrit ad intellectionem suam.* 474.a
*Intellectus possibilis generū species producit sublatis impedimentis.* 447.b
*Aliquando etiam elicit species infimarum specierum.* 427.a

## INTELLECTVS PRACTICVS, & speculatiuus.

*Intellectum practicum, & speculatiuum nō esse potentias realiter distinctas.* 407





*Obiecta practici & speculatiui intellectus accidentaliter distinguuntur.* 480.f
*Intellectus practicus & appetitus sunt principia motus progressionis.* 521
*Non requiritur iudicium intellectus practicum, vt voluntas operetur.* 505.a
*Nec speculatiuum ex multorū sententia.* 550.b.c

## INTELLIGIBILIS ET Intelligibilitas.

*Quid sit intelligibile actu & potentia.* 426.a
*Intelligibilitas quo pacto species sit vna.* 158.a
*Intelligendi vis corpori affixa non est.* 129

## INTELLIGO.

*Intelligere esse recipere speciem qui putent.* 492.b.c
*Intelligere esse quoddam pati, quo pacto intelligendum.* 493.a
*Per intelligere diuinum essentiale non gignitur verbum.* 490.b
*Cur mens non semper se intelligat.* 411

## IRA ET IRASCOR.

*Ira quid sit.* 21
*Qui citò irascitur.* ibid.
*Qui tardè.* ibid.

## LACHRYMA.

*Lachymæ damnati non effundunt.* 614.d

## LEVITAS.

*Leuitas à forma substantiali differt realiter.* 153

## LINGVA.

*Linguæ compositio.* 313.d
*Linguæ musculi.* ibid.e
*Qua in parte linguæ insit potentia gustandi.* 314.a
*In linguæ acumine gustus acrior.* ibid.e
*Vitia linguæ.* 683.e

## LVMEN, LVX, LVCIDVS.

*Quid lumen.* 213
*Lumen non est corpus.* ibid.
*Lumen requiritur ad visionem ratione medij & obiecti.* 229.b
*Lumen & colorem idem esse qui putent.* 220.b
*Lux & color sunt causæ partiales specierum productarum.* 229.b
*Cur sola lucida corpora & non colorosa in tenebris videantur.* 215
*Sine aliquo lumine nō videbitur aqua sub terris.* 250.b

## MATERIA.

*Materia non est hoc aliquid.* 51
*Materia plantarum organis prædita, non homogenea.* 53
*Materia rerum inferiorum eiusdem speciei.* 65.e
*Materiam determinatam qualibet anima respicit.* 97.d
*Materialia potestate tantùm intelligibilia.* 413
*Materia fœtus informatur primùm anima vegetatiua, deinde sensitiua, vltimò intellectiua.* 90.a.b

## MEMBRVM.

*Membrum perfecti animalis auulsum cur palpitet.* 114.e

## MEMORIA.

*Non est necessaria duplex memoria.* 195.b
*Memoria sensitiua danda.* 392.d
*Eius distinctio à cogitatiua.* ibid.e
*Memoriæ locus.* 571.e

## MORS.

*Mors alia naturalis, alia violenta.* 602.b
*Mors quo pacto differat à separatione.* 596.e

## MOTRIX VIS.

*Vnde deriuetur vis executrix motus.* 537.d
*Motricis facultatis variæ species.* 661.e
*De potentia executrice motus.* 556.a
*In homine duplex potentia motrix.* 538.b.c
*Motrix facultas ab intellectu & voluntate realiter distinguitur.* 654.e
*Duplex in animalibus vis motiua, naturalis & animalis.* 554.f
*Vis motiua affinè concurrit ad motum.* 557.b
*Virtus motiua ad animales pertinet facultates.* 560.e
*Potentia motiua propria animæ ipsam separatam comitatur.* 613.d
*De potentia motiua animæ.* 651.e.d
*Argumenta probantia potentiam sui & aliorum motricem.* 648.f. 649.a
*Potentia animæ motrix definita est.* 668.c
*Vis motrix separatis mentibus ad conuictus, digressiones quæ obeundas inserit.* 655.d.e

## MOTVS.

*Variæ species motus.* 666.b
*Ad motum quæ potentiæ concurrant.* 555.d
*Ad motum spiritus animales exiguntur.* 558.e
*Ad motum non requiritur rationis libertas.* 558.e
*Ratio deliberans primum motus principium.* 526
*Causa vniuersalis motus appetitus, vis motrix particularis.* 556.f

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Intellectus practicus & appetitus sunt principia motus egressionis.* 521
*Motus ab externo sensu non percipitur perfectè.* 204.c
*Triplex genus eorum, quæ animali motu cientur.* 555.a
*In animali motu tria.* 523
*Nullum motus, Deo excepto, absque aliquâ qualitatis impulsiuæ impressione, motum exercere valet.* 665.f

MOVEO.

QVo pacto moueatur anima, mota sola manu. 124.a
*Nullum animal mouetur sine influxu appetitus & imaginis.* 559.d
*Qui se in orbem mouent cur vertiginem patiantur.* 558.c
*Anima in patria & se & corpus primariò mouebit.* 657.e
*Anima dum in corpore detinetur à se ipsa moueri nequit.* ibid.

MVNDVS.

MVndi perfectio non variatur variatis individuis. 94.f

NARES, NASVS.

NAsum pariter. 292.d
*Animantibus alia pro naribus instrumenta data à natura.* ibid.d
*Nares elephantis pro manibus.* ibid.e
*Nares inseruiunt ad attrahendum & emittendum aerem.* 292.b
*Cur pueri omnes resimato sint naso.* 689.a
*Quæ sternutationis causa.* ibid.

NATVRA ET NATVRALE.

IN natura nihil otiosum. 82.f
*Cur Philosophi de natura obscurè scripserint.* 13
*Natura per se non intendit malum.* 85.e
*Naturale quot modis.* 597.c
*Anima rationalis sub quo conceptu non sit natura.* 12.e

NERVVS.

NErui à cerebro deriuantur. 323.d
*Nerui visorij duo.* 239.b.c
*Non fit visio in congressu nerui optici.* 241.f
*Nerui optici non coniungantur.* 242.e.f

NOTITIA.

QVid notitia intuitiua & abstractiua. 197.b
*An requiratur ad actus voluntatis notitia intuitiua.* 551.b
*Eadem species potest inseruire notitiæ intuitiuæ & abstractiuæ.* 449.f. & 450.a
*Notitiam abstractiuam sensus externi non elicient etiam diuina vi.* 199.c

NVTRITIO.

ANima exequitur munus nutritionis calore & alimento. 167
*Causam nutritionis ignem esse qui ponebant.* 161
*Alimentum quo pacto contrarium debeat esse rei, quæ nutritur.* 168
*Alimentum quomodo substellum accretionis & nutritionis.* ibid

OBIECTVM.

OBiectum adæquatum & inadæquatum sensuum externorum. 200.f
*In obiectum absens, vt absens externus sensus nulla vi ferri potest.* 198.d
*Amoto obiecto cur maneant species in sensibus externis.* 195.b
*Obiectum absens cur sensui externo obuersari videatur.* 196.d
*Essentia diuina continetur sub obiecto adæquato intellectus.* 201.f
*Obiectorum conditio quo pacto in actus redundet.* 201.c.d
*Obiectum potentiæ dupliciter.* 156.b
*Cur ebrijs obiecta circumagi videantur.* 239.e

OCVLVS.

OCulorum varietas. 673.f
*Oculorum situs.* 237.a
*Oculus naturæ aqueæ.* 672.f
*Qui censuerint oculos esse naturæ igneæ.* 235.c. & 671.a
*Oculus sine aspectu æquinoctij oculus.* 44.d
*De oculorum præstantia.* 236.d
*Cur oculi globosæ figuræ.* 237.f. & 238.a
*Oculorum musculi septem.* ibid.e
*Oculorum tunicæ quinque.* ibid.e
*Qua sit tunica in oculo, qui humores, connexio & compositio.* 239.a
*Cur album oculi pingue & crassum.* 659.f
*Quam humor Chrystallinus figuram habeat.* ibid.
*Humores in oculo tres.* ibid.
*Oculorum temperamentum quale.* 238.f
*Oculi velluti pellucida specula.* 671.a
*Cur agitatis oculis splendor appareat.* 243.c
*Quænam oculorum compositio ad videndum magis idonea.* 240.b.c
*Ex oculorum colore, atque magnitudine, qualis quisque sit, deprehenditur.* 673.a.b
*Cur qui in vno quoque oculo duplicem habent pupillam fascinandi vim fortiantur.* 672.c
*Animalium multorum cur noctu fulgeant oculi.* 673.b





*Oculus aliquando habet speciem, & non elicit visionem.* 360.a
*Res spiritualis ab oculo videri non potest.* 202.c.d
*Cur puerorum oculi cæsij sint.* 673.a
*Facultas videndi semel amissa naturæ vi restaurari nequit.* 678.a
*Oculi quare gemini.* 670.e

ODOR.

ODoris definitio. 279
*Odor non est exhalatio, sed qualitas.* 167
*Odores simplices & compositi.* 284.e
*Odor est sicci, vt sapor humidi.* 279
*Odoris medium aer & aqua.* 277
*Odor magis siccum, quàm humidum respicit.* 283.f. & 285.f
*Inter sensus potentia odorandi necessitate postrema, dignitate media.* 298.d
*Odoris quædam affectio.* 291.c.d
*Potentia odorandi in homine hebes.* 273
*Odorandi potentia vbi residet.* 293.a
*Odor plerumque diffunditur è re odorata per substantiam fumeam.* 287.f
*Maior odorum, quàm gemmarum abusus.* 284.f
*Cur odores è longinquo suauius spirent.* 285.f
*Odores quidam appetentiam excitant, alij hebetat.* 284.d.e
*Non omnia saporum nomina odoribus quadrant.* 284.e
*Per analogiã ad sapores species odoris distinguuntur.* 275
*Cur pisces odorentur, cùm non respirent.* 291.d
*Bruta odores alios præter alimentitios etiam capiant, & illis delectentur.* 300.f
*Odores homo raro somniat.* 302.a
*Odor extra exhalationem fumeam effunditur secundùm esse intentionale.* 288.b
*Odor ad totam distantiam realiter non funditur.* ibid.d
*Vnus odor è contrario potest impediri.* 289.a.b
*Odorum species à vento rapiuntur.* ibid.e
*Odor mulcet aliquando cerebrum.* 281.d
*Odor non nutrit.* 281.b.c
*Qui falsò dicantur odore nutriri.* 279.e.d
*Odor quomodo impropriè nutrire dicatur.* 281.b
*Odoris & saporis eadem causa, sed tamen varlata.* 293.a.b
*Odor odorem generat, non color colorem.* 290.c

ODORATVS, ODOR ET Odoramentum.

QVæ animalia excellant hominem in odoratu. 354.c
*Odoratus residet in tuberculis mamillaribus.* 284.d.e
*Odoratus vulturis.* 300.b
*In odoratu excellentia aliquorum animalium.* 300.f
*Alexandri sudor odoratus.* 283.d
*Cùm res odorata vaporem exhalat, non vbicunque percipitur odor, datur exhalatio odorifera.* 287.f
*Odorandi potentia necessitate postrema, dignitate media inter sensus.* 298.d
*Odoramenta recatefacta flagrantiora sunt.* 283.e

OLFACTVS.

MVltiplex olfactus ex inspiratione commoditas. 297.a.b
*Olfactus perfectio duplex.* 299.e
*De sede olfactus quid Aristoteles.* 295.e
*De operculo olfactus.* 295.f
*Olfactus hominis essentialiter non est deterior olfactu animalium, licèt in aliquo sit hebetior.* 300.a.b
*Olfactus est datus homini ad philosophandum.* 302.f
*Animantia, quæ non respirant, organum olfactus habent reconditum, cætera patulum.* 278

OLFACIO, OLEO.

NOn omnia animalia inspirando olfaciunt. 291.f
*Contra olentes iuuenes.* 285.a

OPERATIO.

OPeratio intellectus distinguitur ex obiecto. 460
*Animæ operationes quo pacto considerari possint.* 135.e
*Sola anima humana operationem habet à materia impendentem.* 75.e & 77.e
*Anima intellectiua habet operationes elevatas supra materiam.* 66.d.e
*In secunda operatione intellectus datur falsitas.* 465

PASSIO, PATIOR.

PAssio duplex. 411
*Passiones animæ cum corpore communes.* 21
*Passiones animæ quatenus temperaturæ corporis attribuendæ.* 70.e
*Intellectus quomodo patiatur ab obiecto.* 409

PERFECTVM.

PErfectum quid. 81.e. 83.a

PERSPICVVM.

PErspicuum duplex. 217.e
*Perspicuum quid.* 213
*Quid ab Aristotele definitum sit.* 217.f
*Perspicuum indefinitum, vel suo, vel alieno lumine lucet.* 217.e

Universidad de Deusto
Biblioteca




PHANTASIA.

Phantasia quid. 184
Phantasia, seu cogitatiua ratio particularis. 401.e
Phantasia qua ratione soli homini conueniat, & quæ animantibus nobilioribus. 398.c
Phantasia à sensu distinguitur. 381
Phantasia hominis non differt specie à phantasia bruti. 404.b.c
Phantasia percipit tempus. 446.b.c
Præter sensum communem danda est phantasia. 391.e.f
Phantasia à cogitatiua distinguitur. 391.c
Phantasia quomodo multiplex potentia dici possit. 396.b
Phantasia quatenus promat sensiones. 292.f
Phantasia & intellectus potentiæ subordinatæ. 548.e.f
In quo genere causæ concurrat phantasia cum intellectu agente. 454.b.c
Ad intellectionem singularium quid præstet phantasia. 431.b
Ad eliciendas intellectiones non est satis phantasia. 420.a
Phantasiæ non tribuitur specierum intelligibilium productio, vt instrumento. 422.a
Phantasia concurrit cum intellectu, vt instrumentum. ibid.b
Quid præstet phantasia in intellectione singularium. 441.b
Phantasia cõponit, diuidit, & discurrit circa singularia. 401.d
In phantasiæ compositione, vel diuisione non datur veritas, vel falsitas. 471

PHANTASMA.

ANphantasma impressum, vel expressum concurrat cum intellectu ad specierum productionem. 454.b.c
An idem phantasma ad plures species intelligibiles producendas idoneum. 453.e
Num concurrat, vt præcisè naturam communem repræsentat. 454.a
Quid sit intellectum phantasmata speculari. 507. f. & 508.a
Variæ hac de re sententiæ. 509.a. & seq.
Quid illustrare phantasmata. 424.a.b
A ministerio phantasmatum non pendet per se intellectus. 77.a
Intellectus agens producit phantasmata rerum earum, quarum phantasmata habemus. 444.a
In statu naturæ integræ & corruptæ necessaria speculatio phantasmatum. 511.a
Anima in corpore glorioso non necesse habet speculari phantasmata. ibid.f
Phantasmatum ope non indigent species infusæ. 477.c

PHILOSOPHVS.

PHilosophus quomodo definiat. 21
Philosophorum tres sectæ de anima. 25.a

PISCIS.

PIsces percipiunt odorem sub aqua. 290.f
Pisces cur odorentur, cùm non respirent. 291.d
Piscibus saltem magna ex parte oculi sunt immobili. 669.d.e

PLATO.

PLato animam numerum, circulum, & harmoniam vocauit. 63.c.d
Quomodo animam in capite tantùm posuit. 120.b
Plato vt putauit animam coniungi corpori, vt motorem. 100.c
Platonis palingenesia. 107.a
Plato primus author de creatione animarum ante corpora. 83.f
Platonicos dæmones quidam fingunt corporeos, sed sine sensu. 147.d
Platonis sententia de visione. 231.a
Quomodo intelligendus Plato, cùm dixit sensum sentire quod sentit. 373.b

POTENTIA.

ANimæ potentiæ quot. 138
Oriuntur potentiæ ab anima ordine quodam. 149.f
Potentiæ non eodem modo ab anima dimanant. 614.b
Animæ potentiæ ab eius essentia manant. 148.a
Animæ potentiæ ab ipsa realiter differunt. 152. c.d
Augustinus animam & potentiam idem esse non credidit. 154.a
Animæ potentiæ ratione, definitione & actibus distinguuntur. 131
Potentiæ distinguuntur per actus & obiecta. 155.f
Qui nullam distinctionem inter animam & potentias ponunt. 150.d.e
Anima & potentiæ seiungi possunt diuinitùs 154.b.c
Anima non est præcipua causa efficiens respectu potentiarum. 149.c
Quot genera causarum exerceat anima respectu potentiarum. 148.f
Animæ partes sunt potentiæ. 72.e
In stirpibus & insectis animantibus potentiæ animæ nõ distinguuntur subiecto. 129
Quinque sunt viuentium potentiæ. 145.d
Cur potentia in actione vitali extra obiectum nec diuinitùs feratur. 202.b
In anima separata potentiæ, vt in radice. 150.b
Quæ potentiæ animam separatam comitantur. 610.f. 611.a
Potentiæ materiales in materia, non in anima recipiuntur. 158
Potentia motiua propria animæ cum ipsa permanet. 613.d
De potentia motiua animæ. 650.e.f
Potentia organica supra suam actionem non reflectitur. 77.e
Potentiæ organicæ quo pacto in animali. 121.c
In animali duplex potentia motiua. 554.f
Potentiæ intelligendi & deliberandi quo pacto distinguantur. 512
Quæ potentiæ à voluntatis imperio exemptæ. 537.e
Actus vnius potentiæ specie differentes vni rationi formali subordinantur. 156.c
Quo pacto actus vnius potentiæ specie differentes, eiusdem rationis censeantur. ibid.e
Actus subordinati ab eadem potentia possunt esse. 170.f
Potentiæ obiectum dupliciter. 156.b
Potentia cognoscens intùs manet, appetens quodãmodo se foras dat. 233.a
Potentia audiendi vbi insideat. 272.b
Potentia odorandi in homine hebes est. 274
Potentia odorandi vbi insideat. 292.f
Potentia odorandi necessitate postremæ dignitatis media inter reliquos sensus. 298.d
Potentia gustandi vbi. 314.a
Potentia tangẽdi in qualibet parte corporis. 324.a
Potentia animaduersoria fictitia. 371.d
Potentia sensitiua tripliciter. 186.d
Potentiæ, & species duæ partiales causæ. 194.a
Quæ argumenta probent sensum nõ esse potentiã actiuam. 187.a
Quomodo generans proli potentias conferat. 179
In quo sensu potentia generans sit in toto corpore, & quomodo in parte certa. 173.b
Potentia generandi in semine distinguitur realiter ab illa quæ est in viuente. ibid.a
Potentia vehementior est in semine quàm in prole ad eius membra restauranda. 173.a
Potentia gignendi circa obiectum coniunctũ versatur. 146.b
Potentia nutritiua est, qua viuens, vt viuens conseruatur. 167
Qui potentiam nutritiuam à generatiua distinguant realiter. 169.f
Quod non distinguatur. 170.a
A potentia nutriendi etiam membrorum efformatio. 171.e
Potentiarum eiusdem speciei inæqualitas in operandi organo ascribitur. 96.a
Quando ex nobiliori operandi modo colligatur nobilior potentia. 97.a.b
Quot modis aliquid sit potentia. 177
Potentiæ passiuæ respondet actiua. 86.f
Potentiæ appetendi, sentiendi, nunquã separantur. 137.a
Quæ potentia rem singularem, quæ vniuersalem percipiat. 409
De potentia materiæ species educuntur. 192.c
Nullum animal caret potentia imaginandi saltem imperfecta. 139
Potentiæ quid distinguat. 480.c
Potentia mouens non est potentia vegetandi, nec sentiendi, aut intelligendi. 417

QVADRATIO, ET Quadratum.

QVadratio quomodo inueniatur. 125
Quadratio dupliciter. 126
Quadratum, & quadrangulum æqualem aream habent. 125

QVALITAS.

QValiteres tangibiles habent vnum modũ immutandi tactum. 328.a
Nonnisi qualitatum exuperantiæ sentimus. 330.f
Quæ tales actiuæ sunt ipsa actiua potentia instrumentaria. 153.d
Qualitates contrario vacantes aliquando etiam eodem tempore vt diffundantur. 289.e

QVANTITAS.

QVantitas spiritualis non percipitur à sensu interno. 446.e

RECORDATIO.

REcordatio rei individuæ materialis, est à specie, & à phantasmate. 442.a
Quid dicendum de recordatione rei immaterialis. ibid.b
Anima separata recordatur per species acquisitas. 617.f. & 638.e

RESPIRATIO.

REspirationis commoditas. 297.c
Quæ respirant, sine inspiratione non odorantur. ibid.e
Quæ sint animantibus respirationis causæ. 269.d

RESVRRECTIO.

REsurrectio homini non debetur. 609.a
Resurrectionem esse naturalem qui affirment. 607.f
Quid dicendum sit. ibid.f
Resurrectionem, vt futura est, naturali lumine nemo cognoscit. 609.e

REVNIO.

ANanima habeat elicitum appetitũ ad reuniõem cum corpore. 605.b.c.d
Reunio animæ, naturalis quoad entitatem, supernaturalis quoad modum. 607.f

RISVS.

DEfinitio risus. 541.d

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Causæ principalis, & instrumentalis visus.* ibid.c
*Modus, quo efficitur visus.* ibid.b
*Qui ad risum pronì, qui tardi.* ibid.d
*Risus vbi sit.* 441.f
*Pulcher locus Ciceronis de risu.* 540.f

## SAPOR.

*Sapor quid.* 308.b
*Sapor actutus quis.* 284.b
*Sapores extremi dulcis, & amarus.* 310.b
*Saporum species octo.* 309.e
*Ad generandum saporem, quæ concurrant.* 307.d
*Purum corpus simplex sapidum non est.* 307.b
*Species saporis per analogiam ad odores distinguuntur.* 275
*Sapor est humidi, vt odor est sicci.* 279

## SCIENTIA.

*Scientiæ de anima vtilitas.* 1.a
*Ad moralem scientiam opportunæ.* ibid d
*Quid Patres senserint de scientia animæ.* 2.b
*Scientiæ de anima ordo ad cæteras partes Philosophiæ.* 3.d.e.f
*Duplex scientiæ dimidendæ modus penes rationes formales.* 11.a
*Duplex huius scientiæ vtilitas.* 14
*Ratio boni & honorabilis competit scientiæ.* 13
*Scientiam discipulo vt communicat magister.* 111.c.d
*Scientia dari non posset si sensus externi semper errassent.* 210.a.b.e
*Quam scientiam indicet D. Paulus destruendam in patria.* 619.e
*In scientiæ acquisitione discursu magis, quàm visu opus est.* 635.e

## SENSATIO ET SENSIO.

*Qui efficit sensationem non propriè alteratur.* 177
*Sensio non nisi in singulare præsens existens fertur.* 179
*Impugnantur qui sensionem ab anima & specie tantùm fieri dicunt.* 185.e
*Sensio recipitur in potentia.* 186.e
*Obiectum ad sensionem non concurrit solùm formaliter extrinsecè.* 190.b

## SENSIBILIS.

*Sensibile triplex.* 181
*Sensibile proprium, commune, per accidens.* 181
*An sensibile commune propriam speciem sensorio inurat.* 203.e
*Sensibilia communia quinque.* 204.f
*Sensibilia communia addita à perspectiuis ad quinque communia reuocantur.* ibid.f
*Errare sensum circa proprium sensibile experientijs ostenditur.* 208.f
*An sensibile supra sensum positum sentiatur, variæ sententiæ.* 330.b.c
*Vera sententia, quæ tenenda est.* 331.e
*Non datur sextus sensus circa sensibilia communia.* 346
*Quare excellens sensibile sensum tubefecit.* 359.b.c. & 366
*Sensus & sensibile in actu necessario sunt simul, non verò in potentia.* 363
*De duplici actione, quæ datur ex parte sensus & sensibilis.* ibid.
*Eadem specie videri sensibile commune & proprium.* 207.b

## SENSVS.

*Omnes sensus homini insunt.* 383
*Sensus fenestræ sunt animæ.* 354.a
*Qui sensus in spiritibus, qui in cerebro collocent.* 390.e.f & 397.a
*Sensus agens non admittendus.* 183.d. & 421.e
*Qui ponant sensum agentem & patientem.* 183.b
*Sensus communis cæteris comparatur.* 467
*Datur sensus communis.* 365
*Rationes pro illo.* 374.b.c.d
*Sensus communis quomodo discrimen constituat inter functiones sensuum externorum.* 400.f
*In insectis animantibus sensus communis nullam habet definitam sedem.* 377
*Aristoteles sensui communi in cerebro, Medici in corde sedem designarunt.* 375.d.e
*Sensus cõmunis in anteriore parte cerebri residet.* 397.e
*De omnibus externis sensibus cognoscit sensus communis.* 374.e
*Sensus cõmunis non componit, nec diuidit, nec discurrit.* 400.d.e
*Ab illo spiritus animales diffunduntur in sensus.* 375.e
*Sensus communis iudicat de obiectis singulorum sensuum.* 374.d.e
*Sensus communis præsentia & absentia naturaliter cognoscit.* 199.e
*Probabile est tres esse tantùm sensus internos.* 393.e. & 394.a
*Probabilium duos tantùm esse.* ibid.
*Cur vnus tantùm sensus internus non concedatur.* 394.e.f
*Qui sensus internos quinque constituant.* 390.e
*Quatuor à D. Thoma, à Galeno verò tres asseruntur.* 391.a
*Ex ventriculo cerebri non colligitur efficaciter numerus sensuum externorum.* 387.a
*Quomodo Galenus eos colligat.* 389.a
*Sensus interni hospitantur in cerebro.* 317
*Res spiritualis ab externo sensu cognosci non potest.* 202.a
*Sensus externos quinque esse probatur.* 343. & 351.d.a





*An plures sint quàm quinq;.* 350.a
*Vera sententia.* 350.d
*Quæ sit externorum sensuum aduertentia.* 357.b
*Medici volùit sensus externos esse virtutes defluentes à cerebro per modum irradiationis.* 355.a
*Sensus externi obiectorum præsentiam poscunt nõ eodem modo.* 289.f
*An sensus externi propriam operationem dignoscant.* 358.b.c
*Vnde proueniat, quòd sensus externi ab operatione impediantur.* 356.f
*Motus ab externo sensu perfectè non percipitur.* 204.c
*Sensus externi neq; diuinâ vi notitiam abstractiuam elicient.* 199.e
*Sensus externus diuinitus potest rem absentem, vt præsentem apprehendere.* 198.a
*In obiectũ præsens vt præsens externus sensus nulla vi ferri potest.* ibid.d
*Cur sensus externo obiectum absens, vt absens obversari videatur.* 195.a.b
*Non datur sensus circa sensibilia communia.* 347
*Sensus hominis, & belluarũ specie distingui putent.* 354.c
*Cur sensus animali dati sint.* 353.f
*Sensuum media.* 215
*Commune omnibus sensibus per externum medium obiecta percipere.* 317
*Vni sensui respondet vnum medium formaliter.* 345
*Omnium sensuum organa insunt perfectis animantibus.* 346
*Non quæcũq; diuersitas in obiecto importat sensuum distinctionem.* 357.b
*Sensus nõ exit in actum, nisi ab eo excitatus, quod est in actu* 175
*Sensum esse potentiam actiuã docuit Aristoteles.* 185.b
*Qui autumant sensum esse tantùm potentiam passiuam.* ibid.e
*Sensus, & sensibile in actu necessariò sunt simul, non verò in potentia.* 363
*Sensus recipit rerum imagines, non res ipsas.* 335
*Sensus parùm à simili parùm à dissimili patitur.* 181
*Vi sensus ab obiectis lædatur.* 365
*Errat sensus aliquando in applicatione.* 210.d
*Errare sensum circa proprium sensibile experientijs ostenditur.* 208.f
*Sensus quomodo circa proprium sensibile erret, vel non errat.* 209.f. & 210.a
*Qui putarunt sensum non distingui ab intellectu.* 377

## SEPARATIO.

*Similis est separatio animæ Angelorum productioni.* 596.d
*Nulli formæ violenta est à materia separatio.* 601.e
*In quo sensu separatio dici possit contra naturam.* 598.e
*Cur separatio materiæ potiùs quàm formæ fiat.* 600.d
*Separatio & vnio opponuntur priuatiuè.* 595.b
*In quo differat mors à separatione.* ibid.a
*Separationis physicæ status soli animæ rationali conuenit.* 594.f. & 595.a
*Quæ sit realis & physica separatio.* 594.d
*Quibus ea non conueniat.* ibid.e

## SIMILITVDO.

*Similitudo duplex, in essendo & repræsentando.* 193.e
*Similitudo soni cum aqua, vel circulis.* 262.c
*Similitudo immaterialis rem materialem potest repræsentare, non tamen è contra.* 67.a

## SINGVLARIS.

*Vnumquodque singulare habet suũ quod quid est.* 95.a
*Cur de singularibus non sint definitiones, nec scientia.* ibid.b

## SYNDERESIS.

*Synderesis est habitus intellectus.* 481.f
*Synderesis prauì & vetli iudicatrix.* 482.a
*Synderesis est in intellectu, nõ in voluntate.* 482.c
*Synderesis scintilla rationis, & iudicium naturale à Patribus vocatur.* ibid.d
*Cur instigare & conqueri dicatur.* ibid.f
*Non tendis in bonum, nisi sub ratione veri practici.* ibid.f

## SITIS.

*Quid sit sitis.* 138
*Vbi sensus alimenti, ibi fames & sitis.* ibid.
*Situs quomodo spectet ad tactum.* 329.d

## SVRDI.

*Surdi à natiuitate idem & muti.* 272.a
*Surdi ab ortu vocem per nares emittunt.* 68.a

## SONVS.

*Definitio soni.* 259.c
*Sonus non est motus.* 373.e.f
*Sonus acutus & grauis.* 253
*Quid soni medium.* 249
*Soni medium aqua & aer.* 263.f
*Corpora aptiora ad sonum, dura, lenia, & cõcana.* 249
*Sonus trium corporum concursu fit.* ibid.
*Corpus percussum & percutiens causa soni.* 253
*Fiatne sonus ex percussa solùm aqua problema.* 261.b
*Soni productio non est ipsa corporum motio.* 259.c
*Opinio quòd sonus in sonante tantùm sit.* 263.b
*Sonus non in solidis corporibus, sed in intermedio aere percipitur.* 363.e.f

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Corporum soliditas & multitudo non est simpliciter necessaria ad soni generationem.* 260.b
*Ibi sonus maior, vbi minor aeris fractio.* ibid.a
*Sonus immediatius ex aeris fractione quàm ex corporis collisione existit.* 259.f
*Sonus nõ in rectum solum sed in orbem spargitur.* 265.c
*Non est necesse vt motus, quo sonus editur, ad aures vsq; pertingat.* 149.c.d
*De multiplicatione soni secundù esse reale & intentionale.* 264.c.d
*Ab ea parte in qua sonus primo efficitur species emittuntur.* ibid.e.f
*Soni similitudo cum aquæ vel circulis.* 149.f
*Per ignem trayeitur sonus.* 266.b
*Quo pacto auditus instrumentum à sono moneatur.* 141.c
*Quemcunq; sonum comitatur Echo, licet nõ semper percipiatur.* 141

SPECIES.

*Species qui tollant.* 188.c
*Species necessariò admittendæ.* 189.f
*Species educuntur de potentia materiæ.* 192.d
*Quo pacto species intelligibiles debeãt esse immateriales.* 439.a
*Qui species intelligibiles non admittant.* 429.b
*Quod necessario dandæ sint.* 430.b.c
*In specie intelligibili tria reperiuntur.* 431.b
*Specierum intelligibilium productio nõ tribuitur phantasiæ etiam vt instrumento.* 422.a
*Aristoteles species intelligibiles concessit.* 431.d
*Auicenna solùm eas in apprehensione & intellectione concessit.* 431.e
*Species intelligibiles indiuisibiliter intellectui infunt.* 432.d
*Qui dixerint species non gigni in intellectu sed à corporibus immitti.* 443.d
*Species producuntur ab intellectu.* ibid.f
*Species intelligibiles conseruantur sine phantasmatis.* 618.a
*Quatuor genera specierum ordine quodam proponuntur.* 432.b
*Qui species rerum singularium in intellectu non admittant.* 434.d
*Qui eas admittant,* 435.f. 436.a
*Ad cognitionem rei singularis nõ requiritur species illius.* 441.b
*Species non est obiecto perfectior.* 192.f
*Species cum potentia ad actionem concurrit effectiuè.* 193.d
*Angelorum species vniuersalia & singularia distinctè repræsentant.* 439.a
*Species angelicæ omnium perfectissimæ.* 432.e
*Species sensata & insensata.* 399.b
*Species & potentiæ duæ partiales causæ.* 194.a
*Ex imagine infimæ speciei potest elici conceptus naturæ genericæ & specificæ.* 448.b
*Quælibet pars speciei rem totam repræsentat.* 501.c.d
*Cur simul plures species in eodem intellectu esse possint non verò plures figuræ.* 502.e
*Pro occasione rerum species infundi aliqui putarunt.* 630.b
*Cur species non repræsentent contingentia antequam sint.* 629.f
*Species infusæ nõ indigẽt ope phantasmatũ.* 477.c
*Scotus negat dari speciem quæ sit propria alicuius substantiæ.* 445.a
*Alij melius id concedũt & quomodò id fiat.* ibid.a
*Ad receptionem specierũ humiditas, ad retentionem siccitas iuuat.* 391.f
*Quo pacto intelligendù speciem visilem modo pyramidis produci.* 194.a
*Species visiles nobilioris notæ quàm audibiles.* 266.b.c
*Species visilis nõ est alia auersa quã aduersa.* 235.f
*Multæ simul species in oculo.* ibid.f
*Quælibet obiecti pars producit sui speciem in eadem medij parte.* 234.a
*Qualibet pars speciei repræsentat totum obiectũ.* ibid.f
*Species visilis quomodo fundatur.* 233.b
*Quo pacto species fiant memorativæ.* 491.e.f
*Species ad vsum & ornatum animæ inseruiunt.* 619.b
*Species intelligibiles permanere in intellectu negauit Auicenna.* 431.e.f
*Dari in intellectu species rerum immaterialium pro vitaq; parte est disputabile.* 451.b.c
*Species defluere à substantijs separatis opinio Auicennæ & Platonis.* 444.b
*Argumenta quæ probant animam in sua creatione species accipere.* 475.f
*Quòd non accipiat.* ibid.f
*In hoc vitæ statu nõ dantur species intuitiuæ.* 449.f
*Non potest dari species alicui naturali mentis cognitiones repræsentans.* 433.d.e
*Quæ species intuitiuæ visioni inseruiant.* 628.e
*De productione, acquisitione, ac infusione specierum animæ, vide Anima rationalis.*

SPECVLVM.

*Speculorum vsus etiam ad animum componendum.* 243.d
*Argumenta probantia videri in speculo imaginem.* 244.b
*Videri in speculo imaginem, & obiectum qui censent.* 244.f
*Opinio oppositæ.* 243.b
*Solum res in speculo cerni.* 246.b

SVBIECTVM.

*Subiectum huius operis quid.* 4.f
*Subiectum tractatus animæ separatæ & instituti.* 561
*Vnde specificæ subiectorum differentia colligatur.* 593.a
*Non oportet variari proprietates pro subiectorum variatione.* ibid.f
*Subiectum supponi quid sit.* 76.f

SVBSI-



SVBSISTENTIA.

*Subsistat ne anima intellectiua in corpore.* 79.e
*Anima intellectiua per se subsistens.* 75.f
*Subsistere tripliciter.* 75.e
*Omnes animæ subsistunt primo modo.* ibid.e
*Subsistendi indicia duo.* 73.e

SVBSTANTIA.

*Substantiæ corporeæ diuisio.* 51
*Sadducæi substantias spirituales de medio tollebant.* 66.e
*Substantia creata non agit immediatè.* 151.f
*Nulla substantia intenditur, vel remittitur.* 89.e
*Substantia quomodo possit esse immediatè agendi principium.* 194
*Substantia non est sensibile commune.* 317
*Animæ substantiæ sensui inhærere qui putent.* 358.a.b

TACTVS.

*Tactus inter sensus origine, & necessitate primus, dignitate vltimus.* 353.a.b
*Tactus duplex.* 71.b.& 311.e
*Tactui necessitas.* 312.f
*Plurium tactuum asserebat.* 327.b
*Tactus, & gustus omnibus animalibus cõmunis.* 353.c
*Vnus tantùm specie tactus.* 327.e
*Tactus specie distinctus à gustu.* 312.a
*Tactus organum non in solo corde.* 323.b
*Tactus in qualibet parte corporis inest.* 324.e
*An tactus externum medium vendicet.* 317
*Tactus medium est caro.* 320
*Tactus obiectum vnum formaliter.* 328.b
*Tactus privationem proprij sensibilis agnoscit.* 277
*Tactu & gustu omnia animalia pollent.* 528
*Tactu destructo animal interit.* 533.b
*Dolor & voluptas an ad tactum pertineant.* 328.f
*Qualitates tangibiles habẽt eundem modum imitandi tactum.* 328.a
*Fames & sitis quomodò spectent ad tactum.* 329.d
*Non posse quicquam agere in tactum nisi corpore intacto, opinio Auerrois.* 325.a
*Corpora mollia, lenia, ac plana possunt se tangere, non quæ aspera & inæqualia.* 325.c.d
*Quem tactum requirant corpora.* 71.b
*Tactus sanus temperamenti dicitur.* 328.a

TACTIO, ET TIillatio.

*Quæ in titillatione reperiuntur quomodo ad tactum pertineant.* 319.c
*Cur alienas frondes sentiat, tactiones magis sentimus, quam nostras.* 691.c

TALPA.

*Talpa bestia subterranea.* 358.b
*Talpæ sub terra audiunt.* 266.d
*Talpæ cæcitas.* 357.d
*Talpæ oculos habet.* 357.d

TEMPERAMENTVM.

*Temperamentum animi mores sequuntur.* 21
*Præstantissimi temperamenti est corpus summum.* 104.c

THEOLOGIA.

*Theologia nostra per se ineuidens.* 610.c
*Vnde repugnet Theologiam beatorum manere in Patria.* 619.f & 620.a
*Effundendam à Deo beatis Theologiam euidentẽ.* ibid. 620.d

TERMINVS.

*Anima separata habet terminum intrinsecum magnitudinis.* 660.b
*Nullus est animæ separatæ magnitudinis terminus verius minimum in loco.* 636.b

VERBVM.

*Verbum multipliciter.* 485.b
*Verbum corporis & cordis.* 486.c
*Verbum per intellectionem non produci qui putent.* 483.a.b
*Quod necessariò sit dandum.* 486.c
*Præsentia obiecti productionem verbi non impedit.* 486.c
*Non producitur verbum vt in eo tanquã in imagine producatur obiectum.* 487.a
*Per quam actionem producatur.* ibid.e
*Verbum est qualitas.* 489.b
*Ad rationem verbi quinq;.* 487.f
*Verbum sæpe intellectio appellatur.* 494.a
*Verbum est propter intellectionem.* 490.c.d
*Verbum non distinguitur realiter ab intellectione, maximè verò ab obiecto.* 494.d.e
*Verbum exprimunt Angeli cum se intelligunt.* 489.f
*Verbum non gignitur per intelligere diuinum essentiale.* 490.a.b
*Quæ ratio suadeat dandù esse verbum expressum diuinæ essentiæ.* ibid.a
*Beati verbum exprimentes nõ feruntur in Deum immediatè.* ibid.b
*Quo pacto species intelligibiles & verbum distinguantur.* 493.d.e

VERITAS.

*In prima, & secunda operatione intellectus datur veritas per se.* 464

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Veritæ non datur in compositione, & diuisione phantasiæ.* 471

VIDEO.

*CVr non videatur aër & supremus ignis.* 218.b
*An se viderit in aëre Antipheron.* 246.f
*Cur videatur nebula remota, non proxima.* 235.d.e
*Cur quo res grandiores, eo è remotiori loco videãtur.* 233.d
*Non videri aqua sub terra absq; aliquo lumine.* 230.b

VIOLENTVM.

*VIolentum quid.* 602.a

VISILIS.

*VIsilis species quomodo fundatur.* 233.b
*Quælibet pars speciei visilis totum obiectum repræsentat.* 234.f
*Qualibet obiecti pars producit sui speciem visilem in qualibet medij parte.* ibid.a

VISIO.

*VIsio fit in crystalloide.* 242.b
*Non fit visio in congressu nervi optici.* 1.c
*Visionem non fieri humore crystallino qui putent.* 240.d.e
*Quomodo fiat visio.* 241.c.& 676.b
*Visio fit receptis speciebus.* 232.a
*Visionem fieri extramittendo radios qui putent.* 230.f
*Ad Visionem requiritur lumen ratione medij, & obiecti.* 229.b
*Visio improprie dicitur colorata.* 372.f
*Visio beata non educit abstractionem à sensibus in corpore glorioso.* 512.d

VISVS.

*VIsus cæteris sensibus excellentior.* 212
*Visus obiectum.* ibid.
*Quomodo visus tenebras percipiat.* 272.d
*Visui cur colores quidam officiant.* 223.c

VITA.

*VIta duplex.* 51
*E quatuor vitalium operationũ generibus quadruplex vitæ gradus colligitur.* 128

VIVENS.

*COrpus viuens complectitur materiam, & formam.* 52
*Quæ propria in viuentium operationibus desunt Angelis assumentibus corpora.* 73.c
*Nullum viuens est sine calore.* 167
*Potentia nutritiua est qua viuens vt viuens conseruatur.* ibid.
*Non materia, sed forma viuentia terminat.* 163
*Quatuor viuentium genera ex quatuor viuendi modis.* 146.d
*Cur ex appetendi vi non habeatur vnum viuentiũ genus.* ibid.f
*Cur non aliud ex potentia generandi è semine.* 147.a

VIVO.

*VIuere ab anima vegetatiua primo est.* 159
*Duobus viuere dicimur, vi materia & forma.* 131
*An aliquid dicatur viuere satis est è quatuor operationibus vitalibus vnam exercere.* 129

VNIO.

*VNio animæ cum corpore triplex.* 105.d
*Vnio est modus substantialis, & specialis animæ.* 595.d
*Vnio & separatio opponuntur priuatiuè.* 595.a
*Cur anima non vniatur per accidens corpori.* 105.f
*An anima separata ad vnionem corporis naturaliter propensa sit.* 602.f.& 683.a
*Vnio animæ ad corpus omnino illi naturalis.* 658.c.d
*Sat est vnio localis vt anima se, & externa corpora moueat.* 653.f
*Nomine vnionis indicatur etiam relatio* 596.a
*Quid boni accedat ex animæ vnione ad corpus.* 604.f
*Falsa opinio de animarum vnione.* 604.f
*Animæ in vnione non habent effluxũ effectuum.* 601.c

VNIVERSALE.

*VNiuersale separatum nihil est.* 17
*Discrimen inter vniuersale, & singulare.* 409
*Quæ potentia rem vniuersalem, quæ singularem percipiat.* ibid.

VOLVNTAS.

*VOluntas tribus modis mouet appetitum.* 536.f
*Voluntas potentias mouet.* 537.c
*Quæ potentiæ à voluntatis imperio exempt æ.* ibid.e
*Qui putarunt voluntatem æquè nobilem esse, ac intellectum,* 542.c
*Voluntate nobilior intellectus.* 543.e.f
*Voluntas realiter differt ab intellectu.* 545.e.f
*Membra voluntati politicè obediunt.* 556.e
*Non requiritur iudicium practicum vt operetur voluntas.* 550.a
*Nec speculatiuum ex sententia multorum* ibid.b

*Voluntatis*



*Voluntatis libertas circa obiectũ quod nõ est summum bonum clare visum.* 536.b
*Ad voluntatis libertatẽ non requiritur quod ipsa cognoscat.* 548.d
*Voluntatis habitus quomodo cognoscat intellectus.* ibid.f
*Voluntatis actiones simpliciter liberæ.* 536.a

VOX.

*VOx sonus est respirantis animalis.* 255
*Vocis definitio.* 268.f
*Vocis causa multiplex.* 270.a
*Ad vocem maxime confert lingua & gurgulio.* 267.f
*Vocis regimen primi dentes tenent.* 268.d
*Vox omnis affectum significat naturaliter.* 270.b
*Quæ animantia vocis expertia.* 269.a
*Vocis instrumenta quinq;.* 267.a.b
*Beati in cœlo edunt vocem.* 266.c
*Vnde numerosa vocum repercussio.* 565.f
*[illegible] nõ respirant vocem nõ edunt.* 254
*Cur trepidantium [illegible]rum; vox tremula.* 683.c
*Cur item senum.* 686.a
*Rationis experti a affectus voce expri[illegible]* 270.a
*Vnde existat balbuties & quibus ea accidat.* 260.[illegible]

LAVS DEO.

Universidad de Deusto
Biblioteca